This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

ł067

A 468376



878
C7
V48
1724
V.8

Elliott
Balliolensis
Oxon.


MARCI TULLII
CICERONIS
OPERUM
PARS OCTAVA.

MARCI TULLII

CICERONIS

OPERUM

PARS OCTAVA.


M.T. CICERONIS
PHILOSOPHICORUM
TOMUS PRIMUS
sive
OPERUM PARS
OCTAVA.
Adr. Schoonebeek inv.
AMSTELAEDAMI,
Apud Wetstenios, clↄ Iↄc. cxxiv.
J. v. d. Aveelen fecit



MARCI TULLII,

CICERONIS OPERA

QUAE SUPERSUNT, OMNIA,

...ASCONIO & SCHOLIASTE VETERI;

Ac Notis Integris

...CTORII, J. CAMERARII, F. URSINI,

& Selectis

...NUTII, D. LAMBINI, J. GULIELMII,
...RUTERI, J. F. & J. GRONOVIORUM,
J. G. GRAEVII, & ALIORUM
QUAMPLURIMORUM,

Aliquam Ciceronis Operum Partem
...nimadverſionibus illuſtraverunt.

... VERBURGIUS

...EGIT, DISPOSUIT, RECENSUIT,

...riantes Lectiones ubique appoſuit,

...inae Editionis, quas Nizolius & alii ſuas
...à cum Alexand... Scot Sectionibus, Apparatus
...nae Locutio... ...tibus, ad utensis
commodum ... ...ter notavit.

... INSIGNITER AUCT...
...um.

...VIOS.

John B. Lawrence Estate
94
2-31-1925

SERIES OPERUM

PARTIS OCTAVÆ.

Philoſophicorum Tomus I.

Quæſtionum Academicarum Libri II. 2217

De Finibus Bonorum & Malorum Libri V. 2336

Diſputationum Tuſculanarum Libri V. 2555

CICERO VARRONI S. D.

ETsi munus flagitare, quamvis quis oſtenderit, ne populus quidem ſolet, niſi concitatus, tamen ego exſpectatione promiſſi tui moveor, ut admoneam te, non ut flagitem. miſi autem ad te quatuor admonitores non nimis verecundos. noſti enim profectò [a] os adoleſcentioris Academiæ. Ex ea igitur media excitatos miſi: qui, metuo, ne te fortè flagitent. ego autem mandavi, ut rogarent. Exſpectabam omnino jamdiu meque ſuſtinebam, ne ad te priùs ipſe quid ſcriberem quàm aliquid accepiſſem, ut poſſem te remunerari quàm ſimillimo munere. Sed cùm tu tardiùs faceres, id eſt, ut ego interpretor, diligentiùs, teneri non potui, quin conjunctionem ſtudiorum amoriſque noſtri quo poſſem litterarum genere declararem. Feci igitur ſermonem inter nos habitum in Cumano, cùm eſſet unà Pomponius. tibi dedi [1] partes [b] Antiochinas, quas à te probari intellexiſſe mihi videbar: mihi ſumpſi Philonis. Puto fore, ut, cùm legeris, mirere id nos locutos eſſe inter nos, quod numquam locuti ſumus. ſed noſti morem dialogorum. [c] Poſthæc autem, mi Varro, quàm plurima, ſi videbitur, & de nobis inter nos: ſerò fortaſſe: ſed ſuperiorum temporum fortuna reipublicæ cauſam ſuſtineat: hæc ipſi præſtare debemus. atque utinam quietis temporibus atque aliquo, ſi non bono, at ſaltem certo ſtatu civitatis, hæc inter nos ſtudia exercere

a os hujus ad. *MS.*

b *Gul.* Antiochias. *alii* Antiochianas.

c Poſthac *alii.*

1. *Partes Antiochinas.*] Sic habent noſtri libri veteres; atque ita jam pridem emendavit Petr. Victorius Florentinus. Hæc epiſtola autem exſtat etiam in libris epiſtolarum ad Familiares, & locata eſt lib. IX. ep. 8. *Lambinus.*

cere poſſemus! quamquam tum quidem vel aliæ quæpiam rationes honeſtas nobis & curas & actiones darent. nunc autem quid eſt, ſine his cur vivere velimus? mihi verò cum his ipſis vix: his autem detractis, ne vix quidem. ſed hæc coràm & ſæpiùs. Migrationem & emptionem [d] feliciter evenire volo tuumque in ea re conſilium probo. Cura ut valeas.

P. B.

d tibi feli. *Lamb.*

P. XXXIX.

M. TULLII CICERONIS ACADEMICARUM QUÆSTIONUM

LIBER PRIMUS AD M. TERENTIUM VARRONEM.

1 I. IN CUMANO nuper cùm mecum Atticus noſter eſſet, nuntiatum eſt nobis à M. Varrone, veniſſe eum Româ pridie veſperi, & niſi de via feſſus eſſet, continuò ad nos venturum fuiſſe. quòd [a] cùm [b] audiſſemus, nullam moram interponendam putavimus, quin [c] videremus hominem, no-

a tum *alii.* b audiviſſemus *alii.* c viſeremus *ed. vet.*

1. *Academicarum Quaſtionum.*] *Libros Academicos* (ſic enim appellat Cicero) exiſtimo vocatos eſſe, quòd iis nova Academia defendatur: quod genus philoſophandi, ut Socraticum maxime & elegans miniméque arrogans Cicero ſequebatur. diſputationem autem fingit habitam in Cumano Varronis. Plinius ſcriptos eſſe ait in Academia Ciceronis, cujus locum adſcribam: *Digna*, inquit, *memoratu villa eſt ab Averno lacu Puteolos tendentibus impoſita littori, celebrata porticu & nemore, quam & vocabat M. Cicero Academiam, ab exemplo Athenarum, ibi compoſitis voluminibus ejuſdem nominis, in qua & monumentum ſibi inſtauraverat, ceu vero non & in toto*

nobiſcum & ſtudiis eisdem, & vetuſtate amicitiæ conjunctum. itaque confeſtim ad eum ire perreximus: paullumque cùm ejus villâ abeſſemus, ipſum ad nos venientem vidimus: atque illum complexi, 2 ut mos amicorum eſt, ſatis eum longo intervallo ad ſuam villam reduximus.

Hîc pauca primò, atque ea percunctantibus nobis, 2 d & ſi quid fortè Roma novi, e Atticus, Omitte iſta, quæ nec percunctari, nec audire ſine moleſtia poſſumus, quæſo, inquit: & quære potiùs, ecquid ipſe novi. ſilent enim diutiùs Muſæ Varronis quàm ſolebant: nec tamen iſtum ceſſare, ſed celare quæ ſcribat exiſtimo. Minimè verò, inquit ille. intemperantis enim eſſe arbitror ſcribere, quod occultari velit. ſed habeo opus magnum in manibus, f quòd jam pridem 3 ad hunc eum (ipſum me autem dicebat) quædam inſtitui, quæ & ſunt magna ſanè & limantur à me politiùs.

d ecquid forte *Lamb.* e Atticus autem, om. *Lamb.* f quæ jam *multi MSS.* qui *alii.* P. B.

Et ego, Iſta quidem, inquam, Varro, jam diu exſpectans, non audeo tamen flagitare: audivi enim è Libone noſtro, cujus noſti ſtudium (nihil enim ejusmodi celare poſſumus) g non te ea intermittere, ſed accuratiùs tractare, nec de manibus umquam deponere. Illud autem mihi ante hoc tempus numquam in mentem venit à te requirere: ſed nunc, poſteaquam ſum ingreſſus 3

g non ea te *alii.*

res

toto terrarum orbe feciſſet. Hujus in parte prima exiguo poſt obitum ipſius, Antiſtio vetere poſſidente, eruperunt fontes calidi, perquam ſalubres oculis, celebrati carmine Laurea Tullii, qui fuit è libertis ejus. Trium autem ſequentium lib. diſputatio fortaſſe non eſt in Cumano Varronis habita. id intelligi poteſt ex loco, quem Nonius ex lib. III. affert: *Et ut nos nunc ſedemus ad Lucrinum, piſciculosque exſultantes videmus.* Turnebus.

2. *Ut mos amicorum eſt.*] Miror cur iſthæc habeat pro adulterinis Lambinus. *Gruter.*

3. *Ad hunc eum ipſum (me autem dicebat).*] Solet quidem Cicero interdum *hic iſte* jungere, ſed quòd *hic is ipſe* hoc loco juncta ſunt, meritò cuiquam præter conſuetudinem veterum dictum videri poſſit. Vetuſtiſſima editio, Stephanica Victoris, atque quædam aliæ editiones, nihil ab ea lectione, quam Gruterus exhibuit, abeunt; verùm Aldus & Paulus Manutii commodiore ſanè ſententia ediderunt, *quod jam pridem ad hunc ipſum (me autem dicebat) quædam inſtitui*, omiſſo *eum*. Nolo temere quidquam in Cicerone mutare, ideoque manus abſtineo, niſi quòd parentheſeos notam ante *ipſum* ponendam curavi, quomodo forſan ſatis eſt factum manui auctoris. *Verburg.*

4. Ita-

res eas, quas tecum ſimul didici, mandare monumentis, philoſophiamque veterem illam, à Socrate ortam, Latinis litteris illuſtrare; quæro, quid ſit, cur, cùm multa ſcribas, genus hoc prætermittas, præſertim cùm &
h. antecellat *MS.* ipſe in eo excellas, & id ſtudium totaque ea res longè ceteris & ſtudiis & artibus [h] antecedat.

4 II. TUM ILLE, Rem à me ſæpe deliberatam & multùm agitatam requiris. [4] Itaque non hæſitans reſpondebo: ſed ea dicam, quæ mihi ſunt in promptu; quòd iſta ipſa de re multùm, ut dixi, & diu cogitavi. Nam, cùm philoſophiam viderem diligentiſſimè Græcis litteris explicatam, exiſtimavi, ſi qui de noſtris ejus ſtudio tenerentur, [5] ſi eſſent Græcis doctrinis eruditi, Græca potiùs quàm noſtra lecturos: ſin à Græcorum artibus & diſciplinis abhorrent, ne hæc quidem cura-
i. poſſent *alii.* turos, quæ ſine eruditione Græca intelligi non [i] poſſunt: itaque ea nolui ſcribere, quæ nec indocti intelligere poſſent, nec docti legere curarent.

5 Vides autem eadem ipſe. didiciſti enim non poſſe nos
k Amafinii *alii.* [k] Amafanii aut Rabirii ſimiles eſſe, qui, nulla arte adhibita, de rebus ante oculos poſitis vulgari ſermone diſputant: nihil definiunt, nihil partiuntur, nihil apta interrogatione concludunt, nullam denique artem eſſe nec
P. XL. dicendi nec diſſerendi putant. [6] nos autem præceptis dialecticorum & oratorum [7] etiam (quoniam [8] utramque

4. *Itaque non hæſitans.*] Vulgati, *itaque non multum hæſitans*; præter mſſ. & Lamb. & Pall. & alioquin odioſè repetatur id verbi, vel ea propter quod ſtatim præceſſerit. *Grut.*

5. *Si eſſent Græcis &c.*] Videntur ab interprete adjecta, *ſi eſſent.* certè ſuperflua ſunt. *Idem.* Ita Gruterus exiſtimat. Sed vero hoc eſt exemplum ejus, quod de Auguſto tradit Suetonius, eum conjunctiones ſæpius iterare non dubitaviſſe, quæ detractæ afferrent aliquid obſcuritatis, etſi gratiam augerent; ab qua ſimplicitate non eſt alienus Cicero. *Gronov.*

6. *Nos autem præceptis Dialecticorum & Oratorum etiam.*] Ita legendum ex libro manuſcripto, cum in vulgatis deſit vox *etiam*, quæ alioqui neceſſaria videtur. *Urſin.*

7. *Etiam (quoniam utramque vim virtutem)*] Voculam *etiam* adſcivi fide Pall. codd. eorumque quos excuſſit Lambinus; qui licet taceat, invenit puto in iiſdem ſuis, quod ego in noſtris, illud nempè *virtutem.* nam & ſic Aldi vetus, ſic Victorii editio: neotericæ, *vim unam &c.* peſſimè. conſulantur modo Turnebi ad hunc locum commentarii. *Gruter.*

8. *Utramque vim virtutem.*] Varro Antiochi diſcipulus erat, qui librum

que vim virtutem eſſe noſtri putant) ſic parentes, ut legibus, verbis, [l] quamquam novis, cogimur uti: quæ docti (ut dixi) à Græcis petere [m] mallent, indocti ne à nobis quidem accipiunt: 9 ut fruſtra omnis ſuſcipiatur labor.

l aliquando nov. *conj. Lamb.*
m malunt *alii & Lamb.*

Jam verò phyſica, ſi Epicurum, id eſt, ſi Democritum probarem, poſſem ſcribere ita planè, ut [n] Amafanius. quid eſt enim magnum, 10 cùm cauſas rerum efficientium ſuſtuleris, de corpuſculorum (11 ita enim appellat atomos) concurſione fortuita loqui? noſtra tu phyſica noſti, 12 quæ contineantur ex effectione & ex materia ea, quam fingit & format effectio. 13 adhibenda enim geometria eſt: quoniam quibusnam quisquam enuntiare verbis, aut quem ad intelligendum poterit

8
n Amafinius *alii.*

librum ediderat de Concordia Stoicorum & Peripateticorum. Peripatetici autem & Academici iidem prorſus erant. ergo, cum eandem diſciplinam Stoicorum & Academicorum eſſe cenſeret inſtituto magiſtri ſui Varro, quæ Stoici dicunt, qui artes diſſerendi & dicendi virtutes putant, attribuit Academicis, cum ab Academicis omnia Stoici, ut cenſet, mutuentur. Virtutes autem eſſe cenſent, non tantum quia intelligentiam ornent, verum etiam quòd ad benè & beatè vivendum conferant. Cicero III. de Fin. de Dialectica & Phyſica idem docet his verbis: *Ad easque virtutes, de quibus diſputatum eſt, Dialecticam etiam adjungunt & Phyſicam, easque ambas virtutum nomine appellant: alteram, quod habeat rationem, ne cui falſo aſſentiamur, eaque, quæ de bonis & malis diceremus, ut tenere tuerique poſſimus. nam ſine hac arte quemvis arbitramur à vero abduci fallique poſſe, &c.* Turnebus.

9. *Ut fruſtra omnis ſuſcipiatur labor.*] Alii exhibent, *ut omnis opera in ſcribendis illis ſuſcipiatur fruſtra.* Verburg.

10. *Cum cauſas rerum efficientium, &c.*] Sic omnes quidem habent libri & vulg. & manuſc. ſed videtur legendum, *cum cauſas rerum efficientes, &c.* ſic enim ſæpius loquitur: ut libro de Fato, in Topicis, in Timæo, ſeu de Univerſo, & alibi. Quin malim legi, *cum cauſas efficientes &c.* deleta voce, *rerum.* Lambinus.

11. *Ita enim appellat Atomos.*] Deeſt verbum *Atomos* in manuſcripto, & recte, ut videtur. *Urſin.*

12. *Quæ contineantur.*] Forſan non malè Pal. quart. *quæ cùm contineantur.* ſed tunc mox legendum *etiam*, non *enim.* ut publicavit Aldus Nepos. *Gruter.*

13. *Adhibenda enim ea materia eſt &c.*] Locus eſt admodum corruptus, ad quem tamen emendandum aliquantum nos libri veteres adjuverunt, in quorum nonnullis ſcriptum eſt, *materia*, pro *geometria.* Omnino vox *geometria* nihil hîc loci habet: cetera, quæ perverſo ordine erant collocata, eadem opera & in ſuum locum reſtituta & purgata ſunt. *Lambinus.*

terit adducere hæc ipſa de vita & moribus, de expetendis fugiendiſque rebus? illi enim ſimpliciter pecudis & hominis idem bonum eſſe cenſent. apud noſtros enim, non ignoras, quæ ſit & quanta ſubtilitas.

7 Sive enim Zenonem ſequare: magnum eſt efficere, ut quis intelligat, quid ſit illud verum & ſimplex bonum, quod non poſſit ab honeſtate ſejungi. quod bo-
omn. num quale ſit negat o omnino Epicurus ſine voluptatibus ſenſum moventibus p nec ſuſpicari. ſi verò Acade-
ſuſp. miam veterem perſequamur, quam nos, ut ſcis, probamus: quàm erit illa acutè explicanda nobis? quàm argutè, quàm obſcurè etiam contra Stoicos diſſerendum? totum igitur illud philoſophiæ ſtudium mihi quidem ipſe ſumo, & ad [14] vitæ conſtantiam quantam poſſum, & ad delectationem animi: nec ullum arbitror, ut apud Platonem eſt, majus aut melius à diis datum munus homini.

8 Sed meos amicos, in quibus eſt ſtudium, in Græciam
B. mitto, id eſt, ad Græcos ire jubeo, ut ea q à fontibus
nj. potiùs hauriant r quàm rivulos conſectentur. Quæ au-
los tem nemo adhuc docuerat, nec erat, unde ſtudioſi
lect. ſcire poſſent, ea, quantum potùi (nihil enim magnopere meorum miror) feci, ut eſſent nota noſtris. à Græcis enim peti non poterant, [15] ac poſt L. Ælii noſtri

14. *Vitæ conſtantiam, quantam poſſum.*] Sic producti à Victorio, neque aliter Lambini codd. ſcripti, aut Palatini. vetuſtiores habebant, retinuitque Aldus Nepos, *vita & conſuetudinem, & conſtantiam &c.* ineptè. Gulielmius præterea *quantam* mutatum volebat in *quantum*. quemadmodum edidit Turnebus. *Gruter.* Itane? atqui Victoriana utraque tam Rob. Stephani, quàm Lucæ Antonii Juntæ ignorat copulativam, quam inter τὰ *vita conſtantiam* inculcat Gruterus. Sed neque Hervagius. Et deleri debet; id quod feci. *Gronov.*

15. *Ac poſt Lalii noſtri occaſum.*] Ita ferme omnes libri prænomine cum nomine confuſo. *L.* enim *Ælii* vera lectio, ut ex Bruto colligi poteſt, ibi enim hæc Cicero de L. Ælio. fuit is omnino vir egregius & eques Romæ. cumprimis honeſtus idemque eruditiſſimus & Græcis literis & Latinis, antiquitatiſque noſtræ & in inventis rebus & in actis, ſcriptorumque veterum literate peritus, quam ſcientiam Varro noſter acceptam ab illo auctamque per ſeſe vir ingenio præſtans omnique doctrina, pluribus & illuſtrioribus literis explicavit. *Camerar.* *Lalii noſtri.*] Librarii, cum in deſcribendo non perciperent, quid ſibi antiquæ notæ vellent, eas vel immutabant, vel cum ſequenti voce conjungebant: ut hoc loco, *Lalii noſtri*, ſcripſerant; cum *L. Ælii noſtri* vera & incorrupta

ſtri occaſum ne à Latinis quidem. [16] Et tamen in illis veteribus noſtris, quæ, Menippum imitati, non interpretati, quadam hilaritate conſperſimus, multa [s] admiſta ex intima philoſophia, multa dicta dialecticè: quæ quo faciliùs minùs docti intelligerent, jucunditate quadam ad legendum invitati, in laudationibus, in iis ipſis [17] antiquitatum procemiis [18] philoſophiæ ſcribere voluimus, ſi modò conſecuti ſumus.

s admixta alii.

III. Tum ego, Sunt, inquam, iſta, Varro. nam 9
nos in noſtra urbe peregrinantes errantesque, tamquam hoſpites, tui libri quaſi domum [t] deduxerunt, ut poſſemus aliquando, qui & ubi eſſemus, agnoſcere. tu ætatem patriæ, tu deſcriptiones temporum, tu ſacrorum jura, tu ſacerdotum; tu domeſticam, tu bellicam diſciplinam; tu ſedem regionum, locorum; tu omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, cauſas aperuiſti: [19] plurimumque poëtis noſtris, omni-

t reduxerunt *Turneb.* adduxerunt *MSS.*

mta ſit lectio, quod & veterum librorum auctoritate & hiſtoriæ fide comprobatur. eſt enim hic L. Ælius Stilo, cognomento Præconinus, qui orationes ſcripſit, quas alii dicerent: à quo M. Varro rerum antiquarum ſcientiam cum accepiſſet, eam ipſe auxit & illuſtrioribus litteris explicavit. Cicero de Claris Orat. de Legg. II. Varro, Feſtus, Plinius lib. IX. cap. 35. lib. XXXIII. cap. I. & Gellius lib. I. cap. 18. lib. XII. cap. 4. lib. XVI. cap. 8. & Suetonius de Claris Grammaticis. Mendoſe autem in Varrone lib. IV. C. *Ælius Stilo* legitur: errore fortaſſe nato ex prænomine alterius Ælii, cui Gallo cognomen fuit. In Gellio quoque *Lalii*, pro *L. Ælii*, mendoſe legitur. Hæc Paulus pater. *A. Manut.*

16. *Et tamen in illis veteribus noſtris, qua Menippum imitati, non interpretati, quadam hilaritate conſperſimus.* Videtur legendum, *quas* pro *qua*, ut ad Varronis Satyras referatur, quas inſcripſit Menippeas. *Urſin.*

17. *Antiquitatum.*] Etiam de Antiquitatibus libros Varro ſcripſerat, quos ipſe de Lingua Latina citat. citaturque à Chariſio Antiquitatum Humanarum lib. XII. Videri poteſt hîc neſcio quid deeſſe: ſenſus tamen aliquis elici poteſt, ut dicat laudationes ſe inſtituiſſe in nonnullis Satyris, in quibus ſit philoſophatus, & in Antiquitatum libris procemia philoſophiæ ſcripſiſſe. Erant autem fortaſſe libri antiquitatum libri rerum divinarum & humanarum, cum præſertim Chariſius Antiquitates Humanas citet. *Turnebus.*

18. *Philoſophice ſcribere voluimus.*] *Philoſophiam* habet vetus liber pro *philoſophice.* Urſin.

19. *Plurimumque poëtis noſtris.*] Pal. *plurimum quidem à poëtis.* ut videatur ſic legendum, aut *& poëtis*, ut edidit Turnebus, niſi quod verius putarim; *plurimumque idem & poëtis.* ita tamen ut non damnem illud *à poëtis.* Gruter.

omninoque Latinis & litteris luminis attuliſti, & verbis: atque ipſe varium & elegans omni ferè numero poëma feciſti, philoſophiamque multis locis inchoaſti, ad impellendum ſatis, ad [v] edocendum parùm.

[v] *alii* docendum.

10 Cauſam autem probabilem tu quidem affers. aut enim Græca legere malent, qui erunt eruditi: aut ne hæc quidem, qui illa neſciunt. [20] ſed da mihi nunc, ſatisne probas? immò verò & hæc, qui illa non poterunt, & qui Græca poterunt, non contemnent ſua. quid enim cauſæ eſt, cur poëtas Latinos Græcis litteris eruditi legant, philoſophos non legant? an quia delectat Ennius, Pacuvius, Accius, [x] multi alii, qui non verba, ſed vim Græcorum expreſſerunt poëtarum? quanto magis philoſophi delectabunt, ſi, ut illi Æſchylum, Sophoclem, Euripidem, ſic hi Platonem imitentur, Ariſtotelem, Theophraſtum?

P. XLI.

[x] *quæd. edd. non habent* multi alii.

11 Oratores quidem laudari video, ſi qui è noſtris Hyperidem ſint aut Demoſthenem imitati. ego autem (dicam enim, ut res eſt) dum me ambitio, dum honores, dum cauſæ, dum reipublicæ non ſolùm cura, ſed quædam etiam procuratio multis officiis implicatum & conſtrictum tenebat, hæc incluſa habebam; &, ne obſoleſcerent, renovabam, cùm licebat, legendo. nunc verò & fortunæ graviſſimo [y] percuſſus vulnere & adminiſtratione reipublicæ liberatus, doloris medicinam à philoſophia peto, & otii oblectationem hanc honeſtiſſimam judico. aut enim huic ætati hoc maximè aptum eſt: aut iis rebus, ſi quas dignas laude geſſimus, hoc in primis conſentaneum: aut etiam ad noſtros cives erudiendos nihil utilius: aut, ſi hæc ita non ſunt, nihil aliud video, quod agere poſſimus.

[y] perculſus *alii.*

12 Brutus quidem noſter, excellens omni genere laudis, ſic philoſophiam Latinis litteris perſequitur, [21] nihil ut iisdem

20. *Sed date mihi nunc: ſatisne probas.*] Libentius, ſi veteres libri adjuvarent, legerem, *ſed ea mihi nunc non ſatis probas.* Urſin. Aldus Nepos prodidit, *ſed da te mihi nunc.* verùm ſic nulla editio, neque viſitur in Pall. *Gruter.* Turnebus legendum cenſet: *ſed eam mihi nunc ſatisne probas?*

21. *Nihil ut iisdem de rebus Græcia deſideret.*] Hæc eſt vetus lectio. neoterici enim obtruſerunt, *à Græcis deſideres*, ſed contra fidem membranaceorum: Turnebus legendum cenſebat, *à Græcia deſideres.* Aldus Nepos vulgavit, *Græca deſideres*: quod ultimum placebat

iiſdem de rebus Græcia deſideret: & eandem quidem ſententiam ſequitur, quam tu. nam Ariſtum Athenis audivit aliquandiu, cujus tu fratrem Antiochum. quamobrem da, quæſo, te huic etiam generi litterarum.

IV. TUM ILLE, Iſtud quidem conſiderabo, nec 13
verò ſine te. Sed de te ipſo quid eſt, inquit, quod audio? Quanam, inquam, de re? Relictam à te veterem jam, inquit: tractari autem novam. Quid ergo, inquam, Antiocho id magis licuerit, noſtro familiari, remigrare in domum veterem è nova quàm nobis in novam è vetere? certe enim recentiſſima quæque ſunt P. B.
correcta & emendata maximè. quamquam Antiochi magiſter Philo, magnus vir, ut tu exiſtimas ipſe, [z] negaret in libris (quod coràm etiam ex ipſo audiebamus) duas Academias eſſe; erroremque eorum, qui ita [a] putarunt, coarguit. Eſt, inquit, ut dicis: ſed ignorare te non arbitror, [22] quæ contra Philonis Antiochus ſcripſerit.

z negarit Lamb.

a putarent MS.

Immò verò & iſtam, & totam veterem Academiam, 14
[23] aquâ abſumptam diu, renovari à te, niſi moleſtum eſt, velim: & ſimul, aſſidamus, inquam, ſi videtur. Sanè iſtud quidem, inquit: ſum enim admodum infirmus. ſed videamus, idemne Attico placeat fieri à me, quod te velle video. Mihi verò, ille. quid eſt enim, quod malim, quàm ex Antiocho jam pridem audita recordari, & ſimul videre, ſatiſne ea commodè dici poſſint

bat & Gulielmio. mihi non diſpliceret *Græca deſideret*, quod alicubi ad oram adpictum. *Gruter.*

22. *Quæ contra Philonem Antiochus ſcripſerit.*] De Antiocho Aſcalonita, qui veteris academiæ jam pœne deſertæ patrocinium ſuſcepit, Plutarchus in vita Luculli ſic ſcribit: Ἴδιόν φησι τῆς ἀκαδημίας ἐξ ἀρχῆς ἔρωτα, καὶ πῆλον ἴσχειν ὑ τῆς νέας λεγομένης καὶ πτερ ἀνθούσης τότε τοῖς καρνεάδου λόγοις διὰ Φίλωνος, ἀλλὰ τῆς παλαιᾶς πιθανὸν ἄνδρα, καὶ δεινὸν εἰπεῖν τότε προστάτην ἐχέσης τὸν Ἀσκαλωνίτην Ἀντίοχον, &c. pro *iſtam*, eſt *iſta* in veteribus libris: quam ſcripturam agnoſcit vir doctiſſimus in ſuo etiam libro. *Urſin. Quæ contra Philonis Antiochus ſcripſerit.*] Sic erat in noſtris duobus, ſic in Gulielmiano, notato littera T. Vulgati, *Philonem* quod eodem quidem redit: ſed tamen ſua ſibi relinquenda auctori. *Gruter.*

23. *Aquâ abſumptam diu.*] Sic Victorius, ſic Turnebus, ſic Pall. nam recentiores, *à qua abſum tam diu.* non ineptè quidem. ſed ſciendum eſt loqui Ciceronem, non Varronem. deinde quis adeſſe velit ruinoſis? *Idem.*

inſtituto in Academia, quod eſt alterum gymnaſium, cœtus erant & ſermones habere ſoliti, è loci vocabulo nomen habuerunt. ſed utrique Platonis ubertate completi certam quandam diſciplinæ formulam compoſuerunt, & eam quidem plenam ac refertam: 32 illam autem Socraticam dubitationem de omnibus rebus, & nulla affirmatione adhibita conſuetudinem diſſerendi reliquerunt.

18 33 Ita facta eſt diſſerendi, quod minimè Socrates probabat, ars quædam philoſophiæ, & rerum ordo, & deſcriptio diſciplinæ. quæ quidem erat primò duobus, ut dixi, nominibus una. nihil enim inter Peripateticos & illam veterem Academiam differebat. abundantia quadam ingenii præſtabat, ut mihi [i] videtur quidem, Ariſtoteles: ſed idem fons erat utrisque & eadem rerum expetendarum fugiendarumque partitio. Sed quid ago? inquit: aut ſumne ſanus, qui hæc vos doceo? nam etſi non ſus Minervam, ut ajunt: tamen ineptè quisquis Minervam docet.

i quid. vid. *conj. Lamb.*

P. B.

V. Tum Atticus, Tu verò, inquit, perge, Varro. valde enim amo noſtra atque noſtros: meque iſta delectant, cùm Latinè dicuntur & iſto modo. Quid me, inquam, putas, qui philoſophiam jam pro-

19 feſſus ſim, populo noſtro exhibiturum? Pergamus igitur, inquit, quoniam placet. 34 Fuit ergo jam accepta à Platone philoſophandi ratio triplex: una de vita & moribus: altera de natura & rebus occultis: tertia de diſſerendo, & quid verum, [k] & quid falſum; quid rectum in oratione pravumve; quid conſentiens, quid [l] repugnet, judicando. Ac primam illam partem bene vi-

k *alii delent* & *Lamb.* aut.

l *ita MSS.* repugnans. *alii.*

32. *Illam. A. S. D. de O. R. & N. A. A. C. D. R.*] Petrus Ciacconus putat duas voces abundare, ſicque legendum eſſe, *Illam. autem. Socraticam. de. omnib. rebus. nulla. affirmatione. adhibita. conſuetudinem. D. reliquerunt.* Urſin.

33. *Ita facta eſt diſſerendi, quod minime Socrates probabat, ars quadam.*] Hic quoque verbum *diſſerendi* videtur abundare. ait enim philoſophiam factam eſſe artem, quæ ars de rebus certis & notis tractare ſolet, cum Socrates de ſingulis tanquam de incertis diſputans eam artem eſſe negaret. *Idem.* Turnebus tollendum cenſuit *diſſerendi*; Lambinus ſuſtulit.

34. *Fuit ergo jam accepta à Platone philoſophandi ratio triplex.*] Petrus Ciacconus expungit vocem, *accepta*, tanquam ſupervacaneam. *Urſin.*

35. Ex-

vivendi à natura petebant. eique parendum eſſe dicebant: neque ulla alia in re, niſi in natura, quærendum eſſe illud ſummum bonum, quò omnia referrentur: conſtituebantque, extremum eſſe rerum expetendarum & finem bonorum, adeptum eſſe omnia è natura & animo, & corpore, & vita. corporis autem alia ponebant eſſe in toto, alia in partibus. valitudinem, vires, pulcritudinem, in toto: in partibus autem, ſenſus integros & præſtantiam aliquam partium ſingularum: ut in pedibus celeritatem: vim in manibus: claritatem in voce: in lingua etiam [35] explanatam vocum impreſſionem.

Animi autem quæ eſſent [36] ad comprehendendam 20 ingeniis virtutem idonea: eaque ab iis in naturam & mores dividebantur. Naturæ celeritatem ad diſcendum & memoriam dabant: quorum utrumque mentis eſſet proprium, & ingenii. Morum autem putabant ſtudia eſſe & quaſi conſuetudinem: quam partim exercitationis aſſiduitate, partim ratione formabant; in quibus erat philoſophia ipſa. in qua [37] quod inchoatum eſt, neque abſolutum, progreſſio quædam ad virtutem appellatur: quod autem abſolutum, id eſt virtus, m quaſi perfectio naturæ omniumque rerum, quas in animis ponunt, una res optima. ergo hæc animorum. P. XLIII.

m & quaſi *Lamb.* è *MS.*

Vitæ autem (id enim erat tertium) adjuncta eſſe di- 21 cebant, quæ ad virtutis uſum valerent. Jam virtus animi bonis & corporis cernitur in quibusdam, quæ non tam naturæ quàm beatæ vitæ adjuncta ſunt. Hominem eſſe cenſebant quaſi [38] partem quandam civitatis & uni-

35. *Explanatam vocum impreſſionem.* Pal. pr. *expreſſionem*, quod licet de conjectura placeret P. Manutio, retinuerim tamen prius, quod in omnibus edd. item in noſtro quarto codice alioquin non vulgaris bonitatis. *Gruter.*

36. *Ad comprehendendam ingeniis virtutem idonea.*] Etiam Pall. accedunt Memmiano, in quo *ingeniis*; ideoque admiſi, rejecto, *ingenii*, quod in hactenus vulgatis. *Idem.*

37. *Quod inchoatum eſt, neque abſolutum.*] Vox poſtrema non viſitur in Pall. an ſit in aliorum membranis ideo ambigo, quod vett. editiones recentesque aggerant noſtrum *abſolutum*; Victorii autem atque Turnebi, *perfectum*. Idem.

38. *Partem quandam civitatis & univerſi generis humani.*] Sententiam ſuam, qua copulam & delendam cenſebat, publicavit pater lib. III. Obſerv. cap. 6. *Gronov.*

39. Aut

univerſi generis humani, eumque eſſe conjunctum cum hominibus humana quadam ſocietate. Ac de ſummo quidem [n] atque naturali bono ſic agunt. cetera autem pertinere ad id putant, [39] aut ad augendum, aut ad tuendum, ut divitias, ut opes, ut gloriam, ut gratiam. Ita [o] tripartita ab iis inducitur ratio bonorum.

n ac *alii.*

o triperti-ta *Lamb.*

22 VI. Atque hæc illa ſunt tria genera, quæ putant plerique Peripateticos dicere. id quidem non falſò: eſt enim hæc partitio illorum: illud imprudenter, ſi alios eſſe Academicos, qui tum appellarentur, alios Peripateticos arbitrantur. Communis hæc ratio, & utriſque hic bonorum finis [p] videbatur, adipiſci quæ eſſent prima in natura, quæque ipſa per ſeſe expetenda, aut omnia, aut maxima. ea ſunt autem maxima, quæ in ipſo animo atque in ipſa virtute verſantur. Itaque omnis illa antiqua philoſophia ſenſit in una virtute eſſe poſitam beatam vitam: nec tamen beatiſſimam, niſi adjungerentur [q] & corporis, & cetera, quæ ſuprà dicta ſunt, ad virtutis uſum idonea.

p *MSS.* & *Ald.* videatur. *Grut. delet.*

q etiam corp. *Lamb.*

23 Ex hac deſcriptione agendi quoque aliquid in vita & officii ipſius initium reperiebatur: quod erat in conſervatione earum rerum, quas natura præſcriberet. hinc gignebatur fuga deſidiæ voluptatumque contemptio: ex quo laborum dolorumque ſuſceptio multorum, [r] magnorum, recti honeſtique cauſa; & earum rerum, quæ erant congruentes cum deſcriptione naturæ. unde amicitia exſiſtebat, & juſtitia atque æquitas. [s] hæque & voluptatibus, & multis vitæ commodis anteponebantur. Hæc quidem fuit apud eos morum inſtitutio & ejus artis, quam primam poſui, [40] forma atque deſcriptio.

P. B.

r magnorumque *alii.*

s hæcque & voluptati *MS.*

De

39. *Aut augendum, aut tuendum.*] Sic repoſui ex codice Memmiano. ſententia autem plana eſt. cetera, inquit, pertinent ad id bonum aut amplificandum atque augendum, aut tuendum ac retinendum. *agendum*, quod eſt in vulgatis, ferri non poteſt. *Lambinus.*

40. *Forma.*] Formæ appellantur delineationes & exemplaria futuri operis. Cicero ad Att. *Formam igitur mihi totius Reip. ſi jam es Romæ, aut cùm eris, velim mittas.* & alio loco: *Videre formam, & ex ea quale ædificium futurum ſit cognoſcere.* Eodem modo hîc formam dixit. *Eſt & ſutoris forma, quam maſtricolam vocant.* Horatius: *Si ſcalpra & formas, non ſutor.* Turnebus.

41. *Se*

De natura autem (id enim ſequebatur) ita dicebant, ut eam dividerent in res duas: ut altera eſſet efficiens, altera autem, quaſi huic [41] ſe præbens, ea, quæ efficeretur aliquid. In eo, quod efficeret, vim eſſe cenſebant: in eo autem, quod efficeretur, materiam quandam: in utroque tamen utrumque. neque enim materiam ipſam cohærere potuiſſe, ſi nulla vi contineretur, neque vim ſine aliqua materia. Nihil eſt enim, quod non alicubi eſſe cogatur. ſed quod ex utroque, id jam corpus [42] & quaſi qualitatem quandam nominabant. dabitis enim profectò, ut in rebus inuſitatis, quod Græci ipſi faciunt, à quibus hæc jam diu tractantur, utamur verbis interdum inauditis. 24

VII. NOS VERÒ, inquit Atticus. quin etiam Græcis licebit utare, cùm voles, ſi te Latina fortè deficient. Bene ſanè [t] facis: ſed enitar, ut Latinè loquar, niſi in hujuſcemodi verbis, ut philoſophiam, aut [v] rhetoricam, aut [x] phyſicam, aut [y] dialecticam appellem, quibus, ut aliis multis, conſuetudo jam utitur pro Latinis. Qualitates igitur appellavi, quas ποιότητας Græci vocant: quod ipſum apud Græcos non eſt vulgi verbum, ſed philoſophorum, atque id in multis. dialecticorum verò verba nulla ſunt publica: ſuis utuntur. & id [z] quidem com- 25

t mecum agis *Lamb. conj.*

v rhetoricen *MS.*

x phyſicen *Id. MS.*

y dialecticen *Id. MS.*

z quoque *alii.*

41. *Se præbens, eaque efficeretur aliquid.*] Turnebus malebat *ex qua efficeretur.* indicatque alios voluiſſe, *ea qua*; quod viſitur in editione Aldi Nepotis. primo loco poſita eſt lectio communis, reſtatque in Pall. recentius cuſi prætulere, *ea qua.* Gruter.

42. *Et quaſi qualitatem quandam nominabant.*] Delenda vox *quaſi*, auctoribus antiquis codicibus. *Urſin. Et quaſi qualitatem.*] Ποιότης, id eſt, *qualitas*, vulgi non eſt, ſed Philoſophorum verbum. In hac vero ſignificatione Stoicorum proprium, quorum, ut opinor, vocabulis etiam Academici utebantur. Stoicis autem cum qualitates corporatæ ſint, idcirco, ut opinor, materiam corporatam qualitatem vocabant: quamquam non tam ſæpe ποιότητα quàm πεποιωμένην dicere ſolebant. Alexander Aphrodiſius contra Stoicos diſſerens: Λέγω δὲ περὶ τῶν ἐνεργείᾳ σωμάτων, καὶ ὥς φασιν αὐτοὶ πεποιωμένων, εἴη ἂν καὶ ἡ ψυχὴ αἰσθητή· οὐ γὰρ δὴ ἄποιόν γε σῶμα αὐτὴν ἐροῦσιν. ἔσται γὰρ ὕλη. id eſt, *Loquor autem de corporibus, quæ re ipſa ſunt, &, ut ipſi loquuntur, qualitate affecta ſunt, animus ſenſu percipietur, non enim eum corpus eſſe dicent qualitate vacans. eſſet enim materia*, niſi ſi qualitatem Cicero per Metonymiam hîc vocet qualia, id eſt, τὰ πεποιωμένα, quod potius reor. Stoica etiam nonnulla prope Academicis hîc attribuit. *Turnebus.*

commune omnium ferè eſt artium. aut enim nova ſunt rerum novarum facienda nomina, aut ex aliis transferenda. quod ſi Græci faciunt, qui in [a] iis rebus tot jam ſæcula verſantur, quanto id magis nobis concedendum eſt, qui hæc nunc primùm tractare conamur?

26 Tu verò, inquam, Varro, bene etiam meriturus mihi videris de tuis civibus, ſi eos non modò copiâ rerum auxeris, ut [b] effeciſti, ſed etiam verborum. Audebimus ergo, inquit, novis verbis uti, te auctore, ſi neceſſe [c] erit. Earum igitur qualitatum ſunt aliæ principes, aliæ ex iis ortæ. principes ſunt uniusmodi & ſimplices. ex [d] iis autem ortæ variæ ſunt & quaſi multiformes. 43 itaque aër quoque (utimur enim pro Latino) ignis, & aqua, & terra, prima ſunt. ex iis autem ortæ animantium formæ earumque rerum, quæ gignuntur è terra. ergo illa initia, [e] &, ut è Græco vertam, elementa dicuntur: è quibus aër & ignis movendi vim habent & efficiendi: reliquæ partes accipiendi & quaſi patiendi: aquam dico & terram. Quintum genus, è quo eſſent aſtra 44 mentesque, ſingulare, eorumque quattuor, quæ ſuprà dixi, diſſimile Ariſtoteles [f] quiddam eſſe rebatur.

27 Sed ſubjectam [g] putant omnibus ſine ulla ſpecie, atque carentem omni illa qualitate (faciamus enim tractando uſitatius hoc verbum & tritius) 45 materiam quan-

a his *alii & MS.*
P. XLIV.
b feciſti *alii.*
c eſt *alii.*
d his *alii.*
e & *deeſt in multis.*
f quoddam *alii.*
g putat *MSS.*

43. *Itaque aër; utimur enim pro Latino, & ignis, & aqua.*] Ita legendum ex manuſcripto. *Urſin.*

44. *Mentesque ſingulares.*] Duo iidem codd. *ſingulare*, quod heic an locum propriè habeat videbunt alii. ego puto poſſe: tanto quidem magis, quod uterque Palatinus mox agnoſcat, *eorumque*, qua enclitica vulgares carent, exceptâ Victoriana. *Gruter.* *Mentesque ſingulares.*] Animi ſingulorum. Hujus rei in prima Tuſc. meminit. Ariſtoteles autem lib. II. de Procreatione Animalium cenſet omnem animi poteſtatem etiam in mutis animantibus corporis eſſe cujusdam, participem nobilioris quàm elementa: idque eò præſtantius eſſe, quo animus ſit præſtantior. Quo quidem in loco Ariſtoteles vehiculum ætherium attingit, à Platone animis attributum. Id cum legiſſet apud Ariſtotelem Galenus, ſcripſit eum cogi animum fateri corporatum. D. quoque Auguſtinus Ariſtotelis ſententiâ animum materiatum & corporatum dicit eſſe. Ariſtoteles tamen corpus illud attributum animo animum eſſe fortaſſe non diceret. *Turnebus.*

45. *Materiam quandam, ex qua omnia expreſſa atque efficta ſint.*] *Efficta* malui quàm *effecta*: nam & in Lucullo, licet alia de re, *Viſum*,

quandam, & qua omnia expreſſa atque [h] effecta ſint: quæ tota omnia accipere poſſint [46] omnibusque modis mutare, atque ex omni parte: eoque etiam [i] interire non in nihilum, ſed in ſuas partes, quæ infinitè ſecari ac dividi poſſint, cùm ſit nihil omnino in rerum natura minimum, quod dividi nequeat: quæ autem moveantur, omnia intervallis moveri. quæ intervalla item infinitè dividi poſſint.

h effictа *Turneb.* & *Lamb.*
i omnia int. *Lamb.*

Et cùm ita moveatur illa vis, quam qualitatem eſſe diximus, & cùm ſic ultrò [k] citróque verſetur: & materiam ipſam totam penitus commutari putant & ita effici quæ appellant qualia, è quibus in omni natura cohærente & continuata cum omnibus ſuis partibus effectum eſſe mundum: extra quem nulla pars materiæ ſit nullumque corpus: partes autem eſſe mundi omnia, quæ inſint in eo, quæ natura ſentiente teneantur: in qua ratio perfecta inſit, quæ ſit eadem ſempiterna. 28

k in utroque *MS.*
P. B.

Nihil enim valentius eſſe, à quo intereat, quam vim animum eſſe dicunt mundi, eandemque eſſe mentem ſapientiamque perfectam: quem deum appellant, omniúmque rerum, quæ ſunt ei ſubjectæ, quaſi [l] prudentiam quandam, procurantem cæleſtia maxime, deinde in terris ea, quæ [m] pertinent ad homines: quam interdum neceſſitatem appellant; quia nihil aliter [n] poſſit, atque ab ea conſtitutum ſit, [47] inter quaſi fatalem & immutabilem continuationem ordinis ſempiterni: nonnumquam quidem eandem fortunam, quòd efficiat multa 29

l providentiam *alii.*
m pertineant *MS.*
n eſſe poſſit *Lamb.*

viſum, inquit, *impreſſum effictumque ex eo, unde eſſet.* Et ibidem: *Impreſſum, & ſignatum, & effictum.* In oratione autem pro Amerino; *Ut effictos*, inquit, *noſtros mores in alienis perſonis expreſſamque imaginem noſtram vitæ quotidianæ videremus.* Scriptor etiam Rhet. ad Herennium lib. IV. *Exprimere & effingere verbis formam corporis.* Hæc Paulus pater. *A. Manut.*

46. *Omnibusque modis mutare.*] *Mutari* habet liber antiquus, fortaſſe melius. *Urſin.*

47. *Inter quaſi fatalem &c.*] Sic edd. vett. nec diſcrepant Pall. ſolùm eſt in quarto, aliàs legi *item*, vel *interdum*; quod ultimum in textum retulit Lamb. miréque probat Mich. Brutus. P. Manut. mallet, *fieri quaſi*. quamvis non neget inveniſſe in libro veteri, *iter quaſi fatale.* Turnebi editio refert, *evenire quaſi &c.* ſi è mſſ. rectiſſimè. interim non diſpliceat mihi, *item*; utique ſi recedendum eſt à vulgato. *Gruter.*

48. *Eis*,

ta improviſa [o] hæc, nec-opinata nobis propter obſcuritatem ignorationemque cauſarum.

o & necop. *Lamb.*

30 VIII. TERTIA deinde philoſophiæ pars, quæ erat in [p] ratione & in diſſerendo, ſic tractabatur ab utriſque: quanquam oriretur à ſenſibus, tamen non eſſe judicium veritatis in ſenſibus. mentem volebant rerum eſſe judicem: ſolam cenſebant idoneam, cui crederetur. quia ſola cerneret id, quod ſemper eſſet ſimplex & uniusmodi, & tale, quale eſſet. hanc illi ideam appellabant, jam à Platone ita nominatam: nos rectè ſpeciem poſſumus dicere.

p oratione *conj. Lamb.*

31 Senſus autem omnes hebetes & tardos eſſe arbitrabantur, nec percipere ullo modo res eas, quæ ſubjectæ ſenſibus viderentur; [q] quæ eſſent aut ita parvæ, ut ſub ſenſum cadere non poſſent; aut ita mobiles & concitatæ, ut nihil umquam unum eſſet conſtans; ne idem quidem, quia continenter laberentur & fluerent omnia. itaque hanc omnem partem rerum opinabilem appellabant.

q quia *aut* quod *conj. Grut.*

P. XLV. Scientiam autem nuſquam eſſe cenſebant, niſi in ani-
32 mi [r] motionibus atque rationibus. qua de cauſa definitiones rerum probabant, & has ad omnia, de quibus diſceptabatur, adhibebant. verborum etiam explicatio probabatur, [s] id eſt, qua de cauſa quæque eſſent ita nominata; quam etymologiam appellabant: poſt argumentis & quaſi rerum notis [t] ducibus utebantur ad probandum & ad concludendum id, quod explanari volebant: in qua tradebatur omnis [v] dialecticæ diſciplina, id eſt, orationis ratione concluſæ. huic quaſi ex altera parte oratoria vis dicendi adhibebatur, explicatrix orationis perpetuæ ad perſuadendum accommoda-
33 tæ. Hæc erat illis prima à Platone tradita: cujus quas acceperim diſputationes, ſi vultis, exponam. Nos verò volumus, inquam, ut pro Attico etiam reſpondeam.

r notionibus *conj. Lamb.* s id eſt *alii non habent.* t ducib. *non habet Lamb.* v *ita MSS.* dialectica *alii.*

IX. ET RECTE, inquit, reſpondes. præclarè enim explicatur Peripateticorum & Academiæ veteris auctoritas. Ariſtoteles primus ſpecies, quas paullo antè dixi, labefactavit: quas mirificè Plato erat amplexatus; ut in his quiddam divinum eſſe diceret. Theophraſtus autem, vir & oratione ſuavis, & ita [x] moratus, ut præ ſe probitatem quandam & ingenuitatem ferat, vehementiùs

x *ita Vict. & MSS. alii* moderatus.

mentiùs etiam fregit quodam modo auctoritatem veteris diſciplinæ. ſpoliavit enim virtutem ſuo decore imbecillamque reddidit, quòd negavit in ea ſola poſitum eſſe beatè vivere.

34 Nam Strato, ejus auditor, quamquam fuit acri ingenio, tamen ab ea diſciplina omnino ſemovendus eſt: qui cùm maximè neceſſariam partem philoſophiæ, quæ poſita eſt in virtute [y] & in moribus, reliquiſſet, totumque ſe ad inveſtigationem naturæ contuliſſet, in ea ipſa plurimùm diſſedit à ſuis. Speuſippus autem & Xenocrates, qui primi Platonis rationem auctoritatemque ſuſceperant; [z] & poſt [a] hos Polemo & Crates, unáque Crantor, in Academia congregati, diligenter [48] eis, quæ à ſuperioribus acceperant, utebantur. Jam Polemonem audiverant aſſiduè Zeno & Arceſilas.

y & morib. *alii.*
P. B.
z & *alii non habent.*
a eos *alii.*

35 Sed Zeno cùm Arceſilam anteiret ætate, valdeque ſubtiliter diſſereret & peracutè moveretur, corrigere conatus eſt diſciplinam. eam quoque, ſi videtur, correctionem explicabo, ſicut ſolebat Antiochus. Mihi verò, inquam, videtur: quod vides idem ſignificare Pomponium.

X. ZENO igitur nullo modo is erat, qui, ut Theophraſtus, nervos virtutis [b] inciderit: ſed contrà, qui omnia, quæ ad beatam vitam pertinerent, in una virtute poneret, nec quidquam aliud numeraret in bonis, idque appellaret honeſtum, quod eſſet ſimplex quoddam, & ſolum, & unum bonum. 36 Cetera autem etſi nec bona nec mala eſſent, tamen alia ſecundùm naturam dicebat, alia naturæ eſſe contraria. iis ipſis alia interjecta & media numerabat. quæ autem ſecundùm naturam eſſent, ea ſumenda & quadam æſtimatione dignanda docebat: contraque contraria: neutra autem in mediis relinquebat: in quibus ponebat nihil omnino eſſe momenti.

b incideret *MS.*

37 Sed quæ eſſent ſumenda, ex iis alia pluris eſſe æſtimanda, alia minoris: quæ pluris, ea præpoſita appellabat; [c] rejecta autem, quæ minoris. atque ut hæc non

c ſejuncta *edd. vett.*

48. *Eis, quæ à ſuperioribus acceperant, utebantur.*] Sic Victorii ac Turnebi editio; ſic Pall. noſtri. olim cuſi, *ea, quæ à ſup. acc. tuebantur.* quod expreſſi. iterum uſurpavit Noſter libris de Finibus. Lambinus adhæret publicatis, licet ſic quoque inveniſſet in duobus ſuis. *Gruter.*

 49. Of-

non tam rebus quàm vocabulis commutaverat; ſic inter rectè factum atque peccatum officium, & contra officium media locabat quædam: rectè facta ſola in bonis actionibus ponens; pravè, id eſt, peccata, in malis. [49] officia autem & ſervata prætermiſſaque [50] media putabat, ut dixi.

38 Cúmque ſuperiores non omnem virtutem in ratione eſſe dicerent, ſed quaſdam virtutes naturâ aut more

P. XLVI. perfectas: hic omnes in ratione ponebat: cúmque illi ea genera virtutum, quæ ſuprà dixi, ſejungi poſſe arbitrarentur; [c] hic nec id ullo modo fieri poſſe diſſerebat: nec virtutis uſum modò, ut ſuperiores, ſed ipſum habitum per ſe eſſe præclarum, nec tamen virtutem cuiquam adeſſe, quin eâ ſemper uteretur. cúmque perturbationem animi illi ex homine non tollerent, naturâque & condoleſcere, & concupiſcere, & extimeſcere, & efferri lætitiâ dicerent, ſed ea contraherent [51] in anguſtumque deducerent: hic omnibus his quaſi morbis voluit carere ſapientem. Cúmque eas perturbationes antiqui naturales eſſe dicerent & rationis expertes, aliaque in parte animi cupiditatem, alia rationem collocarent, ne his quidem aſſentiebatur. nam & perturbationes voluntarias eſſe putabat, [52] opinioniſque judicio ſuſcipi &

c *octo ſeqq. voces deſunt in quib. edd.*

49. *Officia autem & ſervata prætermiſſaque media putabat.*] Ornamenti cauſâ & iterari notum eſt: inferri autem, *que*, poſt, *&*, quod hic Cicero facit, minus tritum eſt in conſuetudine Latinæ linguæ; itaque, ut mendoſus locus putetur, exempla ſubjungam. lib. IV. de Fin. *Omne animal ipſum ſibi commendatum, ut ſe & ſalvum in ſuo genere incolumemque vellet.* & lib. V. *Quis eſt, qui non intelligat, & eos, qui fecerunt, immemores fuiſſe utilitatum ſuarum, nos nulla alia re, niſi honeſtate, duci?* Simile etiam illud lib. I. de Fin. *Ex quo intelligitur, nec intemperantiam per ſe fugiendam eſſe temperantiamque expetendam, non quia voluptates fugiat, ſed quia majores conſequatur.* & illud Salluſtii in Jugurtha: *Hac atque alia majores veſtri faciendo ſeque & rempublicam celebravere.* Hæc Paulus pater. *A. Manut.*

50. *Media putabat, ut dixi.*] Malim legi, *media ponebat &c.* quod autem ſuprà proximè libri veteres habent, *officia autem & ſervata prætermiſſaque*, puto copulationem *&.* eſſe delendam. quod ſi retineatur legendum, *& prætermiſſa*, non *prætermiſſaque.* Lambin.

51. *In anguſtumque deducerent.*] Lego, *adducerent &c.* Sic enim potius Cicero loqui ſolet in Partitionibus. *Rationum & firmamentorum contentio adducit in anguſtam diſceptationem.* Idem pro Quinctio: *Qui hunc in ſummas anguſtias adductum putaret &c.* Idem.

52. *Opinioniſque judicio ſuſcipi.*] Vulgatur ferè ab ortu Victorianæ,

& omnium perturbationum arbitrabatur eſſe matrem immoderatam quandam intemperantiam. Hæc ferè de moribus.

XI. De naturis autem ſic ſentiebat: [53] primùm, ut in quatuor initiis rerum illis quintam hanc naturam, ex qua ſuperiores ſenſus & mentem effici rebantur, non adhiberet. ſtatuebat enim ignem eſſe ipſam naturam, quæ quidque gigneret, & [54] mentem atque ſenſus. diſcrepabat etiam ab iiſdem, quòd nullo modo arbitrabatur quidquam effici poſſe ab ea, quæ expers eſſet corporis. cujus generis Xenocrates & ſuperiores etiam animum eſſe dixerunt: nec verò, aut quod efficeret aliquid, aut quod efficeretur, poſſe eſſe non corpus.

40 Plurima autem in illa tertia philoſophiæ parte mutavit. in qua primùm de ſenſibus ipſis quædam dixit nova: quos junctos eſſe cenſuit à quadam quaſi impulſione oblata extrinſecus: quam ille [e] *φαντασίαν*, nos viſum [f] appellemus licet: & teneamus hoc verbum quidem; erit enim utendum in reliquo ſermone ſæpius. ſed ad hæc, quæ viſa ſunt & quaſi accepta ſenſibus, aſſenſionem adjungit animorum: quam eſſe vult in nobis poſitam & voluntariam.

P. B.

e phantaſiam *MS.*
f appellamus *alii.*

41 Viſis non omnibus adjungebat fidem, ſed iis ſolùm, quæ propriam quandam haberent declarationem earum rerum, quæ viderentur: id autem viſum, cùm ipſum per ſe cerneretur, [g] comprehenſibile. Feretis hæc? Nos verò, inquit. quonam enim modo *κατάληπτον* diceres? ſed, cùm acceptum jam & approbatum eſſet, com-

g comprehendibile *MS.*

næ, Lambinianárumque editionum, *opinionesque*; ſed præter antiquiores; quibus accedit & Turnebiana auctoritasque Palatinorum noſtrorum. *Grut.*

53. *Primùm, ut in quàtuor initiis rerum.*] Delenda, *in*, prætpoſitio, quæ recte abeſt à vetere libro. *Urſin.*

54. *Mentem atque ſenſus.*] Mens enim, ſenſus animi, Stoicis ſpiritus eſt calidus, qui refrigeratione animatur & ex natura in animum commutatur, concepta quadam acie & firmitate. Plutarchus, Τὴν ψυχὴν οἱ Στωϊκοὶ πνεῦμα θερμὸν ἔλεγον. Id eſt, *Animum Stoici ſpiritum eſſe calidum dicebant.* Alio loco: Γίνεσθαι μὲν γάρ φησὶ τὴν ψυχὴν ὅταν τὸ βρέφος ἀποτεχθῇ, καθάπερ στομώσει τῇ περιψύξει τοῦ πνεύματος μεταβαλόντος. id eſt, *Gigni enim ait animum, cum fœtus foras editus eſt, ſpiritu ipſo perfrigeratione tanquam quadam aciei firmitate commutato.* Turnebus.

55. *Ad*

comprehenſionem appellabat, ſimilem iis rebus, quæ manu prenderentur: ex quo etiam nomen hoc duxerat, [h] cùm eo verbo antè nemo tali in re uſus eſſet: plurimiſque idem novis verbis (nova enim dicebat) uſus eſt. quod autem erat ſenſu [i] comprehenſum, id ipſum ſenſum appellabat, & ſi ita erat comprehenſum, ut convelli ratione non poſſet, ſcientiam: ſin aliter, inſcientiam nominabat: ex qua exſiſteret etiam opinio, quæ eſſet imbecilla & cum falſo incognitoque communis.

h *at cum aliis.*

i *comprenſum MS.*

42 Sed inter ſcientiam & inſcientiam comprehenſionem illam, quam dixi, collocabat, eamque neque in rectis neque in pravis numerabat, ſed ſoli credendum eſſe dicebat. è quo ſenſibus etiam fidem tribuebat, quòd, ut ſuprà dixi, comprehenſio facta ſenſibus & vera eſſe illi & fidelis videbatur: non quòd omnia, quæ eſſent in re, comprehenderet: ſed quia nihil, quod cadere in eam poſſet, relinqueret, quódque natura quaſi normam ſcientiæ & principium ſui dediſſet, unde poſtea notiones rerum [k] in animis imprimerentur; è quibus non principia ſolùm, ſed latiores quædam [55] ad rationem inveniendam viæ reperiuntur. errorem autem, & temeritatem, & ignorantiam, & opinationem, & ſuſpicionem, & uno nomine omnia, quæ eſſent aliena, firmæ & conſtantis aſſenſionis, à virtute ſapientiaque removebat. atque in iis ferè commutatio conſiſtit omnis diſſenſioque Zenonis à ſuperioribus.

k *in Lamb. delet.*

P. XLVII.

43 XII. QUÆ CÙM dixiſſet: [l] Et breviter ſanè minimèque obſcurè expoſita eſt, inquam, à te, Varro, & veteris Academiæ ratio & Stoicorum. verum eſſe autem arbitror, ut Antiocho, noſtro familiari, placebat, correctionem veteris Academiæ potiùs quàm aliquam novam diſciplinam putandam. Tunc Varro, Tuæ ſunt nunc partes, inquit, [56] qui ab antiquorum ratione nunc deſciſcis, & ea, quæ ab Arceſila novata ſunt, probas, [m] do-

l *Et deest in quibusd. edd.*

55. *Ad rationem inveniendam viæ reperiuntur.*] Manutius ac Lamb. conjiciunt, *ut aperirentur.* ſi etiam mihi hiſcere licet, dicam videri poſſe illud, *reperiuntur*, ſcholion librarii alicujus. abſque eo ſanè ſententia bellè procedit. ſin retinendum, concinnius foret litterâ mutatâ ſcriptum, *reperirentur.* Gruter.

56. *Qui ab antiquorum ratione nunc deſciſcis.*] Pro *qui*, liber manuſcriptus habet, *quam*; unde conjecturam facio ſcribendum eſſe, *quoniam.* Urſin.

57. Et

[m] docere, quod & qua de cauſa [n] diſcidium factum ſit; ut videamus, ſatisne iſta ſit juſta defectio. — m docet MS. non malè. n diſſidium alii.

Tum ego, Cum Zenone, inquam, ut accepimus, Arceſilas ſibi omne certamen inſtituit, non pertinaciâ aut ſtudio vincendi, ut mihi quidem videtur, ſed earum rerum obſcuritate, quæ ad confeſſionem ignorationis 44
adduxerant Socratem, 57 & velut jam ante Socratem Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, omnes penè veteres: qui nihil cognoſci, nihil percipi, nihil ſciri poſſe dixerunt: anguſtos ſenſus, imbecillos animos, brevia curricula vitæ & (ut Democritus) 58 in profundo veritatem eſſe demerſam: opinionibus & inſtitutis omnia teneri: nihil veritati [o] relinqui: deinceps omnia tenebris circumfuſa eſſe dixerunt. — o reliquum Grut. loci relinqui Lamb.

Itaque Arceſilas negabat eſſe quidquam, quod ſciri poſſet, ne illud quidem ipſum, quod Socrates ſibi reliquiſſet. ſic omnia latere [p] cenſebant in occulto. neque 45
eſſe quidquam, quod cerni aut intelligi poſſit: quibus de cauſis nihil oportere neque profiteri, neque affirmare quemquam, neque [q] aſſertione approbare: cohibereque ſemper & ab omni lapſu continere temeritatem: quæ tum eſſet inſignis, cùm aut falſa, aut incognita res approbaretur: neque hoc quidquam eſſe turpius quàm cognitioni & perceptioni [r] aſſertionem approbationemque præcurrere. Huic rationi quod erat conſentaneum, faciebat, ut contra omnium ſententias 59 dies jam pleros- — p cenſebat alii. P. B. q aſſenſione alii. r aſſenſionem iid.

57. *Et veluti amantes Socratem, Democritum, Anaxagoram, Empedoclem.*] Ex librorum veterum auctoritate, confirmante etiam hiſtoriâ, corrigendum puto, *& multo jam ante Socratem, Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, &c.* Urſin. Optimus Urſinus rectiſſime vidit hunc locum cum hiſtoria non poſſe conſiſtere, atque vel ideo eſſe corruptum & corrigendum. Ad manum Ciceronis tamen propius mihi videtur acceſſiſſe Muretus Variar. lib. IX. cap. 14. mutans *veluti amantes* in *velut jam ante*, quam lectionem, ut minimè dubiam, recipere non dubitavi. *Verburg.*

58. *In profundo.*] Cicero in Lucullo: *Naturam accuſa, quæ in profundo veritatem, ut ait Democritus, penitus abſtruſerit.* Simile eſt illud Senecæ: *Vix ad fundum veniretur, in quo veritas poſita eſt, quam nunc in ſumma terra & levi manu quærimus.* verba ſunt Democriti, Αἰτίην οὐδὲν ἴσμεν· ἐν βυθῷ γὰρ ἡ ἀλήθεια. *Ex cauſa nihil novimus: nam in profundo veritas.* Turnebus. Adde Senecam de Benef. lib. VII. cap. I. & Nat. Quæſt. lib. VII. 32.

59. *Dies jam pleroſque.*] Pall. & Gulielmii T. *pleros.* an dicemus antique? ſic & libro IV. Acad. Quæſt. cap. 4. legitur

in

rosque [s] deduceret: ut, cùm in eadem re paria contrariis in partibus momenta rationum invenirentur, faciliùs ab utraque parte [t] aſſertio ſuſtineretur.

[s] diceret *Lamb.* diſſereret *alii.*
[t] aſſenſio *alii.*

Hanc Academiam novam appellabant; quæ mihi vetus videtur: ſi quidem Platonem ex illa vetere numeramus. cujus in libris nihil affirmatur, & in utramque
46 partem multa diſſeruntur, de omnibus quæritur, nihil certi dicitur. ſed tamen illa, quam expoſui, vetus; hæc nova nominetur: quæ usque ad Carneadem perducta, qui quartus ab Arceſila fuit, in eadem Arceſilæ ratione permanſit. Carneades autem nullius philoſophiæ partis ignarus, &, ut cognovi ex iis, qui illum audierant, maximéque ex Epicureo Zenone, qui cùm ab eo plurimùm diſſentiret, unum tamen præter ceteros mirabatur, incredibili quadam fuit facultate.

Multa ex hoc primo libro Academicarum Quæſt. ad Varronem, & ſecundus, tertius, quartus deſiderantur: niſi quis velit eum, qui inſcribitur Lucullus, qui deinceps ſequitur, quartum numerare: quod facit Nonius.

---

in exemplari S. Victoris, *compleres dies*, ubi vulgati, *complures*. Gruter.

M. TUL-

M. TULLII CICERONIS

ACADEMICARUM QUÆSTIONUM

LIBER SECUNDUS.

ſeu potiùs, ut eum numerat Nonius, IIII.
qui inſcribitur,

LUCULLUS.

I. [1] MAGNUM ingenium L. Luculli magnumque optimarum artium ſtudium, tum omnis liberalis & digna homine nobili ab eo percepta doctrina, quibus temporibus florere in foro maximè potuit, [2] caruit omnino rebus humanis. [3] Ut enim urbanus admodum 1

1. *Magnum ingenium L. Luculli, &c.*] Subtiliter & eleganter diſputatum eſt à diſerto & eloquente viro in epiſtola quadam ſua, quomodo inſcribendi ſint libri Ciceronis, in quibus Quæſtiones Academicæ explicantur. Quid autem ille poſtea de eo ſtatuerit omnes ſcire arbitror. ego tamen, non ſtudio concertandi ductus, neque quo ab aliquo libenter diſſentiam, ſed veri inveniendi cupiditate incenſus, non veritus ſum ab illius judicio leviter declinare: itaque librum, quem ipſe primæ editionis ſecundum appellavit, *Lucullum* vocandum cenſui: me autem hoc non temerè feciſſe nunc conabor oſtendere. Primum non ſolum omnes manuſcripti codices pro me ſunt, ſed etiam multi impreſſi, in quibus *Lucullus* hic liber nominatur: eorum autem magni apud me ponderis ſemper autoritas fuit, non contemnendis præſertim rationibus comprobata. Præterea Cicero ipſe teſtatur ſe librum ſcripſiſſe, *Lucullum* appellatum: cujus procemium laudes ipſius contineret:

dum adoleſcens cum fratre, pari pietate & induſtriâ præ-

qui locus eum, cum ſtudioſe plures epiſtolarum libros ob hoc evolviſſet, præteriit: nam ſi ab ipſo animadverſus eſſet, perſpicuè vidiſſet hoc legitimum eſſe hujus libri nomen, nec ei opus fuiſſet primam & ſecundam editionem excogitare: hæc enim Ciceronis verba ſunt lib. XIII. ad Atticum: *Torquatus Romæ eſt, juſſi ut tibi daretur, Catulum & Lucullum (ut opinor) antea: his libris nova proœmia ſunt addita, quibus eorum uterque laudatur.* Quomodo autem vir aliquis magnificentius laudari poſſit quàm Lucullus his paucis paginis, exiſtimare non poſſum. Quòd verò Catulum & Lucullum dicit, ambos hos libros conjungens, Catulumque ante Lucullum collocans, cognoſcitur ex multis locis ex hoc libro, quem *Lucullum* debere appellari adfirmamus, hunc poſteriorem ſermonem fuiſſe: alium autem, qui hunc præcederet, priore die à Catulo in ſua villa eſſe habitum, quem item Cicero literis mandavit, & Catulum (ut opinor) appellavit: interiit tamen ille, & graviore fortunæ conditione uſus eſt quàm germanus ſuus frater. Inſcripſiſſe autem multos libros Ciceronem, more Platonis & omnium ferè veterum, nomine eorum, qui in libris illis diſputabant, compertum omnes habere puto: nam omni ratione, qua potuit, ſemper amicos ſibi homines neceſſarioſque celebrare & illuſtrare non deſtitit: quin & à mortuis etiam laudatis viris, nec Romanis modo, ſed etiam Græcis, eos quandoque nominavit. nam Ciceronem teſtem citatum in Protagora memini me legiſſe. Plutarchus autem in vita Luculli apertius adhuc manifeſtiusque totam hanc rem docet: narrat enim eum valde vetere Academia delectatum eſſe: ſummâque diligentiâ amicum ſibi familiaremque feciſſe Antiochum illum Aſcalonitam, qui valde ſcriptis Ciceronis celebratur: quem tunc ea ratio & diſciplina acerrimum defenſorem & patronum habuerit, & à quo inſtructus Lucullus Ciceronis cæterorumque Philonis auditorum in diſputationibus impetus ſuſtinebat. Philo enim novæ Academiæ amore tenebatur, quæ tunc maxime ejus ingenio florebat. Ciceronem etiam pulcherrimum librum idem ſcripſiſſe tradit, qui has diſputationes complecteretur, in quo induxerit Lucullum ſuſcipientem defenſionem καταλήψεως, quam ipſe perceptionem aut cognitionem vocat: quum ſibi contrarias partes impoſuiſſet, nomenque illi Lucullo eſſe apertiſſimè declarat. Eſſe autem hunc, de quo diſputamus, librum, quem Plutarchus intelligit, dubitari non poteſt, niſi ab eo, qui eum non legerit; multis enim & perſpicuis argumentis id manifeſtum eſt. Quintiliani quoque teſtimonium non mediocriter hanc rem confirmat: cujus in III. libro hæc ſunt verba: *Et M. Tullius non dubitavit aliquos ſuos libros jam editos, aliis poſtea ſcriptis ipſe damnare, ſicut Catulum atque Lucullum, & hos ipſos, de quibus modo ſum locutus, artis Rhetoricæ.* Speravit autem ſe Cicero duos hos poſſe exſtinguere & abolere. Quare cum illos antea Catuli, & Luculli nomine inſcripſiſſet poſteaque ad Varronem transtuliſſet, inquit, Catulo & Lucullo alibi reponemus. Videbatur enim ſibi illis injuriam feciſſe, cum id, quod jam

prædito, paternas inimicitias magna cum gloria eſt perſecutus, in Aſiam quæſtor profectus, ibi permultos annos admirabili quadam laude provinciæ præfuit: deinde 4 abſens factus ædilis, continuò prætor: (licebat enim ce-

jam eis tribuerat, quodque eorum quaſi jure factum erat, eripuiſſet. quamvis enim alii quoque in illis libris nobiliſſimi homines inducerentur, ut ipſe de Hortenſio teſtatur: hi tamen duo præcipuè in hoc novo Ciceronis conſilio damnum faciebant, quibus deſponſi & conſecrati libri ipſi erant, & à quibus denominabantur. ſed aut difficultate illos abolendi victus eſt Cicero, aut non incommode quoque eos in vita poſſe verſari cogitavit. quare nihil neceſſe fuit novos libros ſcribere, quibus Catulum & Lucullum compenſaret, ſed illos potius concinnavit, ac quibus rebus potuit expolivit: nam nova illis proœmia adtexuit, quibus eorum uterque (ut ipſe inquit) laudaretur. Voluiſſe autem primò Ciceronem duos illos libros, quos non probabat, tollere nemini dubium eſſe poteſt: nam ipſe ad Atticum ſic ſcripſit: *Tu illam jacturam feres æquo animo, quòd illa, quæ habes de Academicis, fruſtra deſcripta ſunt.* Cum ipſemet tamen non multò pòſt, mutato conſilio, eoſdem illos novis tantum proœmiis auctos, deſcribendos dare non dubitaverit: quod manifeſtum fit ipſius verbis, quæ ſuprà adduximus. Hæc omnis mea eſt de hac re opinio: magna autem laude, meo judicio, dignus eſt (quicunque ille fuit) qui tam eruditè & bellè de his libris in epiſtola ſua diſputavit. is enim primus ſtudio & diligentia ſua ordinem & tempora illorum aperuit atque explicavit: cum antea omnes in turpi ejus rei ignoratione verſarentur. quòd ſi tria trium locupletiſſimorum teſtium dicta notaſſet, quæ à me recitata ſunt, & quæ perſpicuè docent, quod in ejus diſputatione deſiderari poterat, omnem ſanè hujus rei veritatem luculenter indagaſſet. *Victor.*

2. *Caruit omnino rebus humanis.*] Non potui diutius invidere cœlo noſtro veram Tullii lectionem, inventam à me in duobus Pall. à Gulielmio verò in T. atque membranis S. Victor. quod ſuburbanum Pariſienſe. hactenus vulgati, *rebus urbanis*, prorſus ſtolidè, quocunque etiam modo interpretemur. *Gruter.*

3. *Ut enim urbanus admodum adoleſcens.*] Sic iidem Palatini: rectè. *urbanus*, id eſt, dum in urbe vixit. Gulielmius nihil heic annotat. ſed mihi dubium non eſt, quin & ea vox fuerit in eiſdem mſſ. Scilicet, Criticis non ſolum opus ingenio judicioque, ſed & oculis & attentione ſuperſtitioſiſſima. Certè, adquieſcere variantib. lectionibus, quas alius quis noſtrâ cauſâ enotavit, eſt hominis nimis ſecuri, nimis creduli. Imò multa noſmet ipſos fugiunt, tunc quoque cum ſingulis quaſi verbis litteriſque inhæſiſſe putamus. *Idem.*

4. *Abſens factus ædilis, continuo prætor (licebat enim celerius legis præmio.*] Ædilitatem prætura biennio poſt conſequebatur: quod ſæpe jam &, opinor, primi olim docuimus. Lucullus autem, Sullanarum partium adjutor, cum ædilis fuiſſet, continuo prætor factus eſt, beneficio legis, ut opinor, à Sulla dictatore latæ, ut iis,

celeriùs legis præmio) poſt in Africam: inde ad conſulatum: quem ita geſſit, ut diligentiam admirarentur omnes, 5 ingenium agnoſcerent. Pòſt ad Mithridaticum bellum miſſus à ſenatu, non modò opinionem vicit omnium, quæ de virtute ejus erat, ſed etiam gloriam ſuperiorum.

2 Idque eo fuit mirabilius, quòd ab eo laus imperatoria 6 non admodum exſpectabatur, qui adoleſcentiam in forenſi opera, quæſturæ diuturnum tempus, Murena bellum in Ponto gerente, 7 in Aſiæ pace conſumpſerat. Sed incredibilis quædam ingenii magnitudo non deſideravit 8 indocilem [a] uſus diſciplinam. Itaque cùm totum iter

[a] ejus *edd. vett.*

iis, qui partes ejus in civili bello ſecuti eſſent, honores ante tempus capere liceret. nam apud Appianum lib. I. ſcriptum eſt, lege Sullæ cautum, ne quis, omiſſâ præturâ, conſul fieri poſſet. quod Cicero etiam ſignificat XI. in Antonium, his verbis: *Vopiſcus ex ædilitate conſulatum petit: ſolvatur legibus.* Veriſimile autem additum in ea lege de magiſtratuum intervallo, ſed exceptos eſſe eos, quorum operâ in bello uſus eſſet. itaque præmium legis hic appellat Cicero. Quod autem ait, *Licebat*, non ideo abrogatam poſtea legem Sullæ ſignificat (nam eam valere locus ex XI. Philippica proxime recitatus indicat) ſed neminem jam uti ejus legis beneficio, cum ii, qui pro Sulla contra Marium pugnaverant, aut honores, ipſo vivente Sulla, jam cepiſſent, aut vitâ exceſſiſſent, aut certe ita ſenes eſſent, ut de petenda ædilitate aut prætura minimè jam cogitarent. *P. Manut.*

5. *Ingenium agnoſcerent.*] Sic duo noſtri & Gulielmii totidem melius longè quàm vulgati, *cognoſcerent*; quod & ejectum cupiebat, admiſſo noſtro, Victorius; ſed nemo obſecutus eſt præter Sturmium & Manutium; non Brutus, non Lambinus, non ceteri. *Gruter.*

6. *Non admodum exſpectabatur.*] Si ſtandum Pall. item exemplari Victoriano, cujus varias lectiones libro ſuo adlevit Gulielmius, legendum prorſus, *ſpectabatur.* & ita profectò loquebantur veteres retinentque etiamnum libri pluteárii, ut ſæpe notis meis prodidi ad hunc auctorem, ad Senecam, ad alios. *Idem.*

7. *In Aſiæ pace.*] Sic Pal. ſec. nam pr. *in Aſia pace.* quomodo edidit Victorius; exſtatque item in Gryphii mſ. à Mich. Bruto laudato. Gulielmius, quod eſſet in Victor. membranis, *in Aſiam pace*, cupiebat, *Aſia in pace* Idem.

8. *Indocilem uſus diſciplinam.*] Hoc genus loquendi viſum eſt inſolentius, credo, Lambino. obſervarat fortaſſis *indocilis*, ut docilis & docibilis uſitatius dici de eo, qui diſcit, quàm de re, quæ diſcitur. Tu ſi quæris, *indocilem diſciplinam*, ut hic Cicero dixerit, dixit, ut Appulejus poſtea in libro de Philoſophia Platonis: *Plato juſtitiam artem vivendi putat, & nunc docilem eſſe, nunc uſu & experientia provenire.* aperta res, ut item experientiam & uſum

iter & navigationem conſumpſiſſet partim in percunctando à peritis, partim [b] in rebus geſtis legendis, in Aſiam factus imperator venit, cùm eſſet Româ profectus rei militaris rudis. Habuit enim divinam quandam memoriam rerum, verborum majorem Hortenſius. Sed, quo plus in negotiis gerendis res quàm verba proſunt, [c] hoc erat memoria illa præſtantior: quam fuiſſe in Themiſtocle, quem facile Græciæ principem ponimus, ſingularem ferunt. Qui quidem etiam pollicenti cuidam ſe artem ei memoriæ, quæ tum primùm proferebatur, traditurum, reſpondiſſe dicitur, oblivìſci ſe malle [d] diſcere: credo, quòd [e] hærebant in memoria quæcunque audierat vel viderat. Tali ingenio præditus Lucullus adjunxerat etiam illam, quam Themiſtocles ſpreverat, diſciplinam. Itaque, ut litteris conſignamus, quæ monumentis mandare volumus: ſic ille in animo res inſculptas habebat.

P. B.
b in *eſt à MS. alii non habent.*
c nec *MS.*
d quam diſc. *MS.*
e habebat *MS.*

3 Tantus ergo imperator in omni genere belli fuit, prœliis, oppugnationibus, navalibus pugnis 9 totiusque bel-

uſum arte non contineri. cujus generis Rhetorica à Platone eſſe alicubi dicitur, qui illam *ἄτεχνον τριβὴν* & *ἄτεχνον ἐμπειρίαν* appellare ſolet. quòd *docibilis* addidi, id veterum gloſſarum interpres doctiſſimus vertit non ſolum *εὐδίδακτος* & *εὐμαθής*, ſed etiam *διδακτικὸς*, ut interpretatio Latina vetus, quæ in Epiſt. ſecunda ad Timotheum *docibilem* habet pro *διδακτικὸν*, neminem offendere debent; non magis quàm in Plauto, *Orator impetrabilis*, aut in Virgilio, *frigus penetrabile*, *telum penetrabile*, & ſexcenta ejusmodi. *P. Faber.*

9. *Totiusque belli inſtrumentis & apparatu.*] In libris Victorianis (ſic appello etiam libros, à Rob. Stephano Lutetiæ impreſſos, ad eorum exemplum, quos paulò ante Florentiæ Victorius imprimendos curaviſſet) erat, *inſtrumento & apparatu.* Quæ ſcriptura longe commodior profecto eſt. primum ſit illa uſitata Ciceroni *ἐπεξήγησις* commodiſſima, in qua ſi *inſtrumentis* diceretur, *apparatibus* item dicendum fuit, neque aliud eſt hîc *inſtrumento* unitatis appellatione quàm in lib. I. de Fin. ubi dicitur: *Quid enim opus tanto inſtrumento in optimis artibus comparandis?* Deinde inſtrumentis appellatione multitudinis valde ambigue dicatur; videaturque potius tamen valere, quod in libro de Leg. cùm *inſtrumenta belli*, *ὄργανα πολέμων* vertit ex Platone: cum ſit potius inſtrumentum hic apparatus omnis, ut rectè eſt in veteribus gloſſis interpretatum *παντὸς πράγματος ἐφοδιασμός.* Et definit Ulpianus Juriſconſultus in Lege XII. de Inſtructo & Inſtrumento Legato. *Inſtrumentum eſt apparatus rerum*, & quæ ſequuntur; ne nunc exequar, inſtrumenti nomen quàm multis in rebus dici ſolebat. *P. Faber.*

10. *Quot*

belli inſtrumentis & apparatu, ut ille rex poſt Alexandrum maximus hunc à ſe majorem ducem cognitum, quàm quemquam eorum, [10] quos legiſſet, fateretur. In eodem tanta prudentia fuit in conſtituendis temperandisque civitatibus, tanta æquitas, ut hodie ſtet Aſia Luculli inſtitutis ſervandis & quaſi veſtigiis perſequendis. Sed, etſi magna cum utilitate reipublicæ, tamen diutiùs quàm vellem tanta vis virtutis atque ingenii, peregrinata [f] abfuit ab oculis & fori & curiæ. Quin etiam, cùm victor à Mithridatico bello revertiſſet, inimicorum calumniâ triennio tardiùs quàm debuerat triumphavit. nos enim conſules introduximus pænè in urbem currum clariſſimi viri: cujus mihi conſilium & auctoritas quid tum in maximis rebus profuiſſet dicerem, niſi de me ipſo dicendum eſſet, quod hoc tempore non eſt neceſſe. itaque privabo illum potiùs debito teſtimonio, quàm id cum mea laude communicem.

f afuit *Lamb.*

P. II.

4 II. SED, QUÆ populari gloria decorari in Lucullo debuerunt, ea ferè ſunt & Græcis litteris & Latinis celebrata. Nos autem illa [g] externa cum multis: hæc interiora cum paucis ex ipſo ſæpè cognovimus. majore enim ſtudio Lucullus cùm omni litterarum generi, tum philoſophiæ deditus fuit, quàm, qui illum ignorabant, arbitrabantur. nec verò ineunte ætate ſolùm, ſed & [h] pro quæſtore aliquot annos, & in ipſo bello: in quo ita magna rei militaris eſſe occupatio ſolet, ut non multum imperatori ſub ipſis pellibus otii relinquatur. Cùm autem è philoſophis, ingenio ſcientiâque putaretur [11] Antiochus, Philonis auditor, excellere, eum ſecum & quæſtor habuit, & poſt aliquot annos imperator. cúmque eſſet eâ memoriâ, quam antè dixi, ea ſæpè audiendo facilè cognovit, quæ vel ſemel audita me-

g exteriora *alii.*

h quæſtor *alii.*

10. *Quos legiſſet, fateretur.*] Victorinus codex ille Pariſienſis *quos legibus fat.* unde fieri facile poterat, *legimus*, uti & annotarat Gulielmius. *Gruter.*

11. *Antiochus.*] Sextus Empiricus lib. I. Pyrrh. Hypot. cap. 33. ab Antiocho ſectam Stoicam tranſlatam ait eſſe in academiam: ut in academia philoſophari Stoica ſit dictus. quo fortaſſe nonnulli auctorem quintæ vocarunt academiæ: cum Philoni & Carmidæ quartam, Carneadi tertiam dediſſent; ut oſtendit idem Sextus ibidem. *A. Manut.*

12. *Nec*

meminiſſe potuiſſet. Delectabatur autem mirificè lectione librorum, de quibus audiebat.

Ac vereor interdum, ne talium perſonarum, cùm amplificare velim, minuam etiam gloriam. Sunt enim multi, qui omnino Græcas non [i] ament litteras: plures, qui philoſophiam: reliqui, qui, etiamſi hæc non improbent, tamen earum rerum diſputationem principibus civitatis non ita decoram [k] putent. Ego autem, cùm Græcas litteras M. Catonem in ſenectute didiciſſe acceperim, P. autem Africani, hiſtoriæ loquantur, in [l] legatione illa nobili, quam ante cenſuram obiit, Panætium unum omnino comitem fuiſſe: nec litterarum Græcarum, nec philoſophiæ jam ullum auctorem requiro. 5

i amant MS.

k putant MS.

l regione MSS.

P. R.

Reſtat, ut iis reſpondeam, qui ſermonibus ejuſmodi nolint perſonas tam graves illigari. Quaſi verò clarorum virorum aut tacitos congreſſus eſſe oporteat, aut ludicros ſermones, aut rerum colloquia leviorum. Etenim, ſi quodam in libro verè eſt à nobis philoſophia laudata, profectò ejus tractatio optimo atque ampliſſimo quoque digniſſima eſt: [12] nec quidquam aliud videndum eſt nobis, quos populus Romanus hoc in gradu collocavit, niſi ne quid privatis ſtudiis de opera publica 6

de-

12. *Nec quicquam aliud videndum eſt nobis, quos populus Rom. in hoc gradu collocavit, niſi ne quid privatis ſtudiis de opera publica detrahamus.*] Nihil in hoc graviſſimo præcepto mutandum eſt: nec verbum ullum commodius quàm *videndum eſt*, hîc uſurpari potuit. mittam exempla infinita. Meminiſti ſenatusconſulti ſummi illius, quod eſt in prima oratione in Catilinam: *Decrevit ſenatus quondam, ut L. Opimius Coſ. videret, nequid resp. detrimenti caperet.* item apud Saluſtium: *Senatus decrevit, darent operam Coſſ. ne quid reſp. detrimenti caperet.* Ho: Cicero poſtea in Phil. v. *Coſſ. provideant, ne quid reſp. detrimenti capiat.* Non alia vis igitur fuit in ſenatusconſulto Opimiano verbi *videret*, atque in his poſterioribus *darent operam*, aut *provideant*; neque verendum eſt, ne *videndum eſt* aut hic, aut in aliis locis, ubi id cenſuit mutandum eſſe Lambinus, aliud ſit, atque δεῖ σκοπεῖν ὅπως μὴ apud Demoſthenem atque alios, quos ſic ſolere hoc verbo uti, ut item verbo ὁρᾷν notum Grammaticis omnibus. *P. Faber.* *Nec quidquam aliud videndum eſt nobis.*] Victor. mſ. *eſt ut videndum.* neque aliter Pal. ſec. niſi quod is, *ut videndum eſt.* Gryphii membranæ, *nec quidquam adeſt ut invidendum vel intendendum judicium nobis.* Lambiniani duo: *nec quidquam aliud eſt enim enitendum nobis.* Gruter.

13. *Nos*

m debemus *conj. Lamb.*

detrahamus. Quòd ſi, cùm fungi munere [m] debeamus, non modò operam noſtram numquam à populari cœtu removemus, ſed ne litteram quidem ullam facimus, niſi forenſem, quis reprehendet noſtrum otium; qui in eo non modo nosmetipſos hebeſcere & languere nolumus, ſed etiam ut plurimis proſimus enitimur? Gloriam verò non modò non minui, ſed etiam augeri arbitramur eorum, quorum ad populares illuſtresque laudes has etiam, minùs notas minusque pervulgatas
7 adjungimus. Sunt etiam, qui negent, in iis, qui in noſtris libris diſputent, fuiſſe earum rerum, de quibus diſputatur, ſcientiam. Qui mihi videntur non ſolùm vivis, ſed etiam mortuis invidere.

II. RESTAT unum genus reprehenſorum, quibus Academiæ ratio non probatur. Quod graviùs ferremus, ſi quisquam ullam diſciplinam philoſophiæ probaret, præter eam, quam ipſe ſequeretur. [13] Nos autem, quoniam contra omnes dicere, qui ſcire ſibi videntur, ſolemus, non poſſumus, quin alii à nobis diſſentiant, recuſare. Quamquam noſtra quidem cauſa [n] facilis eſt, qui verum invenire ſine ulla contentione volumus: idque ſummâ curâ ſtudioque conquirimus. Etſi enim omnis cognitio [o] multis eſt obſtructa difficultatibus, eaque [p] eſt & in ipſis rebus obſcuritas, & in judiciis noſtris infirmitas, ut non ſine cauſa [q] & doctiſſimi & antiquiſſimi invenire ſe poſſe, quod cuperent, diffiſi ſint, tamen nec illi defecerunt, neque nos ſtudium exquirendi defatigati relinquemus, neque noſtræ diſputationes

n *ita Vict. alii* facilior.

P. III.

o multis *deeſt in MS.*

p ineſt *Lamb.*

q & *deeſt in aliis.*

13. *Nos autem, qui contra omnes dicere, qui ſibi ſcire videntur, ſolemus.*] Ita legitur hic locus in libro manuſcripto, cujus ſcripturam libentius ſequor quàm eam, quæ circumfertur in vulgatis. *Urſin.* *Contra omnes dicere, qui ſcire ſibi videntur, ſolemus.*] Urſinus hanc ſcripturam confirmat è libro veteri ſuo. Ego librorum Victorianorum, in quibus eſt, *dicere, quæ videntur, ſolemus*, ſcripturam illi longe antepono. Non enim contra eos, qui ſcire ſibi viderentur, ſolùm, ſed contra omnes dicere ſolebant, qui quid diſputando defenderent, ne longius abeam, in hoc ipſo libro dicetur infra, *Veri inveniendi cauſâ contra omnia dici oportere & pro omnibus.* Et dicit Numenius de Carneade apud Euſebium lib. de Præparat. ad Evang. XIV. Καὶ πάντα ἀνασκεύαζε τὰ ὑπὸ τῶν ἄλλων λεγόμενα. *P. Faber.* *Contra omnes dicere, qui ſcire ſibi videntur.*] Sic Palat. prim. & Gryphii vetus. at ſecun. *dicere quæ videntur*, quod expreſſit editio Victorii, ſequiturque Sturmiana. Paullus Manutius adhæret, ut & nos olim vulgatis. *Gruter.*

14. *Di-*

tiones quidquam aliud agunt, niſi ut in utramque partem [14]dicendo & audiendo eliciant, & tamquam exprimant aliquid, quod aut verum ſit, aut ad id quàm proximè accedat.

Neque inter nos & eos, qui ſe ſcire arbitrantur, 8
quidquam intereſt, niſi quòd illi non dubitant, quin ea vera ſint, quæ defendunt: nos probabilia multa habemus, quæ ſequi facilè, affirmare vix poſſumus. Hoc autem liberiores & ſolutiores ſumus, quòd integra nobis eſt judicandi poteſtas: nec, ut omnia, quæ perſcripta & quaſi imperata ſint, defendamus, neceſſitate ulla cogimur. Nam ceteri primùm antè tenentur adſtricti quàm, quid eſſet optimum, judicare [r]potuerunt: deinde infirmiſſimo tempore ætatis aut obſecuti amico [s]cuidam, aut una alicujus, quem primum audierunt, oratione capti, de rebus incognitis judicant, &, ad quamcunque ſunt diſciplinam quaſi tempeſtate delati, ad eam, tamquam ad ſaxum, adhæreſcunt.

[r] potuerint *alii.*

[s] cuipiam *Lamb.*

Nam, quòd dicunt omnia ſe credere ei, quem judi- 9
cent fuiſſe ſapientem: probarem, ſi id ipſum rudes & indocti judicare potuiſſent: (Statuere enim, [t]qui ſit ſapiens, vel maximè videtur eſſe ſapientis) [15]ſed, ut potuerunt, omnibus rebus auditis, cognitis etiam reliquorum

[t] *alii* quid, *aut* quis.

14. *Dicendo & audiendo eliciant.*] Lambinus ejecit, *& audiendo*, fide, inquit, mſſ. neque aliter videbatur facturus Gulielmius: verum cùm noſtrum illud exſtet in Pall. in T. & Victor. item editionibus omnium; exprimat velim nobis Lambinus, quinam ſint veteres ejus libri, aut quales. *Grut.*

15. *Sed, ut potuerint, potuerunt omnibus rebus aud.*] Hunc locum multos abhinc annos ſic emendandum eſſe judicavi, maneoque in ſententia. Nihil enim neque ad Ciceronis ſenſum accommodatius, neque ſcripturæ receptæ affinius ac ſimilius excogitari poteſt. Licet tamen legere pro, *Judicaverunt autem re ſemel aud.* ubi libri omnes habent, *judicaverunt: aut re ſemel audita, &c.* licet, inquam, legere; *at judicaverunt, re ſemel audita &c.* ut ex *aut* faciamus, *at:* & mutata loco transferamus in eum, in quo locari debet. Licet etiam ſic, ut olim, *nunc autem judicaverunt, re ſemel &c.* Sed hæc emendatio minus placet, propter particulam *nunc*, cujus in antiqua ſcriptura nullum veſtigium comparet. *Lambin. Sed, ut potuerunt, omnibus.*] Lambinus multa verba & addit & mutat; ideoque eum reprehendit Muretus lib. VII. Var. Lect. cap. 18. aliterque graſſatur ad medicinam. etiam P. Manutius accurrit huic ægro, minimè ægrotanti; ſi quid modò ſentio. proque ſano habuit etiam Gulielmius; annotato: Judicare, ait, qui ſit ſapiens maximè ſapientis eſt: quod certè ii, qui adoleſcentes certam

rum ſententiis, [16] judicaverunt: aut re ſemel audita ad unius ſe auctoritatem contulerunt. Sed neſcio quo modo plerique errare malunt, eamque ſententiam, quam adamaverunt, pugnaciſſimè defendere, quàm ſine pertinacia, quid conſtantiſſimè dicatur, exquirere. Quibus de rebus & aliàs ſæpè v nobis multa quæſita & diſputata ſunt, & quondam in Hortenſii villa, quæ eſt ad Baulos, cùm eò Catulus & Lucullus noſque ipſi poſtridie veniſſemus, quàm apud Catulum fuiſſemus. quò quidem etiam maturiùs venimus, quòd erat conſtitutum, ſi ventus eſſet, Lucullo in Neapolitanum, mihi in Pompejanum navigare. Cùm igitur pauca in xyſto locuti eſſemus, tum eodem in ſpatio conſedimus.

P. B. v à nobis *Lamb.*

10 IV. HÎC CATULUS, Etſi heri, inquit, id, quod quærebatur, pænè explicatum eſt, [17] ut tota ferè quæſtio tractata videatur; tamen exſpecto ea, quæ te pollicitus es, Luculle, ab Antiocho audita, dicturum. Equidem, inquit Hortenſius, feci plus quàm vellem. totam enim rem x Lucullo integram ſervari oportuit. & tamen fortaſſe ſervata eſt. à me enim ea, quæ in promptu erant, dicta ſunt: à Lucullo autem [18] reconditiora deſidero. Tum ille, Non ſanè, inquit, Hortenſi,

x Catulo *MS.*

tam Philoſophiæ ſectam ſecuti ſunt, facere non potuerunt: ſed quod potuerunt, hoc fecerunt, ut exploratis diligenter examinatisque rationibus, pro captu ſuo judicarint. *Gruter.*

16. *Judicaverunt: aut.*] Locus meo judicio depravatus. Liber doctiſſimi viri, Caroli Sigonii, *judicare: aut.* ego vellem, *judicare: ita.* ſententia vero ſane quàm apta efficitur. Cum liceret, inquit, eis, antequam judicarent, audire omnia reliquorumque doctrinam noſſe; tamen, re ſemel audita, ad unius ſe auctoritatem contulerunt. ut igitur potuerunt, ſi aliorum ſententias noſſent, judicare, quid optimum eſſet: ita, cum eas neglexerint, ſe ad unius auctoritatem contulerunt, rudes & indocti judicare non poſſunt. Hoc eo pluribus verbis explanandum putavi, ne quis correctionem noſtram poſthac in dubium vocaret. *P. Manut.*

17. *Ut tota ferè quæſtio tractata videatur.*] Videri hæc poterant eſſe ſpuria, certè ſuperflua, niſi comparerent in omn. mſſ. *Gruter.*

18. *Reconditiora deſidero.*] Liber S. Victoris non agnoſcit ſyllabam primam vocis primæ, quod placet Gulielmio, ut *condita* venuſte opponantur iis, *quæ in promptu.* ego nihil tribuo uni manuſcripto, niſi ratio pro eo tota etiam militet. quæ cùm non abeat à vulgato, id retineo. *Idem.*

19. *In*

tenſi, conturbat me exſpectatio tua; etſi nihil eſt iis, qui placere volunt, tam adverſarium: ſed quia non laboro quàm valde ea, quæ dico, probaturus ſim, eo minùs conturbor. dicam enim, nec mea, nec ea, [19] in quibus, ſi non fuerint, non vinci me malim quàm vincere. Sed mehercule, ut quidem nunc ſe cauſa habet, etſi heſterno ſermone [y] labefacta eſt, mihi tamen videtur eſſe veriſſima. Agam igitur ſicut Antiochus agebat. nota enim mihi res eſt. nam & vacuo animo illum audiebam, & magno ſtudio eadem de re etiam ſæpius: ut etiam majorem exſpectationem mei faciam quàm modò fecit Hortenſius.

11 Cùm ita eſſet exorſus, ad audiendum animos ereximus. At ille, Cùm [z] Alexandriæ pro quæſtore, inquit, eſſem, fuit Antiochus mecum, & erat jam antea [a] Alexandriæ familiaris Antiochi Heraclitus Tyrius: qui & Clitomachum multos annos & Philonem audierat, homo ſanè in iſta philoſophia, quæ nunc propè dimiſſa revocatur, probatus & nobilis: cum quo & Antiochum ſæpe diſputantem audiebam: ſed utrumque leviter. Et quidem iſti libri duo Philonis, de quibus heri dictum à Catulo eſt, tum erant allati [b] Alexandriam, tumque primùm in Antiochi manus venerant: & homo naturâ leniſſimus (nihil enim poterat fieri illo mitius) ſtomachari tamen cœpit. Mirabar. neque enim unquam antea videram. At ille, Heracliti memoriam implorans, quærere ex eo, viderenturne illa Philonis, aut ea num vel è Philone, vel ex ullo Academico audiviſſet aliquando? negabat. Philonis tamen ſcriptum agnoſcebat: nec id quidem dubitari poterat. nam aderant mei [c] familiares [d] & docti homines, P. & C. Selii, [20] & Tetrilius Rogus: qui ſe illa audiſſe Romæ de Philone, & ab eo ipſo illos [e] duos libros dicerent deſcripſiſſe.

Tum

y labefactata *alii.*
z Alexandreæ *alii.*
a Alexandreæ *iid.*
P. IV.
b Alexandream *Urſin.*
c familiares docti omnes *MS.*
d & *deeſt in alio MS.*
e duo *edd. vett.*

19. *In quibus ſi non fuerint, non vinci me malim.*] Lambinus interjecit, *fuerint vera.* ex mſſ. quos gloſſâ fœdatos aſſerit Gulielmius. vocem enim eam elegantius ſubintelligi. ſic Lælio: *Sunt iſta, Lali. neque enim vir melior Africano &c.* & verò non eſt verbi in membranis meis, aut S. Victoris; quibus ſi auſcultamus, jugulandum *non* alterum: reſcribendum inquam, *in quibus ſi non fuerint; vinci me malim.* Grut.

20. *Et Tetrilius Rogus.*] Manuſcripti aliquot libri habent *Tetrinius*, quod eſt nomen familiæ Romanæ apud Suetonium in Cajo.

Sed

12 Tum & illa dixit Antiochus, quæ heri Catulus commemoravit à patre ſuo dicta Philoni & alia plura: [21] nec ſe tenuit, quin contra ſuum doctorem librum etiam [f] ederet, [22] qui, Soſus, inſcribitur. Tum igitur & cùm Heraclitum ſtudioſè audirem contra Antiochum diſſerentem, & item Antiochum contra Academicos, dedi Antiocho operam diligentiùs, ut cauſam ex eo totam cognoſcerem. Itaque complures dies, adhibito Heraclito doctiſque compluribus, & in his Antiochi fratre Ariſto, & præterea Ariſtone & Dione, quibus ille ſecundùm fratrem plurimum tribuebat, multum temporis in iſta una diſputatione conſumpſimus. Sed ea pars, quæ contra Philonem erat, prætermittenda eſt. minùs enim acer eſt adverſarius is, qui iſta, quæ ſunt heri defenſa, negat Academicos omnino dicere. etſi enim mentitur, tamen eſt adverſarius [g] lenior. Ad Arceſilam Carneademque veniamus.

f edidit *Lamb. & MS,*

P. B.

g levior *alii.*

13 V. Quæ cùm dixiſſet, ſic rurſus exorſus eſt: Primùm mihi videmini (me autem nomine appellabat) cùm veteres phyſicos nominatis, facere idem, quod ſeditioſi cives ſolent, cùm aliquos ex antiquis claros viros proferunt, quos dicant fuiſſe populares, ut eorum ipſi ſimiles eſſe videantur. [23] Repetunt jam P. Valerium, qui, exactis

Sed ſive *Tetrinius* ſcribas, ſive, ut eſt in vulgatis, *Tetrilius*, parum refert; dummodo *Rocus* pro *Rogus* retineatur, quod eſt in antiquis denariis Crepereiæ gentis cognomen. *Urſin.* *Tetrilius Rogus.*] Lambinus publicavit *Tertullius Rogus.* maluiſſem ego *Tetrinius.* verùm cùm exſtet in Pal. prim. *Creticius*, in S. Victoris *Crecilius*, videndum an non fuerit *C. Racilius*, ut conjecerat Gulielmius. *Gruter.*

21. *Nec ſe tenuit, quin contra ſuum doctorem librum etiam ederet.*] Hic non ſit incommoda ſcriptura librorum illorum Lambini veterum, ſed quare ſit commodior quàm omnium impreſſorum? quam ſi corrigere velimus, corrigamus eâdem operâ in epiſtola lib. xv. ad Att. *Teneri non potui, quin tibi apertius illud idem in litteris declararem.* Terentius verbo compoſito dixit in Eunucho, *Vix me contineo, quin involem in capillum.* P. Faber.

22. *Qui* Soſus *inſcribitur.*] At reperi in Pall. eratque in T. & Victor. *Solus.* quod an alludat ad Ciliciæ urbem viderint curis ſoluti. mihi ſatis eſt indicaſſe lectionem librorum pluteariorum. *Gruter.*

23. *Repetunt jam à P. Valerio.*] In antiquo codice eſt, *Repetunt à P. Valerio*; & ſic alibi locutus eſt: *Repetunt ab Erechtheo.* Urſin. *Repetunt jam P. Valerium.*] Sic Pall. noſtri, ſic omnes edd. ante Lam-

ctis regibus, primo anno conſul fuit: commemorant [h] reliquos, qui leges populares de provocationibus tulerint, cùm conſules eſſent: tum ad hos notiores, C. Flaminium, qui legem agrariam aliquot annis ante ſecundum Punicum bellum tribunus plebis tulerit, invito ſenatu, & poſtea bis conſul factus ſit. [24] L. Caſſium, Q. Pompejum illi quidem, etiam P. Africanum referre in eundem numerum ſolent. Duos verò ſapientiſſimos & clariſſimos [i] fratres, P. Craſſum & P. Scævolam, ajunt Ti. Graccho auctores legum fuiſſe, [25] alterum quidem, ut videmus, palàm: alterum, ut ſuſpicamur, obſcuriùs. Addunt etiam C. Marium. & de hoc quidem nihil mentiuntur. horum nominibus tot virorum atque tantorum expoſitis, eorum ſe inſtitutum ſequi dicunt.

h aliquos *alii*.

i viros *alii*.

[26] Similiter vos cùm perturbare, ut illi rempublicam, 14
ſic vos philoſophiam bene jam conſtitutam velitis, Empedoclem, Anaxagoram, Democritum, [27] Parmenidem,

Lambinum, qui obtruſit nobis, *jam à P. Valerio*, quòd inveniſſet in ſuis, *jam P. Valerio*, quomodo etiam habet exemplar S. Victoris. Brutus tamen affirmat ſe Lambinianam lectionem offendiſſe in mſ. Gryphii. fides ſit penes auctorem. quippe non tam mihi diſplicet lectio recepta vulgo quàm illud *jam*. Gruter.

24. *L. Caſſium, Q. Pompejum illi quidem, etiam P. Africanum referre &c.*] Ita Pall. legunt, diſtinguit verò præterea primus; nec longè ſecus editio Victorii, nempe: *L. Caſſium. Q. Pompejum illi quidem, etiam &c.* vulgatiores interpunxerant; *L. Caſſium, Q. Pompejum. illi quidem etiam &c.* Lambinus ab ultimis iſtis nihil recedit. niſi quod interſerat vocem: *Pompejum atque illi quidem, etiam P. &c.* Idem. Sunt qui non *L.* ſed *Sp.* prænomen Caſſio tribuunt.

25. *Alterum quidem, ut videmus palam, alterum, ut ſuſpicamur, obſcurius.*] Cùm mſſ. varient in illo *ſuſpicamur*; habeantque nonnulli *ſuſpicantur*; ſuſpicor legi poſſe, *alterum quidem palam, alterum obſcurius*, expunctis ceteris, tamquam annotamento interpretum. *Gruter.*

26. *Similiter vos.*] Victorii editio, *ſimile nos.* quomodo S. Victoris & Pal. ſec. nam pr. *ſimiles vos.* fere eſt ut utramque vocem habeam pro adulterina. iis ſanè deletis bellè reliqua procedunt. *Idem.*

27. *Parmenidem, Zenonem.*] Vetus lectio potius *Xenophànem:* ſed & hoc ipſo in libro cùm ſermoni Luculli Cicero reſpondet, eoſdemque veteres phyſicos, quos ille nominatim expoſuerat, appellat, poſt Parmenidem Xenophanem ponit. *Parmenides, Xenophanes minus bonis quanquam verſibus, ſed tamen illis verſibus increpant eorum arrogantiam, quaſi irati: qui cum ſciri nihil poſſit, audeant ſe ſcire dicere.* Præterea ſcimus ex Laërtio in vita Pyrrhonis,

 qui

dem, Xenophanem, Platonem etiam & Socratem profertis. Sed neque Saturninus (ut noſtrum inimicum potiſſimùm nominem) ſimile quidquam habuit veterum illorum, nec Arceſilæ calumnia conferenda eſt cum Democriti verecundia. Et tamen iſti phyſici raró admodum, cùm hærent aliquo loco, exclamant quaſi mente [k] incitati: Empedocles quidem, ut interdum mihi furere videatur: abſtruſa eſſe omnia, nihil nos ſentire, nihil cernere: nihil omnino, quale ſit, poſſe reperire. Majorem autem partem mihi quidem omnes iſti videntur nimis etiam quædam affirmare, plusque profiteri ſe ſcire quàm ſciant.

k *ita Grut.* citati *Gul.* concitati *MS.*

P. V.

[28] Quod ſi illi tum in novis rebus, quaſi modò naſcentes, hæſitaverunt, nihilne tot ſæculis, ſummis ingeniis, maximis ſtudiis, explicatum putamus? nonne, cùm jam philoſophorum diſciplinæ graviſſimæ conſtitiſſent, [29] tum exortus eſt; ut in optima republica Ti. Gracchus, qui otium perturbaret: ſic Arceſilas, qui conſtitutam philoſophiam everteret, & in eorum auctoritate deliteſceret, qui negaſſent quidquam ſciri aut percipi poſſe: quorum è numero tollendus eſt & Plato & Socrates: alter, quia reliquit perfectiſſimam diſciplinam, Peripateticos & Academicos, nominibus differentes, re congruentes: à quibus Stoici ipſi verbis magis quàm ſententiis diſſenſerunt. Socrates autem de ſe ipſe detrahens

qui hanc philoſophiam acerrime defenſitavit, & novæ familiæ à ſe nomen impoſuit, ſolitos ejus ſectæ æmulos Xenophanem Colophonium hunc in ſuis numerare, cum his verbis certi aliquid homines ſcire poſſe negaſſet: Καὶ τὸ μὲν ὦν σαφὲς οὔτις ἀνὴρ ἴδεν οὐδέ τις ἔςαι εἰδώς. Sed illi etiam Zenonem Eleatem pro ſe ſtare affirmabant. quid enim hic habere explorati potuit, cum motum ſuſtuliſſet? auditor autem fuerat Parmenidis hic Zenon. Quare ſi Colophonium intelligas, & non Citieum illum principem Stoicorum, cujus crebra eſt mentio, poteſt etiam vulgaris lectio defendi. Cicero itidem alibi in hoc libro Zenonem Parmenidi ſubjungit: ego tamen priſcam ſcripturam ſinceriorem judicavi. *Victor.*

28. *Quod ſi illi tum in novis rebus, quaſi modo naſcentes, hæſitaverunt,*] Petrus Ciacconus putat voces, *quaſi modo naſcentes*, adjectas Ciceroni fuiſſe. *Urſin.*

29. *Tum exortus eſt, ut in optima &c.*] Ita Pall. ut & vetuſtè impreſſi. nam Victorius, *tum ut exortus eſt in opt.* Lambinus edidit, *ut exortus eſt in opt.* ſicque eſſe in Gryphiano codice prodit Brutus, in S. Victoris Gulielmius. *Gruter.*

30. *Aliud*

hens in diſputatione, plus tribuebat iis, quos volebat refellere. Ita cùm [30] aliud diceret, atque ſentiret, libenter uti ſolitus eſt ea diſſimulatione, quam Græci εἰρωνείαν vocant: quam ait etiam in Africano fuiſſe Fannius: idque propterea vitioſum in illo non putandum, quòd idem fuerit in Socrate.

VI. SED FUERINT illa vetera, ſi vultis, incognita. 16
Nihil eſt igitur actum, [31] quòd inveſtigata ſunt, poſteaquàm Arceſilas Zenoni, ut putatur, obtrectans, nihil novi reperienti, ſed emendanti ſuperiores, immutatione verborum, dum hujus definitiones labefactare vult, conatus eſt clariſſimis rebus tenebras obducere? Cujus primò non admodum probata ratio, quamquam floruit cùm acumine ingenii, tum admirabili quodam lepore dicendi, proximè à Lacyde ſolo retenta eſt: poſt autem [l] conficta à Carneade, qui eſt quartus ab Arceſila. [32] audivit enim Egeſinum, qui Evandrum audierat, [m] Lacydis diſcipulum, cùm Arceſilæ Lacydes fuiſſet. Sed ipſe Carneades diu tenuit. nam nonaginta vixit annos: & qui illum audierant, admodum floruerunt; è quibus induſtriæ plurimum in Clitomacho fuit: declarat multitudo librorum: [33] ingenii non minus in hoc

l confecta *Lamb.* P. B.

m Lacydi *Vict.*

30. *Aliud diceret, aliud ſentiret.*] Codex S. Victoris, *aliud agnoſceret, aliud ſentiret*; hoc eſt, inquit Gulielmius, probaret ac præ ſe ferret. Terentius: *non agnoſco iſtud veſtrum tam ſuperbum.* equidem vereor, ne manus Gulielmi erraverit ſcribendùmque ſit, *aliud diceret, aliud agnoſceret.* Palatini noſtri nihil mutant. *Grut.*

31. *Quòd inveſtigata ſunt.*] *Quot* habet vetus liber, & ita mihi videtur legendum, quod facile *t* littera in *d* mutari ſolita ſit: inde *ſet*, pro *ſed*, & alia hujusmodi multa reperiuntur. *Urſin.*

32. *Audivit enim Egeſinum.*] Ita Manutius: *Egeſimum* Lambinus: uterque male. eſt enim recta ſcriptura, *Hegeſinus.* Ἡγησῖνος habent Græci ſcriptores Laërtius & alii. *Idem.* *Audivit enim Egeſinum.*] Sic olim cuſi, ſic Pall. neque aliter vocatur Laërtio. malè Lambinus & Brutus, *Egeſimum.* Gruter.

33. *Ingenii non minus in hoc.*] Locus per ſe ipſe ſuſpectus; augent ſuſpicionem veteres codices, in quibus mirè corruptus & depravatus eſt. Sic enim ferè legitur, *ingenii non minus in hoc nomine intbermada, eloquentia in Melachio, id eſt, odio ſuavitatis.* Quis Lynceus in his tenebris aliquid videat? Ego quidem fateor, me hic nihil videre. verumtamen, ut hominum ingenia excitemus, aliquid potius, quantumvis leve & nugatorium, quàm nihil dicamus. Quid igitur, ſi quis conjiciat legendum? *ingenii non minus in Bione, in Carneade eloquentia, in Melanthio Rhodio ſuavitatis.*

hoc quàm in Carneade eloquentiæ, in Melanthio Rhodio ſuavitatis. 34 Bene autem noſſe Carneadem Stratoniceus Metrodorus putabatur.

17 Jam Clitomacho Philo n veſter operam multos annos dedit. Philone autem vivo patrocinium Academiæ non defuit. Sed, 35 quod nos facere nunc ingredimur, ut contra Academicos diſſeramus: id o quidam è philoſophis, & ii quidem non mediocres, faciendum omnino non putabant: 36 nec verum eſſe, ullam rationem diſputare

n noſter *MSS.*

o quidem *Lamb.*

De Bione legendus Diogenes Laërtius. *Lambin.* *Ingenii non minus in hoc quàm in Carneade eloquentia.*] Locum arguit mendæ librorum diſſonantia. Pal. ſecun. non agnoſcit illud, *in Carneade.* S. Victoris ferè habet: *ingenii hac nonne in Charmiada.* ex quo fingebat Gulielmius: *ingenii non minus in Æmone; in Charmida eloquentia.* nam de Carneade non loquitur, ſed diſcipulo ejus aliquo. *Grut.*

34. *Bene autem noſſe Carneadem Stratoniceus Metrodorus putabatur.*] Laërtius lib. x. Μητρόδωρον δὲ τὸν Στρατονικέα πρὸς Καρνεάδην ἀποχωρῆσαι τάχα βαρυνθέντα τοῖς ἀνυπερβλήτοις αὐτοῦ χρηστότησι. *Urſin.* *Stratoniceus Metrodorus putabatur.*] Sic quidem Palat. ſecund. ſed prim. ſolummodo præfert, *Strato Nicaus putabatur.* Gruter.

35. *Quod nunc facere ingredimur.*] *Aggredimur*, quod reponit hîc Lambinus, verbum aptum ſit; ſed non video cur ſit minus aptum illud, quod ejicit in lib. I. Academ. *Poſtea quàm ſum ingreſſus res eas, quas tecum ſimul didici, mandare monumentis.* Initio lib. II. de Divin. *De divinatione ingreſſi ſumus his libris ſcribere.* Liber Topicor. ſic incipit. *Majores nos res ſcribere ingreſſos.* Exempla infinita. Hoc igitur leve, illud durius, quod idem ſic malè accipit hæc verba: *Nec vero eſſe ullam rationem diſputare*; quam formulam Cicero ſic ſæpe uſurpavit, quaſi videatur ab ejusmodi correctionis periculo ſibi cavere voluiſſe. In hoc ipſo libro dicet, *Ironiam enim alterius perpetuam præſertim nulla fuit ratio perſequi.* & in orat. pro Cæcina: *Nullam eſſe rationem ejusmodi occaſionem amittere.* quem locum item ille fruſtra tamen corrigit. Nulla ratio eſt ἄλογόν ἐστι. Plato, quem Cicero ſæpiſſimè ſolet exprimere, dicit in Philebo, ἄλογόν ἐστι μηδὲν ἀγαθὸν εἶναι· quod item in Parmenide aliisque in locis poſuit adjuncto verbo infinito, pro quo eodem οὐκ ἔχει λόγον, & οὐκ ἔχει φύσιν, & ille & alii ſolent dicere. *P. Faber.*

36. *Nec enim verum eſſe diſputare &c.*] Sic eſt legendum, non, ut quidam, emendare ſe putantes, corruperunt, *nec verò eſſe ullam rationem &c.* *Verum* autem, id eſt, juſtum, æquum! ut apud Horatium epiſt. ad Mæcenatem lib. I. *Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede verum eſt.* Et item apud Tullium pro Quinctio: *Continuóne verum fuit, à prætore poſtulare, ut tibi ex edicto poſſidere liceret?* Ne quis autem me putet pro meo jure atque imperio ſic edendum curaſſe, ita plane nuper ſcriptum reperi in duobus codicibus veteribus, in quibus tamen hæc duo inania verba, *ullam rationem*,

tare cum iis, qui nihil probarent: Antipatrumque Stoicum, qui multus in eo fuiſſet, reprehendebant: nec definiri ajebant neceſſe eſſe, quid eſſet cognitio, aut perceptio, aut, ſi verbum è verbo volumus, comprehenſio, quam κατάληψιν illi vocant: eosque, qui perſuadere vellent, eſſe aliquid, quod comprehendi & percipi poſſet, inſcienter facere dicebant, propterea quòd nihil eſſet clarius ἐναργείᾳ, ut Græci: perſpicuitatem, aut evidentiam nos, ſi placet, nominemus: fabricemurque, ſi opus erit, verba; ne hic ſibi (me appellabat jocans) hoc licere putet ſoli. Sed tamen orationem nullam putabant illuſtriorem [37] ipſâ evidentiâ reperiri poſſe, nec ea, quæ tam clara eſſent, definienda cenſebant. [38] Alii autem negabant ſe pro hac evidentia quidquam priores fuiſſe dicturos: ſed ad ea, quæ contra dicerentur, dici oportere putabant; ne qui fallerentur.

Plerique tamen & definitiones ipſarum etiam eviden- 18
tium rerum non improbant: & rem idoneam, de qua
quæratur, & [39] homines dignos, quibuscum diſſeratur, P. VI.
pu-

tionem, nihilominus ſcripta ſunt, quæ ſine dubio delenda ſunt, ut aliena & ab eo, qui ſcripturam non intellexerat, adſcripta. Olim verò teſtatus ſum, me ſine ulla varietate ita ſcriptum repeiſſe in duobus aliis libris manuſcriptis, niſi quod in eis eſt, ordine verborum mutato, *nec verum enim:* duarum autem illarum vocum, *ullam rationem*, nulla exſtant in illis libris veſtigia, neque vero cuiquam dubium eſſe debet, quin ab iis fuerint adjectæ, qui *vero*, pro *verum*, legerint. *Lambin.* *Nec verum eſſe, ullam rationem diſp.*] Sic editio Aldi ſenioris, ſic Victorii. nec aliter Gryphii mſ. aut Palat. pr. nam ſecun. *veram.* P. Manutius, ſecutus unum Maffæi librum, edidit, *nec verò eſſe.* Lambinus è duobus codicibus, (ſed apud quos viſos, aut ubi repperiundos ſubticet) repoſuit, *nec verum eſſe diſp.* ejectis, *ullam rationem.* Gruter.

37. *Ipſa evidentia reperiri poſſe.*] Voces duæ poſtremæ ſine damno ſententiæ tolli poterant. *Idem.*

38. *Alii autem negabant, ſe pro hac evidentia.*] *Evidentiam* vocat omne, quod tam apertum, tam clarum eſt, ut ignorari nequeat. & verſatur circa communem intellectum, cum præbemus aliquid oculis expoſitum, manibus objectum, menti aptum, ſive per inſtrumenta nata, ſive per uſitata verba. Quemadmodum, ſi dicas, perfidia crimen eſt, quercus arbor eſt, roſa flos, aqua liquidum, & ſimiliter. At Philo nec oculis ſemper credi, nec manibus, nec rationi noluit, hoc eſt ipſi in rebus evidentiæ, quia phantaſiis laborarent homines, ſenſus eſſent rudes, corrupta judicia naturæ. *A. Manut.*

39. *Homines quibuscum diſſeratur.*] Pal. pr. *diſſerant.* poteratque admitti, niſi ſtatim ſequeretur *putant.* Gruter.

 40. A-

putant. Philo autem, dum nova quædam commovet, quòd ea ſuſtinere vix poterat, quæ contra Academicorum pertinaciam dicebantur, & apertè mentitur, ut eſt reprehenſus à patre Catulo, & , ut docuit Antiochus, in id p ipſum ſe induit, quod timebat. Cùm enim ita negaret quidquam eſſe, quod comprehendi poſſet (id enim volumus eſſe [40] ἀκατάληπτον) ſi illud eſſet, ſicut Zeno definiret, tale viſum (jam enim hoc pro φαντασίᾳ verbum ſatis heſterno ſermone trivimus) viſum igitur impreſſum effictumque ex eo, unde eſſet, quale eſſe non [41] poſſet, ex eo, unde non eſſet: id nos à Zenone definitum rectiſſimè dicimus. quî enim poteſt quidquam comprehendi, ut planè confidas, id perceptum cognitumque eſſe, quod eſt tale, quale vel falſum eſſe poſſit? hoc cùm infirmat tollitque Philo, judicium tollit incogniti & cogniti. ex quo efficitur, nihil poſſe comprehendi. ita imprudens eò, quò minimè vult, revolvitur. Quare omnis oratio contra Academiam ſuſcipitur à nobis, ut retineamus eam definitionem, quam
19 Philo voluit evertere. Quam niſi obtinemus, percipi nihil poſſe concedimus.

p ipſum incidit *alii.*

VII. ORDIAMUR igitur à ſenſibus. quorum ita clara judicia & certa ſunt, ut ſi optio naturæ noſtræ detur, & ab ea [42] Deus aliqui requirat, contentane ſit ſuis integris incorruptisque ſenſibus, an poſtulet melius

40. Ἀκατάληπτον.] Turnebus lib. VII. Adverſ. cap. I. reponendum putat, καταληπτόν. ſed invitis mſſ. noſtris tribus. videantur & notæ Lambini. *Grut.*

41. *Poſſet ex eo unde non eſſet.*] Sic Pall. duo, ſic editiones Victorii & Pauli Manutii. nam patris ejus amplius, *poſſet, ut ex eo &c.* quod Sturmius aliique in hunc usque diem retinuerunt, ſed præter mſſ. Lambinus ſuo more multa addidit, multa abſtulit, nimis licenter. *Idem.* Quid quæſo Lambinus commiſit, qui editionem Aldi hoc loco eſt ſecutus, & ex conjectura quædam mutanda cenſuit, nec tamen mutavit? An Lambino non licuit, æque ac Grutero, Gulielmio, aliis, cogitata ſua proferre in medium?

42. *Deus aliquis.*] An ſic debuit nunc edere Gruterus, qui cap. 27. non modo exhibere potuit *annularius aliqui*, ſed id etiam tueri præfando codices Palatinos tres & editionem Victorii? Atqui idem Victorius & apud Juntam & apud Stephanum nunc quoque ſic habet, proculdubio ex auctoritate bonorum codicum, unde etiam ita repoſui; non ambigens, quin & cap. 19. ita dederit Tullius, *Sive Deus aliqui, ſive natura ademerat*; & litera *s* illic duplicata fuerit ex ſequenti voce. *Gronov.*

43. Ut

lius aliquid: non videam, quid quærat amplius. Neque verò hoc loco exſpectandum eſt, dum de remo inflexo, aut de collo columbæ reſpondeam. non enim is ſum, qui, quidquid [q] videtur, tale dicam eſſe, quale videatur. Epicurus hoc viderit & multa alia. meo autem judicio ita eſt maxima in ſenſibus veritas, ſi & ſani ſunt, & valentes, [r] & omnia removentur, quæ obſtant & impediunt. itaque & lumen mutari ſæpe volumus & ſitus earum rerum, quas intuemur, & intervalla aut contrahimus, aut diducimus: multaque facimus usque eò, dum adſpectus ipſe fidem faciat ſui judicii. quod idem fit in vocibus, in odore, in ſapore: 43 ut nemo ſit noſtrûm, qui non in ſenſibus ſui cujusque generis judicium requirat acrius.

q *ita Ald.* videatur *Vict.*
r &: ſi omn. *Lamb.* P. B.

Adhibita verò exercitatione & arte, ut oculi pictu- 20 râ teneantur & aures cantibus, quis eſt, [s] quin cernat, quanta vis ſit in ſenſibus? quàm multa vident pictores in umbris & in eminentia, quæ nos non videmus? quàm multa, quæ nos fugiunt in cantu, exaudiunt in eo genere exercitati? qui primo inflatu tibicinis Antiopam eſſe ajunt, aut Andromacham, cùm id nos ne ſuſpicemur quidem. nihil neceſſe eſt de guſtatu & odoratu loqui; in quibus intelligentia, etſi vitioſa, eſt quædam tamen. quid de tactu, & eo quidem, quem philoſophi interiorem vocant, aut doloris, aut voluptatis, 44 in quo Cyrenaici ſolo putant veri eſſe judicium, quia ſentiatur.

s qui non *Lamb.*

Po-

43. *Ut nemo ſit noſtrûm, qui non in ſenſibus ſui cujusque generis judicium requirat acrius.*] Particula *non* abeſt à vetere eoque optimo libro: & omnino tollenda videtur, ut ſenſus conſtet hujus loci commodior. *Urſin.* *Qui non in ſenſibus.*] Lambinus indicavit quibusdam mſſ. abeſſe negativam; cúmque abeſſet item membranis S. Victoris, delendam cenſebat Gulielmius. habent tamen Palatini, & videtur prorſus neceſſaria. *Gruter.* Si eſt in MSStis libris hæc varietas, ultro apparet ejus origo; quippe quum Cicero dederit, *quin in ſenſibus*, cui literæ *n* putavit aliquis librarius ſuperductam lineolam ex puncto vocalis præcedentis. *Gronov.*

44. *In quo Cyrenaici ſolo putant veri eſſe judicium, quia ſentiatur.*] Hunc tactum Lucretius in libro II. tactum animi, Plutarchus in libro II. *Συμποσιακῶν* etiam *διάνοιαν* appellavit. *Sentiat* igitur hîc aliquis potius quàm *ſentiatur* putet eſſe legendum; cur enim tactus, ut ceteri quoque ſenſus, quos hic enumerat, quos ſentire dicit, non item dicatur ſentire probabilius quàm ſentiri? & ſane, quæ ſentiuntur è ſententia Cyrenaicorum, ſunt permotiones animi

duæ

21 Poteſtne igitur quisquam dicere, inter eum, qui doleat, & inter eum, qui in voluptate ſit, nihil intereſſe? aut, ita qui ſentiat, non apertiſſimè inſaniat? atqui qualia ſunt hæc, quæ ſenſibus percipi dicimus; talia ſequuntur ea, quæ non ſenſibus ipſis percipi dicuntur, ſed quodam modo ſenſibus: ut hæc; illud eſt album, hoc dulce, canorum illud, hoc bene olens, hoc aſperum. animo jam hæc tenemus comprehenſa, non ſenſibus. [t] ille deinceps equus eſt, ille canis. cetera ſeries deinde ſequitur, majora nectens, ut hæc, quæ quaſi expletam rerum comprehenſionem amplectuntur, ſi homo eſt, animal eſt, mortale, [45] rationis particeps. quo è genere nobis notitiæ rerum imprimuntur: ſine quibus nec intelligi quidquam, nec quæri aut diſputari poteſt.

t deinceps ille *conj. Lamb.*

P. VII.

22 Quòd ſi eſſent falſæ notitiæ (ἐννοίας enim notitias appellare tu videbare) ſi igitur eſſent hæ falſæ, aut ejusmodi viſis impreſſæ, qualia viſa à falſis diſcerni non poſſent, quo tandem his modo uteremur? quo modo autem, quid cuique rei conſentaneum eſſet, quid repugnaret, videremus? memoriæ quidem certè, quæ non modò philoſophiam, ſed omnis vitæ uſum omnesque artes una maximè continet, nihil omnino loci relinquitur. quæ poteſt enim eſſe memoria falſorum? aut quid quisquam meminit, quod non animo comprehendit & tenet? ars verò quæ poteſt eſſe, niſi quæ non ex una, aut duabus, ſed ex multis animi perceptionibus conſtat? quam ſi ſubtraxeris, quî diſtingues artificem ab inſcio? non enim fortuitò hunc artificem dicemus

duæ & quidem ſolæ dolor & voluptas. Diogenes in Ariſtippo: Δύο πάθη ὑφίςαν το πόνον καὶ ἡδονήν. & Ariſtocles apud Euſebium ait illis eſſe μόνα τὰ πάθη καταληπτὰ, & de Ariſtippo nominatim, Τούτων δὲ ἔφασκε τῶν παθῶν μόνων ἡμᾶς τὴν αἴσθησιν ἔχειν. id eſt, opinor, *has permotiones ajebat ſolum ſentire nos.* niſi etiam intelligi poteſt paſſive dictum tactus doloris & voluptatis, pro voluptate ac dolore, quibus afficimur, ut in orat. pro Cœlio: *Si quem forte inveneritis, qui aſpernetur pulchritudinem non odore, non tactu, non ſapore capiatur.* & quæ ſunt his ſimilia, ut & ſentire & ſentiri ſignificet. *P. Faber.*

45. *Rationis particeps.*] *Ratione* dederunt Gruterus & eum ſecuti, quod quare ſit factum fateor me non ſatis perſpectum habere, qui ſcio Ciceronem aliquot locis, quæ brevitatis ſtudio omitto, *rationis* cum voce *particeps* junxiſſe, quemadmodum Victorius, Aldus, Lambinus, aliique hoc etiam loco legunt. Ideo nullus dubitavi veterem lectionem revocare. *Verburg.*

46. Sa-

cemus eſſe, illum negabimus: ſed cùm alterum percepta & comprehenſa tenere [v] videmus, alterum non item. [v] videbimus Lamb.
cúmque artium aliud ejusmodi genus ſit, ut tantummodò animo rem cernat; aliud, ut moliatur aliquid & faciat: quo modo aut geometres cernere ea poteſt, quæ aut nulla ſunt, aut internoſci à falſis non poſſunt: aut is, qui fidibus utitur, explere numeros & conficere verſus? quod idem in ſimilibus quoque artibus continget: quarum omne opus eſt in faciendo atque agendo. Quid enim eſt, quod arte effici poſſit, niſi is, qui artem tractabit, multa perceperit?

VIII. Maximè verò virtutum cognitio confirmat, 23
percipi & comprehendi multa poſſe. in quibus ſolis ineſſe etiam ſcientiam dicimus; quam nos non comprehenſionem modò rerum, ſed eam ſtabilem, [x] quoque atque immutabilem eſſe cenſemus: itemque ſapientiam, artem vivendi, quæ ipſa ex ſeſe habeat conſtantiam. ea autem conſtantia ſi nihil habeat percepti & cogniti, quæro, unde nata ſit & quomodo? Quæro etiam, ille vir bonus, qui ſtatuit omnem cruciatum perferre, intolerabili dolore lacerari potiùs quàm [y] aut officium prodat, aut fidem, cur has ſibi tam graves leges impoſuerit; cùm, quamobrem ita oporteret, nihil haberet comprehenſi, percepti, cogniti, conſtituti? Nullo igitur modo fieri poteſt, ut quisquam tanti æſtimet æquitatem & fidem, ut ejus conſervandæ cauſâ nullum ſupplicium recuſet, niſi iis rebus aſſenſus ſit, quæ falſæ eſſe non poſſunt.

[x] quoque deeſt in aliis.

P. B.

[y] ut MS.

Ipſa verò ſapientia, ſi ſe ignorabit, ſapientia ſit, necne; 24
[z] quo modo primùm obtinebit nomen ſapientiæ? deinde quo modo ſuſcipere aliquam rem aut agere fidenter audebit, cùm certi nihil erit, quod ſequatur? cùm verò dubitabit, quid extremum & ultimum bonorum, ignorans, quò omnia referantur, quî poterit eſſe ſapientia? Atque etiam illud perſpicuum eſt, conſtitui neceſſe eſſe initium, quod ſapientia, cùm quid agere incipiat, ſequatur: idque initium eſſe naturæ accommodatum. nam aliter appetitio (eam enim eſſe volumus ὁρμὴν) quâ ad agendum impellimur & id appetimus, quod eſt viſum, moveri non poteſt.

[z] primum quom. conj. Lamb.

Illud autem, quod movet, priùs oportet videri, ei- 25
que credi: quod fieri non poteſt, ſi id, quod viſum erit,

erit, diſcerni non poterit à falſo. Quo modo autem moveri animus ad appetendum poteſt, ſi id, quod videtur, non percipitur, accommodatumne naturæ ſit, an alienum? Itemque, ſi, quid officii ſui ſit, non occurrit animo, nihil umquam omnino aget, ad nullam rem umquam impelletur, numquam movebitur. quòd ſi aliquid aliquando acturus eſt, neceſſe eſt id ei verum, quod occurrit, videri.

26 Quid? quòd, ſi iſta vera ſunt, ratio omnis tollitur, quaſi quædam lux lumenque vitæ? tamenne in iſta
P. VIII. pravitate perſtabitis? nam quærendi initium ratio attulit: quæ perfecit virtutem, cùm eſſet ipſa ratio confirmata quærendo. quæſtio autem eſt appetitio cognitionis: quæſtionisque finis inventio. At nemo invenit falſa: nec ea, quæ incerta permanent, inventa eſſe poſſunt: ſed, cùm ea, quæ quaſi involuta fuerunt, aperta ſunt, tum inventa dicuntur. ſic & initium quærendi, & [a] exitus percipiendi & comprehendendi tenet. itaque argumenti concluſio, quæ eſt Græcè ἀπόδειξις, ita definitur: Ratio, quæ ex rebus perceptis ad id, quod non percipiebatur, adducit.

a exitum Lamb.

27 IX. QUOD SI omnia viſa ejuſmodi eſſent, qualia iſti dicunt, ut ea vel falſa eſſe poſſent, neque ea poſſet ulla notio diſcernere: quo modo quempiam aut concluſiſſe aliquid, aut inveniſſe diceremus? aut quæ eſſet concluſi argumenti fides? Ipſa autem philoſophia, quæ rationibus progredi debet, quem habebit exitum? [b] ſapientiæ verò quid futurum eſt? quæ neque de ſe ipſa dubitare debet, neque de ſuis decretis, quæ philoſophi vocant δόγματα quorum nullum ſine ſcelere prodi poterit. cùm enim decretum proditur, lex veri rectique proditur. quo è vitio & amicitiarum proditiones & rerum publicarum naſci ſolent. Non poteſt igitur dubitari, quin decretum nullum falſum poſſit eſſe, [46] ſapien-

b ſapientia Vict.

46. *Sapientique ſatis ſit non eſſe falſum.*] Non magis hîc addenda negatio fuit quàm in lib. I. de Fin. cum de Epicuro dicit: *Nihil generoſum ſapit atque magnificum*, quod tamen Lambinus libentius addita negatione legerit. ſed apud Maronem (ut fides fiat in verſu potiſſimum) in his, quæ ſunt in lib. VII. *Nec veſtra feretur Fama levis, tantique aboleſcet gratia facti.* Aut in his lib. III. *Nec prolem Auſoniam & Lavinia reſpicit arva.* quis mutare quicquam aut [illegible]lit, aut poſſit? quid autem facilius quàm hîc repetere negationem

pientique ſatis ſit, non eſſe falſum, ſed etiam ſtabile, fixum, ratum eſſe debeat: quod movere nulla ratio queat. talia autem neque eſſe, neque videri poſſunt eorum ratione, qui illa viſa, è quibus omnia decreta ſunt nata, negant quidquam à falſis intereſſe.

Ex hoc illud eſt natum, quod poſtulabat Hortenſius, 28
ut id ipſum ſaltem perceptum à ſapiente diceretis, nihil poſſe percipi. Sed Antipatro hoc idem poſtulanti cùm diceret, 47 ei, qui affirmaret nihil poſſe percipi, conſentaneum eſſe unum tamen illud dicere percipi poſſe, ut alia non poſſent, Carneades acutiùs reſiſtebat. nam tantum abeſſe dicebat, ut id conſentaneum eſſet, ut maximè etiam repugnaret. qui enim negaret quidquam eſſe, quod perciperetur, eum nihil excipere. ita neceſſe eſſe, ne id ipſum quidem, quod exceptum non eſſet, comprehendi & percipi ullo modo poſſe. P. B.

Antiochus ad iſtum locum preſſiùs videbatur accedere. 29
quoniam enim id haberent Academici decretum (ſentitis enim jam hoc me *δόγμα* dicere) nihil poſſe percipi, non debere eos in ſuo decreto, ſicut in ceteris rebus, fluctuare, præſertim cùm in eo ſumma conſiſteret. hanc enim eſſe regulam totius philoſophiæ, conſtitutionem veri, falſi, cogniti, incogniti: quam rationem quoniam ſuſciperent docereque vellent, quæ à quovis accipi oporteret, & quæ repudiari, certè hoc ipſum, ex quo omne veri falſique judicium eſſet, percipere eos debuiſſe. etenim duo eſſe hæc maxima in philoſophia, judicium veri & finem bonorum, nec ſapientem poſſe eſſe, qui aut cognoſcendi [c] eſſe initium ignoret, aut extremum expetendi, ut, aut unde proficiſcatur, aut quò perveniendum ſit, neſciat. hæc autem habere dubia,

[c] *Gul.* ſeſe init. *alii delent eſſe.*

nem è proximo? quod ſæpiſſime etiam & in lingua Græca, & in Hebræa à Grammaticis vulgò obſervatum eſt. *P. Faber.* Pall. & liber S. Victoris, *ſapientique.* P. Manutius & poſtea Lambinus adhuc alteram negativam textui interſeruere, & uno mſ. *ſap. ſatis non ſit, non &c.* ex ſupervacuo: idem enim ſenſus reſultat ex vulgato: inquit Gulielmius. *Gruter.*

47. *Ei qui affirmaret nihil &c.*] Sic à conjectura P. Manutius, quem ſecutus Lambinus aliique, contra vett. edd. & mſſ. in quibus, *eique.* habent præterea eædem edd. item Victorii, bis repetitum, *conſentaneum eſſe*; iterùm nimirum inter *percipi poſſe*, & *ut alia*; ſic: *percipi poſſe, conſentaneum eſſe.* quod examinabunt minus feſtini. *Idem.*

48. *Sit*

bia, neque his ita confidere, ut moveri non poſſint; abhorrere à ſapientia plurimùm. Hoc igitur modo potiùs erat ab his poſtulandum, ut hoc unum ſaltem, percipi nihil poſſe, perceptum eſſe dicerent. Sed de inconſtantia totius illorum ſententiæ, ſi ulla ſententia cujusquàm eſſe poteſt nihil approbantis, 48 ſit, ut opinor, dictum ſatis.

30 X. SEQUITUR diſputatio copioſa illa quidem, ſed paullo abſtruſior. habet enim aliquantum à phyſicis: ut verear, ne majorem largiar ei, qui contrà dicturus eſt, libertatem & licentiam. nam quid eum facturum putem de abditis rebus & obſcuris, qui lucem d eripere conetur? Sed diſputari poterat ſubtiliter, quanto quaſi artificio natura fabricata eſſet primùm animal omne: 49 deinde hominem maximè: quæ vis eſſet in ſenſibus; 50 quemadmodum prima viſa e nos pellerent: deinde appetitio ab his pulſa ſequeretur: tum ut ſenſus ad res percipiendas intenderemus. Mens enim ipſa, quæ ſenſuum fons eſt, atque etiam ipſa ſenſus eſt, naturalem vim habet, quam intendit ad ea, quibus movetur. itaque alia viſa ſic arripit, ut his ſtatim utatur: 51 aliqua ſic

P. IX.

d in clariſſimis conetur eripere *Paſſerat.*

e hos *Vict.*

48. *Sit, ut opinor, dictum ſatis.*] Sufficeret ſententiæ vox ultima: certè quatuor reliquæ ſi abſint oratio fuerit venuſtior. *Grut.*

49. *Deinde hominem maximè: quæ vis &c.*] Palat. pr. diſtinguit, *deinde hominem: maximè quæ vis &c.* non omnino abſurdè. *Idem.*

50. *Quemadmodum prima viſa &c.*] Legendum fortaſſe eſt, *primò, viſa &c.* ut *primò* & *deinde* inter ſe reſpondeant. Omnino neque *prima viſa*, neque *ſecunda* dicuntur. Præterea, ubi libri vulgati habent, *nos pellerent*, legendum, *eos pellerent. eos* autem, videlicet ſenſus. *Lambin.*

51. *Aliqua ſic recondit, è quibus memoria oritur.*] Nonnihil deſideratur, ac fortaſſe tale quippiam, *ut poſtea*; ut ita legatur. *Alia viſa ſic arripit, ut his ſtatim utatur; alia ſic recondit, ut poſtea, e quibus memoria oritur.* & dictio, *poſtea*, referatur ad verbum *utatur.* niſi ſi quis ita malit legere: *Alia ſibi recondit, è quibus memoria oritur. Sibi*, id eſt ad uſum ſuum. *P. Manut.* *Itaque alia viſa ſic arripit, ut his ſtatim utatur, aliqua ſic recondit, è quibus memoria oritur.*] Locus hic ut doctiſſimos viros fatigaverit nihil eſt neceſſe dicere. Lambinus reliquit inane ſpatium, quod ipſe multis verbis explere conatus eſt. at ego una litera *c* hic plus eſſe exiſtimo (nam particula ſic, quia ſine redditione eſt, ferri nullo modo poteſt) quæ litera ſi in *a* mutetur. nihil quisquam hic, opinor, aut deeſſe aut ſupereſſe dixerit. Cicero duo viſorum genera facit, alia, quibus mens ſtatim utitur, alia, quæ recondit, ut reſervet ſcilicet. ut his utatur poſtea cum erit uſus. Sic Plutarchus

ſic recondit; è quibus memoria oritur. cetera autem ſimilitudinibus conſtituit: ex quibus efficiuntur notitiæ rerum: quas Græci tum ἐννοίας, tum προλήψεις vocant. eò cùm acceſſit ratio argumentique concluſio, rerumque innumerabilium multitudo, tum & perceptio eorum omnium apparet, & eadem ratio perfecta his gradibus ad ſapientiam pervenit.

Ad rerum igitur ſcientiam vitæque conſtantiam aptiſſima cùm ſit mens hominis, amplectitur maximè cognitionem: & [f] iſtam κατάληψιν, quam, ut dixi, verbum è verbo exprimentes, comprehenſionem [g] dicemus, cùm ipſam [h] per ſe amat (nihil eſt enim ei veritatis luce dulcius) tum etiam propter uſum. quocirca & ſenſibus utitur, & artes efficit, quaſi ſenſus alteros: & usque eò philoſophiam ipſam corroborat, ut virtutem efficiat, ex qua re una vita omnis apta ſit. Ergo hi, qui negant quidquam poſſe comprehendi, hæc ipſa eripiunt vel inſtrumenta, vel ornamenta vitæ; vel potiùs etiam totam vi- 31

f quaed. edd. non habent iſtam.
g alii dicimus.
h propter ſe conj. Lamb.

tarchus in libro, quem inſcripſit Πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, dividit νοήσεις in κινουμένας & ἐναποκειμένας, quæ verba Stoicorum ſunt, quæ idem Plutarchus in ipſorum repugnantiis explicat nominatim in verbis κίνησις & σχέσις· & Philo Judæus in libro Περὶ τοῦ ἐξίνη ψευδοῦ, qui κίνησιν hic interpretatur ἐνεργείαν, ut σχέσιν ἠρεμίαν. utrumque ſic oſtendit exemplo artificis, ut ſit artifex σχέσει, cum ex arte non agit, & κινήσει cum agit, nec reconditum mente modo tenet artem, ſed ea utitur. quomodo Cicero ipſe in lib. III. de Fin. κινήσεις, aut τὰ ἐν κινήσει vertit *quæ ſunt in effectu*: ut σχέσει, quæ ſunt ſine effectu: ut hic φαντασίας (quas à Stoicis etiam ἐννοίας Plutarchus appellari dicit) κινουμένας viſa, quibus mens ſtatim utitur, ut ἐναποκειμένας, quæ recondit. aperta res. ipſe tamen addit, quaſi molliendæ Metaphoræ cauſâ. ſi cui verbum Latium recondit, quod tamen Græco verbo propriè reſpondet, hîc videretur durius. quod ubi proprie dicatur à Latinis notum. Lego igitur, & quidem fidenter alia viſa ſic arripit, ut his ſtatim utatur: alia quaſi recondit, è quibus memoria oritur. Nam quod ex reconditis illis viſis memoriam oriri dicit, idem pæne iisdem verbis dicit Alexander de illo viſo & quaſi nota impreſſa, quæ in animo relinquitur, quam τύπωσιν ſupra Stoicos appellare diximus. Τῆς μνήμης, inquit, ἡμῖν σωζόμενον αἴτιον γίνεται τοιοῦτον ἐγκατάλειμμα, καὶ τὸν τοιοῦτον ὥσπερ τύπον φαντασίαν καλοῦσι. & ſic Plutarchus ait apud Stoicos: Μνήμας εἶναι μονίμους, καὶ σχετικὰς τυπώσεις. *P. Faber.* *Aliqua ſic recondit; è quibus &c.*] Sic editi omnes. P. Manutius conjecit, *recondit ut poſtea; è quibus*; aut certè, *aliqua ſibi recondit*, Lambinus oræ adlevit: fortè, *recondit, ut ea, cùm opus ſit, depromat: è quibus*. ficulneum auxilium. *Gruter.*

vitam evertunt funditùs, ipſumque animal orbant animo: ut difficile ſit de temeritate eorum, [i]perinde ut cauſa poſtulat, dicere.

i proinde *Lamb.*

32 Nec verò ſatis conſtituere poſſum, quod ſit eorum conſilium, aut quid velint. Interdum enim cùm adhibemus ad eos orationem hujusmodi: [52]Si ea, quæ diſputentur, vera non ſint, tum omnia fore incerta, reſpondent: Quid ergo iſtud ad nos? num noſtra culpa eſt? naturam accuſa, quæ in profundo veritatem, ut ait Democritus, penitùs abſtruſerit. Alii autem elegantiùs, qui etiam queruntur, quòd eos inſimulemus omnia incerta dicere: quantumque interſit inter incertum, & id, quod percipi non poſſit, docere conantur eaque diſtinguere. Cum his igitur agamus, qui hæc diſtinguunt: illos, qui omnia ſic incerta dicunt, ut, ſtellarum numerus, [53]par an impar ſit, neſciatur, quaſi deſperatos aliquos relinquamus. volunt enim (& hoc quidem vel maximè animadvertebam vos moveri) probabile aliquid eſſe & quaſi veriſimile, eaque ſe uti regula & in agenda vita, & in quærendo ac diſſerendo.

P. B.

33 XI. QUÆ ISTA regula eſt [k]veri & falſi, ſi notionem veri & falſi, propterea quòd ea non poſſunt internoſci, nullam habemus? nam, ſi habemus, intereſſe oportet, ut inter rectum & pravum, ſic inter verum & falſum. ſi nihil intereſt, nulla regula eſt: nec poteſt is, cui eſt viſio veri falſique communis, ullum habere judicium, aut ullam omninò veritatis notam. nam, cùm dicunt, hoc ſe unum tollere, ut quidquam poſſit ita videri, ut non eodem modo falſum etiam poſſit [l]ita videri, cetera autem concedere: faciunt pueriliter. quo enim omnia judicantur, ſublato, reliqua ſe negant tollere. ut, ſi quis quem oculis privaverit, dicat, ea, quæ cerni [m]poſſent, non ſe ei ademiſſe. ut enim illa ocu-

k veri & falſi *deſunt in MS.*

l ita *delet Lamb.*

m poſſunt *alii.*

52. *Si ea, quæ diſputent, vera non ſint, tum omnia fore incerta.*] Hic quoque delendam opinor particulam, *non*, quæ abeſt à vetere, à libro viri doctiſſimi, qui cum manuſcripto diligenter fuit collatus. *Urſin.*

53. *Par an impar ſit neſciatur.*] Lambinus tollit vocem poſtremam, conjecturâ motus; eique viſus adſentire Gulielmius, tanquam item abeſſet libro S. Victoris. exſtat tamen in Pall. & edd. omnibus. *Gruter.*

54. *Quam-*

oculis modò cognoſcuntur, ſic reliqua viſis: ſed propria veri, non communi veri & falſi nota. [54] Quamobrem, ſive tu probabilem viſionem, ſive improbabilem & quæ non impediatur, ut Carneades volebat, ſive aliud quid proferes, quod ſequare: ad viſum illud, de quo agimus, tibi erit revertendum. P. X.

In eo autem, ſi erit communitas cum falſo, nullum erit judicium, quia proprium [n] in communi ſigno notari non poteſt. ſin autem commune nihil erit, habeo, quod volo. id enim quæro, quod ita mihi videatur verum, ut non poſſit idem falſum videri. ſimili in errore verſantur, [55] cùm convicti ac vi veritatis coacti perſpicua à perceptis volunt diſtinguere, & conantur oſtendere, [56] eſſe aliquid perſpicui; verum illud quidem im- 34

[n] In *alii non habent.*

54. *Quamobrem, ſive tu probabilem, & qua non impediatur, &c.*] Hunc locum, antea mutilum ac lacerum, beneficio codicum manuſcript. ſane quàm feliciter reſtitui. nam *probabilis viſio*, & ea, *qua non impeditur*, ejusdem ſunt ordinis ac ponderis. rurſus, *improbabilis viſio*, & ea, *qua impeditur*, idem valent. At, ut vulgò legitur, hæc ſunt confuſa & præterea mutila. ſic enim habent omnes libri vulgati: *quamobrem, ſive tu probabilem viſionem, ſive improbabilem & qua non impediatur, ut Carneades vol. &c.* quæ lectio planè inepta & inexplicabilis eſt. *Lambin.*

55. *Cum convicti ac vi veritatis coacti.*] Ita editi à Victorio; cui ſcripturæ proximè accedit Pal. ſecun. ſolummodò enim deſtituitur ſyllabâ *vi.* nam prim. ſervat, *ac judicio veritatis coacti*, ut eſt lectio vulgata. Lambinus legit è mſſ. ſuis, *cùm judicio veritatis coacti*; neque aliter liber S. Victoris. ſed cùm iſtum ſæpius compererim inquinatiſſimè deſcriptum; haud temerè aliquid mutarim. imò ferè mihi perſuadeo, manuſcriptos Lambini nihil heic aliud eſſe quàm codicem S. Victoris. *Gruter.*

56. *Eſſe aliquid perſpicui; verum illud quidem impreſſum in animo.*] Non debuit corrigi. idem eiſdem verbis Carneadi tribuit Numenius, apud Euſebium eſſe aliquid perſpicui ille οὐ πάντα εἶναι ἄδηλα. *Verum illud quidam, neque tamen id percipi*, ille de vero ſimul & falſo dicit his verbis: Τὸ γὰρ ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος ἐν τοῖς πράγμασιν εἶναι συγχωρῶν ὀυδέτερον ἔχει βεβαίως καταλαμβάνεσθαι. quod paulo poſt ſequitur *verè inaniterve moveatur*; in eo quidem videtur eſſe erratum, in quo ego *moveamur*, pro *moveatur*, libentius legerim; ut ejusdem perſonæ verbis utatur in eadem comprehenſione verborum *dicemus* & *moveamus*, ut etiam dixit ſuperius, quemadmodum prima viſa nos pellerent, alioqui *moveant* etiam commodum ſit, ut referatur ad illa *perſpicua* aut *impreſſa*. proclivius tamen fuerit, *moveamur*, & librarius mutare potuit, ut congrueret cum *videatur*, quod paulo ante poſitum fuit. inanis autem motio, quam hic dicit, ea eſt, quam Plutarchus lib. III. vocat διάκενον ἑλκυσμόν *P. Faber.*

impreſſum in animo atque mente, neque tamen id percipi ac comprehendi poſſe. quo enim modo perſpicuè dixeris album eſſe aliquid, cùm poſſit accidere, ut id, [o] quod nigrum ſit, album eſſe videatur? aut quo modo iſta aut perſpicua dicemus, aut impreſſa ſubtiliter, 57 cùm ſit incèrtum, verè inaniterve [q] moveatur? Ita neque color, neque corpus, nec veritas, nec argumentum, nec ſenſus, neque perſpicuum ullum relinquitur.

o quidem nigrum ſit, quod alb. *MS.*
p moveat *Viƈt.*

35 Ex hoc illud his uſu venire ſolet, ut, quidquid dixerint, à quibusdam interrogentur: Ergo iſtuc quidem percipis? Sed qui ita interrogant, ab his irridentur. non enim urgent: ut coarguant, neminem ulla de re poſſe contendere, neque aſſeverare, ſine aliqua ejus rei, quam ſibi quisque placere dicit, certa & propria nota. Quod eſt igitur iſtuc [p] veſtrum probabile? nam ſi, quod cuique occurrit & primo quaſi adſpectu probabile videtur, id confirmatur, quid eo levius? ſin ex circumſpectione aliqua & accurata conſideratione, quod viſum ſit, id ſe dicent ſequi, tamen exitum non habebunt.

q noſtrum *MS.*

36 Primùm quia his viſis, inter quæ nihil intereſt, æqualiter omnibus abrogatur fides: deinde, cùm dicant poſſe accidere ſapienti, ut, cùm omnia fecerit, diligentiſſiméque circumſpexerit, exſiſtat aliquid, quod & veriſimile videatur, & abſit longiſſimè à vero: [r] quo modo, ſi [s] magna parte quidem (ut ſolent dicere) ad verum ipſum, aut quàm proximè accedant, confidere ſibi poterunt? ut enim confidant, notum his eſſe debebit inſigne veri. quo [t] obſcuro & oppreſſo, quod tandem verum ſibi videbuntur attingere? Quid autem tam [v] abſurdè dici poteſt quàm cùm ita loquuntur? Eſt hoc quidem rei illius ſignum, aut argumentum, & ea re id ſequor: ſed fieri poteſt, ut id, quod ſignificatur, aut falſum ſit, aut nihil ſit omnino.

P. B.
r quomodo *deeſt in MSS.*
s magnam partem *MS. & Lamb.*
t obſcurato *id. MS.*
v *alii* obſcurum *contra MSS.*

XII. Sed de perceptione hactenus. ſi quis enim ea, quæ dicta ſunt, labefactare volet, facilè, etiam abſen-

57. *Cum ſit incertum, vere, inaniter, ne animus moveatur.*] In vulgatis libris *animus* deſiderabatur: ego addidi, ſecutus, præter antiquum librum, ipſam ſententiam ipſumque Ciceronem, qui non ita multo poſt, *Conatur*, inquit, *oſtendere*, *multa poſſe videri eſſe*, *quæ omninò nulla ſunt*; *cum animi inaniter moveantur rebus iis*, *quæ nulla ſint*, *ut iis*, *quæ ſint.* P. Manut.

58. *Nam*

ſentibus nobis, veritas ſe ipſa defendet. His ſatis cogni- 37
tis, quæ jam explicata ſunt, nunc de aſſenſione atque
[x]approbatione, quam Græci συγκατάθεσιν vocant, pauca x de appr.
dicemus: non quò non latus locus ſit; ſed paullo antè *ed. vet.*
jacta ſunt fundamenta. [58] nam cùm vim, quæ eſſet in
ſenſibus, explicabamus, ſimul illud aperiebatur, compre-
hendi multa & percipi ſenſibus: quod fieri ſine aſſen-
ſione non poteſt. deinde cùm inter inanimum & ani-
mal hoc maximè interſit, quòd inanimum nihil agit,
animal agit aliquid, (nihil enim agens ne [y]cogitari qui- y cogitare
dem poteſt quale ſit) aut ei ſenſus adimendus eſt: aut *Vict.*
ea, quæ eſt in noſtra ſita poteſtate, [z]reddenda aſſenſio. z credenda
At verò animus quodam modo eripitur his, quos ne- *MSS. &*
que ſentire neque aſſentiri volunt. [59] ut enim neceſſe *Vict.* prodenda
eſt, lancem in libra, ponderibus impoſitis, deprimi; ſic *Lamb.*
animum perſpicuis cedere. nam, quomodo [a]non poteſt 38
animal ullum non appetere id, quod accommodatum a non *deeſt*
ad naturam appareat: (Græci id οἰκεῖον appellant) ſic non *in MS.*
poteſt objectam rem perſpicuam non approbare. quam-
quam, ſi illa, de quibus diſputatum eſt, vera ſunt, ni- P. XI.
hil attinet de aſſenſione omnino loqui. qui enim quid
percipit, aſſentitur ſtatim. ſed hæc etiam ſequuntur,
nec memoriam ſine aſſenſione poſſe conſtare, nec no-
titias rerum, nec artes: idque quod maximum eſt, ut ſit
aliquid in noſtra poteſtate, in eo, qui rei nulli aſſentie-
tur, non erit.

Ubi igitur virtus, ſi nihil ſitum eſt in [b]ipſis nobis? b nobis
Maximè autem abſurdum, vitia in ipſorum eſſe poteſta- ipſis *Lamb.*
te, neque peccare quemquam, niſi aſſenſione: hoc 39
idem in virtute non eſſe: cujus omnis conſtantia &
firmitas ex his rebus conſtat, quibus aſſenſa eſt, & [c]quas c quaſi
approbavit: omninóque antè videri aliquid quàm aga- *MS.*
mus neceſſe eſt: eique, quod viſum ſit, [d]aſſentiatur. d aſſentiri
qua- *alii.*

58. *Nam cùm vim, quæ eſſet &c.*] Aliter Lambinus, ſed contra mſſ. & edd. qui habent vulgatum, niſi quod Pal. prim. *eſſent*. S. verò Victoris excludit ſyllabam *vim*, ut videatur poſſe legi: *nam cùm quæ eſſent &c.* Gruter. In quibusdam editis legitur, *nam cum quæ vis eſſet in ſenſibus.*

59. *Ut enim neceſſe eſt, lancem in &c.*] Sic membranæ S. Victoris, ſic Pall. prodideratque dudum etiam ipſe Victorius; ſed nemo veſtigiis ejus inſiſtere voluit, non Sturmius, non alii: maluerunt etenim *neceſſe eſt, ut lancem*, oratione diſtorta. *Gruter.*

Fff fff f 3 60. *Sed*

quare qui aut viſum, aut aſſenſum tollit, is omnem actionem tollit è vita.

40 XIII. Nunc ea videamus, quæ contrà ab his diſputari ſolent. [60] Sed priùs poteſtis totius eorum rationis quaſi fundamenta cognoſcere. Componunt igitur primùm artem quandam de his, quæ viſa dicimus: eorumque & vim & genera definiunt: in his, quale ſit id, quod percipi & comprehendi poſſit: totidem verbis, quot Stoici. deinde illa exponunt duo, quæ quaſi [e] contineant omnem hanc quæſtionem: quæ ita videantur, ut etiam alia multa eodem modo videri poſſint, nec in his quidquam interſit: non poſſe eorum alia percipi, alia non percipi: nihil intereſſe autem, non modò ſi ex omni parte ejuſdem modi ſint, ſed etiam ſi diſcerni non poſſint. quibus poſitis, unius argumenti concluſione tota ab his cauſa comprehenditur. compoſita [f] autem ea concluſio ſic eſt: Eorum, quæ videntur, alia vera ſunt, alia falſa: & quod falſum eſt, id percipi non poteſt: quod autem verum viſum eſt, id omne tale eſt, ut ejuſdem modi falſum etiam poſſit videri. Et, quæ viſa ſunt ejuſmodi, ut in iis nihil interſit, non poſſe accidere, ut eorum alia percipi poſſint, alia non poſſint. nullum igitur eſt viſum, quod percipi poſſit.

e conti- nent *alii.*

f autem *deeſt in multis MSS.*

P. B.

41 Quæ autem ſumunt, ut concludant id quod volunt: ex his duo ſibi putant concedi. neque enim quiſquam repugnat. ea ſunt hæc: Quæ viſa falſa ſint, ea percipi non poſſe: & alterum, Inter quæ viſa nihil interſit, ex his non poſſe alia talia eſſe, ut percipi poſſint, alia ut non poſſint: reliqua verò multa & varia [g] ratione defendunt. quæ ſunt item duo: unum eorum, quæ videantur, [h] alia vera eſſe, alia falſa: alterum, omne viſum, quod ſit à vero, tale eſſe, quale etiam à falſo poſſit eſſe.

g oratione *Vict. & alii.*

h *alii* aliud verum eſſe, aliud falſum.

Hæc duo propoſita non prætervolant, ſed ita dilatant, ut non mediocrem curam adhibeant & diligen-

42 tiam. dividunt enim in partes, & eas quidem magnas: primùm in ſenſus: deinde in ea, quæ ducuntur à ſenſibus

60. *Sed prius poteſtis totius eorum rationis quaſi fundamenta cognoſcere.*] Maluiſſem dixiſſe: *ſed prius totius eorum rat. quaſi fund. cognoſcite.* Grut.

61. Et

bus & ab omni conſuetudine: quam obſcurari volunt. tum perveniunt ad eam partem, ut ne ratione quidem & conjecturâ ulla res percipi poſſit. Hæc autem univerſa concidunt etiam minutiùs. Ut enim de ſenſibus heſterno ſermone vidiſtis, item faciunt de reliquis: in ſingulisque rebus, quas in minima [i] diſpertiunt, volunt efficere, his omnibus, quæ viſa ſint, veris adjuncta eſſe falſa, quæ à veris nihil differant: ea cùm talia ſint, nihil poſſe comprehendi.

[i] diſpartiunt *multa edd.*

XIV. Hanc ego ſubtilitatem philoſophiâ quidem dignisſimam judico, ſed ab eorum cauſa, qui ita diſſerunt, remotiſſimam. definitiones enim & partitiones, [61] & horum luminibus utens oratio, tum ſimilitudines diſſimilitudinesque & earum tenuis & acuta diſtinctio fidentium eſt hominum: [62] illa vera, & firma, & certa eſſe, quæ tutentur: non eorum, qui clament, nihilo magis vera illa eſſe quàm falſa. quid enim agant, ſi, cùm aliquid definierint, roget eos quiſpiam, num illa definitio poſſit in aliam transferri quamlibet: ſi poſſe dixerint: ([63] quid enim dicere habeant?) cur illa [k] vera definitio ſit? ſi negaverint: fatendum ſit, [64] quoniam 43 P. XII.

[k] veri *alii.*

[61]. *Et horum luminibus utens ratio.*] Uſitatius quidem dicatur, ut Lambinus corrigit; ſed neque hæc immutatio generis inuſitata eſt in lib. IV. de Fin. *Earum rerum*, inquit, *quàm plurima & quàm maxima adipiſci.* & infra in hoc libro: *Cum res apertiſſimas aperueris, juratusque dixeris ea te comperiſſe.* quanquam hoc quoque corrigebat Lambinus, verùm nimis multa hujus generis corrigenda iſto modo ſint. apud Varronem lib. I. de Re Ruſtica: *Circumciſis rebus, quæ non arbitror pertinere ad agriculturam.* apud Salluſtium bello Jugurthæ, ut vidiſti: *Abundantia earum rerum, quæ prima mortales ducunt.* Infinita ſunt hujusmodi apud Latinos & Græcos, qualia exempla apud Homerum Plutarchus multa eſſe docuit. *P. Faber.*

[62]. *Illa vera, & firma, & certa eſſe, quæ putentur.*] Aptius ad ſententiam viſum eſt, *putentur* quàm, ut antea, *tutentur.* ut dicat illa vera eſſe, quæ videantur: contra ſententiam Academicorum, qui nihil magis vera illa eſſe quàm falſa clamabant. quod proxime ſequentibus verbis oſtenditur. *P. Manut.*

[63]. *Quid enim dicere habeant? cur &c.*] Sic & Pall. noſtri. P. Manutius mallet, *quidnam dicere habeant, cur illa vera definitio ſit.* Gruter.

[64]. *Quoniam vel illa vera definitio transf. non poſſ. in falſ. vel quod ea def. exp.*] Hunc quoque locum, antea corruptum atque inexplicablem, nos, ope veterum codicum, ſanè quàm feliciter reſtituimus atque emendavimus. ſic enim habent omnes libri

 vul-

niam vel illa veri definitio transferri non poſſit in falſum ; [l] vel quod ea definitione explicetur, id percipi poſſe: quod minimè illi volunt. eadem dici poterunt in omnibus partibus.

l vel *addidit Lamb. in aliis deeſt.*

44 Si enim dicent, ea, de quibus differunt, ſe dilucidè perſpicere, nec ulla communione viſorum impediri: comprehendere ea ſe poſſe fatebuntur. ſin autem negabunt vera viſa à falſis poſſe diſtingui, quî poterunt longiùs progredi? occurretur enim, ſicut occurſum eſt. nam concludi argumentum non poteſt, niſi his, quæ ad concludendum ſumpta erunt, ita probatis, ut falſa ejuſdem modi nulla poſſint eſſe. ergo ſi, rebus comprehenſis & perceptis, [65] viſa & progreſſa ratio hæc efficiet, nihil poſſe comprehendi: quid poteſt reperiri, quod ipſum ſibi repugnet magis? cúmque ipſa natura accuratæ orationis hoc profiteatur, ſe aliquid patefacturam, quod non appareat, &, quo id faciliùs aſſequatur, adhibituram & ſenſus & ea quæ perſpicua ſint: qualis eſt iſtorum [m] oratio, qui omnia non tam eſſe quàm videri volunt? Maximè autem convincuntur, cùm hæc duo pro congruentibus ſumunt, tam vehementer repugnantia: primùm eſſe quædam falſa viſa: quod cùm volunt, declarant quædam eſſe vera: deinde, [n] inter falſa viſa & vera nihil intereſſe. At primùm ſumpſeras, tamquam intereſſet. ita [66] priori poſterius, poſteriori ſuperius [o] conjungitur.

m ratio *alii. non malè.*

n ibidem inter *multa edd.*

o non jungitur *Manut.*

Sed

vulgati, *Quoniam vel illa vera d. t. n. p. in f. q. ea d. &c.* quorum verborum quî ſententiam explicare poterat? Nunc autem, reſtitutâ particulâ disjunctivâ, *vel*, ante, *quod ea def. &c.* ſententia Cic. planiſſima eſt. hoc enim ſentit, ſi negaverint Academici definitionem illam poſſe in aliam rem transferri quàm quæ definita ſit; fatendum eis ſit, quoniam neque illa definitio transferri poſſit in falſum, neque id, quod ea definitione explicetur, id quod definitum eſt, percipi poſſe, quod ille negavit. *Lamb.*

65. *Niſa & progreſſa ratio.*] Cum legeretur, *viſa & progreſſa*, conjecturâ ducti, *niſa*, correximus, ut ſimilis & apta translatio ſit: quomodo etiam locutus eſt Tuſc. II. *Præſto*, inquit, *eſt ratio, qua conniſa per ſe & progreſſa longius fit perfecta virtus.* P. Manut. *Viſa & progreſſa ratio.*] P. Manutius de conjectura emendarat *viſa*; id Lambinus aliique raptim intulerunt libris ſuis, ſed invitis ſanè Pall. exemplarique S. Victoris, in quibus viſitur alterum paſſim vulgatum. *Gruter.*

66. *Priori poſterius, poſteriori ſuperius non jungitur.*] *Conjungitur* quidam legunt, non rectè, ut opinor, contra Ciceronis ſententiam.

Sed progrediamur longiùs , & ita agamus , ut nihil 45
nobis aſſentati eſſe videamur: quæque ab his dicuntur ,
ſic perſequamur , ut nihil in [p] præteritis relinquamus. P. B.
Primùm igitur perſpicuitas illa , quam diximus , ſatis p præteri-
magnam habet vim , ut ipſa per ſeſe ea , quæ ſint , tum *alii.*
nobis, ita ut ſint, indicet. Sed tamen , ut maneamus
in perſpicuis firmiùs & conſtantiùs , majore quadam
opus eſt vel arte vel diligentia , ne ab iis , quæ clara
ſint ipſa per ſeſe, quaſi præſtigiis quibusdam & captio-
nibus depellamur. Nam , qui voluit ſubvenire errori-
bus Epicurus, iis, qui videntur conturbare veri cogni-
tionem, dixitque ſapientis eſſe opinionem à perſpicui-
tate ſejungere: nihil [q] fecit. ipſius enim opinionis erro- q profecit
rem nullo modo ſuſtulit. *MSS. &*

XV. QUAMOBREM cùm duæ cauſæ perſpicuis & *Gul.* egit
evidentibus rebus adverſentur: auxilia totidem ſunt con- 46 *Lamb.*
trà comparanda. [r] adverſatur enim primùm , quòd pa- r adver-
rum deſigunt animos & intendunt in ea , quæ perſpi- ſantur *MS.*
cua ſunt, ut, quanta luce ea circumfuſa ſunt , [s] poſſint *& Vict.*
agnoſcere : alterum eſt , quòd fallacibus & captioſis s non
interrogationibus circumſcripti atque decepti quidam, poſſint
cùm eas diſſolvere non poſſunt , deſciſcunt à veritate. *Lamb.*
oportet igitur & ea , quæ pro perſpicuitate reſponderi
poſſunt, in promptu habere , de quibus jam diximus:
& eſſe armatos , ut occurrere poſſimus interrogationi-
bus eorum captionesque diſcutere. quod deinceps fa-
cere conſtitui.

Exponam igitur generatim argumenta eorum , quo- 47
niam ipſi etiam illa ſolent non confuſè loqui. Primùm
conantur oſtendere , multa poſſe videri eſſe , [67] quæ
omnino nulla ſunt, cùm animi inaniter moveantur eo-
dem modo rebus iis, quæ nullæ ſint, ut iis, quæ ſint.
Nam cùm dicatis, inquiunt, viſa quædam mitti à deo,
velut ea, quæ in ſomniis videantur , quæque oraculis ,
auſpiciis , extis [t] declarentur: (hæc enim ajunt probari t decla-
à rantur
multa edd.

tiam. dixit enim *non jungitur*, pro, non reſpondet, non cohæret, non convenit. in quo , inquit, maxime convincuntur, quòd duo pro congruentibus ſumunt vehementer repugnantia. omnino & in libro ſcripto Bernardini Maffei legitur, *conjungitur*, ſed, ut ſenſus oſtendit, corruptè. *P. Manut.*

67. *Quæ omnino nulla ſunt.*] *Sint* rectius habent veteres libri. *Urſin.*

P. XIII. à Stoicis, quos contra diſputant) quærunt, quonam modo, falſa viſa quæ ſint, ea deus efficere poſſit probabilia: quæ autem planè proximè ad verùm accedant, efficere non poſſit? aut, ſi ea quoque poſſit, cur illa nòn poſſit, quæ perdifficiliter, internoſcantur tamen? &, ſi hæc, cur non inter quæ nihil [v] ſit omnino?

[v] interſit *Lamb.*

48 Deinde, cùm mens moveatur ipſa per ſeſe, ut & ea declarant, quæ cogitatione depingimus, & ea, quæ vel furioſis, vel dormientibus videntur, [x] nonne, inquiunt, veriſimile ſit, ſic etiam mentem moveri, ut non modò internoſcat, vera illa viſa ſint, anne falſa, ſed ut [y] in his nihil interſit omnino? ut, ſi qui tremerent & exalbeſcerent vel ipſi per ſe, motu mentis aliquo, vel objecta terribili re extrinſecus, nihil [z] ut eſſet, quî diſtingueretur tremor ille & pallor, neque ut quidquam intereſſet [68] inter inteſtinum & oblatum. Poſtremo ſi nulla viſa [a] ſunt probabilia, quæ falſa ſint, alia ratio eſt. ſin autem ſunt: cur non etiam quæ non facilè internoſcantur? [69] cur non ut planè nihil interſit? præſertim cùm dicatis, ſapientem in furore ſuſtinere ſe ab omni aſſenſu, quia nulla in viſis diſtinctio appareat.

[x] non, inquam *MS. & Vict.*

[y] inter hæc *alii.*

[z] intereſſet *alii.*

[a] ſint *Lamb.*

49 XVI. Ad has omnes viſiones inanes Antiochus quidem & permulta dicebat, & erat de hac una re unius diei diſputatio. mihi autem non idem faciundum puto: ſed ipſa capita dicenda: & primùm quidem hoc reprehendendum, quòd captioſiſſimo genere interrogationis utuntur: [70] quod genus minimè in philoſophia probari ſolet, cùm aliquid minutatim & gradatim additur, aut demitur. Soritas hos vocant, qui acervum efficiunt uno addito grano. Vitioſum ſanè & captioſum genus. ſic enim

68. *Inter impertitum & oblatum.*] Veneti & alii libri *inteſtinum*, non *impertitum*, habent, ſane commodiore ſenſu, ut videtur. aliquibus *imperatum* placuit. *Camer.*

69. *Cur non ut plane nihil interſit.*] Locus obſcurior non attendenti ob particulam *ut.* cujus tamen in ea ſignificatione Ciceroni uſus eſt frequentiſſimus; ut *nihil interſit* valet, etiamſi nihil interſit, dicatur plenius, ut concedamus nihil intereſſe. confer ſequentia, & quæ annoto ad illa verba, *ut ſibi ſint & ova ovorum, & apes apum ſimillima.* qui locus item immeritò correctus eſt. *P. Faber.*

70. *Quod genus minimè in Philoſophia probari ſolet; cùm aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur.*] Si hæc periodus tota abſit, nihil deſiat auctoris ſententiæ. *Gruter.*

71. *Si-*

enim adſcenditis: Si tale viſum objectum eſt à deo dormienti, ut probabile ſit, cur non etiam ut valde veriſimile? cur deinde non, ut difficiliter à vero internoſcatur? [b] deinde, ut ne internoſcatur quidem? poſtremò ut nihil inter hoc & illud interſit? Huc ſi perveneris, me tibi primum quidque concedente, meum vitium fuerit. ſin ipſe tua ſponte proceſſeris, tuum.

P. R. b cur non, ut ne conj. Lamb.

Quis enim tibi dederit, aut omnia deum poſſe; aut ita facturum eſſe, ſi poſſit? quomodo autem ſumis, ut, ſi quid cui ſimile eſſe poſſit, ſequatur, ut etiam internoſci difficiliter poſſit? deinde, ut [c] ne internoſci quidem? poſtremò, ut [d] idem ſit? ut, ſi lupi canibus [e] ſimiles: eoſdem dices ad extremum. Et quidem honeſtis ſimilia ſunt quædam non honeſta, & bonis non bona, & artificioſis minimè artificioſa. quid dubitamus igitur affirmare nihil inter hæc intereſſe? Ne repugnantia quidem videmus? nihil eſt enim, quod de ſuo genere in aliud genus transferri poſſit. at ſi efficeretur, ut inter viſa differentium generum nihil intereſſet: reperirentur quæ & in ſuo genere eſſent, & in alieno. 50

c ne vix int. alii. d eadem ſint Vict. e ſint ſim. Lamb.

Quod fieri quî poteſt? omnium deinde inanium viſorum una depulſio eſt, ſive illa cogitatione informantur, quod fieri ſolere concedimus; ſive in quiete, ſive per vinum, ſive per inſaniam. nam ab omnibus ejuſdemmodi viſis perſpicuitatem, quam mordicùs tenere debemus, abeſſe dicemus. Quis enim, cùm ſibi fingit aliquid & cogitatione depingit, non, [71] ſimul ac ſe ipſe commovit atque ad ſe revocavit, ſentit quid interſit inter perſpicua & inania? Eadem ratio eſt ſomniorum. num cenſes Ennium, cùm in hortis cum Ser. Galba, vicino ſuo, ambulaviſſet, dixiſſe, Viſus ſum mihi cum Galba ambulare? At, cùm ſomniavit, ita narravit: 51

Vi-

71. *Simulac ſe ipſe commovit.*] Optima item hæc erat ſcriptura. Proverbium tritum ſermone ipſe in lib. III. de Oratore ſic extulit: *Facilius eſt currentem incitare quàm commovere languentem.* Et Lucretius lib. IV. *Ergo animus, cum ſe commovet, ut velit ire*, cum dicit, quî verius poteſt oſtendere verbum, *commovit* hic eſſe verbum aptiſſimum? ductum etiam videri poteſt ex illo ritu commovendi ſacra bellis indicendis, ubi is, qui ancilia moveret, imperator in æde Martis ad bellum profecturus, Martem precabatur, ut vigilaret. De eo ritu legendus Servius ad illud Maronis è lib. VII. *Cum prima movent in prælia Martem.* & initio lib. VIII. ad illud: *Utque impulit arma.* Hinc eſt illud Plauti, *Cum mea commovi ſacra.* P. Faber.

72. *Som-*

Viſus Homerus adeſſe poëta.

Idemque in Epicharmo;

Nam videbar 72 *ſomniare me & ego eſſe mortuum.*

P. XIV. Itaque, ſimul [f]ut experrecti ſumus, viſa illa contemnimus: neque ita habemus, ut ea, quæ in foro geſſimus.

f ut *deeſt in multis edd.*

52 XVII. AT ENIM dum videntur, eadem eſt in [g]ſomniis ſpecies eorum, quæ vigilantes videmus. 73 Plurimùm intereſt. ſed id omittamus. illud enim dicimus, non eandem eſſe vim neque integritatem dormientium & vigilantium, nec mente, nec ſenſu. Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt, qua ſobrii: dubitant, hæſitant, revocant ſe interdum, iisque, quæ videntur, imbecilliùs aſſentiuntur: cúmque [h]edormiverunt, illa viſa quàm levia fuerint intelligunt. quod idem contingit inſanis; 74 ut & incipientes furere ſentiant & dicant, aliquid, quod non ſit, id videri ſibi: &, cùm relaxentur, ſentiant [i]atque illa dicant Alcmæonis:

g ſomnis ſpecies horum, & cor. *Lamb.*

h edormierunt *MS.*

i itaque *alii.*

Sed mihi neutiquam cor conſentit cum oculorum adſpectu.

53 At enim ipſe ſapiens ſuſtinet ſe in furore, ne approbet falſa pro veris. Et aliàs quidem ſæpe, ſi aut in ſenſibus ipſius eſt aliqua fortè gravitas, aut tarditas, aut [k]obſcuriora ſunt quæ videntur, aut à perſpiciendo temporis brevitate excluditur. quamquam totum hoc, ſapientem aliquando ſuſtinere aſſenſionem, contra vos eſt. ſi enim inter viſa nihil intereſſet, aut ſemper ſuſtineret, aut numquam. Sed ex hoc genere toto perſpici poteſt levitas orationis eorum, qui omnia cupiunt confundere. Quærimus gravitatis, conſtantiæ, firmitatis, ſapientiæ judicium: 75 utimur exemplis ſomniantium, furioſorum,

k ſi obſc. *Lamb. conj.*

72. *Somniare me & ego eſſe mortuum.*] Lambinus cupiebat, *med. ego.* vel, *ego med. eſſe.* Gulielmius, *memet eſſe.* Exemplaria ſcripta propugnant vulgatum. *Gruter.*

73. *Primum intereſt.*] Veneti, *primùm, intereſt*, idque probatur mihi. Non enim ſequitur alia ſemper ordinis particula. Terent. *Primùm jam de amore hoc comperit.* Et Virg. *Urbem Trojanam primùm dulceſque meorum Reliquias colerem.* Camer.

74. *Ut & incipientes furere.*] Sic Pall. at liber S. Victoris, *furere.* unde divinat Gulielmius, *ut & incipiente furore.* Gruter.

75. *Utimur exemplis ſomniantium, furioſorum, ebriorum, illud attendamus.*] Longe melius hic locus legitur in libro, qui emendatus eſt à viro doctiſſimo ex collatione manuſcripti exemplaris: *Utimur exemplis ſomniantium, furioſorum, ebriorum: nec illud attendimus, &c.* Urſin.

76. Nec

rum, ebrioſorum. [l]illud [m]attendimus in hoc omni genere quàm inconſtanter loquamur. non enim proferremus vino aut ſomno oppreſſos, aut mente captos, tam abſurdè, ut [n]cùm diceremus intereſſe inter vigilantium viſa, & ſobriorum, & ſanorum, & eorum, qui eſſent aliter affecti: tum nihil intereſſe.

l nec illud *alii.* m attendamus *alii.* n tum *alii.* P. B.

Ne hoc quidem cernunt, omnia ſe reddere incerta, 54
quod nolunt. ea dico incerta, quæ ἄδηλα Græci. Si enim res ſe ita habeant, ut nihil interſit, utrùm ita cui videatur, ut inſano, an [o]ſano: cui poſſit exploratum eſſe de ſua ſanitate? quod velle efficere non mediocris inſania eſt. Similitudines verò aut geminorum, aut ſignorum annulis impreſſorum, pueriliter conſectantur. quis enim noſtrûm ſimilitudines negat eſſe, cùm eæ plurimis in rebus appareant? ſed, ſi ſatis eſt ad tollendam cognitionem, ſimilia eſſe multa multorum: cur eo non eſtis contenti, præſertim concedentibus nobis? & cur id potiùs contenditis, quod rerum natura non patitur, ut non ſuo quidque [p]genere ſit tale, quale eſt? 76 nec ſit in duobus aut pluribus nulla re differens ulla communitas? ut ſibi ſint & ova ovorum & apes apium ſimillimæ.

o ut ſano *Lamb.* p in gen. *Lamb.*

Quid pugnas igitur? aut quid tibi vis in geminis? 55
conceditur enim ſimiles eſſe: quo contentus eſſe potueras. tu autem vis eoſdem planè eſſe non ſimiles. quod fieri nullo modo poteſt. Dein confugis ad phyſicos eos, qui maximè in Academia irridentur: à quibus ne tu quidem jam te abſtinebis: & ais Democritum dicere, innumerabiles eſſe mundos, & quidem ſic quoſdam inter ſe non ſolùm ſimiles, ſed undique perfectè & abſolutè ita pares, ut inter eos nihil prorſus interſit, 77 & eos

76. *Nec ſit in duobus aut pluribus nulla re diff. nulla comm.*] Sic eſſe legendum ſententia ipſa clamat, & vero ſic habent noſtri libri veteres. Vult enim Cicero, hoc Academicos falſum contendere ac poſtulare. Nam hæc duo falſa ſunt: hoc primum, non eſſe ſuo quidque in genere tale, quale eſt: contrarium enim verum, ſuo quidque in genere tale eſſe, quale eſt. Alterum deinde falſum: in duobus aut pluribus nulla re differentem eſſe aliquam communitatem. Paulò poſt legendum, ut edidimus, *At tibi ſint & ova ovorum &c.* eſt enim conceſſio. *Lambin.*

77. *Et eos quidem innumerabileis.*] Pall. *& eo quidem.* codex S. Vict. *eo quoque innum.* ſine *&.* unde facit Gulielmius, *ebo quoque in-*

eos quidem innumerabiles: itemque homines. deinde poſtulas, ut, ſi mundus ita ſit par alteri mundo, ut inter eos ne minimum quidem interſit, concedatur tibi, ut in hoc quoque noſtro mundo aliquid alicui par ſit, ut nihil differat, nihil interſit. cur enim, inquies, cùm ex illis individuis, unde omnia Democritus gigni affirmat, in reliquis mundis, & in his quidem innumerabi-
P. XV. libus, innumerabiles Q. Lutatii Catuli non modò poſſint eſſe, ſed etiam ſint, in hoc tanto mundo Catulus alter non poſſit effici?

56 XVIII. PRIMUM quidem me ad Democritum vocas, cui non aſſentior: potiúsque refellam, propter id, quod dilucidè docetur à politioribus phyſicis, ſingularum rerum ſingulas proprietates eſſe. fac enim antiquos il-
q ſim. fuiſſe *alii.* los Servilios, qui gemini fuerunt, tam [q] ſimiles quàm dicuntur: num cenſes etiam eoſdem fuiſſe? non cognoſcebantur foris: at domi. non ab alienis: at à ſuis. An non videmus, hoc uſu venire, ut quos numquam putaſſemus à nobis internoſci poſſe, eos, conſuetudine adhibita, tam facilè internoſceremus, uti ne minimum quidem ſimiles eſſe viderentur?

57 Hîc, pugnes licet, non repugnabo: quin etiam concedam, illum ipſum ſapientem, de quo omnis hic ſermo eſt, cùm ei res ſimiles occurrant, quas non habeat denotatas, retenturum aſſenſum, nec umquam ulli viſo aſſenſurum, niſi quod tale fuerit, quale falſum eſſe non poſſit. Sed ad ceteras res habet quandam artem, quâ vera à falſis poſſit diſtinguere: & ad ſimilitudines iſtas uſus
r & ut *conj. Lamb.* adhibendus eſt. [r] ut mater geminos internoſcit conſuetudine oculorum: ſic tu internoſces, ſi aſſueveris. Videſne, ut in proverbio ſit ovorum inter ſe ſimilitudo? tamen hoc accepimus, Deli fuiſſe complures (ſalvis re-
s Ilii *conj. Grut.* bus [s] illis) qui gallinas alere permultas quæſtus cauſâ ſolerent. hi cùm ovum inſpexerant, quæ id gallina peperiſſet, dicere ſolebant. neque id eſt contra nos.

58 Nam nobis ſatis eſt ova illa [t] internoſcere. [78] nihil enim

t intern. licere *Lamb.*

innumerabileis! P. Manutius voces iſtas omnes habet adulterinas, expreſſitque *eo*, non *eos*. Gruter.

78. *At enim nihilò minus aſſentiri potes, hoc illud eſſe, &c.*] Hic locus erat ante noſtram edit. impeditiſſ. & planè inexplicabilis: nunc autem expeditiſſ. & ad explicandum facillimus. ſunt enim verba adverſarii, ſic objicientis, *At enim nihilo minus &c.* id eſt, at

enim magis [v] aſſentiri [x] poteſt hoc illud eſſe quàm ſi inter illa omnino nihil intereſſet. habeo enim regulam, ut talia viſa vera judicem, qualia falſa eſſe non poſſunt. ab hac mihi non licet transverſum, ut ajunt, digitum diſcedere, ne confundam omnia. Veri enim & falſi non modò cognitio, ſed & natura tolletur, ſi nihil erit, quod interſit: ut etiam illud abſurdum ſit, quod interdum ſoletis dicere, cùm viſa in [y] animos imprimantur, non vos id dicere, inter ipſas impreſſiones nihil intereſſe, ſed inter ſpecies & quasdam formas eorum. Quaſi verò non ſpecie viſa judicentur: quæ fidem nullam habebunt, ſublatâ veri & falſi notâ.

v aſſentire *MS.*
x per hoc *MS.*
P. B.
y animis *alii.*

Illud verò perabſurdum, quòd dicitis probabilia vos 59
ſequi, ſi re nulla impediamini. Primùm quî poteſtis non impediri, cùm à veris falſa non diſtent? deinde quod judicium eſt veri, cùm ſit commune falſi? Ex his illa neceſſariò nata eſt ἐποχὴ, [z] id eſt aſſenſionis retentio: in qua melius ſibi conſtitit Arceſilas, ſi vera ſunt quæ de Carneade nonnulli exiſtimant. ſi enim percipi nihil poteſt, quod utrique viſum eſt: tollendus aſſenſus eſt. Quid enim eſt tam futile quàm quidquam approbare non cognitum? Carneadem autem etiam heri audiebamus, [a] ſolitum eſſe delabi interdum, ut diceret, opinaturum, id eſt, peccaturum eſſe ſapientem. Mihi porrò non tam certum eſt, eſſe aliquid, quod comprehendi poſſit, de quo jam nimiùm etiam diu diſputo, quàm ſapientem nihil opinari, id eſt, numquam aſſentiri rei vel falſæ vel incognitæ.

z *quatuor ſeqq. voces videntur delendæ Lamb.*
a huc ſol. *conj. Lamb.*

Reſtat illud, quòd dicunt, veri inveniendi cauſâ con- 60
tra omnia dici oportere & pro omnibus. Volo igitur videre, quid invenerint. Non ſolemus, inquit, oſtendere. Quæ ſunt tandem iſta myſteria? aut cur celatis, quaſi turpe aliquid, ſententiam veſtram? Ut, qui audient, inquit, ratione potiùs quàm auctoritate ducantur. Quid ſi utrumque? num pejus eſt? unum tamen illud

at enim dices, me æquè poſſe aſſentiri & concedere, hoc ovum eſſe illud, & rurſus, illud, hoc eſſe, ut ſi inter ova illa nihil omnino intereſſet. Reſp. *Non eſt ita. habeo enim regulam &c.* Sæpenumero autem ſcriptores librarios errantes ſcripſiſſe *magis*, pro *minus*; & contra *minus*, pro *magis*, ſciunt qui tractant codices manuſcriptos, & hoc judicarunt quidam viri doctiſſ. & Philoſophi, & Juriſconſulti. *Lambin.*

73. Pri-

illud non [b] celant, nihil eſſe, quod percipi poſſit. an in eo auctoritas nihil obeſt? mihi quidem videtur vel plurimùm. quis enim iſta tam apertè perſpicuéque & perverſa, & falſa ſecutus eſſet, niſi tanta in Arceſila, multo etiam major in Carneade & copia rerum & dicendi vis fuiſſet?

b celamus *MS. unde* celamur *Gul.*

P. XVI.

XIX. HÆC Antonius ferè & [c] Alexandriæ tum, & multis annis pòſt, multo etiam aſſeverantiùs in Syria,
61 cùm eſſet mecum paullo antè quàm eſſet mortuus. Sed jam [d] confirmata cauſa, te, hominem amiciſſimum, (me autem appellabat) & aliquot annis minorem natu, non dubitabo monere: Tune, cùm tantis laudibus philoſophiam extuleris, Hortenſiumque noſtrum diſſentientem commoveris, eam philoſophiam ſequêre, quæ confundit vera cum falſis, ſpoliat nos judicio, 79 privat approbatione, omnibus orbat ſenſibus? [e] Et Cimmeriis quidem, quibus adſpectum ſolis ſive deus aliquis, ſive natura ademerat, ſive ejus loci, quem incolebant, ſitus, ignes tamen aderant, [f] quorum illis uti lumine licebat. iſti autem, quos tu probas, tantis offuſis tenebris, ne ſcintillam quidem ullam nobis ad [g] adſpiciendum reliquerunt. quos ſi ſequamur, iis vinculis ſimus adſtricti, ut nos commovere nequeamus.

c Alexandreæ *Urſin.*
d etiam conf. *alii.*
e *alii* At.
f quo tum *Lamb. &* *alii.*
g diſpiciendum *MS.*

62 Sublata enim aſſenſione omnem & motum animorum, & actionem rerum ſuſtulerunt. quod non modò rectè fieri, ſed omnino fieri non poteſt. provide etiam, ne uni tibi iſtam ſententiam minimè liceat defendere. an tu, cùm res occultiſſimas aperueris, in lucemque protuleris juratusque dixeris, [h] ea te comperiſſe: quod mihi quoque licebat, qui ex te [i] illa cognoveram: negabis eſſe rem ullam, quæ cognoſci, comprehendi, percipi poſſit? vide, quæſo, etiam atque etiam, ne illarum quoque rerum pulcherrimarum à te ipſo minuatur auctoritas.

h eas *Lamb.*
i illas *idem.*

63 Quæ cùm dixiſſet ille, finem fecit. Hortenſius autem vehementer admirans, quod quidem perpetuò Lucullo loquente fecerat, ut etiam manus ſæpe tolleret. nec mirum. nam numquam arbitror contra Academiam di-

P. B.

79. *Privat approbatione, omnibus orabat ſenſibus.*] Veneti ita, *Privat approbatione omni, orbat ſenſibus.* Quod neſcio quamobrem melius rectiusque mihi videtur. *Camer.*

80. *Tan-*

dictum eſſe ſubtiliùs. me quoque, jocansne; an ita ſentiens (non enim ſatis intelligebam) cœpit hortari; ut ſententiâ deſiſterem. Tum mihi Catulus, Si te, inquit, Luculli oratio flexit, quæ eſt habita memoriter, accuratè, copioſè, taceo, neque te, quo minùs, ſi tibi ita videatur; ſententiam mutes, deterrendum puto. illud verò non cenſuerim, ut ejus auctoritate moveare. [80] tantùm enim te non monuit, inquit, arridens; ut caveres, ne quis improbus tribunus plebis, quorum vides quanta copia ſemper futura ſit, arriperet te & in concione quæreret, quî tibi conſtares, cùm idem negares quidquam certi poſſe reperiri, idem te comperiſſe dixiſſes. [81] Hoc, quæſo, ne te terreat. de cauſa autem ipſa malim [k] quidem te ab hoc diſſentire. ſin ceſſeris, non magnopere mirabor. memini enim Antiochum ipſum, cùm annos multos talia ſenſiſſet, ſimul ac viſum ſit, ſententiâ deſtitiſſe. Hæc cùm dixiſſet Catulus: me 64
omnes intueri.

XX. Tum ego non minùs commotus quàm ſoleo in cauſis majoribus; [82] hujusmodi quaſi oratione ſum exorſus: Me, Catule, oratio Luculli de ipſa re ita movit, ut docti hominis, & copioſi, & parati, & nihil prætereuntis eorum, quæ pro illa cauſa dici poſſent; non tamen ut ei reſpondere [l] poſſe diffiderem. auctoritas autem tanta planè me movebat, niſi tu oppoſuiſſes non minorem tuam. aggrediar igitur, ſi pauca antè quaſi de fama mea dixero.

[k] equidem *alii.*

[l] me poſſe *alii.* poſſe *non eſt in MS.*

Ego

80. *Tantum enim te non modo non.*] Alii, *tantum enim te non monuit:* Puto tamen priorem ſcripturam non incommode retineri poſſe. *Camerar.* *Tantum enim te non monuit.*] Ita recentius cuſi. nam Victorius, nam Manutius avus, *te modò monuit.* à quibus abeunt mſſ. noſtri. quippe Pal. pr. *te nunc modò monuit.* ſec. ac S. Victoris, *te non modò monuit.* Gruter.

81. *Hoc, quæſo, cáve ne te terreat.*] In Venetis, *cave*, omiſſum eſt. Et ſane elegans eſt locutio, *cave ne terreat*, ut *cave faxis te quidquam indignum*, & Cicero *cave facias.* ſed & negativam particulam cùm Cicero, tum alii verbo appoſuere. ut & Plautus: *Pridie caveat, ne faciat quod ſe pigeat poſtridie.* Camer.

82. *Hujusmodi quaſi oratione ſum exorſus.*] Reſtitui omninò locum fide Pal. ſecundi. nam prim. *quadam oratione*, quod & in Victoriana editione, vulgati olim *quandam orationem.* Gruter.

65 Ego enim, ſi aut oſtentatione aliqua adductus, aut ſtudio certandi, ad hanc potiſſimùm philoſophiam me applicavi; non modò ſtultitiam meam, ſed etiam mores & naturam condemnandam puto. nam, ſi in minimis
P. XVII. rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coërcetur: [m] ego de omni ſtatu conſilioque totius vitæ aut certare cum aliis pugnaciter, aut fruſtrari cùm alios, tum etiam me ipſum velim? Itaque, niſi ineptum putarem, [n] in tali diſputatione id [o] facere, quod, cùm de republica diſceptatur, fieri interdum ſolet: jurarem per Jovem deosque penates, me & ardere ſtudio veri reperiendi, & ea ſentire, quæ dicerem.

m ergo *MS. & Vict.*
n cum in *alii.*
o facerem *iid.*

66 Quî enim poſſum non cupere verum invenire, cùm gaudeam, ſi ſimile veri quid invenerim? ſed, ut hoc pulcherrimum eſſe judicem, vera videre, ſic, pro veris probare falſa, turpiſſimum eſt. nec tamen ego is ſum, qui nihil umquam falſi approbem, qui numquam aſſentiar, qui nihil opiner: ſed quærimus de ſapiente. ego verò ipſe & magnus [p] quidem ſum opinator (non enim ſum ſapiens) & meas cogitationes ſic dirigo, non ad illam parvulam Cynoſuram,

p quidam *alii.*

Qua fidunt duce nocturna Phœnices in alto,

ut ait Aratus, eoque directiùs gubernant, quòd eam tenent,

Qua curſu interiore brevi convertitur orbe:

ſed ad Helicen & clariſſimos Semptemtriones, id eſt, rationes has, [q] latiore ſpecie, non ad tenue elimatas: eò fit, ut errem & vager latiùs. ſed non de me, ut dixi, ſed de ſapiente quæritur. viſa enim iſta cùm acriter mentem ſenſumve pepulerunt, accipio, hisque interdum etiam aſſentior, nec percipio tamen. nihil enim arbitror poſſe percipi. non ſum ſapiens. itaque viſis cedo, neque poſſum reſiſtere. ſapientis autem hanc cenſet Arceſilas vim eſſe maximam, Zenoni aſſentiens, cavere ne capiatur: ne fallatur videre. nihil eſt enim ab ea cogitatione, quam habemus de gravitate ſapientis, errore, levitate, temeritate diſjunctius.

q latiores *alii.*

67 Quid igitur loquar de firmitate ſapientis? quem quidem nihil opinari tu quoque, Luculle, concedis. quod quoniam à te probatur (ut præpoſterè tecum agam, mox referam me ad ordinem) hæc primùm concluſio quam habeat vim conſidera.

P. B.

XXI.

XXI. Si ulli rei ſapiens aſſentietur umquam, aliquando etiam opinabitur. numquam autem opinabitur: nulli igitur rei aſſentietur. hanc concluſionem Arceſilas probat: confirmabat enim & primum, & ſecundum. Carneades nonnumquam [r] ſecundum illud dabat aſſentiri aliquando. ita [s] ſequebatur etiam opinari: quod tu non vis, & rectè, ut mihi videris. Sed illud primùm, ſapientem, ſi aſſenſurus eſſet, etiam opinaturum, falſum eſſe & Stoici dicunt & eorum adſtipulator Antiochus. poſſe enim eum falſa à veris, & quæ non [t] poſſunt percipi, ab iis, quæ poſſint, diſtinguere.

r & ſecund. Lamb.
s ita Manut. alii id aſſeq.
t poſſint alii.

Nobis autem primùm, etiam ſi quid percipi poſſit, 68
tamen ipſa conſuetudo aſſentiendi periculoſa eſſe videtur & lubrica. quamobrem cùm tam vitioſum eſſe conſtet, aſſentiri [v] quidquam aut falſum aut incognitum, [83] ſuſtinenda eſt potiùs omnis aſſenſio, ne præcipitet, ſi temerè proceſſerit. [84] ita enim finitima ſunt falſa veris, eaque quæ percipi [x] poſſunt (ſi modo ea ſunt quædam: jam enim videbimus) [85] ut tamen in præcipitem

v cuiquam alii.
x poſſunt, iis quæ poſſunt Lamb.

83. *Suſtinenda eſt potius omnis aſſenſio.*] Expreſſit Græca illa, *δεῖ μᾶλλον πᾶσαν συγκατάθεσιν ἐπέχειν. Urſin.*

84. *Ita enim finitima ſunt falſa veris, eaque (quæ percipi poſſunt).*] Ratio linguæ Latinæ atque ſententiæ plane hic conſtet, ſi pro *eaque* ſcriptum ſit, *eisque.* Error, ut puto, natus eſt è mutatione duarum literarum *i* & *s* in unam *a.* Nam ut emendatio, margini adſcripta, minus à me probetur, facit quod ne cum tanta quidem acceſſione verborum cum ſequente parentheſi (*ſi modo ea ſunt quædam: jam enim videbimus*) poſſit illi convenire. Probabilius corrigit Lambinus, *tamen in præcipitem locum*, tametſi proclive etiam fuerit librario erranti ex, *tam in*, facere, *tamen in*, ob geminationem ſyllabæ prope ejusdem *en* in *in.* Paulo inferius in verbis, *quis, inquam, enim.* non probo correctionem. verbum *inquam* commode additum ſatis oſtendit, quod proxime dixerat ipſe: *Sed prius pauca cum Antiocho.* P. Faber.

85. *Ut in tam præcipitem locum &c.*] Sic legendum eſt, non, ut vulgò, *ut tamen in præcipitem locum &c.* Atque hanc emendationem & comprobat ratio, & adjuvant codd. manuſc. quamvis hoc loco corrupti. nam ex ea ipſa corrupta ſcriptura licet intelligere vulgatam eſſe adulterinam & elicere veram. Partim enim in eis ſcriptum, *c̄a*: partim, *cauſa.* Quis non videt, ex *tam*, quod erat rectum & verum, factum eſſe, *c̄a*: deinde, ex *c̄a*, *cauſa?* Mihi autem eò magis hæc emendatio placet, quòd Guidoni Fabio, Pibracio, patrono regio, viro doctiſſ. & integerrimo, antequàm ad codicum antiquorum ſcripturam animum advertiſſem, venerat in mentem. *Lambin.* *Ut tamen in præcipitem.*] Fortè, *ut tam in præcipitem.* Lambinus edidit, *ut in tam præc.* arbitratu

ſuo,

pitem locum non debeat ſe ſapiens committere. ſin autem, omnino nihil eſſe, quod percipi poſſit, à me ſumpſero, &, quod tu mihi das, accepero, ſapientem nihil opinari: effectum illud erit, ſapientem aſſenſus omnes cohibiturum: ut tibi videndum ſit, idne malis, an aliquid opinaturum eſſe ſapientem. neutrum, inquies, illorum. nitamur igitur, nihil poſſe percipi. etenim de eo omnis eſt controverſia.

69 XXII. SED PRIUS pauca cum Antiocho, qui hæc
R. XVIII. ipſa, quæ à me defenduntur, & didicit apud Philonem tam diu, ut conſtaret diutiùs didiciſſe neminem, & ſcripſit de his rebus acutiſſimè, & idem hæc non acriùs accuſavit in ſenectute quàm anteà defenſitaverat. Quamvis igitur fuerit acutus, ut fuit: tamen inconſtantiâ levatur auctoritas. [86] quis, inquam, enim iſte dies illuxerit, quæro, qui illi oſtenderit eam, quam multos annos eſſe [y] negaviſſet, veri & falſi notam. excogitavit aliquid: eadem dicit, quæ Stoici: pœnituit eum illa ſenſiſſe. cur non ſe transtulit ad alios, & maximè ad Stoicos? eorum enim erat propria [87] iſta diſſenſio. [88] quid? eum Mneſarchi pœnitebat? quid? Dardani? qui erant Athenis tum principes Stoicorum. numquam à Philone diſceſſit, niſi poſteaquàm ipſe cœpit, qui ſe audirent, habere.

y negitaviſſet MS.

70 Unde autem ſubitò vetus Academia revocata eſt? nominis dignitatem videtur, cùm à re ipſa deſciſceret, retinere voluiſſe; [89] quòd erant qui illum gloriæ cauſâ facere-

ſuo. nam Pall. accedunt vulgato, niſi quod in primo etiam legi poſſit, *ut tum*. at S. Victoris membranæ, *ut cauſa præcipitem*. Gruter.

86. *Quis, inquam, enim iſte dies illuxerit, quæro.*] Sic vulgati. Lambinus ejecit, *inquam*, ſuaſu, inquit, mſſ. quibus aberat. neſcio an usquequaque. nam S. Victoris liber habet, *quisquam enim dies iſte ill.* Pal. pr. facit pro recepta ſcriptura. ſecundus etiam; niſi quod habeat *ille*, non *iſte*. ſcriptum ibidem quoque *Deus*, loco *dies*, ſed ſtatim deletum fuit. forte reponendum: *quisnam enim iſte dies illuxerit quæro.* Idem.

87. *Iſta diſſenſio.*] Non potui excludere quod inveneram in Pall. & S. Victoris; utique confirmatum editione P. Victorii, quamvis eum nemo ſecutus fuerit, non Camerariùs, non Sturmius, non alii; qui repræſentarunt Aldinum, *defenſio*. *Idem.*

88. *Quid eum Mneſarchi pœnitebat.*] *Quid enim? Mneſarchi pœnitebat*, ita eſt in codice manuſcripto. *Urſin.*

89. *Quod erant qui illud gloriæ cauſâ fecerunt.*] Veneti *illum* habent

cerent ſperare, etiam fore, ut ii, qui ſe ſequerentur, [z] Antiochii vocarentur. Mihi autem magis videtur non potuiſſe ſuſtinere concurſum omnium philoſophorum. etenim de ceteris ſunt inter illos nonnulla communia: hæc Academicorum eſt una ſententia, quam reliquorum philoſophorum nemo probet. itaque ceſſit. 90 & ut ii, qui

z Antiochi *Vict.* & *MSS.*

bent & *facerent.* Ego ſuſpicor eſſe locum mutilatum & legendum ſic, vel ſimiliter, *Quod erant, qui illum gloria cauſâ facere dicerent.* Camer. *Qui illum gloria cauſâ facerent, ſperare etiam &c.*] Lambinus, *facere dicerent*, præter libros, ex conjectaneo Camerarii. at ego libentius eraſerim illud *facerent*, tanquam gloſſema. bellè profecto tale quid ſubaudiatur. & alioquin non conſtant libri noſtri. Pal. enim pr. *faceret.* S. Victoris, *fecerunt.* Grut.

90. *Ut enim hi, qui ſub nubes ſolem non ferunt: item ille, cum aſtuaret, veterum ut nemorum.*] Falſo hoc quidem. alii, *manium.* ſed Veneta lectio vera eſt, *Manianorum:* Nonius enim ſimiliter legit. *Maniana* autem, ut volunt, à *Manio*, dicta ædium projecta quædam, ſub quæ quaſi tecta ſubiri poſſet. Unde & Summœnium hæc loca comprehenſim dicta, & Summœnianas uxores Martiali, quod ſub his ut ſub fornicibus proſtibula eſſent. Sed quid eſt *ſub nubes?* Ego quidem in his mendum eſſe facile cuivis apparere exiſtimo, caſtigationem autem nondum reperio. quæramus igitur amplius: nam quod in mentem venit, pro, *ſub nubes*, *ſæpenumero* potuiſſe in archetypo eſſe, etiam mihi petita longius conjectura viſa eſt. *Camer. Ut enim ii, qui ſub nube, &c.*] Mendum hic videre facile fuit. Alii aliter corrigunt. ego locum video ex Rom. fori locis emendari debere. Cicero ſimilitudinibus duabus utitur hac re exponenda. Poſterior eſt umbræ mœniorum, quam ſequerentur ii, qui in alia parte fori ſolis ardores ferre non poſſent, ad umbram Academicorum vet. quam Antiochus, quum æſtuaret, ſequeretur. In priore vero non minus apte comparatur idem, cum adhuc in Academia nova eſt, ubi concurſum omnium philoſophorum quaſi æſtum ferre non poteſt cum iis, qui in ea fori parte, quæ *ſub novis* appellatur, cum ibi ſolis æſtus non ferunt, ſub Mœniana ſe recipiunt. nihil eſt igitur, quod hic, *ſub novis ſolem non ferunt*, pro, *ſub nube ſolem non ferunt*, dubitemus ſcribere. Jam enim adſcribo te meæ ſententiæ, de qua, ut minus etiam dubites, addo illud Varronis lib. v. de Lingua Lat. *Sub novis dicta pars in foro, quod vocabulum ejus pervetuſtum.* Cicero quoque hunc eundem locum appellat lib. II. de Or. ut Plautus alium *Sub veteribus. Manium*, qui domum in foro habuit, ibi id genus ædificii, quod *Manianum* ab eo dictum eſt, à quo etiam columna Mœnia; ibi id genus ædificii primùm inſtituiſſe conſtat è multis. Doctiſſimus interpres gloſſarum vet. duobus his nominibus ἐκθέτης & ἐξώστης promiſcuè reddidit *Manianum*, & aggrundam, & ſuggrundam, & protectum, & projectum, & projectionem, quod in hujuſmodi opere ſcilicet tigna ultra tectum projicerentur, quo, ut eſt in Epitoma Feſti, ampliarentur ſuperiora.

 Sed

qui ſub nubes ſolem non ferunt: item ille, cùm æſtuaret, veterum, ut Menianorum, ſic Academicorum umbram ſecutus eſt.

71 Quoque ſolebat uti argumento tum, cùm ei placebat, nihil poſſe percipi, cùm quæreret, Dionyſius ille Heracleotes, utrùm comprehendiſſet certa illa nota, qua aſſentiri dicitis oportere, illudne, quod multos annos tenuiſſet, Zenonique magiſtro crediſſet, honeſtum quod eſſet, id bonum ſolum eſſe; an quod poſteà defenſitaviſſet, honeſti inane nomen eſſe, voluptatèm eſſe ſummum bonum: qui ex illius commutata ſententia docere vellet, nihil ita ſignari in animis noſtris à vero poſſe, quod non eodem modo poſſit à falſo, is curavit, [a] quod argumentum ex Dionyſio ipſe ſumpſiſſet, [b] ex eo ceteri ſumerent.

P. B.

a ut quod *Lamb.*

b id ex *id.*

XXIII. SED CUM hæc alio loco plura, nunc ad ea,
72 quæ à te, Luculle, dicta ſunt: & primùm quod initio dixiſti videamus quale ſit: ſimiliter à nobis de antiquis philoſophis commemorari atque ſeditioſi [c] ſolerent claros viros, ſed tamen populares aliquos nominare. illi cùm

c ſolerent *deeſt in MS.*

Sed ut, *ſub novis*, non minus apta & vera ſimilitudine quàm *Maniana*, hîc dici nemo, opinor, negaverit, ſic ad librariorum lapſum quod attinet, nihil uſitatius illis, quàm cum eadem litera bis continenter ponitur, ut hic in *novis*, ſequente *ſolem*, alteram omittere. Facilius autem eo fuit hic peccare, quod ex *novis*, aut *noveis*, ut olim ſcribebant, factum eſt *nobeis*. nam litterâ etiam *b* & *v* ſunt aliquando uſi pæne promiſcuè. Cujus conſuetudinis ſcriptores Pandectarum, libri illius tam celebratæ vetuſtatis, ut omittam ceteros, innumerabilia exempla ſuppeditent. qui error ne latius vagaretur, de harum duarum literarum diſtinctione ſeparatim vetus grammaticus ſcripſit Adamantius. Hoc pæne fui oblitus addere, conſtare vehementiores æſtus iis, quibus in foro verſari neceſſe eſſet, moleſtos admodum & noxios fuiſſe. Cui malo remedium quis aliquando reperit, ſcribit Plinius XIX. cap. I. his verbis: *Marcellus, Octavia, ſorore Auguſti, genitus, in ædilitate ſua, avunculo undecimùm conſule, Kal. Auguſti velis forum adumbravit, ut ſalubrius litigatores conſiſterent.* P. Faber. *Et ut ii, qui ſub nubes ſolem.*] Admiſi editionem Petri Victorii, confirmatam auctoritate ferè noſtrorum trium: ſanè Pal. ſec. nam pr. & S. Victoris, *ut & hii, qui ſub nubes ſolem.* hactenus vulgati; *ut enim ii, qui ſub nube ſolem.* niſi quod Lambinus, *ut enim ii, qui niſi ſub nube ſolem.* intolerabili arrogantia: tanto quidem magis, quòd hæc ſua ſupplementa clam immittat in contextum, nulla eorum facta in Annotatiunculis ſuis mentione: adeo ut hæc ſpuria nemo deprehendat, niſi qui accedat ad editiones alias. quod quis facit? *Gruter.*

91. *Quin-*

cùm res [d] non bonas tractent, ſimiles bonorum videri volunt. nos autem dicimus, ea nobis videri, quæ voſmetipſi nobiliſſimis philoſophis placuiſſe conceditis. Anaxagoras nivem nigram dixit eſſe. ferres me, ſi ego idem dicerem? tu, ne ſi dubitarem quidem. at quis eſt [e] hic? num ſophiſtes? ſic enim [f] appellabantur ii, qui oſtentationis aut quæſtûs cauſâ philoſophantur. maxima fuit & gravitatis & ingenii gloria.

d non deeſt in MSS. & edd. vett.

e nunc hic ſoph. Vict.

f appellantur alii.

Quid loquar de Democrito? quem cum eo conferre 73
poſſumus non modò ingenii magnitudine, ſed etiam animi? qui ita ſit auſus ordiri, Hæc loquor de univerſis. nihil excipit, de quo non profiteatur. quid enim eſſe poteſt extra univerſa? quis hunc philoſophum non anteponit Cleanthi, Chryſippo, reliquiſque inferioris ætatis? qui mihi cum illo collati [91] quintæ claſſis videntur. atque is non hoc dicit, quod nos, qui veri eſſe aliquid non negamus, percipi poſſe negamus: [92] ille verum eſſe planè negat: [93] eſſe ſenſus quidem non ob-

91. *Quinta claſſis.*] Ultimæ auctoritatis. Livius lib. 1. de urbe cond. narrat, Servium Tullium in quinque claſſes, ex modo cenſûs, diſtribuiſſe populum Romanum. Primæ igitur claſſis erant ditiſſimi quique; poſtremæ redditibus & bonis minimi. Inde Cicero jocatur in Cleanthem atque Ariſtippum. Claſſis alias navium multitudo atque frequens equitum globus apud Virgilium. *A. Manut.*

92. *Ille verum eſſe planè negat: eſſe ſenſus quidem non obſcuros, nec tenebricoſos.*] Hæc eſt lectio Palatinorum, tam clara, noſtra diſtinctione, ut nemo ſit futurus, quin execretur impudens facinus Lambini, obtrudentis nobis, *quidem*, *ſed obſcuros*, *ſed tenebricoſos.* vulgati prius, *quidem nec obſcuros.* excipio P. Victorii editionem: ea enim expreſſit quoque noſtrum *non*, quod tamen nemini placuit præter Camerarium, qui procul dubio animadvertit verba ſic reſolvenda; *non dicit ſenſus obſcuros, ſed tenebricoſos.* quid ergo *nego inquit &c.* ſi cui hæc non placet, ille repetat licet vocem *negat:* hoc modo; *plane negat: negat eſſe ſenſus quidem. non obſcuros &c.* & de hac conjectura alius quis ſe jactaret; verùm ea mihi diſplicet præ altero. *Gruter.*

93. *Eſſe ſenſus quidem nec obſcuros dicit, nec tenebricoſos.*] Hoc eſt vel nimis aperte falſum. Democritus: *Verum eſſe plane negat. eſſe ſenſus quidem nec obſcuros dicit, &c.* certâ, ut mihi videbar, conjecturâ reponebam, *hic obſcuros. hic tenebricoſos.* & videbam in tam multis locis ob ſimilitudinem literarum *h* & *n* peccatum eſſe. Infra *Nicetas Syracuſius* aperto errore, pro *Hicetas Syracuſius*, & aliquando poſt, pro, *nunc proximè videtur accedere*, legendum etiam è libris ſcriptis, *hoc proximè &c.* & poſtea etiam, pro, *hac tamen minus eleganter*, legitur recte in vetuſtiſſ. impreſſis, *nec tamen &c.*

obſcuros dicit, nec tenebricoſos: (94 ſic enim appellat eos is, qui hunc maximè eſt admiratus, Chius Metrodorus, initio libri, qui eſt de Natura) Nego, g inquit, ſcire nos ſciamusne aliquid, an nihil ſciamus: ne id ipſum h quidem neſcire, aut ſcire, ſcire nos: nec omnino, ſitne aliquid, an nihil ſit.

g inquit Empedocles *Vict.* P. XIX.

h quidem *deeſt in ed. antiq.*

Furere tibi Empedocles videtur: at mihi digniſſimum rebus iis, de quibus loquitur, ſonum fundere. num
74 ergo is excæcat nos, aut orbat ſenſibus, ſi parum magnam vim cenſet in iis eſſe ad ea, quæ ſub eos ſubjecta

&c. Poſt incidi in ipſum Democriti locum, qui hîc à Cic. exprimitur. Henricus Stephanus cum aliis aliquot veterum Philoſophorum locis, quos è Sexto Empirico maxime deſcripſerat, impreſſis. ibi hæc verba ſunt Democriti: *Γνώμης δὲ δύο εἰσὶν ἰδέαι ἡμῖν γνησίη, ἡ δὲ σκοτίη, καὶ σκοτίης μὲν τὰ δε σύμπαντα ὄψις, ἀκοὴ, ὀδμὴ, γεῦσις ψαῦσις.* Et paulo poſt: *Ὅτι ἡ σκοτίη μηκέτι δύναται μήτε ὁρᾷν ἐπ' ἔλαττον, μήτε ἀκούειν, μήτε ὀδμᾶσθαι, μήτε ἐν τῇ ψαύσει αἰσθάνεσθαι, ἀλλ ἐπὶ λεπτότερον.* In hac diſputatione ejus Philoſophi de ſenſibus omnibus eorumque judicio videre licet, ut Cic. hic *σκοτίη* verterit, *ſenſus tenebricoſos:* hic *ἐπὶ λεπτότερον, obſcuros.* ut in Arato *λεπτὰ φάουσαι χηλαὶ* verterat, *obſcuro corpore Chelæ.* P. Faber.

94. *Sic enim appellat eos &c.*] Hoc non minus aperte falſum quàm illud ſuperius. hæc particula *ſic*, ut nunc eſt, nullo modo cum præcedentibus aut cum ſequentibus cohærere poteſt: referri autem debet ad Democritum, qui *ſic*, id eſt, ut Cic. vertit in Latinum, *ſenſus obſcuros & tenebricoſos* appellavit. Metrodori autem verba illa, quæ Cic. eisdem verbis vertit, profert Ariſtocles Peripateticus apud Euſebium ſic: *Οὐδεὶς ἡμῶν οὐδὲν οἶδεν· οὐδ' αὐτὸ τοῦτο, πότερον οἴδαμεν ἢ οὐκ οἴδαμεν.* Citat etiam Diogenes in Anaxarcho, in quibus tamen verbis à Metrodoro ſenſuum ulla mentio facta non eſt. Sed Ariſtocles ait ibidem, illum tribuere omnia ſenſibus, contra quam Democritus fecerat. *Γεγόνασι δέ τινες,* inquit, *οἱ ἀξιοῦντες τῇ αἰσθήσει, καὶ ταῖς φαντασίαις μόναις δεῖν πιστεύειν. καὶ μὲν καὶ Μητρόδωρος ὁ χῖος τὸ αὐτὸ τοῦτο λέγει.* Epihanius noſter lib. III. adverſus Hæreſes aliter ſenſit; ſic enim retulit: *Μητρόδωρος ὁ χῖος ἔφη μηδένα μηδὲν ἐπίστασθαι· ἀλλὰ ταῦτα, ἃ δοκοῦμεν γινώσκειν ἀκριβῶς, οὐκ ἐπιστάμεθα· οὐδὲ ταῖς αἰσθήσεσι δεῖ προσέχειν· δοκήσει γάρ ἐστι τὰ πάντα.* Hoc Metrodorus obſcurius alicubi fortaſſe dixerat, quod ſint poſtea aliter alii interpretati. Ariſtoclem probat & ſequitur interpretem Euſebius. ad ſententiam Ciceronis Epiphanius videtur magis accedere. Qui enim ſic negat quicquam ſcire nos, is omne judicium adimit non modo ſenſibus, ut Democritus, ſed etiam menti atque rationi, quod ille relinquebat. Id enim erat Democrito *γνώμη γνησίη·* ut ut ſit, ſatis profecto conſtat, hunc locum legendum & diſtinguendum ſic eſſe: *Hic tenebricoſos. Sic enim appellat eos is, qui hunc maxime eſt admiratus Chius Metrodorus initio libri, qui eſt de Natura. Nego, inquit, ſcire nos,* & quæ ſequuntur. *Idem.*

95. *An-*

jecta ſunt, judicanda? Parmenides, Xenophanes, minùs bonis quamquam verſibus, ſed tamen illis verſibus, increpant eorum arrogantiam, quaſi irati, qui cùm ſciri nihil poſſit, [95] audeant ſe ſcire dicere. Et ab his ajebas removendum Socratem & Platonem. cur? [96] an de ullis certiùs poſſum dicere? vixiſſe cum his equidem videor: [97] ita multi ſermones perſcripti ſunt, è quibus dubitari non poſſit, quin Socrati nihil ſit viſum ſciri poſſe. excepit unum tantùm, ſcire ſe, nihil ſe ſcire: nihil amplius. Quid dicam de Platone? qui certè tam multis libris hæc perſecutus non eſſet, niſi probaviſſet. ironiam enim alterius, perpetuam præſertim, nulla fuit ratio perſequi.

XXIV. [98] VIDEORNE TIBI, [i] non ut Saturninus, no-

[i] non ut *deeſt in MS.*

95. *Audeant ſe ſcire dicere.*] S. Victoris, *ſe ſcire nihil dicere.* acutius forſan quàm verius: ſed forſan, inquio; neque enim tantum otii eſt, ut conſulam ipſorum ſententias. *Gruter.*

96. *An de ullis certius poſſum dicere.*] *Poſſumus* eſt iu veteribus libris, melius, ut videtur, quàm in vulgatis. *Urſin.*

97. *Ita multi ſermones prædicti perſcripti.*] *Prædicti* videtur temere inculcatum, & Veneti libri non habent. *Camerar.* *Ita multi ſermones perſcripti ſunt.*] Sic vulgo editi; neque aliter Pal. tert. at enim ſecund. *proſcripti*, quod non omnino diſplicet, ut velit in modum tabulæ publicitus propoſitos. S. Victoris *præſcripti*, quod & expreſſit Victorius. *Gruter.*

98. *Videorne tibi, non ut Saturninus, nominare modo illuſtres homines, ſed etiam imitari numquam, niſi clarum, niſi nobilem?*] Quid ſibi velit hìc, *numquam*, ſatis non intelligo. Suſpicatus aliquando ſum *quemquam* legi poſſe, ut hoc Cicero dicat: *Videorne tibi quemquam invitare, niſi clarum, niſi nobilem? non ut Saturninus, nominare modo illuſtres homines, nequaquam autem invitari.* Poſtea placuit hoc modo: *Videorne tibi, non ut Saturninus, nominare modo illuſtres homines, ſed etiam imitari? num quem, niſi clarum, niſi nobilem?* Quæ mihi mea tum denique placebit opinio, ſi veterum librorum acceſſerit auctoritas, aut etiam hominibus eruditis non diſplicere cognovero. *P. Manut.* *Videorne tibi, non ut Saturninus, nominere &c.*] Non moror hìc Lambini libros illos ſcriptos; neque illius emendationem ſatis probare poſſum. ſententia eſt minus obſcura quàm verba ipſa. ſeditioſos homines dixerat ſupra, cum res novas tractarent, ſolitos eſſe claros & nobiles viros nominare, quos ſuæ ſententiæ auctores habere ſe dicerent. Hic Saturninum ſeditioſiſſimum tribunum exempli gratiâ appellat pro ſeditioſis omnibus, qui ſe neminem, niſi clarum, niſi nobilem imitari dixerit, in verbis autem unâ tantum literâ peccatum eſt à librario. pro *nunquam* enim ſcribendum fuit, *num quem*, aut conjunctè, *nunquem.* *nunquis* enim ait Priſcianus compoſitum eſſe ut *ecquis*, utrumque rectum ſit. *P. Faber.*

nominare modò illuſtres homines, 99 ſed etiam imitari numquam, niſi clarum, niſi nobilem? [k] Atqui habebam moleſtos vobis, ſed minutos, [l] Stilbonem, Diodorum, [m] Alexinum: quorum ſunt contorta & aculeata quædam ſophiſmata. ſic enim appellantur fallaces concluſiunculæ. Sed quid eos colligam, cùm habeam Chryſippum, qui fulcire putatur porticum Stoicorum? quàm multa ille contra ſenſus, [1] quàm multa contra omnia, quæ in conſuetudine probantur, diſſolvit: idem mihi quidem non videtur: ſed diſſolverit ſanè. certè tam multa non collegiſſet, quæ nos fallerent probabilitate magna, niſi videret his reſiſti non facilè poſſe.

76 [2] Quid Cyrenæi videntur? minimè contempti philoſo-

k *alii* atque.
l Stilponem *alii*.
m Alexin *ed. vet.*

99. *Sed & jam imitari numquam, niſi clarum.*] Nihil variant Pall. at S. Victoris, *ſed mutari numquam.* unde natum puto, ut prodiderit Lambinus; non eſſe in mſſ. verbum *etiam.* ceterùm non diſplicet mihi conjectura P. Manutii: *ſed etiam imitari: num quem niſi clarum &c.* Gruter. *Quemquam* habet Victorii editio prior pro *numquam.*

1. *Quam multa contra omnia, quæ in conſuetudine probantur, diſſolvit?*] Turpe erratum & grave. miror non eſſe animadverſum aut notatum. peccatum tamen eſt duntaxat in diſtinctionibus. diſtinguendum ergo & legendum: *Quam multa ille contra ſenſus? quam multa contra omnia, quæ in conſuetudine probantur? Diſſolvit idem. mihi quidem non videtur. Sed diſſolverit ſanè.* Nihil hoc Dialogiſmo atque anteoccupatione planius. ſic infra dicit: *Hæc Chryſippea ſunt, ne ab ipſo quidem diſſoluta.* & Plutarchus in libro de Repugnantiis Stoicorum, ubi Stoicos de Chryſippo in his eisdem rebus gloriari dicit, ſic aperte hunc locum expoſuit atque eisdem verbis: Ἐπὶ δὲ τοῖς κατὰ συνήθειας ἐκδοθεῖσιν οὕτω κομῶσι, καὶ μεγάλη γορῦσιν ὥστε τὺς πάντων ὁμȣ̃ τῶν Ἀκαδημαϊκῶν εἰς ταὐτὸ συμφορηθέντας λόγȣς ȣ̓κ ἀξίȣς εἶναι παραβαλεῖν οἷς Χρύσιππος ἔγραψεν εἰς διαβολὴν τῶν αἰσθήσεων, &c. quæ etiam inferius repetet omnia Cicero. *P. Faber.*

2. *Quid Cyrenai videntur? minime contempti philoſophi:*] Sic certe eſt etiam in impreſſis à Car. Stephano. mihi quidem erat additum in Victorianis, ut vult legi Lambinus, ſed absque eo pronomine acrior eſt & habet plus gravitatis oratio. ubi eos non ſibi minime contemptos dicit, ſed omnibus. *Cyrenaici* autem hi dicti ſunt ſupra, ſed non video an non recte dicantur etiam *Cyrenai*, ut Straboni lib. XVIII. οἱ Κυρηναῖοι. item aliis. qui ſunt etiam Ariſtoteli οἱ ἀπὸ Κυρήνης. ex eo porro, quod proxime dixerat, *furere tibi Empedocles videtur*, verbum ſentire, aut tale quid, ἐξ ἀναλόγȣ audiendum eſt. *P. Faber.* *Quid Cyrenai videntur? minimè contemti Philoſophi.*] Sic Aldus Avus & Nepos. at Victorius, *Quid Cyrenai? videntur mihi minimè &c.* quomodo Pall. noſtri. adeò ut omninò ſuſpicer illa, *videntur mihi*, eſſe à manu extranea; legendum-

ſophi: qui negant eſſe quidquam, quod percipi poſſit extrinſecus: ea ſe ſola percipere, quæ tactu intimo ſentiant, ut dolorem, ut voluptatem: neque ſe, quo quid colore aut quo ſono ſit, ſcire, ſed tantùm ſentire, affici ſe quodammodo. Satis multa de auctoribus. quamquam ex me quæſieras, nonne putarem poſt illos veteres, tot ſæculis, inveniri verum potuiſſe, tot ingeniis tantisque ſtudiis quærentibus. Quid inventum ſit paullo pòſt videro, te ipſo quoque judice. Arceſilam verò non obtrectandi cauſâ cum Zenone pugnaviſſe, ſed verum invenire voluiſſe, ſic intelligitur. P. B.

Nemo, [n] inquam, ſuperiorum non modò expreſſerat, ſed ne dixerat quidem, poſſe hominem nihil opinari: nec ſolùm poſſe, ſed ita neceſſe eſſe ſapienti. viſa eſt Arceſilæ cùm vera ſententia, tum honeſta & digna ſapiente. quæſivit de Zenone fortaſſe, quid futurum eſſet, ſi nec percipere quidquam poſſet ſapiens, nec opinari ſapientis eſſet. 3 Ille credo, Nihil opinatur; quoniam eſſet quod percipi poſſet. Quid ergo [o] id eſſet? Viſum, credo. Quale igitur viſum? tum illum ita definiviſſe, ex eo, quod eſſet, ſicut eſſet impreſſum, & ſignatum, & [p] effectum. Pòſt requiſitum, etiamne, ſi ejusmodi eſſet viſum verum, quale falſum. Hîc Zenonem vidiſſe acutè, nullum eſſe viſum, quod percipi poſſet, ſi id tale eſſet ab eo, quod eſt, ut ejusmodi ab eo, quod non eſt, poſſet eſſe. Rectè conſenſit Arceſilas; ad definitionem additum. neque enim falſum percipi poſſe, neque verum, ſi eſſet tale, quale vel falſum. Incubuit autem in eas diſputationes, ut doceret, nullum tale eſſe viſum à vero, ut non ejusdemmodi etiam à falſo poſſit eſſe. 77

n unquam alii.

o id deeſt in multis edd.

p effictum. Lamb.

Hæc autem eſt una contentio, quæ adhuc permanſerit. nam illud, nulli rei aſſenſurum eſſe ſapientem, nihil ad hanc controverſiam pertinebat. licebat enim nihil percipere, & tamen opinari: quod à Carneade dicitur probatum. Equidem Clitomacho plus quàm Philoni, 78 P. XX.

dumque; *quid Cyrenei, minime cont. Philoſophi? &c.* Gruter.

3. *Ille, credo, nihil opinatur.*] Alii, *opinaturum*, legi volunt. ego nihil muto. vel facilius eſt intelligi verbum *inquit*, aut *reſpondet*, aut aliud ſimile; in definitione autem viſi bene *effictum*, pro *effectum*, reponit Lambinus: eſt enim expreſſum è Græco, ἐκμεμαγμένον, quod verbum in hac definitione poſuerat Zeno. *P. Faber.*

4. *Quod*

loni, aut Metrodoro, credens, hoc magis ab eo diſputatum quàm probatum puto.

79 XXV. SED ID omittamus. Illud certè, opinatione & perceptione ſublata, ſequitur omnium aſſenſionum retentio: ut, ſi oſtendero nihil poſſe percipi, tu concedas numquam aſſenſurum eſſe. Quid ergo eſt, quod percipi poſſit, ſi ne ſenſus quidem vera nuntiant? quos tu, Luculle, communi loco defendis. 4 quod ne id facere poſſes, idcirco heri non neceſſario loco contra ſenſus tam multa dixeram: tu autem te negas infracto remo, neque columbæ collo commoveri. primùm cur? nam & in remo ſentio non eſſe id, quod videatur: & in columba plures videri colores, nec eſſe plus uno. deinde nihilne præterea diximus? maneant illa omnia: 5 lacerat iſta cauſa; veraces ſuos eſſe ſenſus dicit. Igitur ſemper auctorem habes, & eum, qui magno ſuo periculo cauſam agat. eò enim rem q dimittit Epicurus, ſi unus ſenſus ſemel in vita mentitus ſit, nulli umquam eſſe credendum.

q demittit *Vict.*

80 Hoc eſt verum eſſe, confidere ſuis teſtibus & r importunè inſiſtere. Itaque Timagoras Epicureus negat ſibi umquam, cum oculum s torſiſſet, duas ex lucerna t flammulas eſſe viſas. opinionis enim eſſe mendacium, non oculorum. quaſi quæratur, quid ſit, non quid videatur. Sed hic quidem majorum ſimilis. Tu verò, qui viſa ſenſibus alia vera dicas eſſe, alia falſa: quî ea diſtinguis? deſine, quæſo, communibus locis. domi nobis iſta naſcuntur. Si v quis deus te interroget, ſanis modò & integris ſenſibus, num amplius quid x deſideras?

r in porta *Gul. e MS.*
s *forte* terſiſſet *Verb.*
t flamulas *MS.*
v inquis *MS. & Vict.*
x deſideres *alii.*

4. *Quod ne id facere poſſes &c.*] Vox *id* Lambino probari hic minus poterat. ego non mutem, quòd eâ interdum vel ornatur tantum, vel expletur oratio. ſic interpretatur nominatim Donatus apud Terentium in illis: *Id amabo adjuta, quo id fiat facilius.* vel ſic utrumque expreſſit Cicero antecedens, ut Grammatici vocant, & relativum, quomodo Tuſc. IV. *Quid eſt enim, quo non progrediatur eodem ira, quo furor?* aut quomodo Plautus in Trinummo de furibus illis inſignibus, quos ibi memorat, *quorum eorum unus ſurripuit currenti curſori ſolum.* P. Faber.

5. *Lacerat iſta cauſa: veraceis &c.*] Notæ ſunt conjecturæ Lambini & P. Manutii. Pall. nihil juvant, niſi quod abeat à vulgato ſec. habeatque, *iſte cauſa veraci &c.* Gruter. *Jacebat* emendat Petrus Faber, conjectura admodum probabili. Victorius dedit *Lacera iſta cauſa veraceis ſuos ſenſus eſſe dicat.*

6. *Au-*

s? quid reſpondeas? Utinam quidem roget! [6]audias ıàm nobiſcum malè egerint. ut enim vera videamus, uàm longè videbimus? [7] Ego Catuli Cumanam ex hoc ɔco regionem video, Pompejanum non cerno: neque uidquam interjectum eſt, quod obſtet: ſed intendi ɔngius acies non poteſt. O præclarum proſpectum! uteolos videmus: at familiarem noſtrum Avianum, forıſſe in porticu Neptuni ambulantem, non videmus. P. R.

At ille neſcio [y] qui, qui in ſcholis nominari ſolet, 81
ıille & octingenta ſtadia quod abeſſet videbat: quæam volucres longius. Reſponderem igitur audacter iſti eſtro deo, me planè his oculis non eſſe contentum. [z] Dicet me acrius videre quàm ullos piſces fortaſſe: qui-

y quis alii.

z Dicit alii.

6. *Audiat quàm nobiſcum male agatur: ut enim vera videamus, uàm longe videbimus? Ego Catuli Cumanam ex hoc loco regionem vi'eo, Pompejanum non cerno.*] Hujus loci ſcriptura multo, ut mihi 'idetur, emendatior reperitur in libro, qui eſt collatus a viro loctiſſimo cum manuſcriptis, quàm quæ in vulgatis circumfertur: *Audiet quàm nobiſcum male egerit: ut enim vera videamus, quàm 'onge videmus? ego Catuli Cumanum ex hoc loco video, Pompejanum ıon cerno.* Urſin. *Audias quàm nobiſcum male egerint.*] Eſt à Victoio; neque recedit Aldi vetus, niſi quod *ea audies*, quomodo retat in Pal. ſec. & S. Victoris. nam pr. *egerit.* poſterius cuſi, *au'iat quàm nob. male agatur.* quæ diverſitas ferè me cogit ſuſpicari, otum iſtud eſſe litteratoris adſutum pannum. *Gruter.*

7. *Ego Catuli Cumanam ex hoc loco regionem video.*] Pal. ſec. *re;ionum.* Lipſius emendabat, *Cumanum ex hoc loco è regione video.* Bauis enim habita hæc diſputatio, oppoſitumque ei Cumanum. *Idem.*

8. *Dicit me acrius videre quàm ullos piſces.*] Nihil erat cur hic epudiaretur *acrius* pro eo, quod eſt ὀξύτερον. Ni quis item repreıendat in lib. II. de Fin. *oculorum*, inquit Plato, *eſt ſenſus in no'is acerrimus.* Quod eſt verſum ex Phædro Ὄψις ἡμῖν ὀξυτάτη. Plutarchus etiam Platonis hæc verba & profert & explicat in liɔello, qui eſt περὶ τοῦ πότερον ὕδωρ ἢ πῦρ χρησιμώτερον, & in lib. III. de Or. *Tranſlatio, quæ quidem ſumpta ratione eſt, ad ſenſus ipſos admovetur, maxime oculorum, qui eſt ſenſus acerrimus,* & paulo poſt: *Illa vero oculorum acriora, &c.* Cur tam multa dico de re facili? ne ſuſpicere poſſe hic accidere, quod in his lib. XII. de Legibus Platonis, Ἔλεφας δὲ ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώματος ἐκ εὔχερες ἀνάθημα. quæ Cic. cum verterit ſuis Legibus lib. II. pro illo εὔχερες *Caſtum* reddidit, quod interpretes tam multi non injuriâ inexplicabile eſſe repererunt. Teſtati ſunt id etiam pluribus doctiſſimi viri Joach. Camerarius & Henr. Stephanus. Ego loci hujus emendationem debeo Clementi Alexandrino, qui in Stromate V. & in Pædagogi lib. II. illum integrum protulit, ut Euſebius lib. III. de Præp. Euang. ut Theodoretus, qui omnes hic non εὔχερες, ſed ut Cic. & legit & vertit εὐαγές, è Platone deſcri-

qui neque videntur à nobis, & nunc quidem ſub o ſunt: neque ipſi nos ſuſpicere poſſunt. Ergo ut aqua, ſic nobis aër craſſus offunditur. At amplius deſideramus. [a]Quid talpam? num deſiderare lu putas? neque tam [b]quereretur cum deo, quòd p longè quàm quòd falſum [c]videret. videſne nave lam. ſtare nobis videtur: at iis, qui in navi ſunt, veri hæc villa. quære rationem cur ita videa quam ut maximè inveneris, quod haud ſcio, an poſſis: non tu verum teſtem habere, ſed eum non cauſa falſum teſtimonium dicere oſtenderis.

82 XXVI. QUID EGO de navi? vidi enim à te mum contemni. majora fortaſſe quæris. quid po eſſe ſole majus? quem mathematici amplius duode ginti partibus confirmant majorem eſſe quàm terr quantulus nobis videtur? mihi quidem quaſi peda Epicurus autem poſſe putat etiam minorem eſſe eu quàm videatur, ſed non multo. ne majorem quide multo putat eſſe, vel tantum eſſe, quantus videatu ut oculi aut nihil mentiantur, aut non multum menti tur. Ubi igitur illud eſt, SEMEL? Sed ab hoc credulo qui numquam ſenſus mentiri putat, diſcedamus: qui [d]nunc quidem, [e]cum ille ſol, qui tanta incitatione fe tur, ut celeritas ejus quanta ſit ne cogitari quidem po ſit, tamen nobis ſtare videatur.

Sed, ut minuam controverſiam: videte, quæſo
83 quàm in parvulis [f]ſitis. Quattuor ſunt capita, qu concludunt, nihil eſſe, quod [g]noſci, percipi, comprehendi poſſit; de quo hæc tota quæſtio eſt. è quibus primum eſt, eſſe aliquod viſum falſum: ſecundum, non poſſe id percipi: tertium, inter quæ viſa nihil interſit, fieri non poſſe, ut eorum alia percipi poſſint, alia non poſſint: quartum, nullum eſſe viſum verum à ſenſu profectum, cui non appoſitum ſit viſum [h]aliud, quod ab eo nihil interſit, quodque percipi non poſſit. Horum quattuor capitum ſecundum & tertium omnes concedunt. primum Epicurus non dat. vos, quibuſcum res eſt, id quoque conceditis. omnis pugna de quarto eſt.

a Quid? talpam non *Lamb.*
b quererer *alii.*
c viderem *iid.*
d tunc *alii.*
P. XXI.
e putat, cum *Vict.*
f ſita ſit *Lamb.*
g cognoſci *conj. Lamb.*
h aliud falſum *Idem.*

Qui

ſcripſerunt, ut mirer locum tam inſignem ac tam celebratum a Chriſtianis ſcriptoribus doctiſſ. ſic depravatum in libris Platonis tam diu jacuiſſe. *P. Faber.*

9. *Quam*

igitur P. Servilium Geminum videbat, [i] ſi Quin- 84
e videre putabat, incidebat in ejusmodi viſum, i ſed *MS.*
ercipi non poſſet: quia nullâ notâ verum diſtin-
ur à falſo: qua diſtinctione ſublata, [9] quam habe-
Cotta, qui bis cum Gemino conſul fuit, [k] agno- k agno-
ejusmodi notam, quæ falſa eſſe non poſſit? Ne- ſcendi *alii.*
itam ſimilitudinem in rerum natura eſſe. Pugnas ad noſcen-
o, ſed cum adverſario facili. ne ſit ſanè. videri dum *MS.*
poteſt. fallet igitur ſenſum: & ſi una fefellerit ſi-
do, dubia omnia reddiderit. ſublato enim judicio
quo oportet agnoſci: etiam ſi ipſe erit, quem
s, qui tibi videbitur, tamen non eâ notâ judica-
quâ dicis oportere, ut non poſſit eſſe ejusdemmo- l quam
à. dicis eſſe
ando igitur poteſt tibi P. Geminus Quintus vide- op. *alii.*
iid habes explorati, cur non poſſit tibi Cotta vi- 85
qui non ſit, quoniam aliquid videtur eſſe, quod
ſt? Omnia dicis ſui generis eſſe, nihil eſſe
, quod ſit aliud. Stóicum [m] eſt quidem, nec ad- P. B.
m credibile; nullum eſſe pilum omnibus rebus ta- m eſt id
qualis ſit pilus alius, nullum granum. hæc refelli quid.
it: ſed pugnare nolo. ad id enim, quod agitur, *Lamb.*
ntereſt, omnibusne partibus viſa res nihil differat,
ernoſci non poſſit, etiam ſi differat. ſed, ſi ho-
m ſimilitudo tanta eſſe non poteſt, ne ſignorum
m? dic mihi, Lyſippus eodem ære, eadem tem-
one, eodem cælo, [n] aquâ, ceteris omnibus, n atque
tum Alexandros ejusdemmodi facere non poſſit? *ed. vet.*
gitur notione diſcerneres? Quid ſi in [o] ejusmodi 86
entum ſigilla hoc annulo impreſſero? ecquæ po- o ejusdem-
n agnoſcendo eſſe diſtinctio? an tibi erit quæren- modi
nnularius [p] aliqui, quoniam gallinarium inveniſti, *Lamb.*
cum illum, qui ova [q] cognoſceret. p *ita Vict.* *alii* aliquis.
VII. SED ADHIBES artem advocatam etiam q agnoſc.
ſen- *MS.*

quam haberet M. Cotta.] Opinor ſcribendum ut eſt in manu-
, *quam haberet in C. Cotta.* Fuit enim C. Aurelius Cotta bis
cum P. Servilio Gemino, anno poſt urbem conditam DI.
Urſin.
Centum Alexandros ejusdem modi facere non poſſit.] Melius ut
uſcripto, *facere num poſſit.* Urſin. *Centum Alexandros ejus-
odi.*] P. Victorii editio, *certum Alexandrum.* neque aliter
am S. Victoris exemplar, *certum Alexandriis.* Grut.

ſenſibus. pictor videt, quæ nos non videmus: &, mul inflavit tibicen, à perito carmen agnoſcitur. [r] Qu hoc nonne videtur contra te valere, ſi ſine magnis a ficiis, ad quæ pauci accedunt, noſtri quidem gene admodum nec videre, nec audire poſſumus? Jam præclara, quanto artificio eſſet ſenſus noſtros mente que & totam conſtructionem hominis fabricata nat

87 Cur non extimeſcam opinandi temeritatem? Etiamne affirmare potes, Luculle, eſſe aliquam vim, cum dentia & conſilio ſcilicet, quæ finxerit, vel, ut verbo utar, quæ fabricata ſit hominem? qualis iſta brica eſt? ubi adhibita? quando? cur? quo mod tractantur iſta ingenioſè: diſputantur etiam elegan denique videantur ſanè, ne affirmentur modò. ſed phyſicis mox, & quidem ob eam cauſam, ne tu, idem me facturum paullò ante dixeris, videare me tus. ſed ut ad ea, quæ clariora ſunt, veniam: res universas profundam; de quibus volumina impleta non à noſtris ſolùm, ſed etiam à Chryſippo. de queri ſolent Stoici: dum ſtudioſè omnia conquiſi contra ſenſus & perſpicuitatem, contraque omn conſuetudinem, contraque rationem, ipſum ſibi reſp dentem, [s] inferiorem fuiſſe: itaque ab eo armatum Carneadem.

88 Ea ſunt ejuſmodi, quæ à te diligentiſſimè trac ſunt. dormientium, & [t] vinolentorum, & furioſor viſa imbecilliora eſſe dicebas quàm vigilantium, ſic rum, ſanorum: quo modo? quia cùm experrectus e Ennius, non diceret ſe vidiſſe Homerum, ſed viſ eſſe: Alcmæo autem,

Sed mihi neutiquam cor [v] conſentit.

Similia de vinolentis. Quaſi quiſquam neget, [11] & experrectus ſit, eum ſomnia; &, cujus furor conſe

r Quid hoc? *alii.*

P. XXII.

s ſeipſo inf. *Lamb.*

t virulentorum *MS.* & *ita ſemper.*

v *cum oculis conſ.* alii.

11. *Et qui experrectus ſit, eum ſomniare &c.*] Bene ratio linguæ tinæ hic conſtet, ſi legatur *ſomnia*, deleta ſyllaba *re*, nata taſſis è ſequenti, & ob ſimilitudinem. conjunxit enim cum *re*, & poſt, cum idem dicit, *Experrectus enim potuit illa viſa erant, & ſomnia.* P. Faber. *Et qui experrectus ſit, eum ſomnia* Ita Pall. nam S. Victoris, *eum ſomnia.* P. Manutius è ms. inter negativam, *eum non ſomniare.* ipſe viderit. Lambinus edidit, *ſomniaſſe.* Gruter. At cur non addit cauſam hujus arbitrii, ut tinos præferat codici Victoris, quem ipſe Tullius videtur in

rit, putare non fuiſſe ea vera, quæ eſſent ſibi viſa in furore. Sed non id agitur: tum, cùm [x] videantur, quo modo videntur, id quæritur. niſi verò Ennium non putamus ita totum illud audiviſſe,

x videntur q. m. videantur Lamb.

O pietas animi,

ſi modò id ſomniavit? ut ſi vigilans audiret. experrectus enim potuit illa viſa putare, ut erant, & ſomnia: [12] dormienti verò æquè ac vigilanti probabantur. quid Iliona ſomno illo?

Mater te appello:

nonne illa credit filium locutum, [13] ut experrecta etiam crederet? unde enim illa?

Age adſta: mane: audi [y] iteradum eademmet iſta mihi:

y itera alii.

num videtur minorem habere viſis quàm vigilantes fidem?

XXVIII. Quid loquar de inſanis? qualis tandem fuit affinis tuus, Catule, Tuditanus? quiſquam ſaniſſimus tam certa putat, quæ videt, quàm is putabat, quæ videbantur? quid ille, qui, 89

P. B.

Video, video te vivum, Ulyſſes, dum licet:

nonne etiam bis exclamavit ſe videre, cùm omnino non videret? quid apud Euripidem Hercules, cùm [14] ut Euryſthei filios, ita ſuos configebat ſagittis, cùm uxorem interimebat? cùm conabatur etiam patrem? non [z] perinde movebatur falſis, ut veris moveretur? Quid? ipſe Alcmæo tuus, qui negat cor ſibi cum oculis conſentire, nonne ibidem incitato furore;

z proinde alii.

Unde

quentibus verbis confirmare? quin imo & ipſa ratio. Poteſt enim quis eum, qui experrectus ſit, negare ſomniare, & debet, niſi velit eſſe jocoſus. Plane ſomnia experrecti, & in furore viſa inſanientis, poſtquam reſipuit, componit. *Gronov.*

12. *Dormienti vero aquè ac vigilanti probantur.*] *Probabantur* eſt in veteribus libris; & ita hujus loci ſententia requirit ut legatur. *Urſin.* *probabatur* viſitur in Pal. pr.

13. *Ut experrecta etiam crederet.*] Vulgati olim & recentiores *ut verè exp.* quomodo nulli mſſ. noſtri, excluſeratque editione ſua Victorius: ſed nemo auſus imitari, non Camerarius, non Brutus, non Sturmius, non Lambinus; hoc ideo quòd non conſuluiſſent libros antiquitatis obſoletæ. Aldus Nepos delevit, quamvis id avus ejus uſurparat. *Gruter.*

14. *Ut Euryſthei filios, ita ſuos.*] Muretus hanc lectionem tuetur lib. XVII. Var. Lect. cap. 10. contra P. Victorium, qui tollebat *ita*. lib. XXXV. Variar. Lect. cap. 12. *Idem.*

15. *In-*

Unde hæc flamma oritur?

& illa deinceps,

[15] *Incede, incede: adſunt, adſunt: me, me expetunt.*

Quid, cùm virginis fidem implorat?

Fer mî auxilium: peſtem abige à me:
Flammiferam hanc vim, quæ me excruciat.
Cæruleæ incinctæ igni [a] *incedunt:*
Circumſtant cum ardentibus tædis.

a *incendunt* alii.

Num dubitas, quin ſibi hæc videre videatur? itemque cetera:

Intendit crinitus Apollo
Arcum auratum [b] *lunâ innixus.*
Diana facem jacit à læva.

b *genu inn.* Lamb.

90 Quî magis hæc crederet, ſi eſſent, quàm credebat, quia videbantur? apparet enim jam cor cum oculis conſentire. omnia autem hæc proferuntur, ut illud efficiatur, quo certius nihil poteſt eſſe: inter viſa vera & falſa ad animi aſſenſum nihil intereſſe. Vos autem nihil agitis, cùm falſa illa vel furioſorum, vel ſomniantium, recordatione ipſorum refellitis. non enim id quæritur, qualis recordatio fieri ſoleat eorum, qui experrecti ſunt: aut eorum, qui furere [c] deſtiterunt: ſed qualis viſio fuerit aut furentium, aut ſomniantium tum, cùm commovebantur. Sed abeo à ſenſibus.

P. XXIII.

c deſtiterunt *alii.*

91 Quid eſt, quod ratione percipi poſſit? dialecticam inventam eſſe dicitis, veri & falſi quaſi diſceptatricem & judicem. cujus veri & falſi? & in qua re? in geometriane quid ſit verum vel falſum dialecticus judicabit, an in litteris, aut in muſicis? At ea non novit. In philoſophia [d] igitur: ſol quantus ſit, quid ad illum? quod ſit ſummum bonum, quid habet, ut queat judicare? quid igitur judicabit? quæ conjunctio, quæ disjunctio vera ſit, quid ambiguè dictum ſit, quid ſequatur quamque rem, quid repugnet? ſi hæc & horum ſimilia judicat, de ſe ipſa judicat. plus autem pollicebatur. nam hæc quidem judicare ad ceteras res, quæ ſunt in philoſophia

d igitur? *Lamb.*

15. *Incende, incende.*] Non auſim improbare. fortaſſis enim furias ipſe jam mente captus alloquitur in his verbis, *Cæruleæ incinctæ igni incendunt. Incedunt* erat in vet. libro Car. Stephani, quòd magis conveniat cum ſequente verſu. Plutarchus tamen in Colotem ex Alcmæone, ut videtur, citat: Καὶ δὲ μεδαδηφόροι μελανείμονες ὄμμα πορῶσι. *P. Faber.*

16. Quæ-

ſophia multæ atque magnæ, non eſt ſatis. Sed quo- 92
niam tantum in ea arte ponitis: videte, ne contra vos tota nata ſit. quæ primo progreſſu feſtivè tradit elementa loquendi & ambiguorum intelligentiam concludendique rationem: tum, paucis additis, venit ad ſoritas, lubricum ſanè & periculoſum locum: quod tu modò dicebas eſſe vitioſum interrogandi genus.

XXIX. Quid ergo? iſtius vitii num noſtra culpa eſt? rerum natura nullam nobis dedit cognitionem finium, ut ulla in re ſtatuere poſſimus, [16] quatenus. nec hoc in acervo tritici ſolùm, unde nomen eſt, ſed [e] nulla [e *ita Vict.*]
omnino in re minutatim interroganti: dives, pauper: [*alii* ulla.]
clarus, obſcurus ſit: multa, pauca: magna, parva: longa, brevia: lata, anguſta: quanto aut addito, aut dempto, certum reſpondeamus, non habemus. At vitioſi ſunt ſoritæ. [17] Frangite igitur eos, ſi poteſtis, 93
ne moleſti ſint. erunt enim, niſi cavetis. cautum eſt, inquit. placet enim Chryſippo, cùm gradatim interrogetur, verbi cauſâ, tria, pauca ſint; anne multa: [P. B.]
aliquanto priùs, quàm ad multa perveniat, quieſcere, id eſt, quod ab iis dicitur, ἡσυχάζειν. Per me vel ſtertas licet, inquit Carneades, non modò quieſcas. ſed quid proficit? ſequitur enim qui te ex ſomno excitet & eodem modo interroget. [f] Quod in numero conti- [f Quo]
cuiſti; ſi ad eum numerum unum addidero, multane [*Lamb. &*]
erunt? progrediere rurſus, quoad videbitur. Quid plu- [*alii.*]
ra? hoc enim [g] fateris: neque ultimum te paucorum, [g fateberis]
neque primum multorum reſpondere poſſe. cujus ge- [*alii.*]
neris

16. *Quatenus ne hoc in acervo tritici ſummum.*] Veneti, *Quatenus nec hoc in acervo tritici ſolum, unde nomen eſt.* Ac eſſe quidem Soritis nomen factum ab acervo, qui σωρὸς eſt, ſatis conſtat. Cujuſmodi etiam hoc ſit captionum & fallaciarum magis quàm argumentationum genus, vel hoc loco a Cicerone planum fit. Quid autem & utrum *ſummum* an *ſolum* eſſe dicam, non etiam habeo conſtituere. Quamvis quidem *ſolum* magis arridet, ita ut ſcriptura diſtinguatur: *Ut nulla in re ſtatuere poſſimus quatenus. Nec hoc in acervo tritici ſolum (unde nomen eſt) ſed nulla omnino in re &c.* Atque propemodum ita non male ſe habere lectio hujus loci videtur. Ut Cicero dicat, non ſolum de tritici acervo, a qua re iſti captioni nomen redditum fuerit: ſed ne ulla quidem alia de re minutatim interroganti reſponderi poſſe certum. *Camer.*

17. *Frangite igitur eos, ſi poteſtis.*] Lectio forſan minus recta. nam Pal. pr. *agite igitur.* ſec. *angite qui eos.* utrumvis præpoſuerim vulgato, quod attinet quidem ad vocem primam. *Grut.*

neris error ita manat, ut non videam, quò non poſſit accedere.

94 Nihil me lædit, inquit. ego enim, ut agitator callidus, priùs quàm ad finem veniam, equos ſuſtinebo: eoque magis, ſi locus is, quò ferentur equi, præceps erit. ſic me, inquit, antè ſuſtinebo, nec diutiùs captioſè interroganti [h] reſpondeo. [18] Si habes, quod liqueat, neque reſpondes, [i] ſuperbis. ſi non habes, ne tu quidem perſpicis. ſi, quia obſcura, concedo. ſed negas te uſque ad obſcura progredi. illuſtribus igitur rebus inſiſtis. ſi id tantummodò, ut taceas, nihil aſſequeris. quid enim ad illum, qui te captare vult, utrùm tacentem irretiat te, an loquentem? ſin autem uſque ad novem, verbi gratia, ſine dubitatione reſpondes pauca eſſe, in decimo inſiſtis: etiam à certis & illuſtrioribus cohibes aſſenſum: hoc idem me in obſcuris facere non ſinis. nihil igitur te contra ſoritas ars iſta adjuvat: [19] quæ nec augendi, nec minuendi, quid aut primum ſit, aut poſtremum, docet.

h reſpondebo *alii*.
i *alii* ſuperbe. *MS.* ſuperbi.

95 Quid, quòd eadem illa ars quaſi Penelopæ telam retexens, tollit ad extremum ſuperiora? utrùm ea veſtra, an noſtra culpa eſt? nempe fundamentum dialecticæ eſt, quidquid enuntietur (id autem appellatur ἀξίωμα: quod
P. XXIV. eſt quaſi effatum) aut verum eſſe, aut falſum. quid igitur? hæc vera, an falſa ſunt? Si te mentiri dicis: idque verum dicis: [k] mentiri, verum dicis. Hæc ſcilicet inexplicabilia eſſe dicitis. quod eſt odioſius quàm illa, quæ nos [20] incomprehenſa & non percepta dicimus.

k mentire *ed. vet.*

XXX. SED HÆC omitto. illud quæro, ſi iſta explicari

18. *Si habes quod liqueat, neque reſpondes: ſuperbe.*] In veteribus libris eſt *ſuperbus*. Urſin.

19. *Qua nec augenti, nec minuenti, quid, &c.*] Sic neceſſario legendum, libris omnibus reclamantibus. Sententia autem hæc eſt: Quæ ars, inquit, quid primum, aut poſtremum ſit, aut ei, qui auget, aut ei, qui minuit, non docet. *Lambin.*

20. *Incomprehenſa & non percepta.*] Verecundius poſcebat lib. I. ad Varr. ut καταληπτον ſibi liceret comprehenſibile dicere. hic non eſt auſus *incomprehenſibilia* dicere. pro ἀκατάληπτη dixit, *incomprehenſa*. In Timæo tamen, cum ἄλυτα vertiſſet *indiſſoluta*, paucis verbis poſt ἄλυτοι vertit *indiſſolubiles*. Quomodo autem hìc *incomprehenſa* & *percepta*, & in Timæo *indiſſoluta* dixit, ſic apud Salluſt. *corruptum* & *infectum* uſurpatum, tu meminiſſe debes, & a doctis hominibus obſervatum eſt. *P. Faber.*

21. Que-

plicari non poſſunt, nec eorum ullum judicium inveni-
tur, ut reſpondere poſſitis, verane an falſa ſint: ubi
eſt illa definitio, effatum eſt id, quod aut verum, aut
falſum ſit? Rebus ſumptis, adjungam, ex his ſequen-
das eſſe alias, alias improbandas, quæ ſint in genere
contrario. [21] Quo modo igitur hoc concluſum eſſe ju-
dicas? [22] Si dicis, nunc lucere, & verum dicis: lucet 96
igitur. probatis certè genus, & rectiſſimè concluſum
dicitis. itaque in docendo eum primum concludendi
modum traditis. aut, quidquid igitur eodem modo
concluditur, probabitis, aut ars iſta nulla eſt. [l] Vide
ergo, hanc concluſionem probaturusne ſis: ſi dicis te
mentiri, verumque dicis: mentiris. dicis autem te
mentiri, verumque dicis. mentiris igitur. Quî potes
hanc non probare, cùm probaveris ejusdem generis ſu-
periorem? Hæc Chryſippea ſunt, ne ab ipſo quidem
diſſoluta. quid enim faceret huic concluſioni? ſi lucet,
lucet. lucet autem. lucet igitur. [m] cederet ſcilicet.
ipſa enim ratio connexi, cùm conceſſeris ſuperius, co-
git inferius concedere. Quid ergo hæc ab illa conclu-
ſione differt? Si mentiris, mentiris. mentiris autem;
mentiris igitur. Hoc negas te poſſe nec approbare, nec
improbare. Quî igitur magis illud?

Si ars, ſi ratio, ſi via, ſi vis denique concluſionis 97
valet; eadem eſt in utroque. Sed hoc extremum eo-
rum eſt. poſtulant, ut excipiantur hæc inexplicabilia.
[23] Tribunum aliquem cenſeo videant. à me iſtam ex-
ceptio-

[l] Video *edd. vett.*

[m] *alii* crederet.

21. *Quomodo igitur hoc concluſum eſſe judicas?*] Sic omnes edd. item Pal. prim. & S. Victoris, niſi quod is, *hic concl.* at enim Pal. ſec. exhibet nobis, *quomodo aut falſum eſſe judicas, ſi dicis.* quod examinabunt quietiores. nam mihi quidem ſic feſtinanti ſcrupulum non levem injecit; quod non ſoleat ille liber exorbitare niſi cum cauſa. *Gruter.*

22. *Si dicis nunc lucere, & verum dicis: lucet igitur.*] Homo non acutus auſus ſum delere ſeptem aliquot voces, quæ quinquaginta ferè per annos iſtum inſederant locum. quippe & alii edidere, & Boulierius, & Brutus, & Lambinus, & Aldus Nepos; *Si dicis nunc lucere, & verum dicis: lucet. dicis autem lucere, & verum dicis: lucet igitur.* quæ intermedia neque agnoſcit Aldus major, neque Victorius, neque Pall. neque S. Victoris codex. itaque cur ego tolerarem? *Idem.*

23. *Tribunum aliquem cenſeo adeant.*] Pal. ille ſecund. *cenſeo videant.* non temerè profecto. & videant acutiores an heic reponi debeat. notum eſt enim, *me vide*, apud Comicos aliosque tale quid

ceptionem numquam impetrabunt. etenim cùm ab
P. B. Epicuro, qui totam dialecticam & contemnit & irridet, non impetrent, ut verum eſſe concedat, quod ita effabimur, aut vivet cras Hermachus, aut non vivet: cùm dialectici ſic ſtatuant, omne, quod ita disjunctum ſit, quaſi, aut etiam, aut non, non modò verum eſſe,
n catus Lamb. ſed etiam neceſſarium: vide quàm ſit [n] cautus is, quem iſti tardum putant. Si enim, inquit, alterutrum conceſſero: neceſſarium eſſe neceſſe erit, cras Hermachum
o aut deeſt in ed. vet. [o] aut vivere, aut non vivere. nulla autem eſt in natura rerum talis neceſſitas. Cum hoc igitur dialectici pugnent, id eſt, Antiochus & Stoici. totam enim evertit dialecticam. nam ſi è contrariis disjunctio (contraria au-
p aiat a. neget ed. vet. tem ea dico, cùm alterum [p] ait, alterum negat) ſi talis disjunctio falſa poteſt eſſe, nulla vera eſt. Mecum
98 verò quid habent litium, qui ipſorum diſciplinam ſe-
q concludere ed. pr. quor? Cùm aliquid hujusmodi inciderat, ſic [q] ludere Carneades ſolebat: Si rectè [r] concluſit: teneo. ſin vi-
r concluſi alii. tioſè, minam Diogenes [s] reddet. ab eo enim Stoico
s reddat alii. dialecticam didicerat. hæc autem merces erat dialecticorum. [t] ſequor igitur eas vias, quas didici ab Antio-
t ita MSS. alii ſequar. cho: nec reperio, quomodo judicem, Si lucet, lucet, verum eſſe, ob eam cauſam, quòd ita didici, omne, quod ipſum ex ſe connexum ſit, verum eſſe: non judicem, Si mentiris, mentiris; eodem modo eſſe connexum. Aut igitur hoc & illud: aut niſi hoc, ne illud quidem judicabo.

v & hoc totum alii. XXXI. SED, UT omnes iſtos aculeos [v] & totum tortuoſum genus diſputandi relinquamus oſtendamusque, qui ſimus: jam, explicata totâ Carneadis ſententiâ, Antiochi iſta corruent univerſa. Nec verò quidquam ita dicam, ut quisquam id fingi ſuſpicetur: à
x & promptus ed. vet. Clitomacho ſumam, qui uſque ad ſenectutem cum Carneade fuit, homo & acutus, [x] ut Pœnus, & valde ſtu-
P. XXV. dioſus ac diligens. & quattuor ejus libri ſunt de Suſtinendis Aſſenſionibus. hæc autem, quæ jam dicam,
99 ſunt ſumpta de primo. Duo placet eſſe Carneadi genera viſorum: in uno hanc diviſionem, Alia viſa eſſe, quæ percipi poſſint: alia quæ non poſſint: in altero autem, Alia viſa eſſe probabilia, alia non probabilia. itaque, quæ contra ſenſus contraque perſpicuitatem dicantur, ea pertinere ad ſuperiorem diviſionem: contra poſteriorem

rem nihil dici oportere. quare ita placere, tale viſum nullum eſſe, ut perceptio [y] conſequeretur: ut autem probatio multa. etenim contra naturam eſſet, ſi probabile nihil eſſet. & [24] ſequitur omnis vitæ ea, quam tu, Luculle, commemorabas, everſio. itaque & ſenſibus probanda multa ſunt: teneatur modò illud, non ineſſe in his quidquam tale, quale non etiam falſum nihil ab eo differens eſſe poſſit. ſic, quidquid acciderit ſpecie probabile, ſi nihil ſe offeret, quod ſit probabilitati illi contrarium, utetur eo ſapiens: ac ſic omnis ratio vitæ gubernabitur. [25] etenim is quoque, qui à vobis ſapiens inducitur, multa ſequitur probabilia, non comprehenſa, neque percepta, neque aſſenſa, ſed ſimilia veri: quæ niſi probet, omnis vita tollatur.

y ſequatur *ed. pr.*

Quid enim? conſcendens navem ſapiens, num comprehenſum animo habet atque perceptum, ſe ex ſententia navigaturum? quî [z] poteſt? ſed ſi jam ex hoc loco proficiſcatur Puteolos ſtadia triginta, probo navigio, bono gubernatore, [a] hac tranquillitate: probabile [b] videatur, ſe illuc venturum eſſe ſalvum. Hujusmodi igitur viſis conſilia capiet [c] & agendi & non agendi: faciliorque erit, ut albam eſſe nivem probet, quàm erat Anaxagoras: qui id non modò ita eſſe negabat, ſed ſibi, quia ſciret aquam nigram eſſe, [26] unde illa [d] concreta eſſet,

100

z pote eſt *ed. vet.*
a ac *ed. pr.*
b ei vid. *Lamb.*
c & *alii non habent.*
d congregata *edd. vett.*

quo auxilium auctoritasve ſpondeatur alteri. *Grut.* Miror tam leviter id conſiderari, quaſi nuſpiam id, niſi in uno codice, reſideret; quum jam Lucas Ant. Juntas & Rob. Stephanus ex Victorio ſic ediderint, ab poſterioribus male mutatum, quum ea notio verbi *videre* non tam apud Comicos ſit quærenda quàm in ipſo Tullio, ut probavit jam idem Victorius ad lib. XIV. ad Attic. epiſt. 21. Ideo ſic exhibui. *Gronov.* Editio Pariſina anni 1521. quæ Mediolanenſem in omnibus expreſſit, hic in margine *Tribulium* pro *Tribunum* adnotavit, ut ſit *Tribulium aliquem cenſeo adeant*, quod non de nihilo, ſed aliquanto melius altero illo videtur. *Verburg.*

24. *Sequitur omnis vita ea &c.*] Nihil variant mſſ. niſi quod S. Victoris *everſionem*. P. Manutius edidit, *ſequitur enim*. P. Victorius interpunxit: *probatio multa (etenim c. nat. &c. eſſet) ſequitur omnis.* non ſatisfacit. forſan reponendum erat, *& ſequeretur omnis &c.* Gruter.

25. *Etenim is quoque, qui à vobis ſapiens inducitur.*] *A nobis* habet liber manuſcriptus, quod magis placet. *Urſin.*

26. *Unde illa congregata eſſet.*] Veram lectionem eſſe prorſus credo, *congelata eſſet*. Et mox, *aut ebore dolatus.* Nonius legit, *E robore dolatus.* Camerar.

P. B. eſſet, albam ipſam eſſe ne videri quidem. & quæcumque res eum ſic attinget, ut ſit viſum illud probabile, neque ulla re impeditum, movebitur. [27] non enim eſt è ſaxo ſculptus, aut [e] è robore dolatus. habet corpus; habet animum: movetur mente; movetur ſenſibus: ut ei multa vera videantur. Neque tamen [f] habere inſignem [g] illam & propriam percipiendi notam: eoque ſapientem non aſſentiri, quia poſſit ejusdem modi exſiſtere falſum aliquod, cujusmodi hoc verum. neque nos contra ſenſus aliter dicimus ac Stoici; qui multa falſa eſſe dicunt longéque aliter ſe habere, ac [h] ſenſibus videantur.

e ebore *MS. & ed. pr.*

101

f habet *Lamb.*

g & illam prop. *ed. vet.*

h ſenſus *alii.*

XXXII. Hoc autem ſi ita ſit, ut unum modò ſenſibus falſum videatur: præſtò eſt, qui neget, rem ullam percipi poſſe ſenſibus. ita, nobis tacentibus, ex uno Epicuri capite, altero veſtro, perceptio & comprehenſio tollitur. Quod eſt caput Epicuri? Si ullum ſenſibus viſum falſum eſt: nihil percipi poteſt. quod veſtrum? Sunt falſa ſenſûs viſa. Quid ſequitur? ut taceam; concluſio ipſa loquitur, nihil poſſe percipi. Non concedo, inquit, Epicuro. Certa igitur cum illo, qui à te totus diverſus eſt: noli mecum, qui hoc quidem certè, falſi eſſe aliquid in ſenſibus, tibi aſſentior.

102 Quanquam nihil mihi tam mirum videtur quàm iſta dici, ab Antiocho quidem maximè, cui erant, quæ paullo antè dixi, notiſſima. licet enim hæc quivis arbitratu ſuo reprehendat, quòd negemus rem ullam percipi poſſe; certè levior [i] reprehenſio eſt. quòd tamen dicimus eſſe quædam probabilia; non videtur hoc ſatis eſſe vobis. ne ſit. illa certè debemus effugere, quæ à te vel maximè agitata ſunt. nihil igitur cernis? nihil audis? nihil tibi eſt perſpicuum? Explicavi paullo antè, Clitomacho auctore, quo modo iſta Carneades diceret, accipe quemadmodum [k] ea dicantur à Clitomacho in eo libro, quem ad C. Lucilium ſcripſit poëtam, cùm ſcripſiſſet iisdem de rebus ad L. Cenſorinum, [l] eum, qui conſul cum [m] M'. Manilio fuit. ſcripſit igitur his ferè verbis. ſunt enim mihi nota, [n] propterea quòd earum ipſa-

i reſponſio *MS.*

P. XXVI.

k eadem *ed. vet.*

l eum *deeſt in aliis.*

m M. Manlio *Lamb.*

n præterea *MS.*

27. *Non enim eſt è ſaxo ſculptus, aut è robore dolatus.*] *Aut ebore dolatus* eſt in manuſcripto, ſed non placet: diſſentit enim à Græco verſu, unde hæc Latina tranſlata ſunt, Οὐκ ἀπὸ δρυός, οὐδ᾽ ἀπὸ πέτρης. Vlſin.

S. Acad.

ipſarum rerum, de quibus agimus, prima inſtitutio & quaſi diſciplina illo libro continetur, ſed ſcriptum eſt ita:

[28] Academicis placere, [29] eſſe rerum ejusmodi diſſi- 103
militudines, ut aliæ probabiles videantur, aliæ contrà: id autem non eſſe ſatis, cur alia percipi poſſe dicas, alia non poſſe; proptèrea quòd multa falſa probabilia ſint: nihil autem falſi perceptum & cognitum poſſit eſſe. Itaque ait vehementer errare eos, qui dicant, ab Academia ſenſus eripi, à quibus [o] numquam dictum ſit, aut colorem, aut ſaporem, aut ſonum nullum eſſe. illud ſit diſputatum, non ineſſe in his propriam, quæ nuſquam alibi eſſet, veri & certi notam.

Quæ cùm [p] expoſuiſſet, [q] adjungit, dupliciter dici 104
aſſenſus ſuſtinere ſapientem: uno modo, [r] cùm hoc intelligatur, omnino eum rei nulli aſſentiri: altero, cùm ſe à reſpondendo, [s] ut aut approbet [t] quid, aut improbet, ſuſtineat, ut neque neget aliquid, neque aiat. Id cùm ita ſit: alterum placere, ut numquam aſſentiatur; alterum tenere, ut ſequens probabilitatem, ubicumque hæc aut occurrat, aut deficiat; aut etiam, aut non reſpondere poſſit: [v] nec, ut placeat, eum, qui de omnibus rebus contineat ſe ab aſſentiendo, mo-

o non-nunq. *ed. pr.*
p expoſuit *alii.*
q adjunxit *alii.*
r *alii & Grut.* cum hoc int.
s ut aut *deeſt in MS.*
t aut imp. quid. *ed. pr.*
v hic ut pl. *Manut.* nam cum *Lamb.*

28. *Academicis placere, eſſe rerum ejusmodi diſſimilitudines.*] Scribe, *ſimilitudines*, auctoribus libris veteribus. *Urſin.* *Academicis placere, eſſe rerum ejusmodi diſſimilitudines.*] Optime correxiſſe Paſſeratium ex conjectura, & poſtea Urſinum, libris auctoribus, docet Plutarchus in iis, quæ ſcribit in Stoicos, ubi illos Academicis ait in jurgio ſolere hoc idem objicere, ὡς πάντα πράγματα συγχέουσι ταῖς ἀπαραλλαξίαις, cum ſit ἀπαραλλαξία illa non aliud quàm cum res rei ſic par ac ſimilis eſt, ut ex nullo diſcrimine ſeparentur. ut infra dicetur, *quoniam vera à falſis nullo diſcrimine ſeparantur.* Quod eo etiam adſcripſi, ne te forte deciperent auctores Theſauri illius tam laborioſi de Lingua Lat. vel optime meriti viri, qui in hoc loco *nullo diſcrimine* interpretantur *facile.* ſententia eſt plane contraria, *facile* ſeparantur & *nullo diſcrimine*, id eſt, nulla diſſimilitudine propriave nota & non cum aliis communi ſeparantur. ubi commodiſſime ἀπαραλλαξία exprimitur. Error autem hic natus erat è repetitione ejusdem ſyllabæ, quod peccatum in aliis notavimus pæne infinitis. *P. Faber.*

29. *Eſſe rerum ejusmodi ſimilitudines.*] Veneti, *diſſimilitudines.* Idque verum videtur. Nam ſi probabiles aliæ, contra aliæ non probabiles videri debeant, diſſimilitudo in rebus ſit oportet. *Camerar.*

x reliquiſſe alii. y approbat Manut. in aliis deeſt. P. B. 105

veri tamen & agere aliquid, x reliquit ejusmodi viſa y approbari, quibus ad actionem excitemur: item ea, quæ interrogati in utramque partem reſpondere poſſumus, ſequentes tantummodò quod ita viſum ſit, dum ſine aſſenſu: neque tamen omnia ejusmodi viſa approbari, ſed ea, quæ nulla re impedirentur. Hæc ſi vobis non probamus, ſint falſa ſane: invidioſa certè non ſunt. non enim lucem eripimus: ſed ea, quæ vos percipi comprehendique, eadem nos, ſi modò probabilia ſint, videri dicimus.

XXXIII. 30 Sic igitur inducto & conſtituto probabili, & eo quidem expedito, ſoluto, libero, nulla re implicato, vides profecto, Luculle, jacere jam illud tuum perſpicuitatis patrocinium. iisdem enim hic ſapiens, de quo loquor, oculis, quibus iſte veſter, cælum, terram, mare intuebitur: iisdem ſenſibus reliqua, quæ ſub quemque ſenſum cadunt, ſentiet. Mare illud, z quod nunc Favonio naſcente purpureum videtur, idem huic noſtro videbitur, nec tamen aſſentietur; 31 quia no-

z quidem alii.

30. *Sic igitur inducto & conſtituto probabili.*] Hæc eſt lectio vulgata, quæ & in Aldino veteri. at Victoriana *inducta & conſtituta probabilia*, quod & in utroque Pal. *Gruter.*

31. *Quia nobismetipſis modo cæruleum videbatur, mane flavum.*] Nonnulli exiſtimaverunt in his verbis mendum eſſe, quòd animadvertiſſent apud Non. Marcellum, in dictione *ravum*, citari Ciceronis è libro quarto Academicorum locum, qui eandem penitus ſententiam retinet, aliquantulum immutatis verbis, & maximè quòd ibi *ravum*, pro *clavum*, ſumptum eſſet. majorem enim fidem Nonio habendam eſſe cenſebant, qui ea parte vix depravatus eſſe poterat, & qui falſo exemplum illud Ciceronis adpoſuiſſe exiſtimandus non eſt, quàm contaminatis & laceris Ciceronis exemplaribus: nemo tamen receptam Ciceronis lectionem abolevit, quam ego quoque conſervavi, quia in cunctis manu exaratis ita ſcriptum eſſe obſervaveram. Ut tamen hunc ſcrupulum, qui multis moleſtus fuit, coner avellere, quid ſentiam de hac re exponam. Planum jam factum eſt bis, omnem Academicam quæſtionem Ciceronem libris ſuis explicaſſe, primò duobus, iterum quattuor libris de ea confectis: in quibus tamen eædem res ſententiæque tractarentur: ſed in poſterioribus, ut ipſe refert, brevius, melius, ſplendidius. Potuit igitur fieri, ut, cum idem locus in ambabus editionibus tractandus eſſet, aliquantulum variatis verbis expoſitus fuerit, & ut hic locus, qui eſt in Lucullo, de quo diſſerimus, quemadmodum eſt in omnibus novis veteribusque codicibus, ita legi debeat, & Nonius eum citet, qui in illis, quos ad Varronem miſit, incluſus fuerit. nam ſi ulla fides haberi poteſt

nobiſmetipſis modò cæruleum videbatur, [32] manè flavum; quodque nunc, [a] quia à ſole collucet, albeſcit & vibrat, diſſimileque eſt proximo [b] ei continenti: ut, etiam ſi poſſis rationem reddere, cur id eveniat, tamen non poſſis id verum eſſe, quod videbatur oculis, defendere.

a quà MS. non malè.
b & Lamb.

Unde memoria, ſi nihil percipimus? (ſic enim quærebas) quòd meminiſſe viſa, niſi comprehenſa non poſſumus. Quid? Polyænus, qui magnus mathematicus fuiſſe dicitur, is poſteaquàm Epicuro aſſentiens, totam geometriam eſſe falſam credidit, num illa etiam, quæ ſciebat, oblitus eſt? Atqui, falſum quod eſt, id percipi non poteſt, ut [c] nobiſmetipſis placet. Si igitur memoria perceptarum comprehenſarumque rerum eſt: omnia, quæ quisque meminit, habet ea comprehenſa atque percepta. falſi autem comprehendi nihil poteſt: & omnia meminit Scyron Epicuri dogmata. vera igitur illa ſunt nunc omnia. Hoc per me licet. ſed tibi aut concedendum ita eſſe, quod minimè vis: [33] aut memoriam mihi remittas, oportet, [34] & facilè eſſe ei locum, etiam ſi comprehenſio, perceptioque nulla ſit. 106

c vobismet Grut.

P. XXVII.

Quid fiet artibus? quibus? iisne, quæ ipſæ fatentur conjecturâ ſe plus uti quàm ſcientiâ: an iis, quæ tantùm id, quòd videtur, ſequuntur, nec habent iſtam ar- 107

teſt Marcelli ipſius vulgatis exemplaribus, in IIII. Academicorum exemplum, quod ipſe adducit, eſſe traditur. Sic puto defendi poſſe receptam in Lucullo lectionem & teſtimonium Nonii non improbari. *Victor.*

32. *Mane flavum.*] Sic Pall. nam S. Victoris *acrum.* Lambinus publicavit *ravum quia à Sole*, omiſſo *quodque.* quod in edd. & mſſ. noſtris. *Ravum* illud eruit è Nonio, non ipſe primus, ſed Camerarius. *Gruter.* Quum hæc ita ſe habeant, & tanto ante tempore innotuerit, quid oro meretur Jo. Harduinus ad Plinii librum XI. cap. 37. vel ut ipſe ſecuit, ſectione 55. quum citato loco Nonii monet in Tullianis libris nunc *flavum* pro *ravum* legi? Res enimvero digna ſtudiis Pariſinis! *Gronov.*

33. *Aut memoriam mihi remittas, oportet, & facile eſſe ei locum.*] Verbum *eſſe* non video quò ſpectet. quo ſequor libentius antiquum librum, in quo eſt, *Et facias eſſe ei locum.* ſic lib. IV. de Fin. *Argumenti ratione concluſi caput eſſe faciunt ea, quæ perſpicua dicunt.* P. Manut.

34. *Et facile eſſe ei locum.*] *Et facias* videtur legendum: & ita eſt in manuſcripto. *Urſin.*

35. Vide

artem veſtram, quâ vera & falſa dijudicent? Sed illa ſunt lumina duo, quæ maximè cauſam iſtam continent. primùm enim negatis fieri poſſe, ut quiſquam nulli rei aſſentiatur. At id quidem perſpicuum eſt: cùm Panætius, princeps propè, meo quidem judicio, Stoicorum, ea de re dubitare ſe dicat, quam omnes, præter eum, Stoici certiſſimam putant, vera eſſe [d] haruſpicum auſpicia, oracula, ſomnia, vaticinationes, ſeque ab aſſenſu ſuſtineat. Quod is poteſt facere [e] de iis rebus, quas illi, à quibus ipſe didicit, certas habuerint; cur id ſapiens de reliquis facere non poſſit? an eſt aliquid, quod poſitum vel [f] improbare, vel approbare poſſit, dubitari non poſſit? an tu in ſoritis poteris hoc, cùm voles: ille in reliquis rebus non poterit eodem modo inſiſtere, præſertim cùm poſſit ſine aſſenſione ipſam veri-
108 ſimilitudinem non impeditam ſequi? Alterum eſt, quòd negatis actionem ullius rei poſſe in eo eſſe, qui nullam rem aſſenſu ſuo comprobet. primùm enim videri oportet, in quo ſit etiam aſſenſus. dicunt enim Stoici, ſenſus ipſos aſſenſus eſſe: quos quoniam appetitio conſequatur, actionem ſequi. tolli autem omnia, ſi viſa tollantur.

[d] haruſpicia *Fab. Grut.*
[e] ut de iis *Lamb.*
[f] improbari vel approbari *Lamb.*

XXXIV. [g] HAC DE re in utramque partem & dicta ſunt & ſcripta multa [35 vide ſuperiora] ſed brevi res poteſt tota confici. ego enim etſi maximam actionem puto, repugnare viſis, obſiſtere opinionibus, aſſenſus lubricos ſuſtinere, credoque Clitomacho ita ſcribenti, 36 Herculi quendam laborem exanclatum à Carneade, quòd, ut feram & immanem beluam, ſic ex animis noſtris aſſenſionem, id eſt, opinationem & temeritatem extraxiſſet: tamen, ut ea pars defenſionis relinquatur, quid impediet actionem ejus, qui probabilia ſequitur, nulla re impediente?

[g] Hæc *alii.*

P. B.

Hoc,

35. *Vide ſuperiora.*] Aldi ſenioris editio *unde ſuperioris.* Sed adſentior Paullo Manutio, arbitranti adnotamentum lectoris. *Gruter.* Reperi in vetuſta editione *ut de ſuperiore*, quod forſan à ſequentibus non fuiſſet rejiciendum.

36. *Herculi quendam laborem exanclatum.*] Sic omnes noſtri, quod ad vocem primam attinet, quod & de ſuis monuit Lambinus. antiquè pro *Herculis.* ultimam dictionem ſervat omnibus litteris Palat. ſec. nam pr. *exanhelatum.* S. Victoris, *exaridatum.* quæ tamen diverſitas accedit ad *exanclatum* magis quàm aliorum *exantlatum.* Gruter.

37. *Pro-*

Hoc, inquit, ipſum impediet, quòd ſtatuet, ne id 109
quidem, quod probet, poſſe percipi. [h] Jam iſtuc te quoque impediet in navigando & in [i] conſerendo, in uxore ducenda, in liberis procreandis, plurimiſque in rebus, in quibus nihil ſequêre, præter probabile. Et tamen illud uſitatum & ſæpe repudiatum refers, non ut Antipater, ſed, ut ais, preſſiùs. nam Antipatrum reprehenſum quòd diceret, conſentaneum eſſe ei, qui affirmaret, nihil poſſe comprehendi, id ipſum ſaltem dicere poſſe comprehendi: quod ipſi Antiocho pingue videbatur & ſibi contrarium. non enim poteſt convenienter dici, nihil comprehendi poſſe, ſi ipſum comprehendi poſſe dicatur. illo modo potiùs putat [k] urgendum fuiſſe Carneadem: cùm ſapientis nullum decretum eſſe poſſit, niſi comprehenſum, perceptum, cognitum; ut hoc ipſum decretum, quod ſapientis eſſet, nihil poſſe percipi, fateretur eſſe perceptum. [37] proinde quaſi ſapiens nullum aliud decretum habeat, [38] & ſine decretis vitam agere poſſit.

h Nam alii num. edd. vet.
i ſerendo alii.
k urguendum MS.

Sed ut illa habet probabilia, non percepta, ſic hoc 110
ipſum, nihil poſſe percipi. nam ſi in hoc haberet [l] cognitionis notam, eâdem uteretur in ceteris. quam quoniam non habet, utitur probabilibus. Itaque non metuit, ne confundere omnia videatur & incerta reddere. non enim, quemadmodum, ſi quæſitum ex eo ſit, ſtellarum numerus par an impar ſit: item, ſi de officio multiſque aliis de rebus, in quibus verſatur exercitatuſque ſit, neſcire ſe dicat. in incertis enim nihil eſt probabile: in quibus autem eſt, in his non deerit ſapienti, nec [m] quid faciat, nec [m] quid reſpondeat.

l recogn. MS.
P. XXVIII.
m quod Lamb.

Ne

37. *Proinde quaſi ſapiens &c.*] Hic locus correctus eſt, & quidem variè, nequicquam enim erat integer & apertus. repetenda tantum negatio poſt copulam, &c. ſimilem eclipſim notavi ſupra in illis verbis, ſapientique ſatis ſit. res eſt etiam confirmata exemplis pluribus. Ciceronis ſunt leviter Antiochum reprehendentis, quòd is diceret novos Academicos hoc unum decretum habere, cum haberent multa alia, ſed ea probabilia modo, non etiam percepta. *P. Faber.*

38. *Et ſine decretis vitam agere non poſſit.*] In Venetis negatio eſt omiſſa, id quod annotandum putavi, cum id probaretur ſine decretis non poſſe, ne ſapientem quidem, vitam agere, id eſt: μηδὲν δογματίζοντα. quæ enim hæc vita eſſet? ſed in his illum etiam probabilia vult ſequi Cicero. *Camerar.*

39. Non

111 Ne illam quidem prætermiſiſti, Luculle, reprehenſionem Antiochi (nec mirum: in primis enim eſt nobilis) quâ ſolebat dicere Antiochus, Philonem maximè perturbatum. cùm enim ſumeretur unum, eſſe quædam falſa viſa: alterum, nihil ea differre à veris; non attendere, ſuperius illud [n] ea re à ſe eſſe conceſſum, quòd videretur eſſe quædam in viſis differentia: eam tolli altero, quo neget viſa à falſis vera differre: nihil tam repugnare. Id ita eſſet, ſi nos verum omnino tolleremus. [39] non facimus. nam tam vera quàm falſa cernimus. ſed probandi ſpecies eſt: percipiendi ſignum nullum habemus.

n ea re *Grut. delet.*

112 XXXV. Ac mihi videor nimis etiam nunc agere jejunè. cùm ſit enim campus, in quo poſſit exſultare oratio: cur eam in tantas anguſtias & in Stoicorum dumeta compellimus? ſi enim mihi cum Peripatetico res eſſet, qui id percipi poſſe diceret, quod impreſſum eſſet [o] è vero: neque adhiberet illam magnam acceſſionem, quo modo imprimi non poſſet à falſo: cum ſimplici homine ſimpliciter agerem, nec magnopere contenderem, atque etiam, ſi, cùm ego nihil dicerem poſſe comprehen i, diceret ille, ſapientem interdum opinari: non repugnarem; præſertim ne Carneade quidem huic loco valde repugnante: nunc quid facere poſſum?

o à *Lamb.*

113 Quæro enim, quid ſit, quod comprehendi poſſit. reſpondet mihi non Ariſtoteles, aut Theophraſtus, ne Xenocrates quidem aut Polemo [40] ſed mihi minor eſt,

39. *Non facimus. nam tam vera &c.*] Pal. ſec. *non facimus, non tam vera &c.* quod malim. *Gruter.*

40. *Sed nihil miror, quod eſt tale &c.*] *Nihil miror* ait eſſe Lambinus in libris vulgatis. ego non vidi niſi in iis, quos ipſe vulgaverat. ſed ea fortaſſe mea culpa fuit. in impreſſis Lutet. à Badio, a Rob. Stephano, a Vaſcoſano erat, *ſed mihi minor. quod eſt tale.* Car. Stephanus poſtea edidit, *ſed nihil minor, quod eſt tale.* doctiſſ. Turnebus ex illis, *mihi minor eſt tale*, cenſuit legendum, *mihi minores tale*, tantùm deleta lit. *t.* quaſi temerè repetita è ſequenti proxima. & *minores* interpretatur, juniores, veriſſimè. mihi altera ſcriptura tamen videtur potior *minor quod eſt tale*, ut unitatis numero auctorem ipſum definitionis viſi, id eſt Zenonem, ſignificet, & verbum *reſpondet* mutare neceſſe nihil ſit. Deinde, pro illo *mihi*, ſive *nihil*, quod eſt in aliis, lego tantum *his*, errore nato primùm è ſimilitudine litterarum *n* & *h*, deinde *l* & *ſ*. *nihil minor* enim ferri hic nullo modo poteſt. neque Zenonem ſic

eſt, tale verum, quale falſum eſſe non poſſit. Nihil ejuſmodi invenio. [41] itaque in cognitione nimirum aſſentiar, id eſt, opinabor. hoc mihi & Peripatetici, & P. B. vetus Academia concedit: vos negatis, Antiochus in primis: qui me valde movet; vel quòd amavi hominem,

ſic cum antiquioribus illis comparat, ut parem eſſe velit; ut neque lib. IV. Fin. in diſputatione cum Catone, cum hos eosdem omnes, quos hîc dicentes facit *nobisve omnibus & Platoni ipſi neſcio quem illi anteponebas?* & illos comparatione Zenonis antiquos & ſuperiores appellat. adde quod Stoicis objici idem ſolitum a Græcis oſtendit. etiam Lucianus in libro de Sectis. ubi ſecum, ſi rationem Stoicorum ſequi ſe diceret, Platonem & Ariſtotelem inducit loquentes, item ut cum Catone Cicero *Ὦ βέλτιϛε Λυκῖνε τὶ παθὼν ἢ τίσι ποτὲ πιϛεύσας Χρύσιππον καὶ Ζήνωνα προτίμησαι ἡμῖν πρεσβυτέρων ἄντων παραπολὺ χθὲς καὶ πρωΐ γενομένες.* vox igitur *nihil* hîc, uti dixi, ferri non poteſt. mihi *minor* quî dicatur aptius? quaſi Cicero ſibi uni poſteriorem illum eſſe dicat, cum hiſtoria in medio poſita æque pateat omnibus. nam *minores* dici poſteriores non ſolum ex iis, quæ diximus, apertum, ſed ex frequenti uſu linguæ Lat. ſic *minor Africanus*, *minor Cyrus*, *major Africanus*, *major Cato* dicitur. ut apud Maronem legiſti. non ſemel *nunc fama minores Italiam dixiſſe.* etſi poteſt etiam intelligi dictum præciſe *minor*, pro minor natu, vidiſti in Arte Horatii, ubi ſenex dicitur, *Cenſor caſtigatorque minorum.* & ſic. Or. III. *Majoribus moleſta* cum dicit, *majores* vocat eosdem illos, quos lib. I. *majores natu* plene dixerat. & Zeno Polemonis, qui tertius a Platone ac poſtremus illorum omnium diſcipulus fuit. hæc Lambino ipſi, qui hic in Turnebum prope invectus eſt, puto ſatisfacere potuiſſe. cujus paulo poſt, ubi pro *incognitione* reponit, *incognito*, correctio certe egregia eſt. *P. Faber.* *Sed mihi minor eſt; tale verum.*] Locus vexatiſſimus. repræſentavi quod erat in Pal. prim. neque abibat ſec. quàm quod is, *ſed mihi minores tale verum:* volebatque ultimum iſtud Turnebus lib. XVI. Adverſ. cap. 18. f. a primo videtur ſtare codex S. Victoris; neque recedit editio Victoriana. Aldus ſenior expreſſit: *ſed nihil minor: quod eſt tam verum.* Junior; *ſed nihilo minor: quod eſt tale verum.* vulgatur fere; *ſed nihil miror: quod eſt tale.* Lambinus maluit, *ſed nihilo minor: eſſe tale verum:* cujus tamen adeat notas, qui videre vult andabatam pugnantem cum umbra divini planè Turnebi. *Gruter.*

41. *Itaque incognito nimirum aſſentiar.*] Hunc locum in omnibus libris depravatum, ſententiam Ciceronis odoratus, parva immutatione correxi. ſic enim vulgò legitur, *incognitione aſſentiar.* Sic paulò poſt ead. pag. *Tu cum me incognito aſſentiri vetes, idque turpiſſimum eſſe dicas, & pleniſſimum temeritatis, &c.* & infra aliquot poſt paginis: *Contineo igitur me, ne incognito aſſentiar.* Lambinus. *Itaque in cognitione nimirum adſentiar.*] S. Victoris & Pal. ſec. *mirum:* adeo ut non omninò abſurdè Lambinus *Itaque in cognito nimirum adſentiar.* ſed non ideo tamen idem inferre debebat latifundiis auctoris. *Gruter.*

42. *Di-*

nem., ſicut ille me, vel quòd ita judico, politiſſimum & acutiſſimum omnium noſtræ memoriæ philoſophorum. à quo primùm quæro, quo tandem modo ſit ejus Academiæ, cujus ſe eſſe profiteatur? Ut omittam alia: hæc duo, de quibus agitur, quis umquam dixit aut veteris Academiæ, aut Peripateticorum? vel id ſolum percipi poſſe, quod eſſet verum tale, quale falſum eſſe non poſſet: vel ſapientem nihil opinari? certè nemo. horum neutrum ante Zenonem magnopere defenſum eſt. ego tamen utrumque verum puto: nec dico temporis cauſâ: ſed ita planè probo. Illud ferre non poſſum.

114 XXXVI. Tu, cùm me incognito aſſentiri vetes, idque turpiſſimum eſſe dicas & pleniſſimum temeritatis; tantum tibi arroges, ut exponas diſciplinam ſapientiæ, naturam rerum omnium evolvas, mores fingas., fines bonorum malorumque conſtituas, officia deſcribas, quam vitam ingrediar definias: idemque etiam diſputandi & intelligendi judicium dicas te & artificium traditurum: perficies, ut ego, iſta innumerabilia complectens, nusquam labar? nihil opiner? quæ tandem ea eſt diſciplina, ad quam me deducas, ſi ab hac abſtraxeris? vereor, ne ſubarroganter facias, ſi dixeris tuam. p atqui ita dicas neceſſe eſt. Neque verò tu ſolus, ſed me ad ſuam quisque rapiet.

p Atque *MS. & Lamb.*

115 Age, reſtitero Peripateticis, qui ſibi cum oratoribus cognationem eſſe, qui claros viros à ſe inſtructos q dicant rempublicam ſæpe rexiſſe: ſuſtinuero Epicureos., tot meos familiares, tam bonos, tam inter ſe amantes viros: 42 Diodoto quid faciam Stoico, quem à puero audivi? qui mecum vivit tot annos? qui habitat apud me? quem & admiror, & diligo? qui iſta Antiochea contemnit? Noſtra, inquies, ſola vera ſunt. Certè ſola,

q dicunt *multa edd.*

P. XXIX.

42. *Diodoro quid faciam Stoico.*] Habuiſſe Ciceronem ſecum Stoicum philoſophum conſtat, qui & cæcus fuerit, & mortuus domi illius, .& qui reliquerit ipſi ad centies, ſi locus non eſt mendoſus ad Atticum. Sed hunc contendit P. Victorius, vir doctiſſimus, cujus nuper luculentas explicationes multorum locorum in ſcriptis Ciceronianis allatas ex Italia vidimus. Is igitur vult Diodotum hunc fuiſſe appellatum. Alterum autem veterem Peripateticum auditorem Critolai, Diodorum. Fuit & hoc vetuſtior Diodorus, qui dialecticus & Κρόνος cognominaretur. *Camer.*

23. *Et*

ſta, ſi vera. plura enim vera diſcrepantia eſſe non poſſunt. Utrùm igitur nos [r] impudentes, qui labi nolumus: r *ita MS.*
an illi arrogantes, qui ſibi perſuaſerint, ſcire ſe ſolos *alii* im-
omnia? Non me quidem, inquit, ſed ſapientem dico prud.
ſcire. Optimè: nempè iſta ſcire, quæ ſunt in tua diſciplina. Hoc primùm quale eſt, à non ſapiente explicari ſapientiam? ſed diſcedamus à nobiſmetipſis: de ſapiente loquamur: de quo (ut ſæpe jam dixi) omnis hæc quæſtio eſt.

In tres igitur partes & à pleriſque [s] & à nobiſmetipſis 116
diſtributa ſapientia eſt. primùm ergo, ſi placet, quæ de s & no-
natura rerum ſunt quæſita, videamus: velut illud [t] ante. biſm. *Grut.*
Eſtne quiſquam tanto inflatus errore, ut ſibi ſe illa ſcire *& alii.*
perſuaſerit? non quæro rationes eas, quæ ex conje- t à te
ctura pendent: quæ diſputationibus huc & illuc trahuntur, nullam adhibent perſuadendi neceſſitatem. Geo- *Lamb.*
metriæ [v] provideant, qui ſe profitentur non perſuadere, v hoc vid.
ſed cogere: 43 & qui omnia vobis, quæ deſcribunt, *conj. Lamb.*
probant. non quæro ex his illa initia mathematicorum: quibus non conceſſis, digitum progredi non poſſunt. Punctum eſſe, quod magnitudinem nullam habeat. 44 Extremitatem & quaſi libramentum, in quo nulla omnino craſſitudo ſit, 45 lineamento ſine ulla latitu-

43. *Et qui omnia nobis, qua deſcribunt, probant.*] Sic Pal. pr. & S. Victoris, item Lamb. editio. aliæ; *& quia omnia vobis*, quomodo Pal. ſec. Gulielmius conjiciebat; *ecqui omnia nobis, q. deſc. probant.* Gruter.

44. *Extremitatem & quaſi libramentum, in quo nulla craſſitudo ſit.*] Ε'πιφάνειαν, quam *ſuperficiem* vocat Plinius, vertit hic *extremitatem*, ut Ariſtoteles & Pythagorei πέρας σώματος definierant, apertum. *Librare* eſſe æquare. hinc *libratores* & *libramentum*, & ad libram & ad libellam æqua & plana loca notum. at *extremitas plana*, dices, id eſt ἐπιφάνεια ἐπίπεδος, una extremitatis ſpecies eſt, cum aliæ duræ numerentur, περιφερὴς & μικτὴ, quæ in definitionem ἐπιπέδου, quod *libramentum* hîc, in Timæo autem *planum* vertit, quî poterunt cadere? Ego tibi reſpondere hic aliud non poſſum, quàm Ciceronem in eo ſecutum potius vetuſtiores Philoſophos eſſe quàm Euclidem. illi enim ἐπιφάνειαν & ἐπίπεδον pro eodem accipiebant, teſtatur etiam doctiſſ. Proclus ad illam definitionem Euclidis: ἐπίπεδος ἐπιφάνειά ἐστιν &c. Sic igitur Proclus: Τοῖς μὲν παλαιοτέροις τῶν φιλοσόφων οὐκ ἐδόκει τῆς ἐπιφανείας εἶδος τίθεσθαι τὸ ἐπίπεδον, ἀλλ' ὡς ταυτὸ ἑκάτερον παραλαμβάνειν, &c. ubi Philoſophos illos appellat nominatim Platonem & Ariſtotelem. *P. Faber.*

45. *Lineamentum ſine ulla latitudine carentem.*] Locus ſine dubio men-

x patentem *ed. vet.*

tudine x carentem. Hæc cùm vera eſſe conceſſero: 46 ſi adjiciam jusjurandum, ſapientemne priùs quàm Archimedes eo inſpectante rationes omnes deſcripſerit eas, quibus efficitur, multis partibus ſolem majorem eſſe quàm terram, juraturum putas? ſi fecerit: ſolem ipſum, quem deum cenſet eſſe, contempſerit.

P. B. Quòd ſi geometricis rationibus non eſt crediturus,
117 quæ vim afferunt in docendo, vos ipſi ut dicitis: næ ille longè aberit, ut argumentis credat philoſophorum: aut, ſi eſt crediturus, quorum potiſſimùm? omnia phyſicorum licet explicare. ſed longum eſt. quæro tamen, quem ſequatur. Finge aliquem nunc fieri ſapientem, nondum eſſe: 47 quâ potiſſimùm ſententiâ meliùs eliget diſ-

mendoſus. nec diſplicet Scalæ emendatio, quam vulgavit Manutius. poſſet etiam ita corrigi: *Lineam autem, longitudinem latitudine carentem*, ut proxime accedat ad Euclidis definitionem, γραμμὴ μῆκος ἀπλατές. *Urſin.* *Lineamentum ſine ulla latitudine carentem.*] Locus valde corruptus eſt in impreſſis libris & in ſcriptis, de quibus aliquid audivimus. ſed bene habet, quod lineæ definitio, cujus iſtæ reliquiæ tamen hìc reſtant, nonſolum Græca ex Euclide, ſed etiam Latina ex Varrone ſalva & integra eſt. Euclidis eſt tibi nota jam pridem. Varronis ex illa expreſſam habes apud Gellium lib. I. cap. 20. *P. Faber.* *Lineamento* Victorius, quem ſequor.

46. *Si adjiciamus iusjur.*] Paulo aliter in Venetis hic locus legitur: ſed æque obſcurâ & vacillante ſententiâ, ut præterquam quod depravatus eſſe videatur nihil habeam dicere. *Camer.* *Adjiciam jusjurandum.*] *Adigere jusjurandum* potius dicitur quàm *adjicere.* ut apud Cæſarem lib. VII. *Omnibus ad jusjurandum adactis.* Sine præpoſitione autem ea ratione dicebatur, quomodo adigere arbitrum, pro, adigere ad arbitrum. quâ figurâ Cicero uſus eſt lib. III. de Off. & in orat. pro Q. Roſcio. Repoſui igitur, *adigam.* atque hujus generis vitium ita video manaſſe, ut ad multos præterea veterum libros acceſſerit. *P. Manut.* *Si adjiciam jusjurandum.*] Sic omnes edd. ante P. Manutium. is enim conjecturam ſuam admiſit *adigam*, quem ſecutus & Lambinus. MSſ. noſtri tres ſtant pro vulgata; ita tamen ut habeant *adjiciamus jurandum.* Gruter.

47. *Quam potiſſimam ſententiam & diſciplinam.*] Veneti ita liquidiore, ut videtur, intellectu, *Quæ potiſſimum ſententia melius eligas diſciplinam? Etſi quamcunque &c.* Camerar. *Quàm potiſſimum ſententiam melius eliget aut diſc.*] Sic habent libri nonnulli veteres, omnino melius quàm vulgati; ſed mihi tamen ii quoque hîc ſuſpecti ſunt; nam alii habent, *quàm potiſſ. ſapientem ſententiam melius eliget.* quam ſcripturam quis non videt eſſe laceram & mutilam? nemo, opinor. ſed licet fortaſſis ex hac aliquid elicere, quod ſit probabile. Quid igitur ſi ſic legamus? *Quam potiſſ.*

diſciplinam? etſi quamcumque eliget, inſipiens eliget. Sed ſit ingenio divino, quem unum è phyſicis potiſſimùm probabit? nec plus uno poterit. non perſequor quæſtiones infinitas: tantùm de principiis rerum, è quibus omnia conſtant, videamus quem probet. eſt enim inter magnos homines ſumma diſſenſio.

XXXVII. [48]PRINCEPS Thales, unus è ſeptem, cui ſex reliquos [49]conſenſiſſe primos ferunt, ex aqua dixit conſtare omnia. At hoc Anaximandro, populari & ſodali ſuo, non perſuaſit. is enim [50]infinitatem naturæ dixit eſſe, à qua omnia gignerentur. pòſt ejus auditor Anaximenes, infinitum aëra: ſed ea, quæ ex eo orirentur, definita: gigni autem terram, aquam, ignem, tum ex his omnia: [51]Anaxagoras materiam infinitam: [52]ſed ex ea particulas ſimiles inter ſe minutas; eas primùm confuſas, poſtea in ordinem adductas à mente divina: Xenophanes paullo etiam antiquior, unum eſſe omnia, neque id eſſe mutabile, & id eſſe deum, neque na- 118

potiſſ. ſapientûm ſententiam melius eliget? etſi, quamcumque eliget, inſipiens eliget. Lambinus. *Quâ potiſſimum ſententiâ melius eliget diſciplinam.*] Liber S. Victoris, *quam potiſſimum ſententiam eliget aut diſciplinam?* Pal. prim. *quâ potiſſimum ſcientiâ melius eliget diſciplinam?* ſec. *quâ ſententiâ melius eliget diſciplina.* forte, *quâ ſcientiâ potiſſimum eliget melius? diſciplinam etſi quamcumque eliget &c.* Gruter.

48. *Princeps Thales, unus è ſeptem, cui ſex reliquos conceſſiſſe primas ferunt.*] Hujus loci emendatio debetur Joanni Scalæ, qui primus, pro *conſenſiſſe primas*, correxit, *conceſſiſſe primas:* eamque correctionem Callimachi auctoritate confirmavit ex Diogene Laërtio. *Urſin.*

49. *Conceſſiſſe primas.*] Ita diſertè liber mſ. Gryphii, ſi fides Mich. Bruto. & accedit alioquin codex S. Victoris, in quo *conſenſiſſe primas.* nam vulgg. *conſenſſiſſe primos.* alterum illud conjecerat olim P. Manutius, ſtatimque intulerat in editionem ſuam Lambinus. *Gruter.*

50. *Infinitatem natura.*] Recte ſe habere ſcripturam hanc, dubium non eſt, dicit enim hoc Cicero nunc, quod Græci το τῶν Στοϊχείων ἄπορον. *Camer.*

51. *Anaxagoras materiam infinitam, ſed eas particulas ſimiles inter &c.*] Lambinus, *id eſt particulas &c.* melius fortaſſe in veteribus, *ſed ex ea particulas, &c.* Urſin.

52. *Sed ex ea particulas &c.*] Vulgati: *ſed eas particulas ſimiles inter ſe & minutas.* verum altera lectio perſtat in Pall. & edit. Victoriana; neque recedit S. Victoris membrana, quàm quod ea, *ex eas.* Gruter.

y uſq. quidquam *Vict.* natum [y] uſquam & ſempiternum, conglobata figura: Parmenides, ignem, qui moveat terram, quæ ab eo formetur: Leucippus, plenum & inane: Democritus huic in hoc ſimilis, uberior in ceteris: Empedocles, hæc pervulgata & nota quattuor: Heraclitus, ignem: Meliſſus, hoc, quod eſſet infinitum & immutabile, &

P. XXX. fuiſſe ſemper & fore. Plato ex materia, in ſe omnia recipiente, mundum eſſe factum cenſet à Deo ſempiternum. Pythagorei [z] ex numeris & mathematicorum initiis proficiſci volunt omnia. Ex his eliget veſter ſapiens unum aliquem, credo, quem ſequatur: ceteri tot viri & tanti repudiati ab eo condemnatique diſcedent.

z ex *non eſt in MSS.*

119 Quamcumque verò ſententiam probaverit, eam ſic animo comprehenſam habebit, ut ea quæ ſenſibus: nec magis [53] approbabit nunc lucere: quàm, quoniam Stoicus [a] eſt; hunc mundum eſſe ſapientem, habere mentem, quæ & ſe & ipſum fabricata ſit, & omnia moderetur, moveat, regat. Erit [b] perſuaſum etiam, ſolem, lunam, ſtellas omnes, terram, mare, deos eſſe, [54] quòd quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet,

a eſt *deeſt in multis edd.*
b ei perſ. *Lamb.*

53. *Approbabit nunc lucere: quàm, quoniam Stoicus eſt &c.*] Sic Victorii etiam editio. ſed Pal. prim. habet, *approbabat. Num lucere, quamquam Stoicus eſt, huc mundum.* ſec. *approbabit num lucere quam quoniam Stoicus eſt &c.* Gruter.

54. *Quod quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet & transeat.*] In varia ſcriptura utrum ſit hîc verum verbum *permeet*, an *permanet*, ambiguum reliquit ipſe Cicero, ſiquidem *permeet* hic ab eo ſcriptum eſt. Deum Zeno definit apud Plutarchum in lib. de Placitis Philoſophorum primo, cap. 7. Πνεῦμα διῆκον δι ὅλου τοῦ κόσμου. Cicero in hac definitione ſic ad verbum expreſſa, ut vides, διῆκον vertit *quod permeet*, lib. I. de Nat. D. in eadem definitione vertit *pertinens Deum*, inquit, *rationem per omnem pertinentem naturam, ut divinam eſſe affectam putat.* quem eo libentius etiam adduxi, ut corrigas, cum leges illud *ut divinum*, & reponas, *vi divina.* ut paulo poſt dicit: *vim divinam in ratione eſſe poſitam hoc planum eſt.* eodem libro in definitione Neptuni ſumpta item à Stoicis, ut eſt apud Plutarchum in Iſide, vertit idem διῆκον *quod manet.* & lib. III. ejusdem operis eadem definitione vertit pergens. *certe permanet calor argentum penetraleque frigus.* cum dicit Lucretius lib. I. & Naſo lib. IV. de Ponto: *Deum littera noſtra recurrens Tot maria & terras permeat. annus abit.* ſatis docent utrumque huic loco Ciceronis aptum eſſe. cetera de vi propria verbi *manare* & *permanare* ſatis doceant te Grammatici veteres, Feſtus, Gloſſæ, Nonius, ceteri. *P. Faber.*

55. Ne-

meet & tranſeat: fore tamen aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret.

XXXVIII. Sɪɴᴛ ɪꜱᴛᴀ vera: (vides enim jam me fateri aliquid eſſe veri) comprehendi ea tamen & percipi nego. cùm enim tuus iſte Stoicus ſapiens ſyllabatim tibi iſta dixerit, veniet flumen orationis aureum fundens Ariſtoteles, qui illum deſipere dicat: neque enim ortum eſſe umquam mundum, quòd nulla fuerit 55 novo conſilio inito tam præclari operis inceptio, & ita eum eſſe undique aptum, ut nulla vis tantos queat motus mutationemque moliri, nulla ſenectus diuturnitate temporum exiſtere, ut hic ornatus umquam dilapſus occidat. Tibi hoc repudiare, illud autem ſuperius, ſicut caput [c] & famam tuam, defendere neceſſe erit: mihi, ne ut dubitem quidem, [d] relinquatur?

c è flammatum def. *MS.*
d relinquetur *Lamb.*

Ut omittam levitatem temere aſſentientium, 56 quanti libertas iſta æſtimanda eſt, non mihi neceſſe eſſe, 120
quod tibi eſt? Cur deus, omnia [e] noſtri cauſâ cùm faceret (ſic enim vultis) tantam vim natricum viperarumque fecerit? 57 cur mortifera tam multa perniciosa terrâ marique diſperſerit? negatis hæc tam politè tamque ſubtiliter effici potuiſſe ſine divina aliqua ſolertia. cujus quidem vos majeſtatem deducitis usque ad apium formicarumque perfectionem: ut etiam inter deos 58 Myrmecides aliquis, minutorum opuſculorum fabricator, fuiſſe videatur.

e noſtra *alii.* P. B.

Ne-

55. *Novo conſilio inito.*] Sic & editio Victorii, ne quis putet Lambini eſſe. Palatini tamen adhærent vulgatis, in quibus *initio.* S. Victoris habet *nucio* cum virgula undiquaque ſuperjacente. *Grut.*

56. *Quanti libertas iſta æſtimanda eſt.*] Videtur rectius eſſe in manuſcripto *ipſa*, pro *iſta.* Urſin.

57. *Cur mortifera tam multa pernicioſa.*] Merito Lambino ſuſpectum hoc fuit. ego *pernicioſa* poſt *mortifera* vix adducor ut credam à Cicerone additum. etſi enim *pernicioſum* & pernicies à nece eſt ductum, *mortifera* vel gravius in uſu erat, ut hoc poſterius minuendi potius quàm augendi vim habere videatur. neque πρωθύστερον figuram, quam tribuit Homero Cicero, ſatis hic aptam puto. fortaſſe additum fuerit ex ejus notatione, qui velut συνώνυμον adſcripſerat. *P. Faber.*

58. *Myrmecides aliquis, minut.*] De Myrmecide ſic Varro lib. VI. de Lingua Lat. *Etenim facilius obſcura opera Myrmecidis ex ebore oculi videant, ſi extrinſecus nigras ſetas admoveant.* Plinius lib. VII. cap. 21. *Callicrates ex ebore formicas & alia tam parva fecit animalia, ut partes earum à ceteris cerni non poſſent. Myrmecides quidam in*

 eodem

121 Negas ſine deo poſſe quidquam. Ecce tibi è tranſverſo Lampſacenus Strato, qui det iſti deo immunitatem: magni quidem muneris? ſed cùm ſacerdotes deorum vacationem habeant, quanto eſt æquius habere ipſos deos? negat operâ deorum ſe uti ad fabricandum mundum. quæcumque ſint, docet omnia eſſe effecta naturâ: nec, ut ille, qui aſperis, & lævibus, & 59 hamatis uncinatiſque corporibus concreta hæc eſſe dicat, interjecto inani. ſomnia cenſet hæc eſſe Democriti, non docentis, ſed [f] optantis. ipſe autem ſingulas mundi partes perſequens, quidquid aut ſit, aut fiat, naturalibus fieri aut factum eſſe docet ponderibus & motibus. Sic ille & deum [g] opere magno liberat, & me timore. Quis enim poteſt (cùm exiſtimet à deo ſe curari) non & dies & noctes divinum numen horrere? &, ſi quid adverſi acciderit (quod cui non accidit?)
122 extimeſcere, ne id jure evenerit? Nec Stratoni tamen aſſentior: nec verò tibi. modò hoc, modò illud probabilius videtur.

f opinantis *ed vet. non malè.*

g operâ magnâ *Lamb.*

XXXIX. LATENT iſta omnia, Luculle, craſſis occultata & circumfuſa tenebris, ut nulla acies humani ingenii tanta ſit, quæ penetrare in cælum, terram intrare poſſit. corpora noſtra non novimus: qui ſint ſitus partium; quam vim quæque pars habeat ignoramus.

eodem genere inclaruit, à quo quadrigam ex eadem materia, quam muſca integeret alis, fabricatam, & navem, quam apicula pinnis abſconderet. Idem lib. XXXVI. cap. 5. in extr. *Sunt & in parvis marmoreis famam conſequuti Myrmecides, cujus quadrigam cum agitatore cooperuit alis muſca: & Callicrates, cujus formicarum pedes atque alia membra pervidere non eſt.* Galenus Protreptico: Καὶ περὶ μὲν τῶν ἄλλων ὑμεῖς καὶ πάνυ πέποιθα γινώσκειν, ὅτι μηδὲν τούτων ἐστὶ τέχνη, οἷον τὸ πεταυριστεῖν, καὶ βαδίζειν ἐπὶ σχοινίων λεπτῶν ἐν κύκλῳ τε περιδινεῖσθαι, μὴ σκοτούμενον, καὶ τοιαῦτα ποιεῖν. οἷα τὰ Μυρμηκίδου τοῦ Ἀθηναίου καὶ Καλλικράτους τοῦ Λακεδαιμονίου. id eſt, *Ac de aliis quidem valdè confido vos ſic exiſtimare, nihil horum artem eſſe, exempli cauſâ peſtauriſtarum more pernici ſaltu movere, & quaſi in aëre volare, & in funibus tenuibus ambulare, & in orbem circumagi, ſine vertigine capitis, & talia opera facere, qualia Myrmecidis Athenienſis & Callicratis Lacedæmonii fuerunt.* Lamb.

59. *Hamatis uncinatiſque corporibus.*] Explicat Rutgerſius Variar. Lib. III. cap. 3. *hamorum more inter ſe connexa*; mallem dixiſſet *curvata* aut *flexa* hamorum more corpuſcula eſſe intelligenda. Ceterum de hac Stratonis doctrina neque Diogenes Laërtius, neque Stanlejus, neque Jonſius quidquam adnotaverunt. *Verburg.*

60. *Nec*

muſ. itaque medici ipſi, quorum intererat ea noſſe, aperuerunt, [h] ut viderentur. [60] nec eo tamen ajunt empirici notiora eſſe illa: quia poſſit fieri, [61] ut patefacta & detecta mutentur. Sed ecquid nos eodem modo rerum naturas perſecare, aperire, dividere poſſumus, ut videamus, terra penituſne defixa ſit & quaſi radicibus ſuis hæreat, an media pendeat?

h ut ea vid. *alii.* P. XXXI.

Habitari ait Xenophanes in luna, eamque eſſe terram multarum urbium & montium. portenta videntur: ſed tamen neque ille, qui dixit, jurare poſſet ita ſe rem habere, neque ego. [62] Nonne etiam dicitis, eſſe 123

63 è

60. *Nec eo tamen ajunt empiricis notiora illa, quia, &c.*] Videtur legendum eſſe *empirici*, ſine littera *s*, & ita interpungendum: *Nec eo tamen ajunt empirici notiora eſſe illa, quia &c.* Hoc autem empiricorum argumentum, quo corporum diſſectionem ſupervacaneam & vanam eſſe conabantur oſtendere, ponitur à Galeno multis in locis, & à Cornelio Celſo in prooemio, cujus verba hæc ſunt; Nam colorem, lævorem, mollitiem, duritiem ſimiliaque omnia non eſſe talia inciſo corpore, qualia integro fuerint. quia cum corporibus inviolatis, hæc tamen metu, dolore, inediâ, cruditate, laſſitudine, mille aliis mediocribus affectibus ſæpe mutentur, multo magis veriſimile eſſe, interiora, quibus major mollities, lux ipſa nova ſit, ſub graviſſimis vulneribus & ipſa trucidatione mutari: neque quicquam eſſe ſtultius, quàm quale quidque vivo homine eſt, tale exiſtimare eſſe moriente, imo jam mortuo. *Urſin.* *Empirici notiora eſſe.*] Sic emendavit primitus Turnebus lib. XIIX. cap. 18. Adverſ. ne quis Lambino adſcribat, ſibi id arroganti. Et verò ita ſcribitur in S. Victoris libro. non *empiricis*, ut ferè vulgatur. quod cùm & reſtet in Pall. videndum an non fuerit, *empirici iis notiora &c.* Gruter.

61. *Ut patefacta & detecta mutentur.*] Volumen S. Victoris, *dejecta*, quod mihi placet, licet maluerit Gulielmius reformari in *disjecta*. hactenus recepta vox ineptiſſima eſt. *Idem.*

62. *Nonne etiam dicitis, eſſe è regione &c.*] Nonius, qui profert hunc locum, ubi exponit *è regione*, ſatis confirmat, quæ verba hîc supereſſe Lambinus putat, ea eſſe Ciceronis. neque ſpatium, quod hîc inane relictum ab illo eſt, relinqui debuiſſe. malo tamen, *è contraria parte terræ*, ut eſt in libris Ciceronis, quàm ut habet Nonius, *in contraria parte terræ*, ut ſit eâdem formulâ dictum, quâ *è regione*, ſitque ἐπεξήγησις illa, quâ tam ſæpe hic ſcriptor utitur. Antipodas autem, quos hîc deſcribit Cicero, Pythagoram ſcribit in ipſius vita Diogenis eſſe dixiſſe. & tamen idem ait Platonem primum ἀντίποδας appellaſſe. quos æque audacter appellat in Gloſſis veteribus, *adverſipedes*, quidam poëta Latinus. Doctiſſimus Alexander, qui vixit Septimii Severi tempore, fuitque ejus imperatoris familiaris, auctor eſt in commentariis in lib. I. Μετεωρολογικῶν Ariſtotelis, ne ſua quidem ætate

63 è regione nobis, è contraria parte terræ, 64 qui adverſis veſtigiis ſtent contra noſtra veſtigia, quos Antipodas vocatis? cur mihi magis [i] ſuccenſetis, qui iſta non aſpernor, quàm eis, qui, cùm audiunt, deſipere vos arbitrantur? 65 Nicetas Syracuſius, ut ait Theophraſtus, cælum, ſolem, lunam, ſtellas, ſupera denique omnia, ſtare cenſet: neque præter terram rem ullam in mundo moveri: quæ cùm circum axem ſe ſumma celeritate convertat & torqueat, eadem effici omnia, [k] quaſi ſtante terra cælum moveretur. atque hoc etiam Platonem in Timæo dicere quidam arbitrantur, ſed paullo ob-

i ſuſcenſetis *MS.*

k quæ ſi *alii.*

an eſſent ulli antipodes, potuiſſe ſciri, ſed doctos homines eos eſſe, è ratione cœli conjeciſſe. hic Ciceronis Academicus ait eſſe, qui cùm de illis diſputantes audiunt Stoicos, deſipere eos arbitrentur. Plutarchus in libro, qui eſt Περὶ τȣ̃ ἐμφαινομένȣ προσώπȣ τῷ κύκλῳ τῆς σελήνης. Pharnacem pronunciare facit, quæ de illis dicantur, portenta eſſe. ea Lucretius irridet lib. I. Geographus nobilis dubitare ſe dicit, an ſint ulli, Pomponius Mela. quid ille homo non fuerit auſus, qui nuper in Auguſtinum, quantum virum in omni genere doctrinæ, non ſolum in Theologicis! auſus eſt invehi, quod homo Theologus in re & ſententia geographica illos auctores ſecutus eſſet. quaſi fuerit illius divinare potius, quid noſtri homines, quorum navigationibus hiſtoriam illarum regionum haberemus, tam multis ſeculis poſt de his eſſent narraturi. *P. Faber.*

63. *E regione nobis, è contraria parte terra &c.*] Pal. ſec. *in regione*, adeo ut dubites, ſpurium ſitne potius, *è regione nobis*, an *è contraria parte terra*; licet ultimum proſcripſerit pro tali Lambinus. *Gruter.*

64. *Qui adverſis veſtigiis ſtent contra noſtra veſtigia.*] Diogenes in Pythagora: Εἶναι δὲ καὶ Ἀντίποδας, καὶ τὰ ἡμῖν κάτω, ἐκείνοις ἄνω. *Urſin.*

65. *Nicetas Syracuſius.*] *Hicetas* legendum putat Octavianus Ferrarius, ſingularis & doctrinæ & probitatis homo, ex Diogene in Philolai Crotonienſis vita, qui ait, Hicetam Syracuſium primum ſenſiſſe, terram in orbem circumferri. Plutarchus quoque lib. III. Περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις, Ἱκέτην, nominat; ſed mendoſè, priore nominis ſyllaba, per errorem librarii, mendoſe ſcripta. Euſebius lib. XV. Εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς, Plutarchi locum fere totum mutans, Γκάιτην dicit. qui eſt emendandus. Poteſt autem dici & *Hicetas*, quomodo apud Diogenem; & *Hicetes*, quomodo apud Plutarchum, & Doricæ linguæ uſu. *A. Manut.*
Hicetas.] Ita duo codd. ſcripti, quos Gulielmius citat, quomodo emendandum putabat Octavius Ferrarius apud P. Manutium, Adr. Turnebus lib. XVI. Adverſ. cap. 18. Muretus lib. XI. Var. Lect. cap. 14. Pal. ſecun. huic ſcripturæ alludit, in quo *Hec. etas.* vulg. *Nicetas.* Gruter.

66. *Ego*

ſcuriùs. Quid tu, Epicure? loquere. putas ſolem
e tantulum? [66] Ego ne vobis quidem tantum. ſed &
s ab illo irridemini: & ipſi illum viciſſim eluditis.
ber igitur à tali irriſione Socrates, liber Ariſto Chius,
i nihil iſtorum ſciri putat poſſe.

Sed redeo ad animum & corpus. Satisne tandem 124
nota ſunt nobis, quæ nervorum natura ſit, quæ ve-
rum? tenemusne quid animus ſit? ubi ſit, denique,
ıe, [1] aut, ut Dicæarcho viſum eſt, ne ſit quidem [1] an, ut
us? ſi eſt: tresne partes habeat, ut Platoni placuit, *Lamb.*
ionis, iræ, cupiditatis: an ſimplex unusque ſit?
ſimplex, utrùm ſit ignis, an anima, an ſanguis? an,
Xenocrates, mens nullo corpore? quod intelligi,
ale ſit, vix poteſt. &, quidquid eſt, mortale ſit, an P. B.
ernum? [67] nam utraque in parte multa dicuntur.

XL. HORUM aliquid veſtro ſapienti certum videtur:
ſtro, ne quid maximè quidem probabile ſit, occur-
. ita ſunt in plerisque contrariarum rationum paria
omenta.

Sin agis verecundiùs & me accuſas, non quòd tuis 125
ionibus non aſſentiar, ſed quòd nullis: vincam ani-
um: cuique aſſentiar, deligam. quem potiſſimùm?
em? Democritum? ſemper enim (ut ſcitis) ſtudioſus
bilitatis fui. Urgebor jam omnium veſtrûm convicio.
une aut inane quidquam putes èſſe, cùm ita comple-
& conferta ſint omnia, [68] ut & quod movebitur
rporum cedat, & quà quidque ceſſerit, aliud illico
ſequatur? aut atomos ullas, è quibus quidquid effi-
cia-

66. *Ego ne vobis quidem tantum.*] Sic Pall. neque diſſentit S. Vi-
oris, quàm quod is, *ne vos.* Lambinus refragantibus mſſ. finxit
bis; *Egone? ne bis quidem tantum &c.* tanquam Epicurus hæc lo-
atur; planè contra mentem & rationem orationis, ſi modò
idquam heic percipio. *Grut.*

67. *Nam utraque in parte multa dicuntur.*] Bene correxit Lambi-
s, ſic enim ſolet exprimere Ciceró, quod Plato in Phædro ἐπ'
ἀμφότερα dixit. Ipſe in Oratore *in contrarias partes* hoc dicit.
rumque ut alii, ſic Chryſippus εἰς ἑκάτερον λέγειν, & εἰς τὰ ναν-
α λέγειν, ex conſuetudine Academicorum dixit apud Plutarchum
libro de Stoicorum repugnantiis. *P. Faber.*

68. *Ut & quod movebitur &c.*] Nihil juvant mſſ. noſtri; niſi quod
tegant Lambini conjectandi artem ineptiſſimam. quippe omnia
bent vulgatis ſimilia, niſi quod Pal. ſecun. & S. Victoris non
noſcant particulam &. Gruter.

 69. So-

ciatur, illarum ſit diſſimillimum? aut ſine aliqua mente rem ullam effici poſſe præclaram? &, cùm in uno mundo ornatus hic tam ſit mirabilis, innumerabiles, ſuprà, infra, dextra, ſiniſtra, antè, pòſt, alios diſſimiles, alios ejusdemmodi mundos eſſe? &, ut nos nunc [m] ſimus ad Baulos Puteolosque [n] videamus; ſic innumerabiles paribus in locis eſſe, eisdem nominibus, honoribus, rebus geſtis, ingeniis, formis, ætatibus, eisdem de rebus diſputantes? &, ſi nunc, aut ſi etiam dormientes aliquid animo videre videamur, imagines extrin-
126 ſecus in animos noſtros per corpus irrumpere? Tu verò [o] iſta ne aſciveris, neve fueris commenticiis rebus aſſenſus. nihil ſentire eſt melius quàm tam [p] prava ſentire. Non ergo id agitur, ut aliquid aſſenſu meo comprobem. quæ tu vide, ne impudenter etiam poſtules, non ſolùm arroganter, præſertim cùm iſta tua mihi ne probabilia quidem videantur. nec enim divinationem, quam probatis, ullam eſſe arbitror: fatumque
P. XXXII. illud etiam, quo omnia contineri dicitis, contemno. ne exædificatum quidem hunc mundum divino conſilio exiſtimo. atque haud ſcio, an ita ſit.

m ſumus *alii.*
n videmus *alii.*
o ne iſta *MS.*
p parva *ed. pr.*

XLI. Sed cur rapior in invidiam? licetne per vos neſcire, quod neſcio? an Stoicis ipſis inter ſe diſceptare, mihi cum iis non licebit? Zenoni & reliquis ferè Stoicis æther videtur ſummus deus, mente præditus, qua omnia regantur. Cleanthes, qui quaſi majorum eſt gentium Stoicus, Zenonis auditor, Solem dominari & rerum potiri putat. itaque cogimur diſſenſione ſapientum dominum noſtrum ignorare: quippe qui neſciamus, Soli an Ætheri ſerviamus. 69 Solis autem ma-

69. *Solis autem magnitudo &c.*] Non auſim hìc addere, ut P. Manutius olim, cujus conjecturam certam eſſe Lambinus putat, hæc tria verba, *quam obſcura eſt.* cum præſertim ne illa quidem acceſſione facta conſtent cetera. Hoc ſpero me, cùm à libris Urſini veteribus, & à Badio olim impreſſis, & a Victorianis ſumſero, *vos ergo*, pro hoc, *vos vero*, tum a libris Badianis eisdem *huic*, pro *hinc*; a me autem hæc tria verba, *hoc permenſi refertis*, additiria eſſe atque explicationem horum trium; *huic veſtra menſura* facturum, ut locus omnis plane emendatus ſit. ſic igitur legam atque diſtinguam: *Solis autem magnitudo (ipſe enim hic radiatus me intueri videtur ac monet, ut crebro faciam mentionem ſui) vos ergo hujus magnitudinem quaſi decempeda, huic enim me quaſi malus architectus menſura veſtra nego ego credere. Dubium eſt uter noſtrûm*

magnitudo (ipſe enim hic radiatus me intueri videtur) admonet, ut crebrò faciam mentionem ſui. 70 Vos ergo hujus magnitudinem 71 quaſi decempeda (hinc enim me quaſi

ſtrûm ſit, leviter ut dicam, verecundior? *Vos* cum dicit, Poſidonium ex omnibus Stoicis puto ſignificari maxime, qui & ſummus Mathematicus fuit, & de illius & Eratoſthenis menſuris ſolis Macrobius in Somnium Scipionis ſcribit hæc: *Eratoſthenes in libris Dimenſionum ſic ait. Menſura terræ, ſepties & vicies multiplicata, menſuram ſolis efficit.* Poſidonius dicit multo multoque ſæpius ſolis ſpatium efficere. jam vox ergo poſt longam parentheſim hic eſt commodiſſima. deinde quaſi decempeda, etſi præciſe, non ideo tamen minus commodè dicitur. dicatur plenius equidem, ſi ſint illa addita *permenſi refertis*, ſed nec pronomen hoc illis additum ferri hîc poteſt, & illa duo ferri alioqui ut poſſint certe in loco addita non ſunt. Tum particula *enim* poſt pronomen, huic affirmantis, adverbium eſt, ut in multis exemplis eam vim ejus eſſe, antea demonſtratum eſt. Poſtremò addit, ſe quaſi malum architectum ei menſuræ non credere. *architectum* dicit, ut dixerat *decempeda*, qua menſura architecti multum ſolerent uti. In orat. pro Milone conjunxit: *Qui*, inquit, *cum architectis & decempedis villas multorum hortosque peragrabat.* *Malum* vero dicit, ut alibi *malum poëtam*, ut Homerus κακὸς ἡνιόχους, id eſt, ἀτέχνους, ἀνεπιστήμονας, ut contra *bonus gubernator* ſupra dictus eſt in hoc libro, & *ſutor bonus* ab Horatio. is cur etiam σοφὸς dicatur a Græcis, docet Ariſtoteles ad Nicomachum lib. VI. & dixerat Plato Theæteto ἅπερ ἐπιστήμων ταῦτα καὶ σοφοί. Itaque *malum architectum*, id eſt imperitum, ſe dicit, ut Socrates de ſe detrahere ſolitus eſt, ut minus mirum ſit, ſi menſuris ac rationibus ejusmodi non ſit crediturus. *P. Manut.*

70. *Vos vero hujus magnitudinem.*] Magis placet ut eſt in libris manuſcriptis, *vos ergo ejus magnitudinem.* Urſin. *Vos ergo hujus magnitudinem, quaſi decempeda (hinc.*] Lambinus arripuit debilem conjecturam P. Manutii; quam admirabilem indigitat Brutus. ſed malo ſanè lectionem hanc vulgatam, noſtrâ interpunctione. Mutavi ſolummodo *verò* in *ergo*, volentibus Pall. & editione Victoriana. quod ſi tollitur *hinc*, reſultat ſenſus meo animo egregius. *Gruter.*

71. *Quaſi decempeda permenſi refertis &c.*] Manutii conjecturam, quæ mihi ita certe videtur, ut pro vera ſcriptura, corruptis exemplaribus, habenda ſit, ſequi non dubitavi, paucis quibusdam exceptis, in quibus ab ea non ita longe diſceſſi, præſertim cum hîc nihil fere præter ordo immutetur. ego tamen putarim hæc verba, *quaſi malis architectis*, quæ ſunt in omnibus libris, non eſſe Ciceronis, ſed aliunde in contextum orationis illata: aut ſic legendum, *quaſi mali ſitis architecti.* quamquam, quomodo ego edidi, *quaſi malis architectis*, aptè cohæret cum provocabulo, *vobis*, ſine quo ſtare non poteſt. Præterea ex voce, *ergo*, facio, *ego*: ut a voce *dubium* proficiſcatur principium novæ orationis. *Lambinus.*

72. *Eryl-*

quaſi malis architectis menſuræ veſtræ nego I
menſi refertis. ergo credere dubium eſt, uter
ſit, leviter ut dicam, verecundior?

127 Neque tamen iſtas quæſtiones phyſicorum
nandas puto. eſt enim animorum ingenioru
turale quoddam quaſi pabulum conſideratio
platioque naturæ: erigimur; [q] latiores fieri v
humana deſpicimus: cogitanteſque ſupera at
leſtia, hæc noſtra, ut exigua & minima, c
mus. indagatio ipſa rerum tum maximarum, tu
occultiſſimarum, habet oblectationem. ſi veri
occurret, quod veriſimile videatur, humaniſſi
pletur animus voluptate.

q elatiores alii. altiores MS.

128 Quæret igitur hæc & veſter ſapiens & hic no
veſter, ut aſſentiatur, credat, affirmet. noſte
reatur temerè opinari; præclaréque agi ſecum
in ejuſmodi rebus, veriſimile quod ſit, invene
niamus nunc ad bonorum malorumque notio
P. B. paullulum antè dicendum eſt. non mihi viden
ſiderare, cùm [r] phyſici iſta valde affirmant, earu
rerum auctoritatem, ſi quæ illuſtriores videantu
tere. non enim magis aſſentiuntur, neque a
lucere nunc quàm, cùm cornix cecinerit, tu
eam aut jubere, aut vetare: nec magis affir
ſignum illud, ſi erunt menſi, ſex pedum eſſe
ſolem, quem metiri non poſſunt, plus quàm
ginti partibus majorem eſſe quàm terram. Ex
concluſio naſcitur: ſi, ſol quantus ſit, percipi
teſt, qui ceteras res eodem modo, quo magn
ſolis, approbat, is eas res non percipit. magni
tem ſolis percipi non poteſt. qui igitur approb
percipiat, nullam rem percipit. Reſponderin
percipi quantus ſol ſit. non repugnabo, di
eodem pacto cetera percipi comprehendiqu
nec enim poſſunt dicere, aliud alio magis
comprehendi: quoniam omnium rerum una eſt
comprehendendi.

r phyſica alii.

129 XLII. SED, QUOD cœperam: Quid hab
rebus bonis & malis explorati? nempe fines co
di ſunt, ad quos & bonorum & malorum ſum
ratur. Qua de re eſt igitur inter ſummos vir
diſſenſio? [s] & omitto illa, quæ relicta jam vid

s & deeſt in multis.

[72] Herillum, qui in cognitione & ſcientia ſummum
onum ponit. qui cùm Zenonis auditor eſſet, vides
uantum ab eo diſſenſerit, & quàm non multum à Pla-
one Megarici. quorum fuit nobilis diſciplina, cujus,
it ſcriptum video, princeps Xenophanes, quem modò
iominavi: deinde eum ſecuti, Parmenides & Zeno:
taque ab his [73] Eleatici philoſophi nominabantur. pòſt
Euclides, Socratis diſcipulus, Megareus: à quo iidem
lli Megarici dicti: qui id bonum ſolum eſſe dicebant,
juod eſſet unum, & ſimile, & idem ſemper. hi quo- P. XXXIII.
que multa à Platone. A Menedemo autem, quòd is
Eretrias fuit, Eretriaci appellati: quorum omne bonum [t] *alii* Ere-
n mente poſitum & mentis acie, qua verum cernere- trius *aut*
tur. Illis ſimilia, ſed, opinor, explicata uberiùs & or- Eretricus.
natiùs.

Hos ſi contemnimus & jam [v] abjectos putamus; il- 130
os certè minùs deſpicere debemus, Ariſtonem, qui, [v] arectos
cùm Zenonis fuiſſet auditor, re probavit ea, quæ ille *Lamb.*
verbis, nihil eſſe bonum, niſi virtutem; neque malum,
niſi quod virtuti eſſet contrarium: in mediis ea momen-
ta, quæ Zeno voluit, nulla eſſe cenſuit. Huic ſum-
mum bonum eſt, in his rebus neutram in partem mo-
veri: quæ ἀδιαφορία ab ipſo dicitur. Pyrrho autem,
ea ne ſentire quidem ſapientem: [74] quæ ἀπαθῆ nominan-
tur. Has igitur tot ſententias ut omittamus, hæc nunc
vi-

72. *Eryllum, qui in cognitione, &c.*] Facit & alibi hujus Philoſophi mentionem, cujus & exploſam ſententiam dicit. Nihil enim explicare videbatur: Quippe qui ne eſſe quidem certum finem illum interdum docere vellet, ſed tempore mutari, quemadmodum nunc de hoc ære Alexandri ſtatua fieri, mox alterius ſimilitudo exprimi poſſet. Scribendum autem puto, *Erylum*, ut *Hedylum* & *Cratylum.* patriâ fuit Carthaginienſis, auditor Zenonis. ſed paullò poſt *Megarici* & *Eretricus*, id eſt Ἐρετριεὺς, legendum, non *Megari*, neque *Eretrias.* Camerar.

73. *Eleatici Philoſophi.*] Hæc jam eſt quaſi recepta lectio, ſed cui vitam dedit P. Victorius lib. x. Var. Lect. cap. 17. antea excudebatur *Eretriaci*, neque aliter triga mſſ. noſtrorum. Gruter.

74. *Quæ ἀπαθῆ nominantur.*] Α’πάθεια, quod legiſſe teſtatur in libro ſcripto Lambinus, rectum eſt. Atque in hoc conveniebat Pyrrhoni cum Stoicis, qui, ut illud uſurparint, ſatis docet unus Gellius lib. XII. cap. 10. Hoc tamen inter illos differebat, quod Pyrrho hunc bonorum finem eſſe volebat. Stoici non item, de quo Pyrrhonis fine pluribus differunt in Pyrrhone Diogenes & Sextus. *P. Faber.*

75. *Et*

videamus, quæ diu multumque defenſa ſunt.

131 Alii voluptatem finem eſſe voluerunt: quorum pri ceps Ariſtippus, qui Socratem audierat; unde Cyre ci. pòſt Epicurus:. cujus eſt diſciplina nunc notior: que tamen cum Cyrenaicis de ipſa voluptate conſenti voluptatem autem & honeſtatem finem eſſe Callip cenſuit; vacare omni moleſtia Hieronymus: hoc id cum honeſtate Diodorus. ambo hi Peripatetici. Ho neſtè autem vivere, fruentem rebus iis, quas prim homini natura conciliet, & vetus Academia cenſuit, indicant ſcripta Polemonis, quem Antiochus probat ma ximè [75] & Ariſtoteles: ejusque amici nunc proxim videntur accedere. Introducebat etiam Carneades, no x quò probaret, ſed ut opponeret Stoicis, ſummum bo num eſſe, frui iis rebus, quas primas natura concilia viſſet. Honeſtum autem, quod ducatur à conciliatione naturæ, Zeno ſtatuit finem eſſe bonorum: qui inventor & princeps Stoicorum fuit.

x quod *alii.*

P. B.

132 XLIII. JAM ILLUD perſpicuum eſt, omnibus iis finibus bonorum, quos expoſui, malorum fines eſſe contrarios. Ad vos nunc refero, quem ſequar? modò ne quis illud tam ineruditum abſurdumque reſpondeat: Quemlibet, modò aliquem. Nihil poteſt dici inconſideratius. Cupio ſequi Stoicos. licetne? omitto per ipſum Ariſtotelem, meo judicio in philoſophia propè ſingularem: per ipſum Antiochum, qui appellabatur Academicus: erat quidem, ſi perpauca mutaviſſet, [76] germaniſſimus Stoicis. erit igitur res jam in diſcrimine.

75. *Et Ariſtoteles ejusque amici nunc proxime videntur accedere.*] Scribe *huc* pro *nunc*: ita enim ex codicibus manuſcriptis correxit in ſuo libro vir doctiſſimus Joannes Scala. *Urſin.*

76. *Germaniſſimus Stoicis.*] *Graviſſ. Stoicus* aliqui. Sed *Germaniſſ. Stoicus* verum eſt, id eſt, γνήσιος ἐν τοῖς μάλιστα *Camerar.* *Germaniſſimus Stoicus.*] Budæus *Stoicis* legit atque explicat in commentariis linguæ Græcæ; & ſic fere omnes habent impreſſi libri, quos vidi. Puto hoc tribuiſſe plures tanti viri auctoritati, quem *Stoicus* legendum eſſe admonere debuit ipſe Cicero, cùm hoc idem repeteret atque interpretaretur infra ſic, *Ille noſter eſt plane, ut ſupra dixi, Stoicus, perpauca balbutiens.* Non igitur *Germanus* eſt hic, ut vir ſummus, dum præ ſtudio non ſatis attendit, interpretatur, ἀδελφὸς, id eſt *ſimilis*, ſed γνήσιος, id eſt *verus*, ut ſic *germaniſſimus Stoicus* non ſimilis aut ſimillimus Stoicis, ſed verus &, ut dicitur, purus Stoicus, atque, ut Cicero explicat, plane Stoi-

ie. nam aut y Stoicus conſtituatur ſapiens, aut veteris Academiæ. utrumque non poteſt. eſt enim inter eos non de terminis, ſed de tota poſſeſſione contentio. nam omnis ratio vitæ definitione ſummi boni continetur: de qua qui diſſident, de omni ratione vitæ diſſident. non poteſt igitur uterque eſſe ſapiens, quoniam tantopere diſſentiunt, ſed alter. ſi Polemoneus peccat Stoicus, rei falſæ aſſentiens; vos quidem nihil dicitis à ſapiente tam alienum eſſe: ſin vera ſunt Zenonis, eadem in veteres Academicos Peripateticosque dicenda. 77 Hic igitur neutri 78 aſſentiens 79 ſi numquam, uter eſt prudentior?

y Stoicum conſideratur ſap. *MS.* conſtituetur *alii.*

133 Quid, cùm ipſe Antiochus diſſentit quibusdam in rebus ab iis, quos amat, Stoicis? nonne indicat non poſſe illa z probanda eſſe ſapienti? Placet Stoicis, omnia peccata eſſe paria. at hoc Antiocho vehementiſſimè diſplicet. liceat tandem mihi conſiderare, utram ſententiam ſequar. 80 Præcide, inquit: ſtatue aliquando quidlibet. quid?

z probabilia *Manut.*

Stoicus. Huc, ſi quis velit, adjungat, quod ait Sextus de hoc Antiocho dici ſolitum à Græcis; in Academia eum Stoica philoſophari. In qua ſignificatione legiſti lib. II. de Officiis: *Sed nos veri juris germanaque juſtitiæ ſolidam atque expreſſam effigiem nullam habemus.* & ſic utitur in locis aliis pæne infinitis. *P. Faber.*

77. *Hic igitur neutri aſſentiens, ſi nunquam uter eſt prudentior?*] Hic nihil pæne addendum aut detrahendum cenſeo. tantùm litteram *s* cenſeo male eſſe repetitam, ex fine participii *aſſentiens*, ut *i* adjectam illi *e* ſimili ductu litteræ ſequentis. Ergo ſic ſcriptum hic fuiſſe non dubitem. *Hic igitur neutri aſſentiens numquam uter eſt prudentior? uter* erit ſimplex pro compoſito *uterque*, aut uterius, non aliter ac citat ex edicto Prætoris Verris in lib. I. Accuſationis: *Inter aratorem & decumanum ſi uter velit edicit ſe recuperatores daturum.* & paulo poſt: *Si uter volet, recuperatores dabo.* Et paulo etiam poſt. ſed utrum ita ſcripſit, *ſi uter volet*, an, *ſi decumanus volet?* Quare in Pandectis illis Florentinis, quod ſcriptum eſt ex Paulo in titulo de Divortiis & Repudiis: *Dirimitur matrimonium divortio, morte, captivitate, vel alia contingente ſervitute utrius eorum,* nihil eſt quod homines docti rejiciant. *P. Faber.*

78. *Aſſentiens ſi nunquam, uter eſt prudentior?*] Nihil juvant noſtri, niſi quatenus ſec. habet *diſſentientes*; & *uter*, ſcriptum *ut* cum virgula ſuperjacente. P. Manutius conjicit, *aſſentietis. ſin utrique, uter &c.* nam Lambini hariolatio, interponentis tres quatuor voces, prorſus miſeranda eſt. *Gruter.*

79. *Si unquam uter ſit ſapiens &c.*] Multa hîc erant a ſcriptore librario properante atque aliud agente prætermiſſa, quæ ego ex ſenſu Ciceronis & ſententia hujus loci reſtitui, non ſine ope codicum manuſcriptorum. *Lambinus.*

80. *Præcide, inquit.*] Pal. pr. *prei de inquit.* ſec. *præcide quidlibet. quid?*

quid? quæ dicuntur quidem & acuta mihi vi
a ſed nonne *Lamb.* utramque partem, & paria; [a] nonne caveam,
faciam? ſcelus enim dicebas eſſe, Luculle, de
dere. contineo igitur me, ne incognito aſſenti
P. XXXIV. mihi tecum eſt dogma commune.

134 Ecce multo major etiam diſſenſio. Zeno in
tute poſitam beatam vitam putat. Quid Ar
Etiam, inquit: beatam, ſed non beatiſſima
ille, qui nihil cenſuit deeſſe virtuti: homunci
multa putat præter virtutem homini partim c
partim etiam neceſſaria. Sed ille vereor ne v
tribuat quàm natura patiatur, præſertim Th
b contra diſ. *Lamb.* multa [b] diſertè copioſéque dicente. & hic n
vix ſibi conſtet: qui cùm dicat eſſe quædam
ris & fortunæ mala, tamen eum, qui in hi
c tum *alii.* ſit, beatum fore cenſet, ſi ſapiens ſit. Diſtrah
hoc mihi probabilius, tum illud videtur: & t
alterutrum ſit, virtutem jacere planè puto.

135 his diſcrepant. [d] Quid illud? in quibus co
d Quid? illa in *Lamb.* num pro veris probare poſſumus? Sapienti
numquam nec cupiditate moveri, nec lætitiâ

XLIV. AGE, HÆC probabilia ſanè ſint: i
illa? numquam timere, numquam dolere.
non timeat? [81] nec, ſi patria deleatur, non d
tis durum: ſed Zenoni neceſſarium: cui, pra
ſtum, nihil eſt in bonis: tibi verò, Antioche
cui, præter honeſtatem, multa bona: præte
dinem, multa mala videntur: quæ & venien
ſapiens neceſſe eſt, & veniſſe doleat. Se
quando iſta fuerint ab Academia vetere decret
mum ſapientis commoveri & conturbari:
mediocritates illi probabant, & in omni p
naturalem volebant eſſe quendam modum.
omnes Crantoris, veteris Academici, de luctu
non magnus, verùm aureolus, &, ut Tuber

quid? quæ dicuntur &c. Pal. ſec. *quidlibet: quæque dicu*
ſan melius. *Gruter.* An non *decide?* Gronov.

81. *Nec ſi patria deleatur, non doleat.*] Grammatic
rum eſt duas negationes affirmare in lingua Latina.
verum non eſſe, docuit etiam Nonius ex Varrone. & B
in ſuis Commentariis linguæ Græcæ exemplis è Cicer
quibus addi poſſunt alia, quare nihil hic muto. *P. Fa*

tius præcipit, ad verbum ediſcendus libellus. Atque illi quidem etiam utiliter à natura dicebant permotiones P. B.
iſtas animis noſtris datas: metum cavendi cauſâ: miſericordiam ægritudinemque clementiæ: ipſam iracundiam fortitudinis quaſi cotem eſſe dicebant: rectè, ſecusne, aliàs viderimus. atrocitas quidem iſta tua quo modo in veterem Academiam irruperit neſcio.

Illa verò ferre non poſſum, non quò mihi diſpliceant: 136
ſunt enim Socratica pleraque mirabilia Stoicorum, quæ παράδοξα nominantur: ſed ubi Xenocrates, ubi [e] Ariſtoteles iſta tetigit? hos enim quaſi eoſdem eſſe vultis. illi umquam dicerent, ſapientes ſolos reges? ſolos divites? ſolos formoſos? omnia, quæ ubique eſſent, ſapientis eſſe? neminem conſulem, prætorem, imperatorem, neſcio an ne quinquevirum quidem quemquam, niſi ſapientem: poſtremò, ſolum civem, ſolum liberum? inſipientes omnes, peregrinos, exſules, ſervos, furioſos? denique ſcripta Lycurgi, Solonis, duodecim tabulas noſtras, non eſſe leges? [f] ne urbes denique aut civitates, niſi quæ eſſent ſapientium? Hæc tibi, Lucul-
137 le, ſi es aſſenſus Antiocho, familiari tuo, tam ſunt defendenda quàm mœnia: mihi autem, bono modo, tantum, quantum videbitur.

XLV. LEGI apud Clitomachum, cùm Carneades & Stoicus Diogenes ad ſenatum in Capitolio ſtarent, A. Albinum, qui tum, P. Scipione & M. Marcello coſſ. prætor eſſet, eum, qui cum avo tuo, Luculle, conſul fuit, doctum ſanè hominem, ut indicat ipſius hiſtoria, ſcripta Græcè, jocantem dixiſſe Carneadi: ego tibi, Carneade, prætor eſſe non videor, quia ſapiens non ſum: [g] nec hæc urbs, [h] nec in ea civitas. Tum ille, huic Stoico non videris. [82] Ariſtoteles, aut Xenocrates, quos Antiochus ſequi volebat, non dubitaviſſet, quin

[e] alii Socrates *malè*.
[f] nec *Lamb.*
[g] ne *MS.*
[h] ne *id. MS.*

82. *Sed ubi Socrates, ubi Ariſtoteles iſta tetigit.*] Nullo modo *Socrates* legi poteſt, adverſatur enim ei, quod paulò ſupra dixit, *Non quòd mihi diſpliceant, ſunt enim Socratica pleraque.* Nihil autem Socratem ſcriptum reliquiſſe quis neſcit? Quare cum antiquis libris *Xenocrates* legendum eſt: hi enim duo Platonicæ diſciplinæ vicarii exſtiterunt. Academici ab hoc, ab Ariſtotele Peripatetici cognominati ſunt. Aperit adhuc magis hoc, quod inquit: *Hos enim quaſi eoſdem eſſe vultis: nam illos ex eodem fonte ortos leviter inter ſe diſſentientes multi idem re ſentire exiſtimabant.* Cicero in hoc libro de Platone loquens, *Alter quia reliquit perfectiſſimam* dis-

142 Venio enim jam ad tertiam partem philoſophiæ
o putat *Lamb.* aliud judicium Protagoræ eſt, qui o putet id cuique ve-
rum eſſe, quod cuique videatur: aliud Cyrenaicorum,
qui præter permotiones intimas nihil putant eſſe judi-
cii: aliud Epicuri, qui omne judicium in ſenſibus, &
in rerum notitiis, & in voluptate conſtituit. Plato au-
P. XXXVI. tem omne judicium veritatis veritatemque ipſam ab-
ductam ab opinionibus & à ſenſibus cogitationis ipſiu
143 & mentis eſſe voluit. Numquid horum probat noſte
Antiochus? ille verò ne majorum quidem ſuorum. ub
enim aut Xenocratem ſequitur, cujus libri ſunt de ra
tione loquendi multi & multùm probati? aut ipſum
Ariſtotelem, quo profectò nihil eſt acutius, nihil poli
tius? à Chryſippo pedem numquam.

XLVII. QUI ERGO Academici appellamur? an
abutimur gloria nominis? aut cur cogimur eos ſequi
qui inter ſe diſſident? In hoc ipſo, quod in elementi
dialectici docent, quo modo judicare oporteat, verun
falſumne ſit, ſi quid ita connexum eſt, ut hoc: S
dies eſt, lucet: quanta contentio eſt? aliter Diodoto
aliter Philoni, Chryſippo aliter placet. Quid? cun
Cleanthe, doctore ſuo, quàm multis rebus Chryſippu
diſſidet? quid? duo vel principes dialecticorum, Anti
p Archidamus *alii.* pater & p Archidemus, opinioſiſſimi homines, non
ne multis in rebus diſſentiunt?

144 Quid me igitur, Luculle, in invidiam & tamquan
in concionem vocas? & quidem, ut ſeditioſi tribuni ſo
lent, occludi tabernas jubes? quò enim ſpectat illud
cùm artificia tolli quereris à nobis, niſi ut opifices con
citentur? qui ſi undique omnes convenerint, facil
contra vos incitabuntur. expromam primùm illa inv
dioſa, quòd eos omnes, qui in concione ſtabunt, ex
ſules, ſervos, inſanos eſſe dicatis: deinde ad illa ve
niam, quæ jam non ad multitudinem, ſed ad vosme
ipſos, qui adeſtis, pertinent. negat enim vos Zeno
negat Antiochus ſcire quidquam. quo modo? inquie
nos enim defendimus, etiam inſipientem multa con
prehendere.

145 At ſcire negatis quemquam rem ullam, niſi ſapie
ſem. & hoc quidem Zeno geſtu conficiebat. nam
P. B. cùm q extenſis digitis adverſam manum oſtenderat, v
q extentis *alii.* ſum, inquiebat, hujuſmodi eſt. deinde, cùm paullù
c

digitos conſtrinxerat, aſſenſus hujuſmodi. tum cùm
planè compreſſerat pugnumque fecerat, comprehen-
ſionem illam eſſe dicebat. qua ex ſimilitudine etiam
nomen ei rei, quod antè non fuerat, κατάληψιν im-
poſuit. cùm autem lævam manum [r] admoverat, & il- *r pugno adm. conj. Lamb.*
lum pugnum [s] arctè vehementerque compreſſerat,
ſcientiam talem eſſe dicebat: cujus compotem, niſi ſa- *s arte MS.*
pientem, eſſe neminem. Sed, qui ſapiens ſit, aut fue-
rit, ne ipſi quidem ſolent dicere.

Ita tu nunc, Catule, lucere neſcis; nec tu, Horten- 146
ſi, in tua villa nos eſſe. [87] Num minus hæc invidioſè
dicuntur? nec tamen nimis eleganter: illa ſubtiliùs. Sed,
quo modo tu, ſi nihil comprehendi poſſet, artificia
concidere dicebas, neque mihi dabas, id quod proba-
bile eſſet, ſatis magnam vim habere ad artes: ſic ego
nunc tibi refero, artem ſine ſcientia eſſe non poſſe. An
pateretur hoc [t] Zeuxis, aut Phidias, aut Polycletus, *t Zeuſis alii.*
nihil ſe ſcire, cùm in his eſſet tanta ſolertia? quòd ſi
eos docuiſſet aliquis, quam vim habere diceretur ſcien-
tia, deſinerent iraſci: ne nobis quidem [v] ſuccenſerent, *v ſuſcenſerunt MS.*
cùm didiciſſent id tollere nos, quod nuſquam eſſet; quod
autem ſatis eſſet ipſis, relinquere. quam rationem
majorum etiam comprobat diligentia: qui primùm jura-
re ex ſui animi ſententia quemque voluerunt: deinde
ita teneri, ſi ſciens falleret, quòd inſcientia multa ver-
ſaretur in vita: tum, qui teſtimonium diceret, ut arbi-
trari ſe diceret, etiam quod ipſe vidiſſet: quæque jurati
judices cognoviſſent, [88] ut ea non eſſe facta, ſed ut vi-
deri pronuntiarent.

XLVIII. VERÙM, quoniam non ſolùm nauta ſigni- 147
ficat, ſed etiam Favonius ipſe inſuſurrat, [89] navigandi
no-

87. *Num minus hac invidioſè dicuntur? nec tamen nimis eleganter.*] Sic Victorii editio, item Pall. ferè & exemplar S. Victoris. neque abiit Lambinus, quàm quod is *tamen minus.* vulgata: *Num nimis hæc inv. dicuntur. hæc tamen minus eleg.* nam aliter habent & Camerarius, & Sturmius. *Grut.*

88. *Ut ea non eſſe facta, ſed ut videri pronuntiarent.*] Sic nunc ferè vulgatur. verùm Aldus avus Victoriusque ediderant, *ut eſſent facta, ſed ut vid. pronuntiarentur*; quomodo fere etiam mſſ. noſtri; & videtur revocandum, certe ultimum illud *pronuntiarentur.* S. Victoris exemplar præferebat, *ut ea non ut eſſent facta, ſed ut videri pronuntiaretur.* Idem.

89. *Navigandi nobis, Luculle, tempus eſſe.*] Pal. ſec. *tempus eſt.* unde

fit,

nobis, Luculle, tempus eſſe, & quoniam ſatis multa
P. XXXVII. dixi, eſt mihi perorandum. poſthac tamen, cùm hæc quæremus, potiùs de diſſenſionibus tantis ſummorum virorum diſſeramus. de obſcuritate naturæ deque errore tot philoſophorum, qui de bonis contrariiſque rebus tantopere diſcrepant, ut, cùm plus uno verum eſſe non poſſit, jacere neceſſe ſit tot tam nobiles diſciplinas; quàm de oculorum ſenſuumque reliquorum mendaciis, & de ſorite, aut pſeudomeno: quas plagas ipſi contra ſe Stoici texuerunt.

148 Tum Lucullus, Non moleſtè, inquit, fero, nos hæc contuliſſe. ſæpius enim congredientes nos, & maximè in Tuſculanis noſtris, ſi qua videbuntur, requiremus. Optimè, inquam. ſed quid Catulus ſentit? quid Hortenſius? Tum Catulus, Egone, inquit? ad patris revolvor ſententiam: quam quidem ille Carneadeam eſſe dicebat, ut percipi nihil putem poſſe, aſſenſurum autem non percepto, id eſt, opinaturum ſapientem exiſtimem: [90] ſed ita, ut intelligat ſe opinari, ſciatque nihil eſſe, [91] quod comprehendi & percipi [92] poſſit: [93] per ἐποχὴν illam

ſit, ut ſuſpicer proximè ſequentia; *& quoniam ſatis multa dixi, eſt mihi perorandum*, promanaſſe non à fonte Ciceronis, ſed lacunis librariorum; hoc eſt, eſſe additamentum magiſtellorum. *Grut.*

90. *Sed ita, ut intelligat ſe opinari, ſciatque.*] Hæc eſt lectio recepta. à qua abiit Victorius ediditque, *ut ſi intelligat*. & verò Pal. ſec. longius adhuc recedit à vulgatis habetque: *ſed ita, ut ſi intelligentis opinarique, ſciatque.* Idem.

91. *Quod comprehendi & percipi poſſit: &c.*] Locus, ait Urſinus, notatus corrigi poteſt, ſi pro *per* legatur *ſemper*. mihi non videtur poſſe: quorſum enim dixerit. hujus Carneadeæ ſententiæ auctor Carneades ipſe, Ἀδύνατον ἄνθρωπον ὄντα περὶ ἁπάντων ἐπέχειν, quæ ejus verba refert Numenius apud Euſebium in eo, quem ſæpe citavi, lib. XIV. Hoc valet idem ac ſi dicat nefas eſſe homini ſemper ἐποχὴν comprobare: ad quæ verba Carneadis hic Cicero ſine dubio reſpicit. Turnebus, qui lib. XVI. Adverſar. illa quoque verba recitat, contra atque Urſinus, pro *per* legit *nec*. ne hoc quidem probabile eſt. Cùm enim dicit non poſſe ἐποχὴν illum comprobare de omnibus, ſatis poſſe de quibusdam ſignificat: quare hoc dixit de Carneade ſupra, *& illud dabat aſſentiri aliquando*, hoc eſt, dicere ἐποχὴν, non comprobare aliquando, nihil amplius. quod tamen poſtea Cicero dixit ſe magis diſputatum à Carneade quàm probatum Clitomacho credere. Quæras hîc, tu igitur quid cenſes? ſane in loco ejus ſtellæ, ubi una ſyllaba *per* integra reliqua eſt, cenſeo ſcribendum, *nec ſemper*. conſtat ex his, quæ dixi, & libri impreſſi à Badio olim vide quàm prope abſint: in quibus pro

illam omnium rerum comprobans, illi alteri ſententiæ, nihil eſſe, quod percipi poſſit, vehementer aſſentior. Habeo, inquam, ſententiam tuam, nec eam admodum aſpernor. Sed tibi quid tandem videtur, Hortenſi? Tum ille ridens, x Tollendum. Teneo te, inquam. nam iſta

x Tollendam *Lamb.*

pro hoc, *nec ſemper*, eſt impreſſum, *vehementer*, ſine litura, valde leviter immutatis literis, ut non putem fore, qui quidem Ciceronis credat verbis, qui hâc ſcripturâ plenius aut verius quicquam deſideret. *P. Faber.*

92. *Poſſit: per ἐποχὴν illam &c.*] Turnebus lib. XVI. Adverſ. cap. 18. emendat: *poſſit: nec ἐποχὴν illam &c.* P. Manutius: *poſſit: quare ἐποχὴν.* Lambin. *poſſit: ἐποχὴν enim illam &c.* mſſ. noſtri nihil variant. *Gruter.*

93. *Per ἐποχὴν illam omnium rerum comprobans.*] Locus in vulgatis ſtellâ notatus corrigi poteſt, ſi pro *per*, legatur *ſemper*, ut eſt in libro manuſcripto. *Vrſin.* *Epochen enim illam &c.*] Sic nunc edendum curavi. nam olim, verborum ordinem perturbatum eſſe putans, mutaram: nunc, eodem ordine ſervato, pauciſſima muto. & primùm deleo *per*, quod inane eſt & natum ex verbo, quod antecedit, *percipi*. deinde reſtituo particulam, *enim*, quæ omiſſa fuit ab imprudente librario, propter ſimilitudinem ſyllabæ poſtremæ vocis, *epochen*, Latinè ſcriptæ. Infrà, *tollendam* repono, pro *tollendum*. Manutius ex *per* facit *quare*, quod non damno: ſed ſic, ut dixi, legi malo. *Lambinus.*

94. *Sed tibi quid tandem videtur, Hortenſi? Tum ille ridens, tollendum. Teneo te, inquam.*] Depravatius eſt hoc meo judicio quàm doctiſſimi homines exiſtimant, qui legi volunt, *tollendam*, ut ad ἐποχὴν referant. at ἐποχὴν nec Carneades tollebat; tantum dabat aliquando ſapientem aſſentiri, quod illum Cicero magis diſputaſſe quàm ſenſiſſe, ut vidiſti, exiſtimat; & Carneadis doctor, auctor hujus Academiæ, Arceſilas, ſic illam conſtituerat, ut Plutarchus ſcribat, ne illos quidem, quam multa contra ſcripſerint, ἐποχὴν movere potuiſſe: nedum Carneades moverit. Hæc ſunt illius verba in Colotem: Τὴν δὲ περὶ πάντων ἐποχὴν οὐδ' οἱ πολλὰ γραμματευσάμενοι, καὶ κατατείναντες εἰς τοῦτο συγγράμματα καὶ λόγους ἐκίνησαν. Itaque ea Academiæ propria ſententia hîc dicitur, defenditurque à Cicerone & conſtantiſſimè & accuratiſſimè. Cum is igitur *Teneo te* dicit *& iſta eſt Academiæ propria ſententia*, oſtendit ſe Hortenſium, qui initio diſputationis fuerat partium Antiochi, ad hanc ſententiam traduxiſſe. Itaque reſpondet ille ridens *tollendum*, ut *aſſenſum* videatur hic omnino deeſſe, id eſt contra quàm ſic aperte ſecum pugnantia defendere. quod ſi *tollendam* legere malimus (in quo librarii facile peccatum ſit, quia litera *u* inverſa eſt in *a*, ut deſcribitur à Terentiano littera Lambda ſimilis) certe negatio hic prætermiſſa ſit, ut in multis aliis locis eſt, vel prætermiſſa temere, vel adjecta. & ſic, *non tollendam*, videlicet ἐποχὴν, de qua omnis hæc diſputatio eſt. Hoc ſit vel facilius nihil mutatâ ſententiâ, quæ ſententia certe ita vera certaque eſt, utut in verbo peccatum ſit, ut nihil hîc apertius eſſe videatur. *P. Faber.*

iſta Academiæ eſt propria ſententia. Ita ſermone confecto, Catulus remanſit: nos ad naviculas noſtras deſcendimus.

P. XLIX. # M. TULLII CICERONIS

DE

FINIBUS BONORUM ET MALORUM

AD

B R U T U M

LIBER PRIMUS.

ARGUMENTUM.

IN prima hujus libri parte Cicero ſententiam Epicuri de ſummo bono, ſeu de voluptate, à L. Torquato, cum C. Triarius intereſſet, defenſam, acriter oppugnat: in altera vero Torquatus totam Epicuream philoſophandi rationem abunde explicat.

1 I. NON ERAM neſcius, Brute, cùm, quæ ſummis ingeniis exquiſitâque doctrinâ philoſophi Græco ſermone tractaviſſent, ea Latinis litteris [1] mandaremus, fore, ut hic noſter labor in varias reprehenſiones incurreret. nam quibusdam, & iis quidem non admodum

1. *Mandaremus.*] Ego & tu. Nam Brutus quoque in hanc exercitationem ſtudioſè incumbebat. liber ejus de Virtute cùm, alibi, tum hoc ipſo in Proœmio à Cicerone laudatur. Veteres Grammatici citant librum ejusdem de Officio, ſive περὶ καθήκοντος, ut eum vocat Seneca lib. XIV. Epiſt. Cicero autem II. Acad. *Brutus quidem*, inquit, *noſter excellens omni genere laudis, ſic philoſophiam La-*

dum indoctis, totum hoc diſplicet philoſophari. quidam autem non id [a] tam reprehendunt, ſi remiſſiùs agatur: [2] ſed tantum ſtudium tamque multam operam ponendam in eo non arbitrantur. Erunt etiam, & hi quidem eruditi Græcis litteris, contemnentes Latinas, qui ſe dicant in Græcis legendis operam malle conſumere. Poſtremò aliquos futuros ſuſpicor, qui me ad alias litteras vocent: genus hoc ſcribendi, etſi ſit elegans, perſonæ tamen & dignitatis eſſe negent.

[a] *tantum MSS. non totum. alii.*

Contra quos omnes dicendum breviter exiſtimo. 2 quamquam philoſophiæ quidem vituperatoribus ſatis reſponſum eſt [3] eo libro, quo à nobis philoſophia defenſa & [b] collaudata eſt, cùm eſſet accuſata & vituperata [4] ab Hortenſio. qui liber cùm & tibi probatus videretur, & iis, quos ego poſſe judicare arbitrarer, plura ſuſcepi, veritus ne movere hominum ſtudia viderer, retinere non poſſe. Qui autem, ſi maximè hoc placeat, moderatiùs tamen id volunt fieri, difficilem quandam temperantiam poſtulant in eo, [5] quod ſemel jam

[b] *laudata alii.*

P. B.

Latinis litteris perſequitur, nihil ut iiſdem de rebus Græca deſideres. Muret.

2. *Sed tam multum ſtudium tamque multam operam.*] Ita eſt in manuſcriptis, quamvis ad orationis magis venuſtatem pertineat, ſi ita legatur, quàm ad ſententiam. *Urſin.*

3. *Eo libro.*] Sic II. de Divinat. *Cohortati ſumus, ut maxime potuimus, ad philoſophiæ ſtudium eo libro, qui eſt inſcriptus Hortenſius.* Et II. Tuſc. *Nos autem univerſæ philoſophiæ vituperatoribus reſpondimus in Hortenſio.* Et in III. *Quamquam de univerſa philoſophia, quantopere & expetenda & colenda eſſet, ſatis, ut arbitror, dictum eſt in Hortenſio.* meminit & aliis locis. Ejus libri nobis hominum vel negligentia, vel improbitas nihil ferè præter nomen & deſiderium reliquit. *Muret.*

4. *Ab Hortenſio.*] Hortenſium abhorruiſſe à philoſophia vel hinc colligi poteſt. ſolet enim Cicero in Dialogis ad eorum ſenſum, quos loquentes facit, cujusque orationem accommodare. apertius etiam idem indicat libro II. Acad. 16. his verbis: *Tune, cum tantis laudibus philoſophiam extuleris, Hortenſiumque noſtrum diſſentientem commoveris &c.* Neque ſane mirum eſt piſcinario illi philoſophiam parum probatam fuiſſe. Lege, quæ de eo narrat Macrobius lib. III. Saturn. non quæres, cur ejusmodi homini philoſophia ſorduerit. *Idem.*

5. *Quod ſemel admiſſum &c.*] Libri veteres habent, *quod ſemel jam miſſum:* quod improbare non poſſum. Videtur enim translatio eſſe à telo miſſo, quod ſemel miſſum retrahi non poteſt. Talia ſunt & verba: *nam ſemel emiſſum*, ut ait ille, *manet irrevocabile* ver-

jam miſſum, coerceri reprimique non poteſt : ut propemodum juſtioribus utamur illis, qui omnino avocent à philoſophia, quàm iis, qui rebus infinitis modum conſtituant: in reque eo meliore, quo major ſit, mediocritatem deſiderent.

3 Sive enim ad ſapientiam perveniri poteſt: non paranda nobis ſolùm ea, ſed fruenda etiam ſapientia eſt. ſive hoc difficile eſt: tamen nec modus eſt ullus inveſtigandi veri, niſi inveneris : & quærendi defatigatio turpis eſt, cùm id, quod quæritur, ſit pulcherrimum. Etenim ſi delectamur, cùm ſcribimus: quis eſt tam invidus, qui ab eo nos abducat? ſin laboramus : quis eſt qui alienæ modum ſtatuat induſtriæ? Nam, ut Terentianus Chremes non inhumanus, qui novum vicinum non vult

Fodere, aut arare, aut aliquid ferre [6] *denique.*

non enim illum ab induſtria, ſed ab illiberali labore deterret: ſic iſti curioſi, quos offendit noſter minimè nobis injucundus labor.

4 II. His igitur eſt difficilius ſatisfacere, qui ſe [c] Latina ſcripta dicunt contemnere, in quibus hoc primum eſt, [d] in quo admirer: cur in graviſſimis rebus non delectet eos patrius ſermo, cùm iidem fabellas Latinas, ad verbum de Græcis expreſſas, non inviti legant. Quis enim tam inimicus pænè nomini Romano eſt, qui Ennii Medeam, aut Antiopam Pacuvii ſpernat aut [e] rejiciat? qui ſe iiſdem Euripidis fabulis delectari dicat, Latinas [f] litteras oderit? Synephebos ego, inquit, potiùs

c Latinè *alii.*
d quod mirer *alii.*
e reiciat *MS.*
f literas *delet Gul.*

verbum. Lambinus. *Quod ſemel jam miſſum.*] Sic Pall. o. repræſentavitque Victorius. communis lectio, *quod ſemel admiſſum,* omnino improbaverim : ut altera ſcriptura nata fuerit à veteri ratione orthographiæ *ammiſſum.* ſtat tamen pro noſtra Turnebus lib. xxiv. cap. 2. *Grut.* Aliter tamen cenſet Rubenius apud patrem in notis ad Senecam lib. iii. de Ira 6. & certe *admiſſum* nunc quoque video in membranis meis; eſtque vel hoc vel *immiſſum* haud dubie doctius & convenientius. *Gronov.*

6. *Denique.*] Vel hinc intelligi licet peccare eos, qui illud *denique* apud Terentium connectunt cum inſequentibus, hoc modo:

Fodere, aut arare, aut aliquid ferre. denique
Nullum remittis tempus.

Terminant enim ſuperiorem illam verborum comprehenſionem, ut ſæpe alibi. *Muret.* Eadem eſt ſententia Jani Melleri Palmerii in Spicilegiis.

7. A

tiùs Cæcilii, aut Andriam Terentii, quàm utramque
Menandri legam?

7 A quibus tantum diſſentio, ut, cùm Sophocles vel 5
optimè ſcripſerit Electram, tamen malè converſam
g Attilii mihi legendam putem. de quo h Licinius,
8 ferreum ſcriptorem: verum, opinor, ſcriptorem tamen, ut legendus ſit. rudem enim eſſe omnino in
noſtris poëtis, aut inertiſſimæ ſegnitiæ eſt, aut faſtidii
delicatiſſimi. mihi quidem nulli ſatis eruditi videntur,
quibus noſtra ignota ſunt: i At,

Utinam ne in nemore, ——

nihilominùs legimus quàm hoc idem Græcum. quæ
autem de bene beatéque vivendo à Platone diſputata
ſunt, hæc explicari non placebit Latinè?

g *alii* Atilii.
h P. L. Lucilius *Lamb.*
i An *Muret.*

Quòd ſi nos non interpretum fungimur munere, ſed 6
tuemur ea, quæ dicta ſunt ab iis, quos probamus, eiſque noſtrum judicium & noſtrum ſcribendi ordinem
adjungimus: quid habent, cur Græca anteponant iis,
quæ & ſplendidè dicta k ſunt, neque ſint converſa de
Græcis? Nam ſi l dicerent, ab illis m has res eſſe tractatas: ne ipſos quidem Græcos eſt cur tam multos legant quàm legendi ſunt. quid enim eſt à Chryſippo
prætermiſſum in Stoicis? legimus tamen Diogenem,
Antipatrum, Mneſarchum, Panætium, n multos alios,
in primiſque familiarem noſtrum Poſſidonium. Quid
o Theophraſtus? mediocriterne delectat, cùm tractat
locos ab Ariſtotele antè tractatos? quid Epicurei? num
deſiſtunt de iiſdem, de quibus & ab Epicuro ſcriptum
eſt, & ab antiquis, ad arbitrium ſuum ſcribere? Quòd 7
ſi Græci leguntur à Græcis iiſdem de rebus alia ratione
compoſitis: quid eſt, cur noſtri à noſtris non legantur?

k ſint *alii.*
l dicent *Lamb. & alii.*
m omnes *Vict.*
n & multos *ed. pr.*
o Theophraſtum *MSS.*

III. QUAMQUAM ſi planè ſic verterem Platonem,
aut Ariſtotelem, ut verterunt noſtri poëtæ fabulas,
9 malè,

7. *A quibus tam diſſentio.*] *Tantum diſſentio* rectius eſt in manuſcripto. *Urſin.*

8. *Ferreum ſcriptorem. verum opinor: ſcriptorem tamen, ut &c.*] Miſit ad me Daniel Heinſius Joſephi Scaligeri librum, cui ſua manu magnus ille vir adſcripſerat aliquot lectiones variantes codicis veteris: heic verò habebat; *verum, ut opinor, exſcriptorem tamen.* neque diſplicet. ipſe malebat, *ferreum ſcriptorem, opinor, verum exſcr. tamen.* Gruter.

9. *Ma-*

[9] malè, credo, mererer de meis civibus, ſi ad eorum cognitionem divina illa ingenia transferrem. ſed id neque feci adhuc, nec mihi tamen, ne faciam, interdictum puto. locos quidem quosdam, ſi videbitur, transferam, & maximè ab iis, quos modò nominavi, cùm inciderit, ut id aptè fieri poſſit: ut ab Homero Ennius, Afranius à [p] Menandro ſolet. [10] nec [q] verò, ut noſter Lucilius, recuſabo, quo minùs omnes mea legant. [11] Utinam eſſet ille Perſius! Scipio verò & Rutilius multo etiam magis: quorum ille, judicium reformidans, Tarentinis ait ſe, & Conſentinis, & Siculis ſcribere. [12] Facetè is quidem, ſicut aliàs: ſed nec tam docti tunc erant, ad quorum judicium elaboraret, & ſunt illius ſcripta leviora, ut urbanitas ſumma appareat, doctrina mediocris.

P. B.

p Menandro *deeſt in MS.*

q enim *ed. pr.*

8 Ego autem quem timeam lectorem, cùm ad te, ne Græcis quidem cedentem in philoſophia, audeam ſcribere? Quamquam à te ipſo id quidem facio, provocatus gratiſſimo mihi libro, quem ad me de virtute miſiſti. Sed ex eo credo quibusdam uſuvenire, ut abhorreant à Latinis, quòd inciderint in inculta quædam & horrida, de malis Græcis Latinè ſcripta deteriùs. quibus ego aſſentior, dummodò [r] à ſe de iisdem rebus ne Græcos quidem legendos putent. Res verò bonas, verbis electis, graviter ornatéque [s] dictatas, quis non legat? niſi qui ſe planè Græcum dici velit.

r à ſe *non eſt in Vict.*

s dictas *Lamb.*

9 [13] Ut à Scævola eſt prætore ſalutatus Athenis Albucius.

9. *Male, credo, mererer de meis civibus.*] Scaliger noſter habet ad oram libri ſui, *non male credo.* dignumque eſt quod excutiatur. *Gruter.*

10. *Nec vero.*] Locus hic intelligendus eſt ex his, quæ ſcripta ſunt in II. de Or. *Nam ut C. Lucillius, homo doctus & perurbanus, dicere ſolebat, ea, quæ ſcriberet, neque ab indoctiſſimis, neque à doctiſſimis legi velle; quòd alteri nihil intelligerent, alteri plus fortaſſe quàm ipſe: quo etiam ſcripſit, Perſium non curo legere.* Muret.

11. *Utinam eſſet ille Perſius.*] Ita eſt in manuſcripto, cum in vulgatis deſit verbum *eſſet.* Urſin.

12. *Facetè is quidem ſicut aliàs.*] *Alia* habet manuſcriptus liber, quod magis placet. *Idem.*

13. *Ut à Scævola eſt prætor ſalutatus Athenis &c.*] Omnino legendum *prætore*, quod & monuit in Faſtis ſuis ad annum urbis DCXXXII. Pighius noſter. Scaliger annotavit non comparere in antiquo illo dictionem *Athenis.* Gruter. Diutius obluctari veritati nolui, ſed recepi quod ea ſuadet, rejecto veteri illo *prætor.*

14. *Quem*

cius. 14 quem quidem locum cum multa venuſtate & omni ſale idem Lucilius: apud quem præclare Scævola,

Græcum te, [t] *Albuci, quàm Romanum atque Sabinum,* t Albuti alii.
Municipem [v] *Pontii, Tritanni, centurionum,*
Præclarorum hominum, ac primorum, ſigniferumque v alii Ponti, Titi, Anni.
Maluiſti dici. Græcè ergo prætor Athenis,
[x] *Id quod maluiſti, te, cùm ad me accedis, ſaluto:* x Quod id ed. pr.
Χαῖρε, inquam, Tite: 15 lictores, turma omnis cohorsque,
16 Χαῖρε

14. *Quem quidem jocum cum multa venuſtate & omni ſale ridet Lucilius.*] Ita corrigendus eſt hic locus ex fide veteris exemplaris: in vulgatis enim, pro *jocum* & *ridet*, ineptè ſcriptum eſt *locum* & *idem*. Urſin.

15. *Lictores, omnisque cohors, Χαῖρε.*] Quæ proximè antecedunt verba ex perſona Scævolæ ſunt; hæc autem, *Lictores omnisque cohors, Χαῖρε*, ab ipſo Lucilio pronuntiantur, cum dicat, poſt Scævolæ verba lictores ejusdem cohortemque prætoriam, quo magis Græca ſalutatione Albutius eluderetur, exclamaſſe ſimul omnes prætoris exemplo, *χαῖρε*. Erat autem hoc tempore adoleſcens Albutius, de quo ſic in Bruto: *Doctus etiam Græcis T. Albutius, vel potius pæne Græcus?* loquor ut opinor; ſed licet ex orationibus judicare. fuit autem Athenis adoleſcens. Eundem in orat. de Prov. Conſ. Græcum hominem, non quod in Græcia natus, ſed quod Athenis educatus, Cicero appellat his verbis: *Cujus amici hac conſolatione utuntur, etiam T. Albutio ſupplicationem hunc ordinem denegaſſe. quod eſt primum diſſimile, res in Sardinia cum maſtrucatis latrunculis à proprætore una cohorte auxiliaria geſta, & bellum cum maximis Syriæ gentibus, tyrannis, conſulari exercitu imperioque Græcum confectum. deinde Albutius, quod à Senatu petebat, ipſe ſibi in Sardinia ante decreverat. Conſtabat enim, Græcum hominem ac levem in ipſa provincia quaſi triumphaſſe. itaque hanc ejus temeritatem ſenatus, ſupplicatione denegata, notavit.* Hæc adjungenda exiſtimavi, quò pateret illuſtrius, prætorem non Albutium, ut à nonnullis creditum eſt, ſed Scævolam fuiſſe, cum Albutius & adoleſcens Athenis, & proprætor in Sardinia, non in Achaia fuerit: Scævola autem hic prætor ſit appellatus, cum dixit Cicero: *A Scævola eſt prætore ſalutatus Athenis Albutius.* Nec dubito, quin prætor Scævola & à Cicerone, & à Lucilio appelletur, non quòd præturam gerens in provinciam exierit, quod antea ſæpe factum èrat bellis urgentibus, ſed quòd proprætor Achajam regeret; itaque & Cicero prætorem Quinctum fratrem ſuum vocat, qui tamen, præturâ jam in urbe functus, Aſiam proprætor adminiſtrabat. *Muretus.* Scævola lib. 1. de Or. *Cum*, inquit, *ego prætor Romam veniſſem.* Hic eſt enim Q. Mucius augur, gener C. Lælii, ſocer L. Craſſi oratoris, accuſatus poſtea repetundarum ab hoc Albucio, ut legitur in Bruto, quam accuſationem ſpectavit Lucilius poëta in illo verſu:

Hinc hoſtis Mutii Albutius, hinc inimicus.

Vixit eodem tempore alter Q. Mutius: ſed is pontifex max. non au-

[16] *Χαῖρε Tite, hinc hoſtis mî Albucius, hinc inimic*

10 Sed jure [y] Mucius. Ego autem mirari non queo, de hoc ſit tam inſolens domeſticarum rerum faſtidiu non eſt omnino hîc [z] docendi locus: ſed ita ſentio ſæpè diſſerui, Latinam linguam non modò non inope ut vulgò putarent, ſed locupletiorem etiam eſſe qu Græcam. Quando enim, [17] vel nobis dicam, aut o toribus bonis, aut poëtis, poſteà quidem quàm fu quem imitarentur, ullus orationis vel copioſæ, vel ele gantis ornatus defuit?

P. LI.
y Nutius *Lamb.*
z dicendi *ed. vet. & Gothof.*

IV. EGO VERÒ, cùm forenſibus operis, laboribu periculis non deſeruiſſe mihi videor præſidium, in qu à populo Romano [a] locatus [b] ſum: debeo profectò quantumcumque poſſim, [c] in eo quoque [d] elaborare ut ſint operâ, ſtudio, labore meo doctiores cives mei nec cum iſtis tantopere pugnare, qui Græca legere ma lint: modò legant illa ipſa, nec ſimulent: & iis ſervi re, qui vel utriſque litteris uti velint, vel, ſi ſuas ha

11 bent, illas non magnopere deſiderent. Qui autem ali ma-

a laudatus *alii.*
b ſim *alii.*
c & in eo *ed. vet.*
d *alii* laborare.

augur fuit, collega L. Craſſi in conſulatu, Aſiamque rexit men ſes novem. ep. 17. lib. v. ad Att. & III. de Or. & ep. 9. lib. I. Fam. *P. Manut.*

16. *Chare Tite, huic hoſtis mî Albutius, huic inimicus.*] Hanc lectionem etſi veram judicabam, nolui tamen non & Venetam indicare: *χαῖρε· hinc hoſtis Muti Albutius.* Camer. *Χαῖρε, Tite, hinc Muci jam, &c.*] Hic verſus in omnibus libris vulgatis corruptus eſt, ego eum, antiquæ ſcripturæ veſtigia ſecutus, emendavi; quemadmodum & ſecundum, in quo, *Ponti*, & *Tritanni*, ſunt generandi caſus, pro *Pontii*, *Tritannii*, à rectis, Pontius, Tritannius. Verba autem hæc, *hinc Muci jam Albucius &c.* hanc ſententiam continent: ex hoc Mucii Albucius, ex hoc, inquam, jam factus eſt inimicus. *Lambin.* *Χαῖρε· hinc hoſtis Muci.*] Scribendum *χαίρετε·* eſt enim ad lictores oratio, quos ſalutat Prætor Scævola: *lictores turbi omni' cohorſque*, cum autem in veteribus libris ſcriptum ſit *chorusque*, inde conjici poteſt, in antiquioribus fuiſſe *chorſque*, quomodo in antiquis etiam denariis inciſum reperitur. *Urſin.* *Χαῖρε Tite, hinc hoſtis mî Albucius.*] Ita editio Camerarii, proximè mſſ. noſtros. nam Victorius, *χαῖρε, hinc hoſtis Mutii. Albucius*, excluſo *Tite*, quod in omnibus membranis. Pighius legebat, *χαῖρε Tite. hinc Muci jam Albucius eſt inimicus.* Scaliger videtur emendaſſe: *χαίρετον omnes. χαῖρε Tite. Hinc inimicus, ſed jure Mucius.* Gruter.

17. *Vel nobis dicam.*] Lambinus, *ne nobis dicam.* contra ſex mſſ. Pall. in quibus hæret alterum, omnesque edd. imò & auctoris mentem; quæ magis pateret, ſi trias horum verborum includeretur parentheſi. *Idem.*

18. Ex-

malunt ſcribi à nobis, æqui eſſe debent, quòd & ſcripta multa ſunt, ſic ut plura nemini è noſtris, & ſcribentur fortaſſe plura, ſi vita ſuppetet: & tamen qui diligenter hæc, quæ de philoſophia litteris mandamus, legere aſſueverit, judicabit nulla ad legendum his eſſe potiora. quid eſt enim in vita tantopere quærendum, quàm cùm omnia in philoſophia, tum id, quod his libris quæritur, [e] quid ſit finis, [f] quid extremum, [f] quid ultimum, quò ſint omnia bene vivendi rectéque faciendi conſilia referenda? quid ſequatur natura, ut ſummum ex rebus expetendis? quid fugiat, ut extremum malorum? qua de re cùm ſit inter doctiſſimos magna diſſenſio, quis alienum putet ejus eſſe dignitatis, quam mihi quiſque tribuit, quod in omni munere vitæ optimum & veriſſimum ſit exquirere?

e quis ed. pr. f quod alii.

An, partus ancillæ ſitne in fructu habendus, diſſeretur inter principes civitatis, P. Scævolam, [g] M'. Manilium? ab hiſque M. Brutus diſſentiet, quòd & acutum genus eſt, & ad uſus civium non inutile: noſque ea ſcripta reliquaque ejuſdem generis & legimus libenter, & legemus: hæc, quæ vitam continent omnem, [h] negligentur? nam, ut ſint illa vendibiliora, hæc uberiora certè ſunt. quamquam id quidem licebit iis exiſtimare, qui legerint. Nos autem hanc omnem quæſtionem de finibus bonorum & malorum ferè à nobis [18] explicatam eſſe iis litteris arbitramur, in quibus, quantum potuimus, non modò quid nobis probaretur, ſed etiam quid à ſingulis philoſophiæ [i] diſciplinis diceretur, perſecuti ſumus.

P. B. 12 g M. que ed. pr. h negligguntur ed. pr. i diſcipulis Scal.

V. UT AUTEM à facillimis ordiamur, prima veniat 13
in medium Epicuri ratio, quæ pleriſque notiſſima eſt: quàm à nobis ſic intelliges expoſitam, ut ab [k] ipſis, qui eam diſciplinam probant, non ſoleat accuratiùs explicari. verum enim invenire volumus, non tamquam adverſarium aliquem convincere. Accuratè autem quondam à L. Torquato, homine omni doctrinâ erudito, [19] defenſa eſt Epicuri ſententia de voluptate; à meque ei

k his ed. pr.

18. *Explicatam eſſe iis litteris arbitramur.*] *Iis libris* eſt in manuſcripto, & ita videtur legendum. *Urſin.*

19. *Defenſa eſt Epicuri ſententia de voluptate.*] Διαφυλάττειν τὴν γνώμην dicunt Græci. *Idem.*

ei reſponſum, cùm [20] C. Triarius, in primis gravis & doctus adoleſcens, ei diſputationi intereſſet.

14 Nam cùm ad me in Cumanum ſalutandi cauſâ uterque veniſſet, pauca primò inter nos de litteris, quarum ſummum erat in utroque ſtudium; deinde Torquatus: Quoniam nacti te, inquit, ſumus aliquando otioſum, certè audiam, quid ſit, quod [21] Epicurum noſtrum non tu quidem oderis, ut ferè faciunt, qui ab eo diſſentiunt, ſed certè non probes, eum, quem ego arbi-
l pertinent ed. pr. tror unum vidiſſe verum, maximiſque erroribus hominum animos liberaviſſe, & omnia tradidiſſe, quæ [l] per-
P. LII. tinerent ad benè beatéque vivendum: ſed exiſtimo, te,
m minus eo alii. ſicut noſtrum Triarium, [m] minùs ab eo delectari, quòd iſta Platonis, Ariſtotelis, Theophraſti orationis ornamenta neglexerit. nam illuc quidem adduci vix poſſum, ut ea, quæ ſenſerit ille, tibi non vera videantur.

15 Vide quantum, inquam, fallare, Torquate. oratio me iſtius philoſophi non offendit. nam & complectitur verbis, quod vult: & dicit planè, quod intelligam: & tamen à philoſopho, ſi afferat eloquentiam, non aſperner: ſi non habeat, non admodum flagitem. re mihi
n ſatisfecit ed. pr. non æquè [n] ſatisfacit, & quidem locis pluribus. ſed quot homines, tot ſententiæ. falli igitur poſſumus. Quam-
o ſatisfecit ed. pr. obrem tandem, inquit, non [o] ſatisfacit? te enim judicem æquum puto: modò, quæ dicat ille, bene noris.

16 [22] Niſi mihi Phædrum, inquam, [p] mentitum aut
p meritum MS. Zenonem putas (quorum utrumque audivi, cùm mihi nihil ſanè præter ſedulitatem probarent) omnes [q] mihi
q enim Ep. Scalig. Epi-

20. *C. Triarius.*] Hic ipſe eſt, de quo in Bruto: *Me quidem delectabat etiam Triarii in illa ætate plena literatæ ſenectutis oratio, quanta ſeveritas in vultu, quantum pondus in verbis, quàm nihil non conſideratum exibat ex ore.* in quo errat Seb. Corradus, qui quod plena ſenectutis fuiſſe dicitur illius oratio, ſenem ex eo ſignificari putat: ideoque non eſſe eundem, qui hic adoleſcens vocetur. Cum revera hoc Cicero, tanquam admirabile, proponat, fuiſſe Triarii in illa ætate, nempe in adoleſcentia, plenam ſenectutis, id eſt ſenilis gravitatis, orationem. *Muretus.*

21. *Epicurum noſtrum non &c.*] Pal. prim. amplius habet *inſtiter*, vel ſimile quid. nam ſyllaba poſtrema virgula eſt incubans litteræ *t*. *Gruter.*

22. *Niſi mihi Phædrum, inquam.*] Eſt à Palatinis notæ melioris tribus. tres enim reliqui: *Hic mihi Phædrum, inquam.* quomodo & Camerarii editio: nam Aldi vetus: *hic niſi mihi.* Victorii, *Niſi tu Phædrum.* Idem.

23. *Prin-*

Epicuri ſententiæ ſatis notæ ſunt. atque eos, quos nominavi, cum Attico noſtro frequenter audivi; cùm miraretur ille quidem utrumque, Phædrum autem etiam amaret: [r] quotidiéque inter nos ea, quæ audiebamus, conferebamus, neque erat umquam controverſia, quid ego intelligerem, ſed quid probarem.

r cotidie ed. vet.

VI. QUID IGITUR eſt, inquit? audire enim cupio, quid non probes. [23] Principio, inquam, in phyſicis, quibus maximè gloriatur, primùm totus eſt alienus. [24] Democrito adjicit, perpauca mutans, ſed ita, ut ea, quæ corrigere vult, mihi quidem depravare videatur. Ille atomos, quas appellat, id eſt, [25] corpora individua, propter ſoliditatem cenſet in infinito inani: [26] in quo nihil nec ſummum, nec infimum, nec medium, 17

23. *Principio, inquam.*] Totam Epicuri philoſophiam convellere ac labefactare incipit. Eſt autem philoſophandi ratio triplex, ut Cicero cùm aliis multis locis, tum 5. Acad. lib. 1. oſtendit. una, quæ in rerum naturalium obſcuritate poſita eſt; altera, quæ in diſſerendi ſubtilitate; tertia, quæ de vita & moribus diſſerit, quam diviſionem primùm traditam eſſe à Stoicis confirmat Plutarchus περὶ τῶν Ἀρεσκόντων τοῖς Φιλοσόφοις. quarum partium qui ordo eſſet variæ fuerunt veterum ſententiæ. Boëthus Sidonius à Phyſicis incipiendum eſſe cenſebat. at illius præceptor Andronicus Rhodius à Logicis, alii quidem ab Ethicis, ut refert Ammonius principio Commentarii in Categor. Cicero hîc Boëthi confirmare ſententiam videtur. aliis tamen locis alium ordinem tenet. *Muretus.*

24. *Democrito adjicit, perpauca mutans.*] *Democrito adhæreſcit, perpauca mutans*: ita eſt in manuſcripto apud me libro. & paullo poſt *citimum*, pro *extremum*. Urſin.

25. *Corpora individua propter ſoliditatem.*] Hinc intelligi poteſt erraſſe eos, qui atomos ex eo vocatos putant, quòd nulla eſſent magnitudine, ideóque dividi non poſſent. nam primùm magnitudinem eis tribuebat Democritus, ut dictum eſt; tum etiam figuram: alias enim rotundas eſſe, ut eas, ex quibus conſtaret animus, alias hamatas & uncinatas, alias leves, alias aſperas. figura autem niſi in magnitudine eſſe non poteſt. atomi ergo dicebantur, quod eâ eſſent duritiâ, ut ſecari penetrarique non poſſent. Ἀπαθῆ, ait Laërtius in Democrito, καὶ ἀναλλοίωτα διὰ τὴν στερρότητα· Plutarchus autem, Καὶ εἴρηται, inquit, ἄτομος, οὐχ ὅτι ἐστὶν ἐλαχίστη, ἀλλ' ὅτι οὐ δύναται τμηθῆναι, ἀπαθὴς οὖσα, καὶ ἀμέτοχος κενοῦ. Lucretius lib. 1.

Sunt igitur ſolida & ſine inani corpora prima.

Et paullò poſt:

Hæc neque diſſolvi plagis extrinſecus ita
Poſſunt, nec porro penitus penetrata retexi. Muret.

26. *In quo nihil nec ſummum.*] Ita rurſus omnes ſex Pall. vox nihil

s citimum MS. & alii. P. B.

dium, nec ultimum, nec ſextremum ſit, ita ferri, ut concurſionibus inter ſe cohæreſcant: ex quo efficiantur ea, quæ ſint, quæque cernantur, omnia: eumque motum atomorum nullo à principio, ſed ex æterno tempore intelligi convenire.

18 Epicurus autem, in quibus ſequitur Democritum, non ferè labitur. quamquam utriusque cùm multa non probo, tum illud in primis, quòd, cùm in rerum natura duo quærenda ſint, unum, quæ materia ſit, ex qua quæque res ᵗefficiatur, alterum, quæ vis ſit, quæ quidque efficiat, de materia diſſeruerunt; vim & cauſam efficiendi reliquerunt. ſed hoc commune vitium: illæ Epicuri propriæ ruinæ. cenſet enim, eadem illa individua & ſolida corpora ferri ſuo deorſum pondere [27] ad lineam: [28] hunc naturalem eſſe omnium corporum motum.

t efficiantur alii.

19 Deinde ibidem homo acutus, cùm illud occurreret; ſi omnia deorſum è regione ferrentur, &, ut dixi, ad lineam, numquam fore, ut atomus altera alteram poſſet attingere: [29] itaque attulit rem commenticiam: declinare dixit atomum perpaullum: quo nihil poſſet fieri minùs. ita effici complexiones, & copulationes, [30] & ad-

hil deerat Aldinæ editioni veteri & Lambinianæ. Victorius eam admiſit, ſed adhuc quoque alteram, *nihil æquè*, quæ in nullo tamen noſtrorum. *Gruter.*

27. *Ad lineam.*] Muretus adnotavit his vocibus ſignificari κατὰ σταθμὴν· vidi qui magis ex arte, ut videtur, interpretarentur ὀρθογωνίμμας. Excutiant, ſi tanti eſt, utrum melius ſit, qui otio abundant. mihi non vacat. *Verburg.*

28. *Hunc naturalem eſſe omnium corporum motum.*] *Omnem ponderum motum* legendum puto. *Camerar.*

29. *Itaque attulit rem commenticiam.*] Adverbium *itaque* abundare videtur, delendumque omnino, quia abeſt à vetere libro, ejiciente etiam ſententia. *Urſin.* *Itaque attulit rem &c.*] Suſpicantur alii abundare illud *itaque*, alii mutant in *ita*. Verùm cùm reſtet conſtanter in omnium membranis; cur ei movemus controverſiam? ſupra quoque Pal. prim. habet, *deorſus è regione*, quod non de nihilo expreſſum eſt in exemplari & antiquiſſimo & emendatiſſimo. *Gruter.*

30. *Et adhæſitationes.*] Hæc eſt ſcriptura omnium Palatinorum ſex. eandemque eſſe item codicum aliorum annotavit Gulielmius. Vulgati prius, *adhæſiones*, retinetque Lambinus, ſed non item indicat, cur rejiciat alterum, quod reperi tamen in Palatino infimæ vetuſtatis; ideoque indigno, quem perpetuò conſulerem. *Idem.*

31. *Quàm*

adhæſitationes atomorum inter ſe: ex quo efficeretur mundus omneſque partes mundi, quæque in eo eſſent. quæ cùm res tota ficta ſit pueriliter, tum ne efficit quidem quod vult. nam & ipſa declinatio ad libidinem fingitur (ait enim declinare atomum ſine cauſa: quo nihil turpius phyſico, [31] quàm fieri ſine cauſa quidquam dicere) & illum motum naturalem omnium ponderum, ut ipſe conſtituit, è regione inferiorem locum petentium, ſine cauſa eripuit atomis: nec tamen id, cujus cáuſâ hæc finxerat, aſſecutus eſt.

20 Nam [v] ſi omnes atomi declinabunt, nullæ umquam cohæreſcent: ſive aliæ declinabunt, aliæ ſuo nutu rectè ferentur: primùm erit hoc quaſi provincias atomis dare, quæ [x] rectè, quæ obliquè ferantur: deinde eadem illa atomorum, in quo etiam Democritus hæret, turbulenta concurſio hunc mundi ornatum efficere non poterit. ne illud quidem phyſici, credere aliquid eſſe minimum. quod profectò numquam putaviſſet, ſi à Polyæno, familiari ſuo, [32] geometriam diſcere maluiſſet quàm illam etiam ipſum dedocere. Sol Democrito [33] magnus videtur, quippe homini erudito in geometriaque perfecto. huic bipedalis fortaſſe: tantum enim eſſe cenſet, quantus videtur, vel paullo aut majorem, aut minorem.

v ſive *conj. Lamb.*
x rectæ quæ obliquæ *alii.*
P. LIII.

21 Ita quæ mutat, ea corrumpit: quæ ſequitur, ſunt tota Democriti. atomi, inane, imagines, quæ idola nominant, quorum incurſione non ſolùm videamus, ſed

31. *Quàm fieri ſine cauſa quidquam dicere.*] Ita ferè omnes Palatini. Manutius putat emblema eſſe ſupervacuum; idemque viſum Lambino, aſſeveranti non comparere in libris melioribus. mihi ſecus videtur. *Grut.*

32. *Geometriam diſcere.*] Palatini quinque *Geometricam;* placet, ob vocem eam paullo poſt repetitam. *Idem.* Ita & de ſuo pater lib. II. Obſerv. cap. 22. ſed ubi placet illi literam poſtremam detrahere. Adde noſtra ad principium libri primi ad Herennium. *Gronov.*

33. *Magnus.*] Anaximander dicebat: Τὸν ἥλιον ἴσον τῇ γῇ, τὸν δὲ κύκλον αὐτοῦ ἑπτὰ καὶ εἰκοσιπλασίονα τῆς γῆς· Anaxagoras: Πολλαπλασίονα Πελοποννήσου· Heraclius, Εὖρος ποδὸς ἀνθρωπείου· Epicurus, Ἥλιος φαίνεται ἢ πολλῷ ἐλάττονα, ἢ πολλῷ μείζονα· Plutarchus lib. II. περὶ τῶν Ἀρεσκόντων· Galenus, περὶ Φιλοσ. ἱστορ. Eratoſthenes in libro Dimenſionum ita ſcribit: *Menſura terræ, vicies ſepties multiplicata, ſolis menſuram efficit.* Poſſidonius multò majorem eſſe ait terrâ. Macrobius lib. II. de Somn. Scip. Vide Lucretium lib. V. *Muretus.*

ſed etiam cogitemus: infinitio ipſa, quam ἀπειρίαν vocant, tota ab illo eſt: tum innumerabiles mundi, qui & oriantur, & intereant [y] quotidie. quæ etſi mihi nullo modo probantur: tamen Democritum laudatum à ceteris, ab hoc, qui eum unum ſecutus eſt, nollem [z] vituperatum.

y cotidie *ed. vet.*

z vituperare *MS.*

22 VII. Jam in altera philoſophiæ parte, quæ eſt quærendi ac diſſerendi, quæ [a] λογικὴ dicitur, iſte veſter planè, ut mihi quidem videtur, inermis ac nudus eſt. tollit definitiones: nihil de dividendo ac partiendo docet: non, quo modo efficiatur concludaturque ratio, tradit: non, quà viâ captioſa ſolvantur, ambigua diſtinguantur, oſtendit. judicia rerum in ſenſibus ponit; quibus ſi ſemel aliquid falſi pro vero probatum ſit, ſublatum eſſe omne judicium veri & falſi putat.

a Logice *MS.*

23 34 [In tertia verò parte, quæ eſt de vita & moribus, in conſtitutione finis, nil generoſum ſapit [b] atque magnificum.] Confirmat illud vel maximè, quod ipſa natura, ut ait ille, [c] aſciſcat & [d] reprobet, id eſt, voluptatem & dolorem. ad hæc, & quæ ſequamur, & quæ fugiamus, refert omnia. quod quamquam Ariſtippi eſt, à Cyrenaicisque meliùs liberiusque defenditur: tamen ejusmodi eſſe judico, ut nihil homine videatur indignius. Ad majora enim quædam nos natura genuit & conformavit, ut mihi quidem videtur. ac fieri poteſt, ut errem: ſed ita prorſus exiſtimo, neque 35 eum Torqua-

b neque *conj. Lamb.*

c ſciſcat *MSS.*

d probet *MS.*

P. B.

34. *In tertia vero parte, &c.*] Hoc totum, quod reperitur in libris vulgatis, ab hoc loco: *In tertia vero parte*, *&c.* usque ad, *confirmat autem*, *&c.* non reperi in libris noſtris manuſcriptis, quæ credibile eſt à docto aliquo eſſe aſſuta. Nam cùm certum ſit hìc aliquid deeſſe in libris manuſcriptis, neque difficile admodum ſit, quid deſit, conjicere, hoc totum ille, quisquis fuit, non inepte ſupplevit. niſi fortè in alio meliore exemplari reperitur, ego in noſtris manuſcriptis non reperi, neque ullam reperi lacunam. *Lambinus.* (*In tertia verò parte.*)] Uncis incluſi totam hanc periodum, quòd nullam ejus litteram invenirem in Palatinis. ſed nec reperit in ſuis mſſ. Lambinus, nec repræſentavit Victorius. imò ne Aldus quidem habet avus; contentus notaſſe locum aſteriſco. & vero liquet ex capite IIX. nihil hujus dictum ab auctore. *Grut.* Sed nec pater in ſuo, nec ipſe in meo: ſed uterque procedit, *confirmat autem illud*, prout & editio Juntæ & Rob. Steph. *Gronov.*

35. *Eum Torquatum.*] Q. Claudius Quadrigarius, cujus verba, quibus hanc hiſtoriam retulit in litteras, leguntur apud Gell. cap. 13.

quatum, qui hoc primus cognomen invenerit, aut torquem illum hoſti detraxiſſe, ut aliquam ex eo perciperet [e] corpore voluptatem, aut cum Latinis tertio conſulatu conflixiſſe [36] apud Veſerim propter voluptatem. Quòd verò ſecuri filium percuſſerit, privaviſſe ſe etiam videtur multis voluptatibus, cùm ipſi naturæ patrioque amori prætulerit jus majeſtatis atque imperii.

e corporis *MS.*

Quid? L. Torquatus, is, qui conſul cum Cn. Octavio fuit, cùm illam ſeveritatem in eo filio adhibuit, 24
[37] quem in adoptionem D. Silano emancipaverat, ut eum, Macedonum legatis accuſantibus, quòd pecunias prætorem in provincia cepiſſe arguerent, cauſam apud ſe dicere juberet, reque ex utraque parte audita, pronuntiaret, [38] eum non talem videri fuiſſe in imperio, quales ejus majores fuiſſent: & in conſpectum ſuum venire vetuit: numquid videtur tibi de voluptatibus ſuis cogitaviſſe? Sed ut omittam pericula, labores, dolorem etiam, quem optimus quisque pro patria & pro ſuis ſuſcipit, ut non modò nullam captet, ſed etiam prætereat omnes voluptates; dolores denique quosvis ſuſcipere malit quàm deſerere ullam officii partem: ad ea,

13. lib. IX. putavit hoc contigiſſe anno ab U. C. CCC LXXXVI. M. Furio cum illo quintùm dictatore, ut teſtis eſt Livius lib. VI. extremo. ipe autem lib. VII. Livius decem haud minus poſt annos. idem tamen narrat id factum C. Sulpitio & C. Licinio Calvo Coſſ. dictatore T. Quintio Penno, id eſt, ſex annis poſterius. Conſidera per otium. *Muretus.*

36. *Apud Veſuvium.*] Ven. *Veſerim.* Utrumque recte poteſt legi. Nam ita Livius lib. VIII. de hoc prælio, *Pugnatum eſt haud procul radicibus Veſuvii montis, qua via ad Veſerim ferebat.* Camer.

37. *Quem in adoptionem D. Silano emancipaverat.*] Ad hanc indicandam adoptionem in denario argenteo D. Silani impreſſus eſt torques, Manliæ Torquatorum familiæ uſitatum inſigne, de quo abunde ſcripſimus in libro de Familiis Romanorum. *Urſin.*

38. *Eum non talem videri fuiſſe, &c.*] Utebantur hoc verbo judices, ut ſupra dixit in Lucullo, in extr. ibi, *Quaque jurati judices cognoviſſent, ut ea non eſſe facta videri pronuntiarent.* & orat. in Piſ. *Tum tu ipſe de te feciſſe videri pronuntiaſti.* & lib. V. accuſat. *Feciſſe videri pronuntiavit.* Sed admonendus eſt lector, me in omnibus libris manuſcriptis, quibus quidem uſus ſim, ſcriptum reperiſſe, pro *videri*, partim *fidei*, partim *fideri*. Ac *fidei* quidem rejiciendum prorſus eſt; ſed *fideri* fortaſſe non item. nam Jolicum digamma, quod pronuntiatur ferè ut *v* conſonans, ſpeciem gerebat litteræ *f*, ita ut *videri* & *fideri* unum ſint. *Lamb.*

ea, quæ hoc non minùs declarant, ſed videntur leviora, veniamus.

25 Quid tibi, Torquate? [f] quid huic Triario litteræ, quid hiſtoriæ cognitioque rerum, quid poëtarum evolutio, quid tanta tot verſuum memoria voluptatis affert? Nec mihi illud dixeris: Hæc enim ipſa mihi ſunt voluptati. & erant illa [g] Torquatis. 39 Numquam hoc ita defendit Epicurus: 40 neque verò tu, Triari, aut quisquam eorum, qui aut ſaperet aliquid, aut iſta didiciſſet. Et, quod quæritur ſæpe, cur tam multi ſunt Epicurei: ſunt aliæ quoque cauſæ, ſed multitudinem hoc maximè allicit, quòd ita putat dici ab illo, recta & honeſta quæ ſint, ea facere ipſa per ſe lætitiam, id eſt, vo-

[f] quid *delet Lamb.*

[g] Torquati *MS.*

P. LIV.

39. *Numquam hoc ita defendit Epicurus, neque vero tu.*] Quis eſt vel mediocriter intelligens, qui mendoſum illud, *vero tu*, non exiſtimet? cui porro correctionem quærenti ſine aliqua librorum ope liceat divinare? dicam tamen quod ſentio: placeret, *Metrodorus*, niſi longius à litteris diſcederem, quod inſtituti mei non eſt. Sæpe autem cum Epicuro Metrodorus, quaſi ejus collega, à Cicerone nominatur. ut de Fin. lib. II. ter & Tuſc. II. de Nat. D. lib. II. bis & lib. III. de Off. quibus ex locis, & ex Laërtio præterea, licet intelligere, neminem cum Epicuro aptiùs quàm Metrodorum poſſe conjungi, qui ejusdem adjutor ac pæne auctor fuerit ſententiæ. *P. Manut.*

40. *Neque vero tu aut quisquam eorum, &c.*] Libri veteres habent, *neque vero Troji aut quisquam &c.* quod quid ſibi velit quæro. Putabam legendum, conjecturâ factâ ex hac vitioſa ſcriptura, *Thorii, neque vero Thorius aut quisquam &c.* Commemorat enim L. Thorium Balbum voluptarium lib. II. his verbis: *Is ita vivebat, ut nulla tam exquiſita poſſet inveniri voluptas, quâ non abundaret. erat & cupidus voluptatum, & cujusvis generis ejus intelligens, & copioſus: ita non ſuperſtitioſus, ut illa plurima in ſua patria ſacrificia & fana contemneret: ita non timidus ad mortem, ut in acie ſit ob remp. interfectus, &c.* ſed quærat potius lector ingenioſus, quid pro hac voce ſit hîc reponendum. ego repræſentatâ antiquâ ſcripturâ officio meo functus ſum. *Lambin. Neque verò tu, Triari.*] Vox *Triarii* non eſt in Palatino ullo. Quartus ejus loco habet *Troji*: exſtat tamen in editione Petri Victorii. Lambinus multum hic ſe vexat, quod non feciſſet, conſultis Victorii libris: quos etiam neſcio an viderit Aldus Nepos. Mihi heic vox *Triarii* abeſſe poſſe videtur, ſalvâ auctoris ſententiâ, ut ſubintelligatur *Torquatus*, quem alloquitur. *Gruter.* Quod reperi a viro docto Lambini notis adſcriptum, cum lectore communicatum volo. eſt autem ſequens [Mihi ſcriptura vetus *neque vero Troji* perplacet. Troji enim patroni voluptatum hîc videntur, qui non ſecus propugnant voluptatem quàm Trojani Paridem, turpiſſimum voluptatis mancipium & peſtem communem patriæ.] *Verburg.*

41. *Niſi*

voluptatem. Homines optimi non intelligunt totam rationem everti, ſi ita ſe res habeat. nam ſi concederetur, etiam ſi ad corpus nihil referatur, iſta ſua ſponte & per ſe eſſe jucunda, per ſe eſſet & virtus, & cognitio rerum, quod minimè ille vult, expetenda. Hæc igitur Epicuri non probo, inquam. de cetero, 26
vellem equidem aut ipſe doctrinis fuiſſet inſtructior (eſt enim, quod ita tibi videri neceſſe eſt, non ſatis politus iis artibus, quas qui tenent eruditi appellantur) aut ne deterruiſſet alios à ſtudiis. quamquam te quidem video minimè eſſe deterritum.

VIII. Quæ cùm dixiſſem, magis ut illum provocarem quàm ut ipſe loquerer, tum Triarius leniter arridens, Tu quidem, inquit, totum Epicurum pænè è philoſophorum choro ſuſtuliſti. quid ei reliquiſti, [41] niſi te, quoquo modo loqueretur, intelligere, quid diceret? [42] aliena [h] dicit in phyſicis, nec ea ipſa, quæ tibi probarentur. ſi [i] qua in his corrigere voluit, deteriora fecit. differendi artem nullam habuit. voluptatem cùm ſummum bonum diceret, primùm in eo ipſo parum vidit: deinde hoc quoque alienum. nam antè Ariſtippus, & [43] ille meliùs. addidiſti ad extremum, etiam indoctum fuiſſe.

[h] dixit alii.
[i] quæ alii.

41. *Niſi te quoque, ut id modo loqueretur.*] Maffæi liber, *quoquo modo*, haud prorſus emendate, ſed ut vitii tamen nihil pæne ſuperſit. nam, unâ literâ immutatâ, locus reſtituitur, nempe ſi ſic legis: *Niſi te, quoquo modo loqueretur, &c.* dicit autem *quoquo modo loqueretur*, ut pæne etiam oſtendat, ne in verbis quidem Ciceroni Epicurum ſatisfeciſſe, non modo in ſententiis. *P. Manut.* *Quoquo is modo loqueretur.*] Ita legendum, cum in vulgatis ſit, *id* pro *is*. Urſin. *Niſi te, quoquo modo loqueretur.*] Eſt à Palatino primo, qui tamen prius forte habuit *quoque*. nam apparet litteram poſtremam eſſe manus recentioris. & ſic etiam conjecerat ex Maffæi libro Paullus Manutius; in quo itidem fuerat illud *quoque*. vulgati amplius, *niſi te quoque, ut id modo loq.* Gruter.

42. *Aliena dicit in phyſicis, nec ea ipſa, quæ tibi probarentur: ſed ſi quæ in his corrigere voluit, deteriora fecit.*] Scribe ex antiquo codice, *aliena dicit in Phyſicis, nec ea ipſa, quæ tibi probentur; etſi qua, &c.* Urſin.

43. *Ille melius. Etenim quaſi detractis de homine ſenſibus.*] Supervacanea ſunt hæc verba, neque locum hîc habere poſſunt. nam ex argumentis ſunt, quibus probare conabatur Epicurus, voluptatem eſſe ſummum bonum. dicit enim paullò infra: *Etenim, quoniam, detractis de homine ſenſibus, reliqui nihil eſt, neceſſe eſt, quid aut ſecundum naturam, aut contra ſit, à natura ipſa indicari.* Maffæi liber, *& detractis de homine ſenſibus.* aliud antiquum exemplar,

27 fuiſſe. Fieri, inquam, [k] ô Triari, nullo pacto poteſt,
ut non dicas, quid non probes ejus, à quo diſſentias.
quid enim me prohiberet Epicureum eſſe, ſi probarem
quæ ille diceret? cùm præſertim illa perdiſcere ludus
eſſet. Quamobrem [l] diſſentientium inter ſe reprehen-
ſiones non ſunt vituperandæ. maledicta, contumeliæ,
tum [m] iracundiæ, contentiones concertationesque in
diſputando pertinaces, indignæ mihi philoſophiâ videri
ſolent.

Tunc Torquatus, Prorſus, inquit, [n] aſſentior. neque
28 enim diſputari ſine reprehenſione, nec cum iracundia
aut pertinacia rectè diſputari poteſt. Sed ad hæc, niſi
moleſtum eſt, habeo quæ velim. At me, inquam,
niſi te audire vellem, cenſes hæc dicturum fuiſſe?
Utrùm igitur percurri omnem Epicuri diſciplinam pla-
cet: an de una voluptate quæri, de qua omne certa-
men eſt? Tuo verò id quidem, inquam, arbitratu. Sic
faciam igitur, inquit: unam rem explicabo eamque
maximam. de phyſicis aliàs, & quidem tibi & decli-
nationem iſtam atomorum, & magnitudinem ſolis pro-
babo, & Democriti errata, ab Epicuro reprehenſa &
correcta permulta. nunc dicam de voluptate; nihil ſci-
licet novi, ea tamen, quæ te ipſum probaturum eſſe
confidam. Certè, inquam, pertinax non ero: tibique,
ſi mihi probabis ea, quæ dices, libenter aſſentiar.
29 Probabo, inquit: [44] modò iſta ſis æquitate, quam oſten-
dis.

deeſt in … Vict. … diſſe- … ium. … B. … racun- … cont. … b. Gul. … bi … nt. … Lamb.

Etenim, quoniam detractis de homine ſenſibus, ut & ipſa librorum varietas mendi ſuſpicionem afferat, de quo lectorem admonendum cenſui; ipſa tamen verba viſum eſt ut neque mutarem, neque tollerem. *P. Manut.* *Ille melius: addidiſti.*] Hic liquida eſt ſcriptura Palatini primi, adeo ut firmetur jam ſententia Tornebi ac Lambini ambigua prius, neque ſatis certis tibicinibus ſuffulta. ceteri mſſ. Pall. interſerunt: *ille melius. etenim quoniam, detractis de homine ſenſibus, addidiſti*; quomodo & omnes editi, niſi quod ii *quaſi detractis*. Voces illæ expunctæ comparent infra medio ferè capitis noni. Gulielmius tameu annotavit legendum: *ille melius. etenim addidiſti*, vel *etiam addidiſti*. ſed nihil ejus in membranis Palat. primis. Ita enim eas appello, ob bonitatem ſuam; non (ut ſæpe aliis libris nomen feci) ob voluminis magnitudinem. *Gruter.*

44. *Modo iſta ſis æquitate, quam oſtendis.*] Unde igitur eſt, quod Victorius tam in Juntino, quam in Rob. Stephani exemplo ediderit, *qua oſt?* An non ille Græciſmus ſic placuit Tullio lib. x. ad Attic. 8. *Nos tamen hoc confirmamus illo augurio, quo diximus.* lib. I. ad

dis. ſed uti oratione perpetua malo quàm interrogare aut interrogari. Ut placet, inquam. Tunc dicere exorſus eſt.

IX. PRIMÙM igitur, inquit, ſic agam, ut ipſi auctori hujus diſciplinæ placet: conſtituam, quid & quale ſit id, de quo quærimus, non [o] quo ignorare vos ar- *o quod* bitrer: ſed ut ratione & viâ procedat oratio. Quæri- *alii.* mus igitur, [45] quid ſit extremum, quid ultimum bonorum. quod omnium philoſophorum ſententiâ tale debet eſſe, [46] ut ad id omnia referri oporteat: ipſum autem nuſquam. hoc Epicurus in voluptate ponit: quod ſummum bonum eſſe vult ſummumque malum, dolorem, idque inſtituit docere ſic:

Omne animal, ſimulatque natum ſit, voluptatem appetere, eâque gaudere ut ſummo bono: dolorem P. LV. aſpernari, ut ſummum malum, &, quantum poſſit, à ſe repellere: idque facere nondum depravatum, ipſâ naturâ incorruptè atque integrè judicante. itaque negat opus eſſe ratione, neque diſputatione, quam ob rem voluptas expetenda, fugiendus dolor ſit. ſentiri hoc putat, ut calere ignem, nivem eſſe albam, dulce mel: quorum nihil [p] oporteret exquiſitis rationibus confirma- *p oportere* re: tantùm ſatis eſſe admonere. intereſſe enim inter *alii.* argumentum concluſionemque rationis: & inter mediocrem animadverſionem atque admonitionem: alterâ occulta quædam & quaſi involuta aperiri: alterâ prompta & aperta judicari. etenim quoniam, detractis de homine ſenſibus, reliqui nihil eſt: neceſſe eſt, [47] quid aut ad naturam aut contra ſit, à natura ipſa [48] ju-

---

ad Herennium 7. *Ut ſtatim apertis rationibus, quibus præſcripſimus, benevolum faciamus auditorem.* Gellius lib. XI. cap. I. *Suprema multa eſt ejus numeri, cujus diximus.* Gronov.

45. *Quid ſit extremum, quid ultimum bonorum.*] Palat. prim *extremum & ultimum*, quod mallem niſi fine capitis XII. iterum occurreret, *vel ultimum, vel extremum.* Gruter.

46. *Ut ad id omnia referri oporteat, ipſum autem nuſquam.*] Ariſtoteles lib. I. ad Nic. Ἁπλῶς δὲ τέλειον τὸ καθ' αὑτὸ αἱρετὸν ἀεὶ, καὶ μηδέποτε δι' ἄλλο. *Urſin.*

47. *Quid aut ad naturam aut contra ſit.*] Non auſus ſum excludere lectionem Palatinorum trium; confirmatam editione Victoriana. ſequentes maluerunt, *aut ſecundum naturam*, quod & in Pall. reliquis; ſed iis, commatis quaſi ſequioris. quorum ſecund. ac quart. habent *ſit*, non *ſit.* Gruter.

 48. *Ju-*

[48] judicari. [49] ea quid percipit & quid judicat, quo aut petat, aut fugiat aliquid, præter voluptatem & dolorem?

31 Sunt autem quidam è noſtris, qui hæc ſubtiliùs velint tradere, & negent ſatis eſſe, quid bonum ſit, aut quid malum, ſenſu judicari: ſed animo etiam ac ratione [50] intelligi poſſe, [51] & voluptatem ipſam per ſe eſſe expetendam, & dolorem ipſum per ſe eſſe fugiendum. itaque ajunt hanc quaſi naturalem atque inſitam in animis noſtris ineſſe notionem, ut alterum eſſe appetendum, alterum aſpernandum ſentiamus. Alii autem (quibus ego aſſentior) cùm à philoſophis compluribus permulta [q] dicantur, cur nec voluptas in bonis ſit numeranda, nec in malis dolor, non exiſtimant oportere nimiùm nos cauſæ confidere, ſed & argumentandum, & accuratè diſſerendum, & rationibus conquiſitis de voluptate & dolore diſputandum putant.

[q] dicuntur *alii.*

P. B.

32 X. SED UT perſpiciatis, unde omnis iſte natus ſit error, voluptatem accuſantium doloremque laudantium, totam rem aperiam: eaque ipſa, quæ ab illo inventore veritatis & quaſi architecto beatæ vitæ dicta ſunt, explicabo. nemo enim ipſam voluptatem, [r] quia voluptas ſit, [52] aſpernatur, aut odit, aut fugit; ſed quia

[r] qua *alii.*

48. *Judicari. ea quid &c.*] Sic omnino Palatinus primus, neque abit Victoriana impreſſio, quàm quod illa *ea quid*, quod etiam in Palat. quatuor, ſed quartus ſtat pro primo. Editiones exoletæ ac nuper natæ gloſſam marginalem admiſere in contextum, tali forma. *judicari: voluptatem etiam & per ſe expetendam eſſe, & dolorem ipſum per ſe eſſe fugiendum. etenim quid &c.* quæ voces cum paullo poſt conſpiciantur in libris omnibus, heic certè locum habere non debebant, quamvis reperiantur in pluribus mſſ. Itaque & Camerario habita pro ſubditiciis. quod tamen aliter cepit quàm debuit Lambinus, tamquàm ſcilicet inferius potius tollenda putaſſet quàm iſto loco. *Gruter.*

49. *Etenim quid percipit & quid judicat.*] Antiquus liber habet, *at quid percipit, aut quid judicat.* Urſin.

50. *Intelligi poſſe, & voluptatem per ſe eſſe expetendam, &c.*] Ego hìc à Camerario diſſentio, qui putat hoc totum, *& voluptatem per ſe eſſe expetendam, & dolorem per ſe eſſe fugiendum*, ſubditicia eſſe. *Lambinus.*

51. *Voluptatem & per ſe expetendam, & dolorem ipſum per ſe eſſe fugiendum.*] In Ven. hæc verba prorſus non leguntur: & de marginali annotatione in ipſum autoris ſcriptum invaſiſſe apparet. *Camerar.*

52. *Aſpernatur, aut odit, aut fugit.*] Vulgati, *aſpernetur, aut oderit*

quia conſequuntur magni dolores eos, qui ratione vo-
luptatem ſequi neſciunt. neque porrò quiſquam eſt,
qui dolorem ipſum, [s] quia dolor ſit, amet, conſecte- s qua *alii.*
tur, adipiſci velit: ſed quia nonnumquam ejusmodi
tempora incidunt, ut labore & dolore magnam ali-
quam quærat voluptatem. ut enim ad minima veniam,
quis noſtrûm exercitationem ullam corporis ſuſcipit la-
boriosam, niſi ut aliquid ex ea commodi conſequatur?
quis autem vel eum jure reprehenderit, qui in ea vo-
luptate velit eſſe, [t] quam nihil moleſtiæ conſequatur, t qua *Vict.*
vel illum, qui dolorem eum fugiat, quo voluptas nulla
pariatur?

At verò eos & accuſamus, & juſto odio digniſſimos 33
ducimus, qui, blanditiis præſentium voluptatum deliniti
atque corrupti, quos dolores & quas moleſtias excep-
turi ſint occæcati cupiditate non provident, ſimilique
ſunt in culpa, qui officia deſerunt mollitiâ animi, id
eſt, laborum & dolorum fugâ. & harum quidem rerum
facilis eſt & expedita diſtinctio. nam libero tempore,
cùm ſoluta nobis eſt eligendi optio, cúmque ni-
hil impedit, quo minùs id, quod maxime pla- v repell.
ceat, facere poſſimus, omnis voluptas aſſumenda eſt, *alii.*
omnis dolor [v] depellendus. temporibus autem quibus- x id eſt
dam, [x] & aut officiis debitis, aut rerum neceſſitatibus *Grut.*
ſæpe eveniet, ut & voluptates repudiandæ ſint, & mo- *Lamb. delet ſeptem ſeqq.*
leſtiæ non recuſandæ. Itaque earum rerum hic tenetur *voces.*
à ſapiente [y] delectus, [z] ut aut [a] rejiciendis voluptatibus P. LVI.
majores alias conſequatur, aut perferendis doloribus y dilectus
aſperiores repellat. *alii.*

Hanc ego cùm teneam ſententiam, quid eſt, cur ve- z aut ut *alii.*
rear, ne ad eam [b] non poſſim accommodare Torquatos a reiciend.
noſtros? quos tu paullo antè cùm memoriter, tum *MS.*
etiam erga nos amicè & benevolè collegiſti. nec me 34
tamen laudandis [53] majoribus meis corrupiſti, nec ſe- b non *deeſt*
gniorem ad reſpondendum reddidiſti. quorum facta *in multis.*
quem-

oderit, aut fugiat: ſed contra omnes Pall. quorum tert. quart. ſext. habent quidem *oderit*, ſed non, *aſpernetur*, vel *fugiat.* ſcripturæ noſtræ auctor etiam fuit Victorius. *Grut.*

53. *Majoribus meis corrupiſti.*] Pall. noſtri omnes ad unum *corripuiſti*; cui lectioni etiam ſuus eſt ſenſus, neque is quidem ineptus, ſed heic planè non quadrat. *corrumpere* enim eſt labefactare. ſic *corrupti parietes* ădnotatum Scaligero noſtro. *Idem.*

54. Ut

quemadmodum, quæſo, interpretaris? Siccine eos cenſes aut in armatum hoſtem impetum feciſſe, aut in liberos, aut in ſanguinem ſuum tam crudeles fuiſſe, nihil ut de [c] utilitatibus, nihil ut de commodis ſuis cogitarent? At id ne feræ quidem faciunt, [54] ut ita ruant itaque turbent, ut, earum [55] motus & impetus quò pertineant, non [d] intelligamus.

c voluptatibus *Lamb.*

d *alii* intelligatur.

35 Tu tam egregios viros cenſes tantas res geſſiſſe ſine cauſa? quæ fuerit cauſa mox videro: interea hoc tenebo: ſi ob aliquam cauſam iſta, quæ ſine dubio præclara ſunt, fecerint, virtutem his ipſam per ſe cauſam non fuiſſe. torquem detraxit hoſti. & quidem ſe texit, ne interiret. At magnum periculum adiit. in oculis quidem exercitûs. quid ex eo conſecutus eſt? Laudem & [e] caritatem, quæ ſunt vitæ ſine metu degendæ præſidia firmiſſima. Filium morte multavit: ſi ſine cauſa, nollem me ab eo ortum, tam importuno tamque crudeli. ſin ut dolore ſuo ſanciret militaris imperii diſciplinam, exercitumque in graviſſimo bello animadverſionis metu contineret; ſaluti proſpexit civium, quâ intelligebat contineri ſuam.

e claritatem *Brut. & alii.*

36 Atque hæc ratio latè patet. in quo enim maximè conſue-

54. *Ut ita ruant itaque turbentur.*] Ven. *turbent:* ut Moſtellaria, *Pergam turbare porro.* id eſt, turbas dare. *Camer. Ut ita ruant itaque turbent, ut, &c.*] Sic reperi ſcriptum in omnibus vett. codd. & ita ſine dubio legendum, non ut vulgò, *atque turbentur*, ſeu, *itaque turbentur.* nam *turbare* hoc loco, ut & ſæpe alibi, valet, turbas facere ſeu excitare. Plautus Menæchm. *Adibo ad hominem. nam turbare geſtio.* Idem Moſtell. *Facio idem quod plurimi alii, quibus res timida aut turbida eſt. Pergunt turbare, usque ut ne quid poſſit conquieſcere.* Lambin. *Ut ita ruant itaque turbent.*] Ea eſt quoque conſona lectio Pall. trium. nam tertius, *itaque trabantur.* quint. & ſext. *itaque turbentur*, quomodo ed. Camer. nam Victorii *atque turbent.* poſteriores, *atque turbentur.* Grut.

55. *Motus & impetus quò pertineant non intelligamus.*] Ad hæc verba quid chirographo paterno deſcriptum repererim cum publico communico [Noſter hic quoque ut Vict. & Gr. *turbent:* ſed præterea, *intelligantur.* Videtur ordinaria loquendi ratio exigere, *intelligatur:* ſed ita ſolet Tullius Secunda Agraria: *Ea ne accidere poſſent conſilio meo & ratione proviſa ſunt.* id eſt, proviſum eſt. Et prima: *ſapienti parte legis quemadmodum Pompejum oppugnarent, a me indicati ſunt.* ἀντὶ τοῦ indicatum eſt. Senec. ep. 14. *Tria præſtanda ſunt, ut vitentur.* pro, præſtandum eſt. lib. III. de Finib. 7. *Ut membra nobis ita data ſunt, ut ad quandam rationem vivendi data eſſe appareant.*] Gronov.

56. *Cum*

ſuevit jactare veſtra ſe oratio, tua præſertim, qui ſtudioſè antiqua perſequeris, claris & fortibus viris commemorandis, eorumque factis non emolumento aliquo, ſed ipſius honeſtatis decore, laudandis, id totum evertitur eo [f] delectu rerum, quem modò dixi, conſtituto, ut aut voluptates omittantur, majorum voluptatum adipiſcendarum cauſâ, aut dolores ſuſcipiantur, majorum dolorum effugiendorum gratiâ. P. B. f dilectu alii.

XI. SED DE clarorum hominum factis illuſtribus & glorioſis ſatis hoc loco dictum ſit. Erit enim jam de 37 omnium virtutum curſu ad voluptatem proprius diſſerendi locus. nunc autem explicabo, voluptas ipſa, quæ qualisque ſit, ut tollatur error omnis imperitorum: intelligaturque ea, quæ voluptaria, delicata, mollis habeatur diſciplina, quàm gravis, quàm continens, quàm ſevera ſit: non enim hanc ſolam ſequimur, quæ ſuavitate aliqua naturam ipſam movet & cum jucunditate quadam percipitur ſenſibus, ſed maximam illam voluptatem [g] habemus, quæ percipitur, omni dolore detracto, nam quoniam cùm privamur dolore, ipſa liberatione & vacuitate omnis moleſtiæ gaudemus: omne autem id, quo gaudemus, voluptas eſt, ut omne id, quo offendimur, dolor: doloris omnis privatio rectè nominata eſt voluptas. Ut enim cùm cibo & potione fames ſitisque depulſa eſt, ipſa detractio moleſtiæ conſecutionem affert voluptatis, ſic in omni re doloris amotio ſucceſſionem efficit voluptatis. g avemus Grut.

Itaque non placuit Epicuro, medium eſſe quiddam 38 inter dolorem & voluptatem. Illud enim ipſum, quod quibusdam medium videtur, [56] cùm omni dolore caret,

56. *Cum omni dolore caret.*] Pall omnes *careret*, quod & in Maffæo inventum. Paullus Manutius conjiciebat, litterâ ultimâ detractâ, abjectoque verbo primore, *omni dolore carere.* quod ipſum ſtatim Lambinus textui intulit. *Grut.* Speraveram verbum ab Grutero additum iri, quid cenſendum eſſet de altero illo *omni*, in quo certe hæretur, quum Victorianæ eo deficiantur, legentes *cum omni dolore caret, non modo:* & ſane ſic quoque MS. quem cum maxime ipſe inſpicio, & alter, quo fuit uſus pater, qui adſcripſit (Pall. omnes *careret*, ut & Maff. librum, notat Gruterus: unde Manutium conjeciſſe ultimâ detractâ, abjectoque verbo primore, *omni dolore carere:* quod ſtatim Lambinum textui intuliſſe. Quaſi culparet. At in noſtra membrana non tantum legitur *careret*, ſed etiam primoris illius verbi veſtigium nullum: ut dubium non ſit, quin recte Manutius & Lam-

h omnino *ed. vet.* ret, [h] omni non modò voluptatem eſſe, verùm etiam ſummam voluptatem. quisquis enim ſentit, quemadmodum ſit affectus, eum neceſſe eſt aut in voluptate eſſe, aut in dolore. omni autem privatione doloris putat Epicurus terminari ſummam voluptatem: ut poſtea variari voluptas diſtinguique poſſit; augeri amplificarique non poſſit. P. LVII.

39 At etiam Athenis, ut à patre audiebam, facetè & urbanè Stoicos [i] irridente, 57 ſtatua eſt 58 in Ceramico Chryſippi, ſedentis porrecta manu: quæ manus ſignificet illum [k] in hac eſſe rogatiuncula delectatum. Num quidnam manus tua ſic affecta, quemadmodum affecta nunc eſt, deſiderat? Nihil ſanè. At, ſi voluptas eſſet bonum, deſideraret. Ita credo. Non eſt igitur voluptas bonum. Hoc ne ſtatuam quidem dicturam pater ajebat, ſi loqui poſſet. concluſum eſt enim contra Cyrenaicos ſatis acutè: nihil ad Epicurum. nam ſi ea [l] ſola voluptas eſſet, quæ quaſi titillaret ſenſus, ut ita dicam, & ad eos cum ſuavitate afflueret & [m] illaberetur: nec manus eſſe contenta poſſet [n] ulla vacuitate doloris ſine jucundo motu voluptatis. ſin autem ſumma voluptas eſt, ut Epicuro placet, nihil dolere: primum tibi rectè, Chryſippe, conceſſum eſt, nihil deſiderare manum, cùm ita eſſet affecta: ſecundum non rectè, ſi voluptas eſſet bonum, fuiſſe deſideraturam. iccirco enim non deſideraret, quia, quod dolore caret, id in voluptate eſt.

i arridente *MSS.*
k in *delet Lamb.*
l ſolum *alii.*
m allaberetur *alii.*
n illa *Gul.*

XII.

Lambinus: *Illud enim ipſum, quod quibusdam medium videtur, omni dolore carere.* Vide quæ ad Senecam ep. 24.) *Gronov.*

57. *Statua eſt in Ceramico Chryſippi, ſedentis porrecta manu, qua manus ſignificet illum in hac eſſe rogatiuncula delectatum.*] Animadverti, nonnunquam veteres eodem verbo bis eodem in loco uſos eſſe; ut *eo die, qui dies fuit* IV. *kal.* &, *eo loco, qui locus.* cujus generis exempla & apud hunc noſtrum, & apud Cæſarem maxime in ejus Commentariis non pauca licet invenire. Ejusdem generis videri poteſt hoc, *porrecta manu, qua manus.* ego tamen, *manus*, puto ab aliquo eſſe additum, qui fortaſſe vereretur, ne ad *ſtatuam* potius quàm ad *manum* illud *qua* referretur. Sed, quoniam utro modo legas, manet eadem ſententia, ſi quis aliter ſentiat, cum eo non contempſerim. *P. Manut.*

58. *In Ceramico.*] *Locus eſt Athenienſium*, inquit Heſychius, *ubi ſcorta proſtituebantur.* Sunt autem duo Ceramici, alter intra muros, ubi quondam Caleoſthenis officina fuit, & alter ſuburbanus, in quo erat Chryſippi ſedentis. hujus loci meminit idem Cicero II. de Leg. *A. Manut.*

59. *Nulla*

XII. EXTREMUM autem eſſe bonorum voluptatem 40
ex hoc facilè perſpici poteſt. conſtituamus aliquem
magnis, multis, perpetuis fruentem &. animo & cor-
pore voluptatibus, nullo dolore nec impediente, nec
impendente: quem tandem hoc ſtatu præſtabiliorem
aut magis expetendum poſſumus dicere? ineſſe enim
neceſſe eſt in eo, [o] qui ita ſit affectus, & firmitatem
animi, nec mortem, nec dolorem timentis, quòd mors
ſenſu careat: dolor in longinquitate levis: in gravita-
te brevis ſoleat eſſe: ut ejus magnitudinem celeritas,
diuturnitatem allevatio conſoletur.

Ad ea cùm accedit, ut neque divinum numen hor- 41
reat, [p] nec præteritas voluptates effluere patiatur, earum-
que aſſidua recordatione lætetur: quid eſt, quod [q] huc
poſſit, quod melius ſit, [r] accedere? Statue contrà ali-
quem confectum tantis animi corporiſque doloribus,
quanti in hominem maximi cadere poſſunt, nulla ſpe
propoſita, fore leviùs [s] aliquando, [59] nulla præterea
nec præſenti, nec exſpectata voluptate: quid eo miſe-
rius dici aut fingi poteſt? Quòd ſi vita doloribus refer-
ta maximè fugienda eſt, ſummum profectò malum
eſt vivere cum dolore. cui ſententiæ conſentaneum
eſt, ultimum eſſe bonorum cum voluptate vivere. nec
enim habet noſtra mens [t] quidquam, ubi conſiſtat,
tamquam in extremo: omneſque & metus, & ægritu-
dines ad dolorem referuntur: nec præterea eſt res ulla,
[60] quæ ſuâ naturâ aut ſollicitare poſſit, aut angere.
Præ-

o *quat. ſeqq. voces gloſſam ſapiunt Grut.*

P. B.

p *alii* neque.

q huic *alii.*

r accidere *iid.*

s aliquanto *MSS.*

t aliud *addit Lamb.*

59. *Nulla præterea nec præſenti, nec exſpectata voluptate.*] Moneo lectorem, ex ingenio repoſitum à me, *præterea*, pro *præterita*, quod erat in omnibus libris, quos quidem ego viderim. Hanc mihi Cicero ipſe, quo loco infra Torquato reſpondet, correctionem oſtendit, cujus verba recitabo: *At quam*, inquit libro II. *pulchrè dicere videbare, cum ex altera parte ponebas cumulatum aliquem plurimis & maximis voluptatibus, nullo nec præſenti, nec futuro dolore, ex altera autem cruciatibus maximis toto corpore, nulla nec adjuncta, nec ſperata voluptate.* P. Manut.

60. *Quæ ſua natura aut ſollicitare poſſit, aut angere.*] Eſt à Victoriana; cui proximè alludunt Pall. quinque, in quibus *tangere.* quod & in ſuo inventum probabat Scaliger, dictum ut Lucretio, *tangitur ira.* vulgati tamen *frangere*, quod Lambinus retinuit, ſed mutavit priora in *quæ ſua ſede naturam aut ſoll.* fide, inquit, membranarum. vix credo. *curæ atque angoris* rurſus meminit noſter infra cap. 15. circa finem. *Gruter.*

61. *Et*

42 Præterea & appetendi, & [v] refugiendi, & omnino rerum gerendarum initia proficiſcuntur aut à voluptate, aut à dolore. quod cùm ita ſit, perſpicuum eſt omnes rectas res atque laudabiles eò referri, ut cum voluptate vivatur. quoniam autem id eſt vel ſummum bonum, vel ultimum, vel extremum, quod Græci τέλος nominant, quod ipſum nullam ad aliam rem, ad id autem res referuntur omnes: fatendum eſt, ſummum eſſe bonum jucundè vivere.

[v] fug. *alii.*

XIII. Id qui in una virtute ponunt, & ſplendore nominis capti, quid natura poſtulet non intelligunt; errore maximo, ſi Epicurum audire voluerint, [x] liberabuntur. iſtæ enim veſtræ eximiæ pulchræque virtutes niſi voluptatem efficerent, quis eas aut laudabiles, aut expetendas arbitraretur? Ut enim medicorum ſcientiam non ipſius artis, ſed bonæ [y] valitudinis cauſâ probamus: & gubernatoris ars, quia benè navigandi rationem habet, utilitate, non arte laudatur: ſic ſapientia, quæ ars vivendi putanda eſt, non expeteretur, ſi nihil efficeret; nunc expetitur, quòd eſt tamquam artifex conquirendæ & comparandæ voluptatis.

[x] *ita MSS.* *alii* liberantur.

[y] valetud. *alii.*

P. LVIII.

43 Quam autem dicam voluptatem jam videtis, ne invidiâ verbi labefactetur oratio mea. nam cùm ignoratione rerum bonarum & malarum maximè hominum vita vexetur, ob eumque errorem & voluptatibus maximis ſæpe priventur & [z] [61] praviſſimis animi doloribus torqueantur; ſapientia eſt adhibenda, quæ & terroribus cupiditatibusque detractis, [62] & omnium falſarum opinionum temeritate [a] derepta, certiſſimam ſe nobis ducem præbeat ad voluptatem. ſapientia enim eſt una, quæ mæſtitiam pellat ex animis, quæ nos exhorreſcere metu non ſinat: qua præceptrice in tranquillitate vivi pot-

[z] duriſſimis *MS.*

[a] *alii* direpta.

61. *Et praviſſimis animi doloribus.*] Omnes, quos vidi, codd. manuſcr. habent, *& puriſſimis animi doloribus.* mendoſè quis negat? aut quis dubitat? ſed hoc tamen celatum lectorem nolui, ut ex hac vitiata ſcriptura integram, ſi poſſit, eliciat atque exprimat. Quid ſi legamus, *& duriſſimis animi doloribus?* quid ſi, *ex graviſſimis animi doloribus?* Sed quid ſi dicamus antiquam ſcripturam eſſe rectam & ſinceram? & puriſſimos animi dolores hîc à Cicerone eſſe dictos, ut puriſſimas, & liquidiſſ. & ſinceriſſ. animi voluptates? conſideret lèctor. ego enim nihil affirmo *Lamb.*

62. *Et omnium falſarum opinionum temeritate direpta.*] Placet *dirempta*, ut eſt in libro manuſcripto. *Urſin.*

63. *Odia,*

poteſt, omnium cupiditatum ardore reſtincto. cupiditates enim ſunt inſatiabiles: quæ non modò ſingulos homines, ſed univerſas familias evertunt; totam etiam labefactant ſæpe rempublicam.

Ex cupiditatibus [63] odia, diſcidia, diſcordiæ, ſeditiones, bella naſcuntur. nec hæ ſeſe foris ſolùm jactant, nec tantùm in alios cæco impetu incurrunt, ſed intus etiam in animis incluſæ inter ſe diſſident atque diſcordant. ex quo vitam amariſſimam neceſſe eſt effici: ut ſapiens [b] ſolum, amputata circumciſaque inanitate omni & errore, naturæ finibus contentus, ſine ægritudine poſſit & ſine metu vivere. 44

b ſolus conj. *Lamb.*

Quæ eſt enim aut utilior, aut ad bene vivendum aptior partitio quàm illa, qua eſt uſus Epicurus? qui unum genus poſuit earum cupiditatum, quæ eſſent & naturales & neceſſariæ: alterum, quæ naturales eſſent, nec tamen neceſſariæ: tertium, quæ nec naturales, nec neceſſariæ. quarum ea ratio eſt, ut neceſſariæ nec operâ multâ nec impenſâ expleantur. 45

Ne naturales quidem multa deſiderant, propterea quòd ipſa natura divitias, quibus contenta ſit, & parabiles, & terminatas habet. inanium autem cupiditatum nec modus ullus nec finis inveniri poteſt. 46

P. B.

XIV. Quòd si vitam omnem perturbari videmus errore & [c] inſcientiâ: ſapientiamque eſſe ſolam, quæ nos à libidinum impetu & formidinum terrore vindicet, & ipſius fortunæ modicè ferre doceat injurias, [64] & omnes monſtret vias, quæ ad quietem & tranquillitatem ferant, quid eſt, cur dubitemus dicere, & ſapientiam propter voluptatem expetendam, & inſipientiam propter moleſtias eſſe fugiendam?

c inſcitiâ *alii.*

Eademque ratione ne temperantiam quidem propter ſe 47

63. *Odia, diſcidia, diſc.*] Sic habent omnes noſtri libb. vett. quos quare non ſequerer cauſa nulla viſa eſt. *diſcidium* autem valet χωρισμὸν, diſtractionem, ſeparationem, à verbo diſcindo, ut & alias ſæpe & alibi diximus. *Lambin. Diſſidia*, quod alii habent, poſſet tamen retineri; & parum abeſt, quin revocem, propter gradationem, qua Ciceronis oratio procedit, qui ſi *diſcidia* voluiſſet, vox iſta fuiſſet ponenda ante *odia*, quum diſcidium ſit minus odio, diſſidium majus. *Verburg.*

64. *Et omnes monſtret vias.*] Sic Pal. pr. & Scaligeri liber. ceteri *doceat*, præter quintum, in quo verbum nullum eſt ejuſmodi. *Grut.* Eſt & qui *& omnes indicet* malit.

Mmm mmm m 65. *Nec*

ſe expetendam eſſe dicemus, ſed quia pacem animis afferat, & eos quaſi concordiâ quadam placet ac leniat. Temperantia eſt enim, quæ in rebus aut expetendis, aut fugiendis, rationem ut ſequamur monet. nec enim ſatis eſt judicare, quid faciendum, non faciendumve ſit: ſed ſtare etiam oportet in eo, quod ſit judicatum. plerique autem, quòd tenere atque ſervare id, quod ſtatuerunt, non poſſunt, victi & debilitati, objecta ſpecie voluptatis, tradunt ſe libidinibus conſtringendos, [65] nec, quid eventurum ſit, provident, ob eamque cauſam propter voluptatem & parvam & non neceſſariam, & quæ vel aliter pararetur, & qua etiam carere poſſent ſine dolore, tum in morbos graves, tum in damna, tum in dedecora incurrunt: ſæpe etiam legum judiciorumque pœnis obligantur.

48 Qui autem ita frui volunt voluptatibus, ut nulli propter eas dolores conſequantur: & qui ſuum judicium [d] retinent, ne voluptate victi faciant id, quod ſentiunt non eſſe faciendum: hi voluptatem maximam adipiſcuntur, prætermittenda voluptate. Iidem etiam dolorem ſæpe perpetiuntur, ne, ſi id non faciant, incidant in majorem. Ex quo intelligitur, nec intemperantiam propter ſe fugiendam eſſe: temperantiamque expetendam, non quia voluptates fugiat, ſed quia majores conſequatur.

d tenent *alii.*

P. LIX.

49 XV. Eadem fortitudinis ratio reperietur. nam neque laborum perfunctio, neque perpeſſio dolorum, per ſe ipſa allicit: nec patientia, nec [e] aſſiduitates, nec vigiliæ, nec ea ipſa, quæ laudatur, induſtria, ne fortitudo quidem: ſed iſta ſequimur, ut ſine cura metuque vivamus: animumque & corpus, quantum efficere poſſimus, moleſtiâ liberemus. Ut enim mortis metu omnis quietæ vitæ ſtatus perturbatur: & ut, ſuccumbere doloribus, eoſque humili animo imbecilloque ferre, miſerum eſt; ob eamque debilitatem animi multi parentes, multi amicos, nonnulli patriam, plerique autem ſe ipſos penitus [f] perdiderunt, ſic robuſtus animus & excelſus omni eſt liber [66] cura & angore, cùm & mor-

e aſſiduitas *alii.*

f prodiderunt *alii.*

65. *Nec quid proventurum ſit provident.*] *Nec quid porro eventurum ſit provident* legitur in manuſcripto, & ſine dubio melius. *Urſin.* Palatini codd. præter primum exhibent, *proventurum.*

66. *Cura & angore, cum & mortem contemnit.*] Sane in his verbis men-

mortem contemnit, quâ qui affecti ſunt, in eadem cauſa ſunt, qua antequam nati: & ad dolores ita paratus eſt, ut meminerit, maximos morte finiri, parvos multa habere intervalla [g] requietis, mediocrium nos eſſe dominos: ut, ſi tolerabiles ſint, feramus: ſin minùs, æquo animo è vita, cùm ea non placeat, tamquam è theatro, exeamus. Quibus rebus intelligitur, nec timiditatem ignaviamque vituperari, nec fortitudinem patientiamque laudari ſuo nomine: ſed illas [h] rejici, quia dolorem pariant: has optari, quia voluptatem.

g *ita MSS. alii* quietis.

h reici *MS.*

XVI. JUSTITIA reſtat, ut de omni virtute ſit dictum, 50
ſed ſimilia ferè dici poſſunt. ut enim ſapientiam, temperantiam, fortitudinem, copulatas eſſe docui cum voluptate, ut ab ea nullo modo nec divelli, nec diſtrahi poſſint, ſic de juſtitia judicandum eſt, quæ non modò numquam nocet [i] cuiquam, [67] ſed contrà ſemper alit aliquid tum vi ſua atque naturâ, quod tranquillet animos: tum ſpe, nihil earum rerum defuturum, [68] quas natura non depravata deſideret. quemadmodum temeritas, & libido, & ignavia ſemper animum excruciant, & ſemper ſollicitant turbulentæque ſunt: [69] ſic * * * cu-

P. B.

i quidquam *MS.*

mendum ineſſe prope certum eſt. Et lectio Ven. mihi nequaquam diſplicet, *Et rigore animi etiam mortem contemnit.* Camer.

67. *Si contra ſemper alit aliquid.*] *Quid* pro *aliquid* eſt in manuſcripto. & paullo poſt legendum *quas natura non depravata deſideret.* Urſin.

68. *Natura depravata deſiderat.*] Illud *depravata* ſcriptum erat in margine, quò ſignificaretur, depravata eſſe, quæ ſtatim ſequuntur. inde per errorem tranſlatum eſt in contextum. Lambinus, *Non depravata.* Muretus. *Quas natura non depravata deſideret.*] Haud refugi quod invenerat in ſuo Fulvius Urſinus, egoque in Pal. pr. & Scaligerano. Hactenus publicatis exulabat negativa *non.* & verò ita legendum, aut tollenda præterea dictio *depravata.* ſed ne quid diſſimulem, & periodus iſthæc & ſequentes omnino adulteratæ ſunt. quare & aſteriſco locum inſignivi. *Gruter.*

69. *Sic injuſtitia cujus in mente conſedit, hoc ipſo, quòd adeſt, turbulenta non poteſt non eſſe.*] Locus hic, in Aldinis editionibus depravatus, ita ex manuſcriptis exemplaribus eſt corrigendus. *Urſin. Sic * * * cujus in mente conſedit.*] Malui indicare locum eſſe mancum quàm ei addere aliquid de meo, ut fecit Paulus Manutius, interjecto verbo *impietas*; ut Lambinus, addito *injuſtitia*, ex mſſ. ajunt: ſed vix ego credulus illis: aut ſi ſunt manuſcripti, ſunt certè interpolati. neque tale quid reperi in Palatinis ſex. Si liceret libere proponere quod ſentiam, dicerem locum ſic bellè

 poſſe

vivere nihil aliud ſit, niſi cum voluptate vivere.

XVII. HUIC CERTÆ ſtabilique ſententiæ quæ
55 ſint conjuncta explicabo brevi. °Nullus in ipſis error
o Nullis alii. eſt finibus bonorum & malorum, id eſt, in voluptate,
p & Lamb. ᵖaut in dolore: ſed in his rebus peccant, cùm, è quibus hæc efficiantur, ignorant. animi autem voluptates & dolores naſci fatemur è corporis voluptatibus & doloribus. Itaque concedo quod modò dicebas, 74 cadere cauſâ, ſi qui è noſtris aliter exiſtimant: quos quidem video eſſe multos, ſed imperitos. Quamquam autem & lætitiam nobis voluptas animi, & moleſtiam dolor afferat: eorum tamen utrumque & ortum eſſe è corpo-
P. B. re & ad corpus referri: nec ob eam cauſam non multo

74. *Cadere cauſâ, ſi qui &c.*] Hoc loco libri manuſcr. corrupti ſunt, qui habent partim, *cedere cauſa*, partim *cedere cauſâ*. nam vulgati, in quibus eſt, *cadere cauſâ*, quamvis eos ſecutus ſim, non ſunt tamen omni ex parte incorrupti. Quorſum enim dicat, eos Epicureos cadere cauſâ, qui aliter exiſtiment? niſi forte idcirco, quòd Epicureorum rationes & decreta in controverſiam & quaſi in judicium vocata ſint. Verumtamen cum hunc locum cum illo, cui hic reſpondet, & ad quem referendus eſt, conſidero, in eam ſententiam adducor, ut legendum putem, *cadere cauſam.* nam locum illum reſpicit Torquatus, qui eſt ſupra duodecim abhinc paginis, ibi, *Homines optimi non intelligunt totam rationem everti, ſi ita ſe res habeat.* Ex illo igitur loco arbitror hîc legendum, *cauſam cadere.* nam *cauſam cadere* & *rationes everti* idem fere valent. Quamvis autem uſitatè dicatur cauſâ cadere is, qui litem perdit (hoc autem loquendi genus è re forenſi & judiciali natum eſt) tamen videtur mihi hoc loco M. Tullius hoc ſentire atque hoc velle, fore ut cauſa & rationes Epicureorum evertantur & corruant, ſi verum ſit & ſi fateantur Epicurei, recta & honeſta per ſe eſſe jucunda. Quod ſi quis contendat ex vulgata & uſu recepta conſuetudine eandem ſententiam exprimi poſſe hoc modo, concedo: ſi qui è noſtris aliter exiſtimant, hoc eſt, ſi exiſtimant animi voluptatem, non autem corporis, aut è corpore ortam, eſſe ſummum bonum: eos cadere cauſâ, id eſt, eos eſſe victos ac damnatos, & nihil habere, quo Epicuri decreta tueri poſſint: denique Epicuri partes deſerere & ad alias transfugere. *Lambin.* *Cadere cauſâ.*] Pall. omnes *cedere cauſa.* vulgatum tuetur Turnebus lib. XXV. cap. 2. fine. *Gruter.* Hoc loco denuo adſcriptum erat in exemplari, quo utor [Ego vulgatam lectionem ſervo; & *cadere cauſâ* interpretor, non litem perdere (non enim id Latinis auribus proprie ſignificat) ſed ab agenda cauſa depelli, vel à jure perſequendæ actionis cauſæque agendæ excidere. Quam in ſententiam Torquatus hoc loco pronuntiat, qui aliter exiſtimant eos indignos eſſe, qui ad defenſionem Epicureæ admittantur audianturve.] rectè, & ex uſu Latinè loquentium, ſi quid video. *Verburg.*

75. *Nemo*

to majores eſſe & voluptates, & dolores animi quàm corporis. nam corpore nihil, niſi præſens & quod adeſt, ſentire poſſumus: animo autem & præterita, & futura. ut enim æquè doleamus animo, cùm corpore dolemus: fieri tamen permagna acceſſio poteſt, ſi aliquod æternum & infinitum impendere malorum nobis opinemur. quod idem licet transferre in voluptatem, ut ea major ſit, ſi nihil tale metuamus.

Jam illud quidem perſpicuum eſt, maximam animi 56
aut voluptatem, aut moleſtiam plus aut ad beatam, aut ad miſeram vitam afferre momenti quàm eorum utrumvis, ſi æquè diu ſit in corpore. non placet autem, detracta voluptate, ægritudinem ſtatim conſequi, niſi in voluptatis locum dolor fortè ſucceſſerit: at contrà, gaudere nosmet omittendis doloribus, etiam ſi voluptas q eo int.
ea, quæ ſenſum moveat, nulla ſucceſſerit. q eoque *alii.*
intelligi poteſt, quanta voluptas ſit non dolere. Sed ut 57
iis bonis erigimur, quæ exſpectamus: ſic lætamur iis, quæ recordamur. Stulti autem malorum memoriâ torquentur: ſapientes bona præterita grata recordatione renovata delectant. eſt autem ſitum in nobis, ut & adverſa quaſi perpetua oblivione obruamus, & ſecunda jucundè ac ſuaviter meminerimus. Sed cùm ea, quæ præterierunt, acri animo & attento intuemur, tunc fit, ut ægritudo ſequatur, ſi illa mala ſint; lætitia, ſi bona.

XVIII. O præclaram beatè vivendi, & apertam, & ſimplicem, & directam viam! cùm enim certè nihil homini poſſit melius eſſe quàm vacare omni dolore & moleſtiâ, perfruique maximis & animi & corporis voluptatibus: videtisne, quàm nihil prætermittatur, quod vitam adjuvet, quò faciliùs id, quod propoſitum eſt, ſummum bonum conſequamur? clamat P. LXI.
Epicurus, is, quem vos nimis voluptatibus eſſe deditum dicitis, non poſſe jucundè vivi, niſi ſapienter, honeſtè juſtéque vivatur: nec ſapienter, honeſtè, juſtè, niſi jucundè.

Neque enim civitas in ſeditione beata eſſe poteſt, 58
nec in diſcordia dominorum domus: quo minùs animus, à ſe r ipſe diſſidens ſecumque diſcordans, guſtare par- r ipſo diſſ.
tem ullam liquidæ voluptatis & liberæ poteſt. atqui ipſe *alii.*
pugnantibus & contrariis ſtudiis conſiliisque ſemper

utens, nihil quieti videre, nihil tranquilli poteſt.

59 Quod ſi corporis gravioribus morbis vitæ jucunditas impeditur: quanto magis animi morbis impediri neceſſe eſt? animi autem morbi ſunt cupiditates immenſæ & inanes, divitiarum, gloriæ, dominationis, libidinoſarum etiam voluptatum. accedunt ægritudines, moleſtiæ, mærores, qui animos exedunt conficiuntque curis, hominum non intelligentium, nihil dolendum eſſe animo, quod ſit à dolore corporis præſenti futurove ſejunctum. Nec verò quiſquam ſtultus non horum morborum aliquo laborat. [75] nemo igitur eſt non miſer.

60 Accedit etiam mors, quæ, quaſi ſaxum Tantalo, ſemper impendet: tum ſuperſtitio, quâ qui eſt imbutus, quietus eſſe numquam poteſt. Præterea bona præterita non meminerunt, præſentibus non fruuntur, futura modò exſpectant: quæ quia certa eſſe non poſſunt, conficiuntur & angore, & metu: maximéque cruciantur, cùm ſerò ſentiunt, fruſtra ſe aut pecuniæ ſtuduiſſe, aut imperiis, aut opibus, aut gloriæ. nullas enim conſequuntur voluptates, quarum potiendi ſpe inflammati, multos labores magnosque ſuſceperant.

61 [76] Ecce autem alii minuti & [s] anguſti, aut omnia ſemper deſperantes, aut malevoli, invidi, difficiles, lucifugi, maledici, [t] monſtroſi: alii autem etiam amatoriis levitatibus dediti, alii petulantes, [77] alii audaces, protervi, [v] iidem intemperantes & ignavi, numquam in ſententia permanentes. quas ob cauſas in eorum vita nulla eſt intercapedo moleſtiæ. Igitur neque ſtultorum quiſquam beatus, neque ſapientum non beatus. mul-

s anguſti animi *Gul. P. B.*
t moroſi *Lamb.* monſtruoſi *MSS.*
v itemque *ed. vet.*

75. *Nemo igitur eſt non miſer.*] *Eorum non miſer* habet manuſcriptus liber. *Urſin.*

76. *Ecce autem alii minuti & anguſti, aut omnia ſemper deſperantes.*] Inducenda videtur particula *aut*, quæ abeſt à manuſcripto codice. *Idem.*

77. *Alii audaces, protervi, iidem intemp.*] Locus ſuſpectus, nam *audaces* cum protervis, petulantibus, intemperantibus & ſimilibus nihil habent inter ſe commune. *audaces* enim ſunt ſicarii, percuſſores, parricidæ: *protervi, petulantes &c.* ſunt libidinoſi & voluptarii homines. Quare ſic legi velim, deletis duabus vocibus, *alii audaces, alii petulantes, protervi, intemperantes, iidem ignavi, nunquam in ſententia permanentes.* Lambin. *Alii audaces, protervi, iidem.*] Male hæc mutat Lambinus, nam verbo, quod vult, immiſſo non conſiſtit auctoris antitheſis. *Gruter.*

78. *In*

multóque hoc meliùs nos veriusque quàm Stoici. Illi enim negant bonum quidquam eſſe, niſi neſcio quam illám umbram, quod appellant honeſtum, non tam ſolido quàm ſplendido nomine: virtutem autem, nixam hoc honeſto, nullam requirere voluptatem, atque ad beatè vivendum ſeipſa eſſe contentam.

XIX. SED POSSUNT hæc quadam ratione dici, 62
non modò non repugnantibus, verùm etiam approbantibus nobis. ſic enim ab Epicuro ſapiens ſemper beatus inducitur. finitas habet cupiditates; negligit mortem; de diis immortalibus ſine ullo metu vera ſentit; non dubitat, ſi ita melius ſit, migrare de vita. his rebus inſtructus ſemper eſt in voluptate. neque enim tempus eſt ullum, quo non plus habeat voluptatum quàm dolorum. nam & præterita gratè meminit, & præſentibus ità potitur, ut animadvertat, quanta ſint ea quamque jucunda: neque pendet ex futuris, ſed exſpectat illa, fruitur præſentibus: ab iisque vitiis, quæ paullo antè collegi, abeſt plurimùm: &, cùm ſtultorum vitam cum ſua comparat, magna afficitur voluptate. dolores autem, ſi qui incurrunt, numquam vim tantam habent, ut non plus habeat ſapiens, quod gaudeat, quàm quod angatur.

Optimè verò Epicurus, quòd exiguam x dicit fortu- 63
nam intervenire ſapienti: maximasque ab eo & gra- x ducit
viſſimas res conſilio ipſius & ratione y adminiſtrari: alii.
neque majorem voluptatem ex infinito tempore ætatis P. LXII.
percipi poſſe, quàm ex hoc percipiatur, quod videamus y ammin.
eſſe finitum. In dialectica autem veſtra nullam vim MS.
exiſtimavit eſſe nec ad meliùs vivendum, nec ad commodiùs diſſerendum. [78] In phyſicis plurimùm poſuit.

78. *In phyſicis quidem cum plurimum poſſint.*] Verum eſſe puto, *in phyſicis quidem quàm plurimum poſui.* Nam de phyſicis, id eſt, rerum cauſis & naturis explicatis, oſtendere voluit Epicurus ea, quæ hoc etiam loco copioſe memorantur: itaque illum in his plurimum operæ poſuiſſe ait. *Camer.* *In phyſicis plurimum poſuit.*] Repræſentavi ſcripturam Palatini primi, à quo non receſſit editio Victorii, niſi quod interjecerit, *In phyſicis quidem plurimum poſuit.* at priores ea & poſteriores: *In phyſicis quidem cum plurimum poſſint &c.* quod & retinuit Lambinus, ſed expreſſit & alteram lectionem, contra manuſcriptos, licet neget. Idem quoque licentioſè trajecit plures voces; & perperam ex *autem* fecit *enim:* omnia contra Palatinos noſtros editosque: & non neceſſariò. Nam Tor-

Ea ſcientia, & verborum vis, & natura orationis, ‹ conſequentium repugnantiumve ratio poteſt perſpic omnium autem rerum naturâ cognitâ, levamur ſuperſl tione, liberamur mortis metu, non conturbamur ign ratione rerum, è qua ipſa horribiles exſiſtunt ſæpè fo midines. denique etiam morati meliùs erimus, cù didicerimus, quæ natura deſideret. tum verò, ſi ſt bilem ſcientiam rerum tenebimus, ſervatâ illâ (qu quaſi delapſa de cælo eſt ad cognitionem omnium) regu la, ad quam omnia judicia rerum [z] dirigentur, numqua ullius oratione victi ſententiâ deſiſtemus.

z dirigantur *Lamb.*

64 Niſi autem rerum natura perſpecta erit, nullo mod poterimus ſenſuum judicia defendere. quidquid porr animo cernimus, id omne oritur à ſenſibus. qui omnes erunt veri, ut Epicuri ratio docet: tum deniqu poterit aliquid cognoſci & percipi. quos qui tollun & nihil poſſe percipi dicunt, ii, remotis ſenſibus, ne i ipſum quidem expedire poſſunt, quod diſſerunt. Præ terea, ſublata cognitione & ſcientiâ, tollitur omn ratio & vitæ degendæ, & rerum gerendarum. Sic phyſicis & fortitudo ſumitur contra mortis timorem & conſtantia contra metum religionis; & ſedatio ani mi, omnium rerum occultarum ignoratione ſublata; & [a] moderatio, naturâ cupiditatum generibusque earun explicatis; & (ut modò docui) cognitionis regulâ & judicio ab eadem illa conſtituto, veri à falſo diſtincti traditur.

a moderatio cupidit. natura generib. *alii.*

P. B.

XX. RESTAT locus huic diſputationi vel maxim

65 neceſſarius de amicitia, quam, ſi voluptas ſummun ſit bonum, affirmatis nullam omnino fore: de qua Epi curus quidem ita dicit: ***omnium rerum, quas ad beat vivendum ſapientia comparaverit, nihil eſſe majus amici tiâ, nihil uberius, nihil jucundius.*** neque verò ho oratione ſolùm, ſed multo magis vita, & factis, & moribus comprobavit. quod quàm magnum ſit ficti ve

quatus heic reddit rationem, cur plus impenderit phyſicæ Epicuru quàm Dialecticæ, atque utramque quaſi in bilance examinat oſtenditque illam hærere circa verba & voces: hanc verò pene trare rerum omnium naturam, &c. Valde hoc etiam loco inepti Michaël Brutus, dum parentheſi neſcio quâ cuncta redintegrar ſatagit. Magis laudo Aldum Nepotem, qui, dum tacet, non pec cat. *Grut.*

veterum fabulæ declarant: in quibus tam multis tamque variis, ab ultima antiquitate repetitis, [b] vix tria amicorum paria reperiuntur, ut ad Oreſtem pervenias, profectus à Theſeo. At verò Epicurus una in domo, & ea quidem anguſta, quàm magnos quantaque amoris conſpiratione conſentientes tenuit amicorum greges? quod fit etiam nunc ab Epicureis.

[b] *alii* tria vix.

66 Sed ad rem redeamus. 79 de omnibus dici non neceſſe eſt. Tribus igitur modis video eſſe à noſtris de amicitia diſputatum. Alii, cùm eas voluptates, quæ ad amicos pertinerent, negarent eſſe per ſe ipſas tam expetendas quàm noſtras expeteremus: quo loco videtur quibusdam ſtabilitas amicitiæ vacillare. tuentur tamen eum locum, ſeque facilè, ut mihi [c] videtur, expediunt. ut enim virtutes, de quibus ante dictum eſt, ſic amicitiam negant poſſe à voluptate diſcedere. nam cùm ſolitudo & vita ſine amicis inſidiarum & metus plena ſit, ratio ipſa monet amicitias comparare: quibus [d] partis confirmatur animus, & à ſpe pariendarum voluptatum ſejungi non poteſt.

[c] videntur *Lamb.*

[d] paratis *alii.*

67 Atque ut odia, invidiæ, deſpicationes, adverſantur voluptatibus: ſic amicitiæ non modò [e] fautrices fideliſſimæ, ſed etiam effectrices ſunt voluptatum tam amicis quàm ſibi. quibus non ſolùm præſentibus fruuntur, ſed etiam ſpe eriguntur conſequentis ac poſteri temporis. P. LXIII. 80 Quod quia nullo modo ſine amicitia firmam & perpetuam jucunditatem vitæ tenere poſſumus, [f] neque verò ipſam amicitiam tueri, 81 niſi æquè amicos & nosmet ipſos diligamus: iccirco & hoc ipſum efficitur in amicitia, & amicitia cum voluptate connectitur. nam & lætamur amicorum lætitiâ æquè atque noſtrâ; & pariter dolemus angoribus.

[e] fotrices *Scalig.*

[f] neque ipſam *alii.*

Quo-

79. *De omnibus dici non neceſſe eſt.*] Victorii editio omiſit *non*, quod tamen in aliis cuſis, item mſſ. noſtris. Impoſuit viro doctiſſimo librariorum hallucinatio. legendum enim non *omnibus*, ſed *hominibus*, quomodo diſertè Palatinus ille noſter jure meritoque primus. quod & recipere debebam in contextum: ſed nolui nimium tribuere teſti unico, præſertim in re forſan non omnibus æquè clara. *Grut.*

80. *Quod quia nullo modo.*] Video mendum, & opinor non inepte locum corrigi, ſi legatur, *quodque nullo modo.* P. Manut.

81. *Niſi æquè amicos & nosmetipſos diligamus.*] Rectius eſt in manuſcripto *ac nosmetipſos.* Urſin.

82. *Co-*

68 Quocircą eodem modo ſapiens erit affectus erga amicum, quo in ſeipſum: quoſque labores propter ſuam voluptatem ſuſciperet, eosdem ſuſcipiet propter amici voluptatem: quæque de virtutibus dicta ſunt, quemadmodum hæ ſemper voluptatibus inhærent, eadem de amicitia dicenda ſunt. præclarè enim Epicurus his pænè verbis: *Eadem*, inquit, [g] *ſcientia confirmavit animum, ne quod aut ſempiternum, aut diuturnum timeret malum; quæ perſpexit, in hoc ipſo vitæ ſpatio amicitiæ præſidium eſſe firmiſſimum.*

g *ſententia* MSS.

69 Sunt autem quidam Epicurei timidiores paullo contra veſtra convicia, ſed tamen ſatis acuti, qui verentur, ne, ſi amicitiam propter noſtram voluptatem expetendam putemus, tota amicitia quaſi claudicare videatur. itaque primos congreſſus [82] copulationesque & conſuetudinum inſtituendarum voluntates fieri propter voluptatem: cùm autem uſus progrediens familiaritatem effecerit, tum amorem efflorеſcere tantùm, ut, etiam ſi nulla ſit utilitas ex amicitia, tamen ipſi amici propter ſe ipſos amentur. etenim ſi loca, ſi fana, ſi urbes, ſi gymnaſia, ſi campum, ſi canes, ſi equos, [83] ſi ludicras exercen-

82. *Copulationesque, conſuetudinem inſtituendarum amicitiarum fieri, &c.*] Libb. vett. partim ſic habent, *copulationesque conſuetudinum inſtituendarum voluptatum fieri propter voluptatem:* partim ſic, *copulationesque conſuetudinum voluptates fieri propter voluptatem.* quarum ſcripturarum quis non videt utramque eſſe mendoſam? eademque opera quis non intelligit vulgatam eſſe interpolatam? nam ex *voluptatum*, ſeu *voluptates*, quæ reperiuntur in libb. vett. factum eſt, *amicitiarum*, quod eſt ſubſtitutum, & *voluptatum*, ſeu *voluptates*, quæ videntur ſcripta ab errante ſcriptore, deleri & ita legi, *copulationesque conſuetudinum inſtituendarum fieri propter voluptatem &c.* Lambin. *Copulationesque & conſuetudinum inſtituendarum voluntates.*] Hactenus inter minus ſanos fuit locus iſte, qui núnc bene prorſus habet ope Palatini primi. Vulgati quidem, *copulationesque conſuetudinum inſtituendarum amicitiarum:* neque aliter Victoriana editio, niſi quod illa, *copulationesque conſuetudinum inſtit. amicitiarum*; ſed contra mſſ. noſtros, in quibus, *conſuetudinem inſtituendarum voluptatum*; quemadmodum & de ſuis ferè teſtatur Lambinus, qui tamen infeliciter graſſatus ad medicinam. *Grut.*

83. *Si ludicra exercendi aut venandi conſuetudine adamare ſolemus.*] Mihi magis placet ut eſt in vetere codice, *ſi ludicras exercendi aut venandi conſuetudines adamare ſolemus.* Urſin. *Si ludicras exercendi aut venandi conſuetudines.*] Rurſus eſt à Palatino noſtro primo, cui & ſuffragatur vetus codex Fulvii noſtri Urſini. In hunc diem illepide lectum, *ſi ludicra exercendi aut venandi conſuetudine.* contra

cendi, aut venandi conſuetudines adamare ſolemus, quanto id in hominum conſuetudine faciliùs fieri [h] potuerit & juſtiùs?

Sunt autem qui dicunt fœdus quoddam eſſe ſapien- 70
tum, ut ne minùs [i] quidem amicos quàm ſe ipſos diligant. quod & fieri poſſe intelligimus, & ſæpe [k] id videmus, & perſpicuum eſt, nihil ad jucundè vivendum reperiri poſſe, quod conjunctione tali ſit aptius. Quibus ex omnibus judicari poteſt, non modò non impediri rationem amicitiæ, ſi ſummum bonum in voluptate ponatur, ſed ſine hoc inſtitutionem omnino amicitiæ non poſſe reperiri.

XXI. QUAPROPTER ſi ea, quæ dixi, ſole ipſo 71
illuſtriora & clariora ſunt: ſi omnia dixi hauſta è fonte naturæ: ſi tota oratio noſtra omnem ſibi fidem ſenſibus confirmat, id eſt, incorruptis atque integris teſtibus: ſi infantes [l] pueri, mutæ etiam beſtiæ, pænè loquuntur, magiſtrâ ac duce naturâ, nihil eſſe proſperum, niſi voluptatem; [84] nihil [m] aſperum, niſi dolorem; de quibus neque depravatè judicant, neque corruptè: nonne ei maximam gratiam habere debemus, qui [n] hac exaudita quaſi voce naturæ, ſic eam firmè [o] graviterque comprehenderit, ut omnes bene ſanos in viam placatæ, tranquillæ, quietæ, beatæ vitæ deduceret? qui quòd tibi parum videtur eruditus, ea cauſa eſt, quòd nullam eruditionem eſſe duxit, niſi quæ beatæ vitæ diſciplinam juvaret.

An ille tempus aut in poëtis evolvendis, ut ego & 72
Triarius, te hortatore, [p] facimus, conſumeret? in quibus nulla ſolida [q] utilitas omniſque puerilis eſt delectatio: aut ſe, ut Plato, in muſicis, geometria, numeris, aſtris contereret? quæ & à falſis initiis profecta vera eſſe non poſſunt: &, ſi eſſent vera, nihil afferrent, quo jucundiùs, id eſt, quo meliùs viveremus. eas ergo artes perſequeretur, vivendi artem tantam tamque operoſam & [r] perinde fructuoſam relinqueret? Non ergo Epicurus ineruditus, ſed ii indocti, qui, quæ pueros non

h *alii* poterit.
i P. B. quidem *Lamb. delet.*
k enim *MSS. & Ald.*
l ſi pueri *alii.*
m improſperum *alii.*
n hac in *aliis deeſt.*
o gnaviterque *Scalig.*
p fecimus *alii.*
q util. eſt o. p. delect. *alii.*
r proinde *alii.*

tra omnia exemplaria antiqua, in quibus *ludicra*, & *conſuetudines*. Gruter.

84. *Nihil aſperum, niſi dolorem.*] Ven. libri habent, eleganti ἀντιθέσει, *Improſperum*. Camerar.

1. *Sche-*

P.LXIV. non didiciſſe turpe eſt, ea putent usque ad ſenect[...] eſſe diſcenda. Quæ cùm dixiſſet, Explicavi, inq[...] ſententiam meam, & eo quidem conſilio, tuum j[...]cium ut cognoſcerem. quæ mihi facultas, ut id m[...] arbitratu facerem, ante hoc tempus numquam eſt da[...]

M. TULLII CICERONIS
DE
FINIBUS BONORUM ET MALORUM
AD
BRUTUM
LIBER SECUNDUS.

ARGUMENTUM.

CIcero Epicuri ſententiam de ſummo bono, ſeu voluptate, a Torqu[...] libro primo probatam, multis argumentis oppugnat.

§ I. HIc cùm uterque me intueretur, ſe[...]que ad audiendum ſignificarent pa[...]tos: primùm, inquam, deprecor, [...] me, tamquam philoſophum, pute[...] [1] ſcholam vobis aliquam explicaturu[...] quod ne in ipſis quidem philoſop[...] magi[...]

1. *Scholam.*] Diſputationes, quibus perpetua oratione una [...]quid de re philoſophi in cœtu hominum explicabant, ſcholæ di[...]bantur. Cic. I. Tuſc. *Dierum quinque ſcholas, ut Græci appella[...] in totidem libros contuli.* Idem lib. III. *Separatim autem certæ ſch[...] ſunt de exſilio, de interitu patriæ, &c.* Plutarchus, *Τὴν γενομ[...] καὶ σχολὴν περὶ τοῦ ἀκούειν, ὦ Νίκανδρε, ἀπέσταλκά σοι.* Muret.

I.

nopere umquam probavi. quando enim Socrates, parens philoſophiæ jure dici poteſt, quidquam tale t?. eorum erat iſte mos, qui tum [2] ſophiſtæ nominatur: quorum è numero primus eſt auſus Leonti- Gorgias in conventu poſcere quæſtionem, id eſt, re dicere, qua de re quis vellet audire. Audax ne-m; dicerem [a] impudens, niſi hoc inſtitutum poſtea latum ad philoſophos noſtros eſſet. a & impud. *alii*.
l & illum, quem nominavi, & ceteros ſophiſtas, 2
Platone intelligi poteſt, luſos videmus à Socrate. m [b] percunctando atque interrogando elicere ſo- b percont. *alii*.
eorum opiniones, quibuſcum diſſerebat, ut ad ea, ii reſpondiſſent, ſi quid videretur, diceret. qui cùm à poſterioribus non eſſet retentus, Arceſilas revocavit inſtituitque, ut ii, qui ſe audire vel- non de ſe quærerent, ſed ipſi dicerent, quid ſen-. quod cùm dixiſſent, ille contrà. ſed qui audie- P. B.
, quoad poterant, defendebant ſententiam ſuam. l ceteros autem philoſophos, qui quæſivit aliquid, quod quidem jam fit etiam in Academia. Ubi is, qui audire vult, ita dixit, voluptas mihi videſſe ſummum bonum, perpetua oratione contrà atur: ut facilè intelligi poſſit, eos, qui aliquid ſibi . dicant, non ipſos in ea ſententia eſſe, ſed audire contraria.

s commodiùs agimus. non enim ſolùm Torquatus 3
quid ſentiret, ſed etiam cur. ego autem arbitror, quam-

ophiſta.] Sophiſtarum nomen primis temporibus honeſtiſſi- fuit. iidem enim ſapientes erant & Sophiſtæ. Laërt. lib. I. σοφοὶ καὶ Σοφισαὶ ἐκαλοῦντο, καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ποιη- φισαὶ, καθ᾽ ἃ καὶ ὁ Κρατῖνος ἐν Ἀρχιλόχῳ τοὺς περὶ Ὅμη- : Ἡσίοδον ἐπαινῶν, οὕτως καλεῖ. Et Ariſtoteles, ut ſcribit Etymologici, ſeptem illos ſapientes Sophiſtas vocat. Plato e Comicus in Fabula, cui titulus eſt, Sophiſtæ, Bacchyli- oëtam inter Sophiſtas numerat, ut eſt apud Suidam. omni- omnes in quacunque arte eruditos Sophiſtas vocabant. uè autem muſicos hoc afficiebant nomine, ut teſtantur cùm um Athenæus lib. XIV. deinde cœpit nomen illud in eos ri, qui accepta mercede philoſophiam aut eloquentiam do-, quaſi caupones quidam, ut Socrates loquitur, ciborum, animus aleretur. itaque parum honorificum habebatur ap- Sophiſtam, ut ex Platonis Protagora non obſcurè cogno- Fl. Philoſtratus veterem Sophiſticen nihil aliud fuiſſe ait ῥητορικὴν φιλοσοφοῦσαν. *Muretus.*

3. Vt

quamquam admodum delectatus ſum ejus oratione perpetua, tamen commodiùs, cùm in rebus ſingulis inſiſtas & intelligas, quid quisque concedat, quid abnuat, ex rebus conceſſis concludi quid velis, & ad exitum perveniri. Cùm enim fertur, quaſi torrens, oratio, quamvis multa cujusquemodi rapiat: nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coerceas. omnis autem in quærendo, quæ via quadam & ratione habetur, oratio præſcribere primùm debet, (3 ut quibusdam in formulis ea res agetur) ut, inter quos diſſeritur, conveniat, quid ſit id, de quo diſſeratur.

4 II. Hoc positum in Phædro à Platone probavit Epicurus: ſenſitque, in omni diſputatione id fieri oportere. ſed quod proximum fuit non vidit. negat enim definiri rem placere: ſine quo fieri interdum non poteſt, ut inter eos, qui ambigunt, conveniat, quid ſit id, de quo agatur: velut in hoc ipſo, de quo nunc diſputamus. quærimus enim finem bonorum: poſſumusne ſcire, hoc, qua-

3. *Ut quibusdam in formulis ea res agatur, &c.*] Rectius videtur ſic: *Ut quibusdam in formulis, qua res agatur, &c.* Sic libro v. *Si eſt quisquam, qui acutè in cauſis videre ſoleat, qua res agatur.* & de Fato: *Hac diſſerens, qua de re agatur, & in quo cauſſa conſiſtat, non videt.* Et in Bruto: *Qua de re agitur, illud, quod multis locis in Juriſconſultorum includitur formulis, id ubi eſſet, non videbat.* & Plato in Phædro, Περὶ οὗ ἂν ἔιη βȣλή. *A. Manut.* *Ea res agatur.*] *Qua de re agatur* Lambinus. *Illasce oves, qua de re agitur, ſanas recte eſſe* Varro lib. II. de Re Ruſt. Cicero pro Muræna: *Neque quicquam tam anguſte ſcriptum eſt, quo ego non poſſim, qua de re agitur, addere.* Idem in Bruto: *Qua de re agitur autem, illud, quod multis locis in Juriſconſultorum includitur formulis, id ubi eſſet videbat.* Idem in Topicis: *Sed qua ex ſtatu concentio efficitur, eam Graci Κοινόμενον vocant. Mihi placet id, quoniam quidem ad te ſcribo, Qua de re agitur, vocari.* Muretus. *Ut quibusdam in formulis, qua de re agatur.*] Sic eſt legendum, & ita ſtatim loquitur; *Conveniat, quid ſit, id de quo agatur:* niſi quis ita malit, *ea de re agitur.* quod ſi quis neget, fretus antiquâ ſcripturâ, forte corruptâ, eum ego ſexcentis è Pandectis Juris Civ. locis & ex ipſo Cicerone non paucis obruam: ut omittam, quòd doctiſſimi noſtræ ætatis Juriſconſulti mihi aſſentiuntur. *Lambin.* *Ut quibusdam formulis ea res agetur.*] Expreſſi quod erat in Pal. pr. videbaturque etiam fuiſſe in ſec. nam tres alii *agatur.* quartus vero *agitur,* quomodo legi volebat Turnebus lib. II. Adverſ. cap. 17. neque vero ſanè quin heic introducatur; dummodò conſtet rem eodem planè redire, hoc illove modo legamus. *Gruter.*

4. Aut

quale ſit, niſi contulerimus inter nos, cùm finem bonorum dixerimus, quid finis, quid etiam ſit ipſum bonum?

5 P. LXV. Atqui hæc patefactio quaſi rerum opertarum, cùm quid quidque ſit aperitur, definitio eſt: quâ tu etiam imprudens utebare nonnumquam. nam hunc ipſum ſive finem, ſive extremum, ſive ultimum definiebas, id eſſe, quò omnia, quæ rectè fierent, referrentur, neque id ipſum usquam referretur. Præclarè hoc quidem. Bonum ipſum etiam quid eſſet, fortaſſe, ſi opus fuiſſet, definiſſes: aut, quod eſſet naturâ appetendum: aut, quod prodeſſet: [4] aut, quod juvaret: aut, quod liberet [5] modo. nunc idem (niſi moleſtum eſt) quoniam tibi non omnino diſplicet definire, & id facis cùm vis; velim definias, quid ſit voluptas: de quo omnis hæc quæſtio eſt.

6 [6] Quaſi quis, inquit, ſit, qui, quid ſit voluptas, neſciat: aut qui, quo magis id intelligat, definitionem aliquam deſideret. Me ipſum eſſe dicerem, inquam, niſi mihi viderer habere bene cognitam voluptatem & ſatis firmè conceptam animo atque comprehenſam. nunc autem dico, ipſum Epicurum neſcire, & in eo nutare: eumque, qui crebrò dicat, diligenter oportere exprimi, quæ vis ſubjecta ſit vocibus, non intelligere interdum, quid ſonet hæc vox voluptatis, [7] id eſt, quæ res huic voci [c] ſubjiciatur.

[c] ſubiciatur *MS.*

III.

4. *Aut quod juvaret, aut quod liberet. modo idem, niſi moleſtum eſt, &c.*] Mirum quas pulcherrimis ſententiis tenebras afferat non optimè percepta ratio diſtinguendi. quod & ſæpè jam oſtendi, & ſæpe ut oſtendatur, video futurum. hic quidem non dubito quin interpungendum ita ſit: *Aut quod juvaret; aut quod liberet modo. idem &c.* A. Manut.

5. *Modò. nunc idem &c. velim definias.*] Obſecutus ſum rurſus majeſtati membranarum Palatinarum quod ad voces, nam diſtinctio eſt Pauli Manutii. vulgati enim: *Modò idem &c. velim definires.* Gruter.

6. *Quaſi quis, inquit, ſit.*] Locus fortè non ſatis ſanus. Palatini enim quinque, *inquit eſt.* primus verò, *quis quam. ſi inquit eſt.* punctisque ſubducta ſyllaba *ſi*, tamquam ſupervacua. ut legi voluerit, *Quisquam, inquit, eſt qui &* per interrogationem. Victorius expreſſit, *Quisquam ſit, inquit, qui.* media lectio videtur optima. *Idem.*

7. *Id eſt, quæ res huic voci ſubjiciatur.*] Verba iſthæc omnia pro ſpuriis habet Petrus Faber libro II. Semeſtrium cap. 24. & verò

 non

III. Tunc ille ridens, Hoc verò, inquit, optimum, ut is, qui finem rerum expetendarum voluptatem eſſe dicat, id extremum, id ultimum bonorum; id ipſum, [d]quid ſit, quale ſit, neſciat. Atqui, inquam, aut Epicurus, quid ſit voluptas, aut omnes mortales, qui ubique ſunt, neſciunt. Quonam, inquit, modo? Quia voluptatem hanc eſſe ſentiunt omnes, quam ſenſus accipiens movetur, & jucunditate quadam
7 perfunditur. [8]Quid ergo, iſtam voluptatem, inquit, Epicurus ignorat? Non ſemper, inquam. nam interdum nimis etiam novit, quippe qui teſtificetur, ne intelligere quidem ſe poſſe, ubi ſit, aut quid ſit ullum bonum, præter illud, quod cibo, aut potione, & aurium delectatione, & [e]obſcœna voluptate capiatur. An hæc ab eo non dicuntur? Quaſi [f]verò me pudeat, inquit, iſtorum, aut non poſſim, quemadmodum ea dicantur, oſtendere. Ego verò non dubito, inquam, quin facilè poſſis: nec eſt, [9]quòd te pudeat ſapienti aſſentiri; qui ſe unus, quod ſciam, ſapientem profiteri ſit auſus. nam Metrodorum non [g]puto ipſum profeſſum: ſed, cùm appellaretur ab Epicuro, repudiare tantum beneficium noluiſſe. Septem autem illi, non ſuo ſed populorum ſuffragio omnium, nominati ſunt.

8 Verùm hoc loco ſumo, verbis his eandem certè vim voluptatis Epicurum noſſe quàm ceteros. [10]omnes enim jucundum motum, quo ſenſus [h]hilaretur, Græcè ἡδονὴν, Latinè voluptatem vocant. Quid eſt igitur, inquit, quod requiras? Dicam, inquam, & quidem diſcendi cauſâ magis quàm [i]quò te aut Epicurum reprehenſum velim. Ego quoque, inquit, didicerim libentiùs, ſi quid attuleris, quàm [k]te reprehenderim. Tenesne igitur, inquam, Hieronymus Rhodius quod di-

d quidem quale ſit. *MS.*

P. B.

e obſcœna *alii.*

f vero *deeſt in aliis.*

g *ita MSS.* *alii* putant.

h hilarentur *alii.*

i quod *alii.*

k te *delet Lamb.*

non admodum faciunt ad rem; ſed tamen non omnino hoc loco ſunt ſupervacua; ubi contendit adverſarius, & inculcat eadem aliis aliisque verbis. *Grut.*

8. *Quid ergo, iſtam voluptatem, inquit, Epicurus ignorat.*] Ita voces collocavit exemplar Palatinum. recte meo judicio. *Idem.*

9. *Quod te pudeat ſapienti adſentiri, qui ſe unus &c.*] Vox *ſapienti* non eſt in Pal. pr. niſi à manu longè recentiori, & poterat forſan abeſſe, ſi ejus loco ſubſtitueretur, *ei.* Idem.

10. *Omnes enim jucundum motum, quo ſenſus hilarentur.*] *Hiarent* habet liber manuſcriptus, pro, *hilarentur*; quod magis placet. *Urſin.*

11. *Etiam*

dicat eſſe ſummum bonum, quò putet omnia referri oportere? Teneo, inquit, finem illi videri, nihil dolere. Quid? idem iſte de voluptate quid ſentit? Negat eſſe eam, inquit, propter ſeipſam expetendam.

Aliud igitur eſſe cenſet gaudere, aliud non dolere. Et 9
quidem, inquit, vehementer errat. nam, ut paullo antè docui, augendæ voluptatis finis eſt doloris omnis amotio. [l] Non dolere, inquam, iſtud quam vim habeat poſtea videro: aliam verò vim voluptatis eſſe, aliam nihil dolendi, niſi valde pertinax fueris, concedas neceſſe eſt. Atqui reperies, inquit, in hoc quidem pertinacem. dici enim nihil poteſt verius. Eſtne quæſo, inquam, ſitienti in bibendo voluptas? Quis iſtud, inquit, poſſet negare. Eademne, inquam, quæ reſtincta ſiti? Immò alio genere. reſtincta enim ſitis ſtabilitatem voluptatis habet, inquit: illa autem voluptas ipſius reſtinctionis in motu eſt. Cur igitur, inquam, res tam diſſimiles eodem nomine appellas?

[l] Tum non *MSS.* Tuum non *Lamb.* non *malè.*

P. LXVI.

Quid paullo antè, inquit, dixerim, nonne memini- 10
ſti, cùm omnis dolor detractus eſſet, variari, non augeri voluptatem? Memini verò, inquam. ſed tu iſtuc [m] dixti bene Latinè, parum planè. varietas enim Latinum verbum eſt, idque propriè quidem in diſparibus coloribus dicitur: ſed transfertur in multa diſparia. varium poëma, varia oratio, varii mores, varia fortuna. voluptas varia etiam dici ſolet, cùm percipitur ex multis diſſimilibus rebus, [n] diſſimiles efficientibus voluptates. Eam ſi varietatem diceres, intelligerem, ut, [11] etiam non dicente te, intelligo. iſta varietas quæ ſit non ſatis perſpicio, quod ais, cùm dolore careamus, tum in ſumma voluptate nos eſſe: cùm autem veſcamur iis rebus, quæ dulcem motum afferant ſenſibus, tum eſſe in motu voluptatem, quæ faciat varietatem voluptatum: ſed non augeri illam non dolendi voluptatem. quam cur voluptatem appelles neſcio.

[m] dixiſti *alii.*

[n] diſſimiliter *alii.*

IV. AN POTEST, inquit ille, quidquam eſſe ſua- 11
vius quàm nihil dolere? Immò ſit ſanè nihil melius, inquam (nondum enim id quæro) num propterea idem vo-

11. *Etiam non dicente me.*] Quum in membranis ſuis pater negativam non reperiret, ſuſpicari incepit ſcripſiſſe Tullium, *etiam indicente*, ut profitetur in notis ad Livium XXII, 39. Gronov.

o indoloria *MS.*

voluptas eſt, quod (ut ita dicam) [o] indolentia? Planè idem, inquit, & maxima quidem, quâ fieri nulla major poteſt. Quid dubitas igitur, inquam, ſummo bono à te ita conſtituto, ut id totum in non dolendo ſit, id tenere unum, id tueri, id defendere? quid enim neceſſe

P. B.

eſt, tamquam meretricem in matronarum cœtum, ſic voluptatem in virtutum concilium adducere? [12] invidioſum nomen eſt, infame, ſuſpectum.

12 Itaque hoc frequenter dici ſolet à vobis, non intelligere nos, quam dicat Epicurus voluptatem. Quod quidem mihi ſiquando dictum eſt: eſt autem dictum non parum ſæpe: etſi ſatis clemens ſum in diſputando, tamen interdum ſoleo ſubiraſci. egone non intelligo, quid ſit ἡδονὴ Græcè, Latinè voluptas? utram tandem linguam neſcio? deinde, quî fit, ut ego neſciam, ſciant omnes, quicumque Epicurei eſſe voluerunt? quod veſtri quidem vel optimè diſputant, nihil opus eſſe, eum, qui philoſophus futurus ſit, ſcire litteras. Itaque, ut majores noſtri [13] ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum,

12. *Sed invidioſum nomen eſt & infamia &c.*] Libri omnes vett. quos quidem viderim, habent, *ſed forte dicitis, invidioſum nomen eſt, &c.* Ego hoc totum, *forte dicitis*, ut ineptum atque ex annotatione natum, quod & quidam jam viri docti viderant & è libris deleverant, rejeci. præterea *forte*, ſic poſitum, ſolœcum eſt: *fortaſſe* potius dicerent Latini. Quod autem quidam ſe deinceps in nonnullis libris antiquis ſcriptum reperiſſe dicunt, pro *infamia ſubjectum, infame & ſuſpectum*, ego nuſquam reperi, &, ſi reperiſſem, non probarem. Quod autem infra non longè Adr. Turnebus, pro *de Pelaſgis*, vult legi, *de plagis &c.* non placet. *Lambinus.* *Adducere; invidioſum nomen eſt, infame, ſuſpectum.*] Reddidi cælo ſcripturam Palatini pr. vulgati enim; *adducere? Sed fortè dicitis, invidioſum nomen eſt & infamia ſubjectum*; quomodo etiam reliqui Pall. niſi quod tert. diſertè præferat, *infame, ſuſpectum.* Victorius edidit, *adducere? Sed invidioſum nomen eſt & infamia ſubjectum.* quod produxi, auctoris ſanè genuinum eſt; niſi quod forte *ſubjectum* cedere non debeat illi *ſubjecto.* de quo viderint cordatiores. *Gruter.*

13. *Ab aratro abduxerunt.*] Pall. meliores *adduxerunt.* ſed in eo parum ſitum eſt; plus aliquantulum in illo, quod ſequitur, *de Pelaſgis*, quod egregiè interpretatus eſt libro I. Variar. Lect. cap. 10. Victorius: ſed nullus Palatinorum agnoſcit eam ſcripturam, habentque tres *pelagis*, treſque *plagis*, inter quos etiam eſt ille primus. itaque accedo conjecturæ Turnebianæ, legenti *de plagis*, quamvis ipſe magis inclinet in *pagis.* videatur lib. IV. Adverſarior. cap. 8. *Idem.*

14. *De*

lum, ut dictator eſſet: ſic vos [14] de Pelaſgis omnibus colligitis bonos illos quidem viros, ſed certè non pereruditos. Ergo illi intelligunt, quid Epicurus dicat, ego non intelligo?

Ut ſcias me intelligere, primùm idem eſſe volupta- 13
tem dico, quod ille ἡδονήν. & quidem ſæpe quærimus verbum Latinum par Græco, & quod idem valeat: hîc nihil fuit, quod quæreremus. [15] nullum inveniri poteſt, quod magis idem declaret Latinè, quod Græcè, quàm declarat voluptas. huic verbo omnes, qui ubique ſunt, qui Latinè ſciunt, duas res [p] ſubjiciunt, lætitiam in animo, commotionem ſuavem jucunditatis in corpore. nam & ille apud Trabeam, voluptatem animi nimiam, *lætitiam* dicit, eandem, quam ille Cæcilianus, qui *omnibus lætitiis lætum eſſe ſe* narrat. ſed hoc intereſt, quòd voluptas dicitur etiam in animo vitioſa res, ut Stoici putant; qui eam ſic definiunt: Sublationem animi ſine ratione, opinantis ſe magno bono frui: non dicitur lætitia, nec gaudium in corpore.

[p] ſubiciunt MS.

In eo autem voluptas, omnium Latinè loquentium P. LXVII.
more, ponitur, cùm percipitur ea, quæ ſenſum ali- 14
quem moveat, jucunditas. hanc quoque jucunditatem, ſi vis, transfer in animum: juvare enim in utroque dicitur, ex eoque jucundum: modò intelligas, inter illum, qui dicat,

Tantâ lætitiâ auctus ſum, ut mihi non conſtem:

& eum, qui,

Nunc demum mihi animus ardet:

quorum alter lætitiâ geſtiat, alter dolore crucietur: eſſe illum medium,

[16] *Quamquam hæc inter nos* [q] *nuper notitia admodum eſt,* qui

[q] nupera Lamb.

14. *De Pelaſgis omnibus colligitis.*] Pelaſgi, populi errabundi, primùm habitavere partem Peloponneſi, quæ Arcadia dicitur, unde fuit Pelaſgus. deinde partem Theſſaliæ. poſtea diſperſum eſt genus illud in varias terræ partes & πολυπλαντικὸν dictum. Cicero igitur, alludens ad varias terræ plagas, quas Pelaſgi incolunt, dicit Epicureos colligere diſcipulos ex Pelaſgis, hoc eſt, ex variis hominum nationibus. *A. Manut.*

15. *Nullum inveniri poteſt, quod magis idem declaret Latine, quod Græce, quàm declarat voluptas.*] Supplendum ex manuſcripto, *nullum inveniri poteſt, quod magis idem declaret Latine, quid Græce, ἡδονὴ, quàm declarat voluptas.* Urſin.

16. *Quamquam hæc inter nos nupera notitia.*] Cum in libris manu-

 ſcriptis

qui nec lætetur, nec angatur: itemque inter eum, qui potiatur expetitis corporis voluptatibus, & eum, qui crucietur ſummis doloribus, eſſe eum, qui [r] utroque careat.

r utriſque *alii.*

s loqui *alii non habent.*

V. SATISNE igitur videor vim verborum tenere: an ſum etiam nunc vel Græcè [s] loqui, vel Latinè do-
15 cendus? Et tamen vide, ne, ſi ego non intelligam, quid Epicurus loquatur, cùm Græcè, ut videor, luculenter ſciam; ſit aliqua culpa ejus, qui ita loquatur, ut non intelligatur. quod duobus modis ſine reprehenſione fit: ſi aut de induſtria facias, ut Heraclitus, cognomento qui σκοτεινὸς perhibetur, quia de natura nimis obſcurè memoravit: aut cùm rerum obſcuritas, non verborum, facit, ut non intelligatur oratio: qualis eſt in Timæo Platonis. Epicurus autem, ut opinor, nec non vult, ſi poſſit, planè & apertè loqui: nec de re obſcura, ut phyſici; aut artificioſa, ut mathematici; ſed de illuſtri & facili, etiam in vulgus pervulgatâ, loquitur. Quamquam non negatis nos intelligere, quid ſit voluptas, ſed quid ille dicat. è quo efficitur, non ut [t] nos [v] non intelligamus, quæ vis ſit iſtius verbi, ſed ut ille ſuo more loquatur, noſtrum negligat.

t nos *deeſt in MSS.* P. B.

v *Lamb. non habet* non.

x dicat *alii.*

Si enim idem [x] dicit, quod Hieronymus, qui cenſet ſummum bonum eſſe, ſine ulla moleſtia vivere, cur mavult dicere voluptatem quàm vacuitatem doloris,
16 ut ille facit, qui, quid dicat, intelligit? [17] Sin autem voluptatem putat; [18] dicat adjungendam eam, quæ ſit in

ſcriptis partim reperiſſem ſcriptum, *nuper notitia*, ut vulgo legitur: partim, *nupera notitia*, ut & in nonnullis exemplaribus Terentianis: partim, *inter nos notitia*, ſine voce *nuper*, aut *nupera*: ego *nupera notitia* edendum curavi, quemadmodum & nonnullis viris doctis legi placere cognovi. *nuperum* autem pro recenti à veteribus uſurpatum eſſe teſtatur & Feſtus, idque confirmat auctoritate Plauti, Capt. *Recens captum hominem nuperum, novitium.* ſi quis tamen malit legi, *nuper*, non admodum laborabo. *Lamb.*

17. *Sin autem voluptatem putat; dicat adjungendam eam, quæ ſit in motu.*] Ita Pal. pr. neque aliter Vict. ed. quàm quod ipſa *ſit.* proximè accedunt ad hanc lectionem Pall. ceteri, in quibus ferè, *putat, dicat adjungendam illam; quæ ſit in motu.* Aldus avus & vulgati, *dicat adjungendam ad illam, quæ in motu ſit.* Gulielmius annotavit; [Legerim *putam*, vel *juta.* tam deſperatis non me immiſceo.] Scaliger libro ſuo adſcripſit, *ſin voluptatem putat; dicat adjungendum, illam, quæ in motu &c. quid tendit?* Gruter.

18. *Dicat adjungendam illam, quæ ſit in motu.*] Ita legitur hic locus

in motu: (ſic enim appellat hanc dulcem, in motu, illam nihil dolentis, in ſtabilitate:) quid [y] tendit; cùm efficere non poſſit, ut cuiquam, qui ipſe notus ſibi ſit, hoc eſt, qui ſuam naturam ſenſumque perſpexerit, vacuitas doloris & voluptas idem eſſe videatur? hoc eſt vim afferre, Torquate, ſenſibus: [z] extorquere ex animis cognitiones verborum, quibus imbuti ſumus. Quis enim eſt, qui non videat, hæc eſſe in natura rerum tria? unum, cùm in voluptate ſumus: alterum, cùm in dolore: tertium [a] hoc, in quo nunc quidem ſumus. credo [b] idem [c] vos nec in dolore, nec in [d] voluptate; ut in voluptate ſit, qui epuletur; in dolore, qui torqueatur. Tu autem inter hæc tantam multitudinem hominum interjectam non vides, nec lætantium, nec dolentium? Non, prorſus, inquit. [e] omneſque, qui ſine dolore ſint, in voluptate, & ea quidem ſumma, eſſe dico. Ergo in eadem voluptate eum, qui alteri miſceat mulſum, ipſe non ſitiens, & eum, qui illud ſitiens bibat?

y tundit *Scal.*
z & ext. *ed. vet.*
a hoc. quidem in quo nunc ſumus *alii.*
b quidem *alii*, *aut* equidem.
c nos *MS.*
d volupt. eſſe, cum in vol. *alii.*

VI. TUM ILLE, Finem, inquit, interrogandi, ſi 17
videtur: quod quidem ego à principio ita me malle dixeram, hoc ipſum providens, dialecticas captiones. Rhetoricè igitur, inquam, nos mavis quàm dialecticè diſputare? Quaſi verò, inquit, perpetua oratio rhetorum ſolùm, non etiam philoſophorum ſit. Zenonis eſt, inquam, hoc Stoici. omnem vim loquendi, ut jam antè Ariſtoteles, in duas tributam eſſe [f] partes; rhetoricam palmæ; dialecticam pugno ſimilem eſſe dicebat, quòd latiùs loquerentur rhetores, dialectici autem compreſſiùs. Obſequar igitur voluntati tuæ: dicamque, ſi potero, rhetoricè, ſed hac rhetorica philoſophorum, non noſtra illa forenſi: quam neceſſe eſt, cùm populariter [g] loquatur, eſſe interdum paulo hebetiorem.

e omnes quiqui *Gul.*
f partes dicere *alii.*
P. LXVIII.
g loquamur *alii.*

Sed dum dialecticam, Torquate, contemnit Epicurus, quæ una continet omnem & perſpiciendi, quid in quaque re ſit, ſcientiam, & judicandi, quale quidque ſit, & ratione ac via diſputandi: ruit in dicendo, ut 18
mihi

eus in manuſcripto. & paullo poſt, *notiones verborum*, pro *cogitationes*, ut eſt in Aldinis, ſive ut habet Victorius, *cognitiones*. Urſin.

mihi quidem videtur, [19] nec ea, quæ docere vult, ulla arte diſtinguit: ut hæc ipſa, quæ modò loquebamur. Summum à vobis bonum voluptas dicitur. aperiendum eſt igitur, quid ſit voluptas: aliter enim explicari, quod quæritur, non poteſt. quam ſi explicaviſſet, non tam [h] hæſitaret. aut enim eam voluptatem tueretur, quam Ariſtippus, id eſt, quâ ſenſus dulciter ac jucundè movetur: quam etiam pecudes, ſi loqui poſſent, appellarent voluptatem: aut, ſi magis placeret ſuo more loqui, quàm ut

h æſtuaret *MS.*

Omnes Danai [20] *aut Mycenenſes, Attica pubes,*

reliquique Græci, qui hoc anapæſto citantur: hoc non dolere ſolùm voluptatis nomine appellaret, illud Ariſtippeum contemneret: aut, ſi utrumque probaret, [i] aut probat, conjungere doloris vacuitatem cum voluptate, & duobus ultimis uteretur.

i ut prob. *Lamb.*

19 Multi enim & magni philoſophi hæc ultima bonorum juncta fecerunt, ut Ariſtoteles, qui virtutis uſum cum vitæ perfectæ proſperitate conjunxit. Callipho adjunxit ad honeſtatem voluptatem: [21] Diodorus ad eandem honeſtatem addidit vacuitatem doloris. idem feciſſet Epicurus, ſi ſententiam hanc, quæ nunc Hieronymi eſt, conjunxiſſet cum Ariſtippi vetere ſententia. illi enim inter ſe diſſentiunt; propterea ſingulis finibus utuntur: &, cùm uterque Græcè egregiè loquatur; [k] nec Ariſtippus, qui voluptatem ſummum bonum dicit, in voluptate ponit non dolere, neque Hieronymus, qui ſummum bonum ſtatuit non dolere, voluptatis nomine umquam utitur pro illa indolentia: quippe qui ne in expetendis quidem rebus numeret voluptatem.

P. B.

k neque *alii.*

20 VII. DUÆ SUNT enim res quoque, ne tu verba ſo-

19. *Nec ea, quæ docere vult, ulla arte diſtinguit.*] Iſtud quoque eſt à Pal. pr. quod admiſi eò confidentius, quòd ſic quoque edidiſſet Lambinus. adſcriptumque haberet amicus noſter Scaliger: is tamen *doceri.* publicati prius, *quæ docet, vult ulla arte diſtingui.* Gruter.

20. *Aut Mycenenſes.*] Sic Pall. omnes & vulgati. Turnebus lib. 11. cap. 17. emendat verſus cauſâ, *atque Mycenenſes.* & ita vetus Scaligeri. *Idem.*

21. *Diodorus ad eandem honeſtatem addidit vacuitatem doloris.*] Verbum *addidit* abundat, additum ab eo, qui locum explicatione illuſtrare voluerit. *Urſin.*

22. *Si-*

ſolùm putes. unum eſt, ſine dolore eſſe: alterum, cum voluptate. vos ex his tam diſſimilibus rebus non modò nomen unum (nam id faciliùs paterer) ſed etiam rem unam ex duabus facere conamini. quod fieri nullo modo poteſt. Hic, qui utramque probat, ambobus debuit uti, [22] ſicut facit re, neque tamen dividit verbis. cùm enim eam ipſam voluptatem, quam eodem nomine omnes appellamus, laudat locis plurimis, audet dicere, ne ſuſpicari quidem ſe ullum bonum ſejunctum ab illo Ariſtippeo genere voluptatis: atque ibi hoc dicit, ubi omnis ejus eſt oratio de ſummo bono. In alio verò libro, in quo breviter comprehenſis graviſſimis ſententiis, quaſi oracula edidiſſe ſapientiæ dicitur, ſcribit his verbis: quæ nota tibi profectò, Torquate, ſunt. quis enim veſtrûm non edidicit [23] Epicuri κυρίας δόξας, [24] id eſt, quaſi maximè ratas? quia graviſſimæ ſint ad beatè vivendum breviter enuntiatæ ſententiæ. animadverte igitur, recténe hanc ſententiam interpreter.

„ Si ea, quæ luxurioſis efficientia voluptatum, libe- 21
„ rarent eos deorum, & mortis, & doloris metu, do-
„ cerentque, qui eſſent fines cupiditatum; [25] nihil hæ-
„ reremus: cùm undique complerentur voluptatibus,
„ nec haberent ulla ex parte aliquid aut dolens, aut
„ ægrum, id eſt [l] autem malum. Hoc loco ſe tenere Triarius non potuit. [m] Obſecro, inquit, Torquate, hæc dicit Epicurus? quod mihi quidem viſus eſt, cùm ſciret, velle tamen conſitentem audire Torquatum. At ille

l aut *alii.*

P. LXIX.

m obſecro te, inquit *Lamb.*

22. *Sicut facit re, neque tamen dividit verbis.*] Expreſſi quod erat in Pal. pr. antea ſic conjeciſſe quoſdam liquet ex notis Lambini. prius legebatur, *ſicut facit, remque tamen dividit verbis.* Grut.

23. *Epicuri κυρίας δ.ξας, id eſt maxime ratas?*] Alienum eſſe & omnino delendum illud puto, *id eſt maxime ratas*; eſt enim adſcripta ad *κυρίας δόξας* interpretatio, nec tamen intelligenter. non enim *κυρίας δόξας* Latinè eſt, *maxime ratas*, ſed, *firmas ſententias.* de quibus lib. I. de Nat. D. *In illis*, inquit, *ſelectis ejus brevibusque ſententiis, quas appellatis κυρίας δόξας.* *P. Manut.*

24. *Id eſt quaſi maximè ratas?*] Vocem *quaſi* adjicere libuit ex Pal. primo; etſi alioquin non admodum refrager Lambino, arbitranti totum iſtud alienum. quin imò ejuſdem planè farinæ adhuc mihi videntur novem verba poſt ſequentia. *Gruter.*

25. *Nihil hæreremus: cùm undique.*] Sic tres Pall. neque aliter Vict. ed. prior enim & poſteriores, *nihil haberem, quod reprehenderem, cùm*; quæ tamen in nullo Palatino, ſed ſolum *haberemus.* Idem.

ille non pertimuit, ſanéque fidenter, Iſtis quidem ipſis verbis, inquit: ſed quid ſentiat non videtis. Si alia ſentit, inquam, alia loquitur; numquam intelligam, quid ſentiat: ſed planè dicit, quod [n] intelligam. idque ſi ita dicit, non eſſe reprehendendos luxurioſos, ſi ſapientes ſint, dicit abſurdè: [26] ſimiliter & ſi dicat, non reprehendendos [o] parricidas, [27] ſi nec cupidi ſint, nec deos metuant, nec mortem, nec dolorem. & tamen, quid attinet luxurioſis ullam exceptionem dari, aut fingere aliquos, qui, cùm luxurioſè viverent, à ſummo philoſopho non reprehenderentur eo nomine, duntaxat [p] cetera caverent?

n intelligit *MS.*

o paricid. *Lamb.*

p dummodo *addit Lamb.*

22 Sed tamen nonne reprehenderes, Epicure, luxurioſos ob eam ipſam cauſam, quòd ita viverent, ut perſequerentur cujuſquemodi voluptates; cùm eſſet præſertim, ut ais tu, ſumma voluptas nihil dolere? Atqui reperiemus aſotos primùm ita non religioſos, [28] ut edant de

26. *Similiter &.*] Aut, *ſimiliter ut*, legendum videtur, aut veteres *ſimiliter* ita cum *&* junxiſſe, ut cum *ac*, *atque*, *ut*, putandum eſt. quod interdum ſuſpicor: utpote, cum ſæpe animadverterim, *aque &* ſcriptum in antiquis libris, ubi eſt in recentioribus, *aque ut*. P. Manut. *Similiter & ſi dicat.*] Scribendum, *at ſi dicat:* & paullo poſt, *dum cetera caverent*, pro *duntaxat*. Urſinus. *Similiter & ſi dicat.*] Nihil variant Pall. niſi quod tert. *etiam ſi*. Turnebus libro XXVIII. cap. 34. ait perſpicuè emendandum, *ſimiliter ac ſi dicat*. malim ego, *ſimiliter ut*. deprehendi enim ſæpè deflecti *ut* in *&*. ut ecce infra cap. 10. ubi eſt, *ſimul ut ortum eſt animal, & ſeipſum &*. mſſ. aliquot *ſimul & ortum &c.* Idem Turnebus mox pauloque poſt, *duntaxat cetera caverent*, ait valere, *modò cetera caverent*; *tantum cetera caverent*. Gruter.

27. *Si nec cupidi ſint, nec deos metuant, nec mortem, nec dolorem.*] Totus hic locus præpoſtero verborum ordine ita perturbatus eſt, ut elicere ſententiam nullo modo liceat. &, ne lectorem multis morer, verba recitabo, non ut leguntur in omnibus libris, ſed ut videtur ſententia poſtulare. Si ita dicit, non eſſe reprehendendos luxurioſos, ſi nec cupidi ſint, nec deos metuant, nec mortem, nec dolorem; dicit abſurde; ſimiliter & ſi dicat, non reprehendendos parricidas, ſi ſapientes ſint. etenim, quid attinet luxurioſis ullam exceptionem dare? aut fingere aliquos, qui, cum luxurioſe viverent, cetera caverent, à ſummo philoſopho non reprehenderentur eo nomine duntaxat? ſed tamen nonne &c. Lego autem, nec dubitanter quin recte, *etenim quid attinet*, ubi eſt in omnibus libris, *& tamen quid att.* P. Manut.

28. *Ut edant de patella.*] Pall. pr. *edent*, cùm tamen prius præterea ibi fuiſſet litera *i*, *edient*. ſcio illud Horatianum, *Edit cicutis allium nocentius*; ſed an id heic intrudi debeat neſcio. *Gruter.*

29. De

de patella: deinde ita mortem non timentes, ut illud in ore habeant ex Hymnide,

Mihi ſex menſes ſatis ſunt vitæ: ſeptimum Orco *ſpondeo.*

jam doloris medicamenta illa Epicurea, tamquam [29] de narthecio promant: *ſi gravis, brevis: ſi longus, levis.* unum neſcio, quo modo poſſit, ſi luxurioſus ſit, finitas cupiditates habere.

VIII. QUID ERGO attinet dicere, *nihil haberem,* 23
quod reprehenderem, ſi finitas cupiditates haberent? hoc eſt dicere, *non reprehenderem aſotos, ſi non eſſent aſoti.* iſto modo, ne improbos quidem, ſi eſſent boni viri. Hic modo ſeverus luxuriam per ſe ipſam reprehendendam non putat. & hercule, Torquate, ut verum loquamur, ſi voluptas ſummum bonum eſt, rectiſſimè non putat. nolim enim mihi fingere aſotos, ut ſoletis, q qui in menſam vomant, & qui de conviviis auferantur crudique poſtridie ſe rurſus ingurgitent: qui ſolem, ut ajunt, nec occidentem umquam viderint, nec orientem: qui, conſumptis patrimoniis, egeant. nemo noſtrûm iſtius generis aſotos jucundè putat vivere. [30] mundos, elegantes, optimis cocis, piſtoribus, piſcatu, aucupio, venatione, his omnibus exquiſitis, vitantes cruditatem; [31] *quibus vinum defuſum è pleno ſit: hir ſiphon,*

P. B. q qui menſam convomant *Lamb.*

29. *De narthecio promant.*] Pal. ille pr. *proment*, vix improbem, ut reſpiciat ad illud, quod præceſſit, *reperiemus.* Gruter.

30. *Mundos, eleganteis &c.*] Hæc ipſa ſunt poëtæ alicujus verſus: ſed quis digeret in pedes, niſi otioſus. *Idem.*

31. *Quibus vinum diffuſum è pleno ſit œnophoro, cui nihil dempſerit jus, & ſacculos abſtulerit.*] Antiquus Maffæi liber habet, *Cui nihil dempſerit vis & ſacculos abſtulerit.* emendo, *cui nihil dempſit nix & ſacculos abſtulerit.* apud veteres, qui lautius vivebant, vino delectabantur, quod ſacco nivario transmiſſum eſſet, nonſolum ut frigidius biberent, ſed etiam ut liquidius. itaque dixit Martialis lib. XII.

Ut liquidum potet alauda merum,
Turba ſollicito transmittere Cæcuba ſacco.

& in Diſtichis:

Setinos moneo, noſtra nive frange trientes:

id eſt, Setini vini vim frange nive, ut frigidius bibas. ſervabatur enim nix hunc in uſum. de quo Plinius lib. XIX. cap. 4. *Hi nives,* inquit, *illi glaciem potant.* Deinde infert: *Excogitatur, ut alienis menſibus nix algeat, quâ ſcilicet vina refrigerentur.* P. Manut. *Quibus vinum defuſum.*] *Defuſum* ex vett. libb. repoſui, pro *diffuſum,* cetera, quæ ſequuntur, Manutio debentur. non celabo lectorem tamen in noſtris libris omnibus, pro *œnophoro*, eſſe, *hyriſpon*, quæ

ſiphon, ut ait Lucilius, *cui nihil dempſit*; [32] *jus & ſacculus abſtulerit : adhibentes ludos* , & quæ ſequuntur, illa; quibus detractis, clamat Epicurus ſe neſcire , quid ſit bonum: adſint etiam formoſi pueri, qui miniſtrent : [33] reſpondeat his veſtis, argentum, Corinthium , locus ipſe, ædificium.

Hos

quæ vox quid valeat quærat lector ingenioſus. omninò longè abeſt ab *œnophoro*. Lamb. *Quibus vinum defuſum è pleno ſit : hir, ſiphon (ut ait Lucilius) cui nihil demſit ; ius & ſacculus abſtulerit.*] Ob oculos poſui ſcripturam membranarum Palatinarum aliquot: quibus proximè accedit editio Victorii, in qua ; *ſit hirſiphon , ut ait Luc. cui nihil dum ſit, jus & ſarculos abſtulerit*. Pal. pr. exprimit *ſit. hirſizon, ut ait Luc. cui nihil dum ſit jus & ſacculus.* Videatur Scaligeri Appendix Conjectaneor. in Varronem. *Gruter.* Locus, etiam poſt aliorum conatus, deſperatus; neque ego quidquam habeo, quod adferam, niſi forte quis probet, quod à doctâ, ſed mihi ignota manu, exemplari cuidam, quo utor, adſcriptum reperi :

——— — *ſit quibus vinum*
Defuſum è pleno, hir ſiphon (ut ait Lucilius) *cui nihil emſit*
Vis, & ſacculus abſtulerit, ludos adhibenteis.

Ferri tamen poſſet, ſi ita, ut mihi nunc quidem in mentem venit, collatis diligenter lectionum diſcrepantiis, legatur, *quibus vinum defuſum è pleno ſit œnophoro, ut ait Lucilius, cui nihil dempſit rus, aut ſacculus &c.* ſaltem illud *rus* non diſplicebit, credo, elegantioribus hominibus. *Verburg.*

32. *Jus & ſacculos abſtulerit.*] Quid aliud facerem, nihil erat hoc loco quàm ut pene inemendabilia hæc, ut nunc quidem ſe habent ſtudiorum noſtrorum res, eſſe annotarem. *Camerar.*

33. *Reſpondeat his veſtis, argentum , æs Corinthium aut Deliacum, locus ipſe, ædificium, &c.*] Sic emendat Muretus ex antiquis codd. lib. Var. Lect. VI. cap. 20. ſed Adr. Turnebus pro voce illa corrupta, quæ etiam in libris quibusdam manuſcr. reperitur, *odrilicium* legendum cenſet, *odor, inlicium :* ut *inlicium* cohæreat cum voce, *ædificium*, ſeu potius, *locus ipſe*, hoc modo : *veſtis, argentum, æs, odor, inlicium locus ipſe.* Vult enim eſſe verſum ex Lucilio. *Lambinus. Reſplendeat his veſtris.*] *Reſpondeat* eſt in manuſcripto: ut in Lucilianis verſibus, *glumas* legendum, pro, *gumas:* &, *illaque vere*, pro *illudque vere.* Urſin. *Reſpondeat his veſtis , argentum, Corinthium, locus ipſe, ædificium.*] Ita nulla litera plus minusve Pal. pr. tert. ſextus, item ad oram quartus ; è regione illius vulgati *odrilitium* , quod monſtrum etiam exſtabat in ſec. ac quinto. Muretus etiam hunc locum reſtituere voluit è mſſ. ſed vereor ut aliquid indulſerit ingenio ſuo. videatur tamen libro VI. Variar. Lect. cap. 20. ut etiam Turnebus lib. XXVIII. cap. 34. fine. pro *reſpondeat*, quod erat in omnibus Palatinis, erat vulgatis *reſplendeat*, minus appoſitè. Scaliger, pro *odrilitium*, habebat *ædilitium*, cui ſanè ſuus heic eſſet locus, ſi ita fuiſſet in ullo libro. *Gruter.* Poſt Lambinianam addidit manus docta [Sed quid ſi legamus

fortasse. cui nihil, dum sit bis, saculus abstulerit
sacculus. filtration.

Hos ego aſotos bene quidem vivere ac beatè numquam dixerim. ex quo efficitur, non ut voluptas ne ſit voluptas, ſed ut voluptas non ſit ſummum bonum. neċ ille, qui Diogenem Stoicum adoleſcens, pòſt autem Panætium audierat, Lælius, eò dictus eſt ſapiens, quòd non intelligeret, quid ſuaviſſimum eſſet: (nec enim ſequitur, ut cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus) ſed quia parvi id duceret. 24

[34] O lapathe, ut jactere [r] neceſſe eſt, cognitu' cui ſis.
In quo Læliu' clamores ſophos ille ſolebat
Edere, compellans [35] gumias ex ordine noſtros.
Læliu' præclarè & rectè ſophos, [36] illudque verè:
O Publi, [s] ô gurges, [t] Galloni: es homo miſer, inquit:
Cenaſti in vita numquam bene, cùm omnia in iſta
Conſumis ſquilla, atque acipenſere cum [v] decumano.

Is hæc loquitur, qui in voluptate nihil ponens, negat eum

[r] *ne ceſſatis* MSS.
[s] ô delet Lamb.
[t] *Gallonites h.* Idem.
[v] *in decum.* Idem.

gamus *opulentia?* Non male id quidem, verumtamen id magis ad ordinem videtur auctoris pertinere, & reſpondere antiquæ ſcripturæ veſtigiis, ſi diviſa voce diſtincte legeris, *odeum*, *balineum*, *locus ipſe &c.* nam hæ res ad mollitiem Epicuream ſunt perappoſitæ.]

34. *O lapathe, ut jactare neceſſe eſt, cognitus cui ſis.*] *Jactere qui ſis* Lapathus rumex. ejus genus ovalis. Dioſcorides Crebra ejus mentio in frugalitate. Varro: *Hanc eandem voluptatem conſequi taxim lapatho & ptiſana paſſum.* Mollit alvum. Horat. Epod. Od. II.

> *Aut herba lapathi prata amantis, & gravi*
> *Malva ſalubres corpori.*

Idem Sat. IV. lib. II.

> ——— *Si dura morabitur alvum*
> *Mitulus & lapathi brevis herba.*

Inde nomen. *Muretus.*

35. *Gumias ex ordine.*] Sic legendum. *Gumia* autem, id eſt, comedones, lurcones. Apulejus Apol. I. *Teſtimonium ex libello legi, audiſti gumiæ cujuſdam & deſperati lurconis. Jam Craſſo, me in ejus domo nocturna ſacra cum Appio Quinctiano factitaſſe.* paullò poſt lego, *O Publi, gurges, Galloni: es homo miſer, &c.* Lamb.

36. *Illudque vere.*] Lambinus, *illeque.* Alciatus lib. IX. Παρ. cap. 4. citat ex poëtis quædam, quibus, *illudque*, defenderetur. Ennius:

> *O domus antiqua, quam diſpari nunc nominaris.*

Plautus:

> *Poſtquam eſt morte captus Plautus, Comœdia luget.*

Martialis:

> *Sardonychas, ſmaragdos, adamantas, jaſpidas uno*
> *Portat in articulo ſtella ſevere meus.* Muret.

37. Li-

x non deeſt in MS.

P. LXX.

eum bene cenare, qui omnia ponat in voluptate: & tamen x non negat 37 libenter umquam cenaſſe Gallonium: (mentiretur enim) ſed bene. Ita graviter & ſeverè voluptatem ſecernit à bono. ex quo illud efficitur, qui benè cenent, omnes libenter cenare: qui libenter, non continuò bene. ſemper Lælius bene.

y rectè dicit miſerum Lamb.

25 Quid bene? 38 dicit Lucilius, cocto, condito. ſed cedo caput cenæ: ſermone bono. quid ex eo? ſi quæri', libenter. veniebat enim ad cenam, ut animo quieto ſatiaret deſideria naturæ. rectè ergo is negat, umquam bene cenaſſe Gallonium; y rectè, miſerum: cùm præſertim in eo omne ſtudium conſumeret. quem libenter cenaſſe nemo negat. Cur igitur non bene? quia quod bene}, id rectè, frugaliter, honeſtè: ille porrò malè, pravè, nequiter, turpiter cenabat. Non igitur z nec lapathi ſuavitatem acipenſeri Gallonii Lælius antepo-

z lapathum nec lapathi Lamb.

37. *Libenter unquam cænaſſe.*] Sic Cato de Re Ruſtica cap. 156. *Si voles in convivio multum bibere cænareque libenter &c.* Ennius apud Gellium cap. 4. lib. XII. *Qui cum bene ſæpè libenter menſam ſermonesque ſuos &c.* Vide & Donatum in illud ex Eunucho, *Bene libenter victitas*, inquit, *bonorum ciborum edax es.* Horatius lib. II. Sat. II. *Bene erat non piſcibus urbe petitis, Sed pullo atque hædo.* Eſt & exemplum apud Plautum in Caſina. *Muretus.*

38. *Dicet Lucilius, cocto, condito. Sed cedo caput cenæ. Sermone bono. Quid ex eo? Si quæris, libenter?*] Libro XIII. epiſt. ad Att. in fine ita ſcriptum eſt: *Edit & bibit ἀδεῶς & jucundè, opiparè ſane & apparate: nec id ſolum, ſed bene cocto, condito, ſermone bono, &, ſi quæris, libenter.* ut, quemadmodum quidem ego exiſtimo, Lucilii verſum recitet, quem etiam hunc in locum transmittit, ſed ut ipſe quædam interjiciat. ego autem, cum in illa ad Att.. ep. ſcriptum legerem, *cocto*, *condito*, neque ſum arbitratus fore, qui noſtram conjecturam reprehenderet, cum ea ratione tam firma niteretur. puto autem Lucilii verſus hujusmodi fuiſſe:

Quid bene? Cocto,
condito ſermone bono, &, ſi quæris, libenter.

Ut illud, *quid bene? cocto*, pedes ſint præcedentis verſus. Quod autem legitur, *quid, ex eo ſi quæris, libenter?* puto ita eſſe interpungendum? *Quid ex eo? ſi quæris, libenter. nam qui cenant cocto, condito, ſermone bono; ſequitur, ut libenter quoque cenent.* cum autem interrogaret, *quid ex eo?* (ſubaudi, *ſequitur*) reſpondet Lucilii verbis, *ſi quæris, libenter.* illa vero, *dicet Lucilius*; *ſed cedo caput cenæ*; *quid ex eo*, à Cicerone interjecta, effecerunt, ut Lucilii verſum nemo adhuc agnoverit. quem ſi metiri velit, pronuntiabit in quincto pede, *quæri li*, abjecta *s* conſonante; ut paullò ante, *Cognitu' cui ſis:* & Catullus: *At fixus noſtris tu dabi' ſupplicium*, & ſæpe apud Lucretium. *P. Manut.*

39. *Non*

ponebat, ſed ſuavitatem ipſam negligebat. quod non fa-
ceret, ſi in voluptate ſummum bonum poneret.

IX. SEMOVENDA eſt igitur voluptas, [39] non ſolùm
ut recta ſequamini, ſed etiam [40] ut loqui deceat frugali-
ter. Poſſumusne igitur in vita [a] ſummum bonum dicere, 26
cùm id ne in cena quidem poſſe videamur? Quo modo
autem philoſophus loquitur tria genera cupiditatum?
naturales & neceſſarias: naturales, non neceſſarias:
nec naturales, nec neceſſarias? primùm diviſit inelegan-
ter. duo enim genera quæ erant, fecit tria. hoc eſt
non dividere, ſed frangere rem. qui ſi diceret, cupi-
ditatum eſſe duo genera, naturales & inanes: natu-
ralium quoque item duo, neceſſarias & non neceſſa-
rias: [41] confecta res eſſet. qui hæc didicerunt, quæ ille
contemnit, ſic ſolent. vitioſum eſt enim in dividendo
partem in genere numerare.

[a] voluptatem ſum. alii.

Sed hoc ſanè concedamus. contemnit enim diſſeren- 27
di elegantiam: confuſè loquitur. gerendus eſt mos,
modò rectè ſentiat. Et quidem illud ipſum non nimiùm
probo ([42] & tantum patior) philoſophum loqui de cupi-
ditatibus finiendis. An poteſt cupiditas finiri? tollenda P. B.
eſt atque extrahenda radicitùs. quis eſt enim, in quo
ſit cupiditas, quin rectè cupidus dici poſſit? Ergo &
avarus erit, ſed finitè: adulter verùm habebit modum:
& luxurioſus eodem modo. Qualis iſta philoſophia eſt,
quæ non interitum afferat pravitatis, ſed ſit contenta
mediocritate vitiorum? quamquam in hac diviſione
rem ipſam prorſus probo: elegantiam deſidero. appellet
hæc

39. *Non ſolum ut recta ſequamini.*] Melius *ſequamur*, ut habet antiquus liber. *Urſin.*

40. *Ut loqui deceat frugaliter.*] Neque vacare mendo locum hunc exiſtimo (quid enim ſibi vult, *loqui frugaliter?* cum hic frugalis cena potius quàm ſermo laudetur) neque mihi tamen, cupienti emendare, probabile quicquam ſuccurrit, in quo quia meliore forſitan eventu aliorum exercebitur induſtria, notandum putavi. *P. Manut.*

41. *Confecta res eſſet. qui hæc didicerunt, quæ ille contemnit, ſic ſolent. Vitioſum enim &c.*] Clauſula octo verborum nunc primum à me redditur Ciceroni. eam erui è Palatino tertio. comparebatque item in primo, verum poſt, *ſed frangere* ſupra. *Gruter.*

42. (*Et tantum patior.*)] Sic repoſui à Pal. primo. editi antea *tamen*, minus vividè. malè etiam qui trigam iſtam verborum parentheſi eximunt diſtinguuntque, *probo: & tamen patior, Philoſophum*, ut Lambiniana editio. *Idem.*

43. Ergo

hæc deſideria naturæ: cupiditatis nomen ſervet aliò; ut, cùm de avaritia, cùm de intemperantia, cùm de maximis vitiis loquetur, [43] eam tamquam capitis accuſet.

28 Sed hæc quidem liberiùs ab eo dicuntur & ſæpius. quod equidem non reprehendo. eſt enim tanti philoſophi tamque nobilis, audacter ſua decreta defendere. ſed tamen ex eo, quòd eam voluptatem (quam omnes gentes hoc nomine appellant) videtur amplexari ſæpe vehementiùs, in magnis interdum verſatur anguſtiis, ut, hominum conſcientiâ remotâ, nihil tam turpe ſit, quod voluptatis cauſâ non videatur eſſe facturus. deinde, ubi erubuit (vis enim eſt permagna naturæ) confugit illuc, ut neget accedere quidquam poſſe ad voluptatem nihil dolentis. At iſte non dolendi ſtatus non vocatur voluptas. Non laboro, inquit, de nomine. Quid, quòd res alia tota eſt? Reperiam multos, vel innumerabiles potiùs, non tam curioſos, nec tam moleſtos, quàm vos eſtis: quibus, quidquid velim, facilè perſuadeam.

29 Quid ergo dubitamus, quin, ſi non dolere voluptas ſit ſumma, non eſſe in voluptate dolor ſit maximus? cur id non ita ſit? Quia dolori non voluptas contraria eſt, ſed doloris privatio.

X. [44] ** Hoc verò non videre, maximo [b] argumento, eſſe voluptatem [c] illam; quâ ſublatâ, neget ſe intelligere omnino, quid ſit bonum. eam autem ita perſequitur, quæ palato percipiatur, quæ auribus: cetera addit, quæ ſi appelles, honos præfandus ſit. hoc igitur, quod ſolum bonum ſeverus & gravis philoſophus novit, idem non videt ne expetendum quidem eſſe, quòd eam voluptatem hoc eodem auctore non deſideremus, cùm dolore careamus. [45] quamquam hæc ſunt contraria.

b eſt argum. volupt. illam eſſe nullam *Lamb.*

P. LXXI.

c ullam *omnes alii.*

Hic

43. *Eam tanquam capitis accuſet.*] Non diſplicet quod eſt in Pal. pr. *ut eam cùm de avaritia &c.* ita ut iſto loco expungatur. Lambinus edidit, *ea tamquam*, ſicque Pal. ſec. ſed ceteri favent vulgato. *Grut.*

44. ** *Hac verò non videre.*] Locum aſteriſco notarat Gulielmius, nec removi, quod & mihi quædam deeſſe viderentur. *Idem.*

45. *Quamquam hæc ſunt contraria.*] Fortius multò Pal. pr. *quàm hæc ſunt contraria.* Idem mox quoque *appellavit* exhibet, loco publicati *appellat*: quod hactenus probo, ut arbitrer admittendam utram-

Hic ſi definire vel dividere didiciſſet, ſi loquendi 30
vim, ſi denique conſuetudinem verborum teneret, numquam in tantas ſalebras incidiſſet. nunc vides, quid faciat. quam nemo umquam voluptatem appellat, & hanc in motu voluptatem, quæ duo ſunt, unum facit. ſic enim has ſuaves & quaſi dulces voluptates appellat. interdum ita extenuat, ut [d] M'. Curium putes loqui: interdum ita laudat, ut, quid præterea ſit bonum, neget ſe poſſe ne ſuſpicari quidem. quæ jam oratio non à philoſopho aliquo, ſed à cenſore opprimenda eſt. non eſt enim vitium in oratione ſolùm, ſed etiam in moribus. luxuriam non reprehendit, modò ſit vacua infinita cupiditate & timore.

[d] M. *alii.*

Hoc loco diſcipulos quærere videtur, [e] ut, qui aſoti 31
eſſe velint, philoſophi antè fiant. A primo, ut opinor, animantium ortu petitur origo ſummi boni. Simul atque natum animal eſt, gaudet voluptate, & eam appetit, ut bonum: aſpernatur dolorem, ut malum. de malis autem & bonis ab iis animalibus, quæ nondum depravata ſint, ait optimè judicari. Hæc & tu ita poſuiſti, & verba veſtra ſunt. Quàm multa vitioſa? ſummum enim bonum & malum vagiens puer utra voluptate dijudicabit, ſtante, an movente? quoniam, ſi diis placet, ab Epicuro loqui diſcimus. ſi ſtante, hoc natura videlicet vult, ſalvam eſſe ſe, quod concedimus: ſi movente, quod tamen dicitis, nulla turpis voluptas erit, quæ prætermittenda ſit. & ſimul non proficiſcitur animal illud modò natum à ſumma voluptate: quæ eſt à te poſita in non dolendo.

[e] qui cum *conj. Lamb.*

P. B.

Nec tamen argumentum hoc Epicurus à parvis peti- 32
vit, aut etiam à beſtiis: quæ putat eſſe ſpecula naturæ: ut diceret, ab his, duce naturà, hanc voluptatem expeti nihil dolendi. neque enim hæc movere poteſt appetitum animi: nec [f] illum habet ictum, [46] quo pellat animum ſtatus hic non dolendi. itaque in hoc eodem peccat Hieronymus. At [g] ille pellit, [h] qui permulcet ſen-

[f] ullum *Lamb.*
[g] illa *Lamb.*
[h] quæ *Id.*

utramque ſcripturam, ſic; quam nemo voluptatem appellavit, appellat. quomodo ſuo adſcripſit libro Scaliger. *Gruter.*

46. *Quo pellat animum ſtatus hic non dolendi.*] Editiones priſcæ & Pal. omnes, *animi ſtatum heic.* illud tamen probat ſe loco Tullii pro Cælio; ut monuit Gulielmius, qui variantem eam lectionem annotarat item ex Tuſano. *Idem.*

i voluptas *Lamb.* ſenſum [i] voluptate. Itaque Epicurus ſemper hoc [k] utitur, k nititur *MSS.* ut probet, voluptatem naturâ expeti; quòd ea voluptas, quæ in motu ſit, & parvos ad ſe alliciat & beſtias, non 33 illa ſtabilis, in qua tantùm ineſt nihil dolere. [l] Quid igi- l Qui igit. *Lamb.* Qui id ig. *Gul.* tur convenit, ab alia voluptate dicere naturam proficiſci, in alia ſummum bonum ponere?

XI. Bestiarum verò nullum judicium puto. quamvis enim depravatæ non ſint, pravæ tamen eſſe poſſunt. Ut bacillum aliud eſt inflexum & incurvatum de induſtria, aliud ita natum: ſic ferarum natura non eſt illa quidem depravatâ malâ diſciplinâ, ſed natura ſuâ. nec verò, ut voluptatem expetat, natura movet infantem: ſed tantùm ut ſe ipſe diligat, ut integrum ſe ſalvumque velit. Omne enim animal, ſimul ut ortum m duasque res *alii.* eſt, & ſeipſum & omnes partes ſuas diligit: [m] duasque, quæ maximæ ſunt, in primis amplectitur, animum & corpus: deinde utriusque partes. nam ſunt & in animo præcipua quædam, & in corpore: quæ cùm leviter agnovit, tunc diſcernere incipit, ut ea, quæ prima data ſunt naturâ, appetat, aſperneturque contraria.

34 In his primis naturalibus voluptas inſit necne, magna P. LXXII. quæſtio eſt. nihil verò putare eſſe, præter voluptatem, non membra, non ſenſus, non ingenii motum, non integritatem corporis, non valitudinem, ſummæ mihi videtur inſcitiæ. Atque ab iſto capite fluere neceſſe eſt omnem rationem bonorum & malorum. Polemoni, etiam antè Ariſtoteli, ea prima viſa ſunt, quæ paullo antè dixi. 47 Ergo nata eſt ſententia veterum Academicorum & Peripateticorum, ut finem bonorum dicerent, ſecundùm naturam vivere, id eſt, virtute adhibita frui primis à naturâ datis. Callipho ad virtutem nihil adjunxit niſi voluptatem: Diodorus niſi vacuitatem doloris. His omnibus, quos dixi, conſequentes ſunt fines bonorum. Ariſtippo ſimplex voluptas: Stoicis conſentire naturæ; quod eſſe volunt è virtute, id eſt, honeſtè vivere: quod ita interpretantur, vivere cum intelligentia earum rerum, quæ naturâ evenirent, eli-

47. *Ergo nata eſt.*] Sic omnes Palatini. Lambinus conjicit, *Hinc ergo nata eſt*, ſupervacaneè. nam *ergo* aliquando notat *exinde*, *poſtea &c.* ut Critici dudum oſtendêre exemplis ad Propertium. *Gruter.* Poſſet & *ex quo nata eſt.*

48. *Ut*

eligente ea, quæ eſſent ſecundùm naturam, rejicienteque contraria.

Ita tres ſunt fines expertes honeſtatis, unus Ariſtippi 35
vel Epicuri: alter Hieronymi: Carneadis tertius: tres, in quibus honeſtas cum aliqua acceſſione, Polemonis, [n]Calliphonis, Diodori. [o]una ſimplex, cujus Zeno auctor, [p]poſita in decore [q]tota, id eſt, honeſtate. nam Pyrrho, Ariſto, Herillus jam diu abjecti. reliqui ſibi conſtiterunt, ut extrema cum initiis convenirent, ut Ariſtippo, voluptas: Hieronymo, doloris vacuitas: Carneadi, frui principiis naturalibus, eſſet extremum.

XII. EPICURUS autem, cùm in prima commendatione [r]voluptatem dixiſſet; ſi eam, quam Ariſtippus, idem tenere debuit ultimum bonorum, quod ille: ſin eam, quam Hieronymus, feciſſet idem, [48] ut voluptatem illam Ariſtippi in prima commendatione poneret.
Nam, quod ait, ſenſibus ipſis judicari, voluptatem 36
bonum eſſe; dolorem malum: plus tribuit ſenſibus quàm nobis leges permittunt. [s]privatarum litium [t]judices ſumus. Nihil enim poſſumus judicare, niſi quod eſt noſtri judicii. in quo fruſtra judices ſolent, cùm ſententiam pronuntiant, addere, ſi quid mei judicii eſt. ſi enim non fuit eorum judicii, nihilo magis, hoc non addito, illud eſt judicatum, [49] quod judicat ſenſus: dulce, amarum: lene, aſperum: propè, longè: ſtare, movere: quadratum, rotundum.

Quam

n Calliphontis *MSS.*
o unus *conj. Lamb.*
p poſitus *conj. ejusd.*
q totus *Idem.*
r natam volupt. *Lamb.*
P. B.
s privarum *MSS.*
t cum jud. ſumus, nihil *Lamb.* & *alii.*

48. *Ut voluptatem illam Ariſtippi.*] Videtur *Ariſtippi* nomen σχολιαστικῶς fuiſſe ab aliquo poſitum: abeſt enim à vetere libro. *Urſin.*

49. *Quid judicat ſenſus? dulce, amarum, &c.*] Sic reſtituit hunc locum P. Faber Tholoſanus, conſiliarius regius in ambulatorio conſilio, quod magnum appellant, quam emendationem poſtea vett. codd. auctoritas confirmavit. Quod autem ad illa ſuperiora verba attinet, *in quo fruſtra judices ſolent &c.* eorum hæc ſententia eſt; nam video à nonnullis obſcura & impedita, ab aliis corrupta haberi, ut exiſtiment legendum, *nihilominus*, pro *nihilò magis.* hoc igitur ſignificat Cicero: cum judices ſententiam pronuntiant, fruſtra ſolent addere, ſi quid mei judicii eſt. nam, etiam ſi hæc verba non addiderint, ſi res non fuit eorum judicii, hoc eſt, ſi ad eorum cognitionem ſeu notionem non pertinuit, non propterea magis fuit judicatum, hoc eſt, res non eſt judicata, ſi non fuit eorum cognitionis & judicii, etiam ſi verba illa, ſi quid mei judicii eſt, non fuerint ab eis addita. ergo fruſtra addere ſolent. *Lambinus.*

37 Quam igitur pronuntiabit ſententiam ratio? Adhibitâ
primùm divinarum humanarumque rerum ſcientiâ
quæ poteſt appellari ritè ſapientia: deinde adjunctis vir-
tutibus, quas ratio rerum omnium dominas, [50] tu vo-
v harum Lamb. luptatum ſatellites & miniſtras eſſe voluiſti: [v] quarum
adeò omnium ſententia pronuntiabit, primùm de vo-
luptate, nihil eſſe ei loci, non modò ut ſola ponatur in
x quod conj. Lamb. ſummi boni ſede, [x] quam quærimus, ſed ne illo qui-
dem modo, ut ad honeſtatem applicetur. de vacuitate
doloris eadem ſententia eſt.

38 [y] Rejicietur etiam Carneades. nec [z] illa de ſummo
y reicitur MS. bono ratio aut voluptatis, non dolendive particeps, aut
z ulla MS. honeſtatis expers, probabitur. ita relinquet duas, de
quibus etiam atque etiam conſideret. aut enim ſtatuet,
nihil eſſe bonum, niſi honeſtum: nihil malum, niſi
turpe: cetera aut omnino nihil habere momenti, aut
tantum, ut nec expetenda, nec fugienda, ſed eligenda
a reicienda MS. modò aut [a] rejicienda ſint: aut anteponet eam, quam
cùm honeſtate ornatiſſimam, tum etiam ipſis initiis na-
turæ & totius perfectione vitæ locupletatam videbit.
quod eo liquidiùs faciet, ſi perſpexerit, rerum inter
eas verborumne ſit controverſia.

39 XIII. Hujus ego nunc auctoritatem ſequens idem
faciam. quantùm enim potero minuam contentiones:
omneſque ſimplices ſententias eorum, in quibus nulla
P. LXXIII. ineſt virtutis adjunctio, omnino à philoſophia ſemoven-
das putabo: primùm Ariſtippi Cyrenaicorumque
omnium; quos non eſt veritum, in ea voluptate, quæ
maxima dulcedine ſenſum moveret, ſummum bonum
ponere, contemnentes iſtam vacuitatem doloris. hi
non viderunt, ut ad curſum equum, ad arandum
bovem, ad indagandum canem, ſic hominem ad duas
40 res, ut ait Ariſtoteles, intelligendum & agendum eſſe
natum, quaſi mortalem deum: contraque, ut tar-
dam aliquam & languidam pecudem, ad paſtum & ad
procreandi voluptatem, [51] hoc divinum animal ortum
eſſe voluerunt. quo nihil mihi videtur abſurdius.

At-

50. *Tu voluptatum ſatellites & miniſtras eſſe voluiſti.*] Notavit pa-
ter (MS. *miraferas.* Forte, *armiferas* vel *armigeras*). Gronov.

51. *Hoc divinum animal.*] Deeſt in antiquo particula, *ſic*, quæ
reperitur in manuſcripto, in quo eſt, *ſic hoc divinum*, &c. Urſin.

52. *Nec*

Atque hæc contra Ariſtippum, qui eam voluptatem non modò ſummam, ſed ſolam etiam [b] ducit: quam omnes unam appellamus voluptatem. aliter autem vobis placet. ſed ille, ut dixi, vitioſè. nec enim figura corporis, nec ratio excellens ingenii humani ſignificat, ad hanc unam rem natum hominem, ut frueretur voluptatibus. Nec verò audiendus Hieronymus: cui ſummum bonum eſt idem, quod vos interdum, vel potiùs nimiùm ſæpe dicitis, nihil dolere. non enim, ſi malum dolor eſt, carere eo malo ſatis eſt ad bene vivendum. hoc dixerit potiùs Ennius, 41

b dicit alii.

Nimium boni eſt, cui nihil eſt mali.

Nos beatam vitam non depulſione mali, ſed adeptione boni judicemus: [52] nec eam ceſſando, ſive gaudentem, ut Ariſtippus, ſive non dolentem, ut hic: ſed agendo aliquid conſiderandove quæramus.

Quæ poſſunt eadem contra Carneadeum illud ſummum bonum dici: quod is non tam, ut probaret, protulit; quàm ut Stoicis, quibuscum bellum gerebat, opponeret. Id autem ejusmodi eſt, ut additum ad virtutem auctoritatem videatur habiturum & expleturum cumulatè vitam beatam: de quo omnis hæc quæſtio eſt. nam qui ad virtutem adjungunt vel voluptatem, quam unam virtus minimi facit: vel vacuitatem doloris, quæ etiam ſi malo caret, tamen non eſt ſummum bonum: acceſſione utuntur non ita probabili, nec tamen, cur id tam parcè tamque reſtrictè faciant, intelligo. quaſi enim emendum eis ſit, quod addant ad virtutem, primùm viliſſimas res addunt: deinde ſingulas potiùs quàm omnia, quæ primùm natura approbaviſſet, [53] ea cum voluptate conjungerent. 42

P. B.

Quæ

52. *Nec eam ceſſando, ſive gaudendo, &c.*] Nihil vitii hæc ſcriptura habere videtur; ſed libri manuſcripti mendi ſuſpicionem mihi commovent; ſic enim habent, *nec eam ceſſando, ſive gaudentem, ut Ariſtippus, ſive non dol. &c.* unde ſuſpicor ſic eſſe à Cicerone ſcriptum, & ſic legendum, *nec eam ſive gaudendo, ut Ariſtipp. ſive non dol. &c.* Quærat aliquid probabilius lector ingenioſus. *Lambinus.* Adſcripſit docta manus [Optime vero ſi ita legeris ex ſcriptura illa, *nec eam ceſſando, ſine gaudentem, ut Ariſtippus, ſive non dol. &c.*] Verburg.

53. *Ea cum voluptate conjungerent.*] Lambinus quatuor iſtas voces editione ſua excluſit, quòd non comparerent (inquit) in uno libro longè optimo. at habent eas Pall. omnes, niſi quod in tertio, *cum honeſtate.*

43 Quæ cùm Ariſtoni & Pyrrhoni omnino viſa ſunt pro nihilo, ut inter optimè valere & graviſſimè ægrotare nihil prorſus dicerent intereſſe, rectè jam pridem contra eos deſitum eſt diſputari. dum enim in una virtute ſic omnia eſſe voluerunt, ut eam rerum ſelectione exſpoliarent: nec ei quidquam, aut unde oriretur, darent, aut ubi niteretur: virtutem ipſam, quam amplexabantur, ſuſtulerunt. Herillus autem, ad ſcientiam omnia revocans, unum quoddam bonum vidit: ſed nec optimum, nec quo vita gubernari poſſit. itaque hic ipſe jam pridem eſt rejectus. poſt [c] enim Chryſippum non ſanè eſt diſputatum.

c Chryſipp. enim alii.

XIV. Restatis igitur vos. [54] nam cum Academicis incerta luctatio eſt: qui nihil affirmant, & quaſi deſperata cognitione [d] certi id ſequi volunt, quodcum-

d veri alii.

44 que veriſimile videatur. Cum Epicuro autem hoc eſt plus negotii, quòd è duplici genere voluptatis conjunctus eſt: quódque & ipſe, & amici ejus, & multi poſtea defenſores ejus ſententiæ fuerunt: & neſcio quomodo (is, qui auctoritatem minimam habet, [e] maximam vim) populus cum illis facit. quos niſi arguimus, omnis virtus, omne decus, omnis vera laus deſerenda eſt. Ita ceterorum ſententiis ſemotis, relinquitur non mihi cum Torquato, ſed virtuti cum voluptate certatio. quam quidem certationem, homo & acutus & diligens, Chryſippus non contemnit, totumque diſcrimen ſummi boni in eadem comparatione poſitum putat. ego autem exiſtimo, ſi honeſtum aliquid oſtendero, quod ſit ipſum [55] vi ſua propter ſeque expetendum, jacêre veſtra

e & vim max. ed. vet.

P. LXXIV.

neſtate. Aldus Nepos vulgavit, *conjungunt*, aptius ad ſenſum, ſed quo jure? malim ego repræſentare nævos auctoris quàm ſubſtituere qualecunque mangonium. nam ſi voculam repetamus, & iſthæc proximè ſequentibus attribuamus, bellè procedet ſententia ſic: *Ea quum cum voluptate conjungerent, quæ Ariſtoni &c.* Gruter. Vetus editio, *eas cum voluptate conjungunt.*

54. *Nam cum Academicis incerta luctatio eſt.*] Sic quidem Palatini, præter primum, in quo *uncta luctatio eſt*, quod qui negaverit auctoris geminum germanum, negabit & meridie lucere. *Gruter.*

55. *Vi ſua propter ſeque.*] Sic Pall. omnes & editio Victorii; niſi quod pr. *ſua vi*; ſecundo verò deſit copula. vulgati, *vi ſua propterque ſe.* quàm puſillis cogor inhærere! ſed aliter fieri non poteſt, ſi velim munire me contra eos, qui in me incurrerent, acſi quidquam temerè mutaſſem. *Idem.*

56. Ar-

ſtra omnia. itaque eo, quale ſit, breviter, ut tempus poſtulat, conſtituto, [56] accedam ad omnia tua, Torquate; niſi memoria fortè defecerit.

Honeſtum igitur id intelligimus, quod tale eſt, ut 45
detracta omni utilitate, ſine ullis præmiis fructibusve, per ſe ipſum poſſit jure laudari. quod quale ſit, non tam definitione, qua ſum uſus, intelligi poteſt (quamquam aliquantum poteſt) quàm communi omnium judicio, & optimi cujusque ſtudiis atque factis: qui permulta ob eam unam cauſam faciunt, quia decet, quia rectum, quia honeſtum eſt; etſi nullum conſecuturum emolumentum vident. homines enim, etſi aliis multis, tamen hoc uno à beſtiis plurimùm differunt, [57] quòd rationem habeant [58] à natura datam. mentemque & acrem, & vigentem, celerriméque multa ſimul agitantem, &, ut ita dicam, ſagacem: quæ & cauſas rerum, & conſecutiones videat, & ſimilitudines transferat, & disjuncta conjungat, & cum præſentibus futura copulet, omnemque complectatur vitæ conſequentis ſtatum. eademque ratio [f] fecit hominem hominum appetentem, cumque his naturâ, & ſermone, & uſu congruentem, ut profectus à caritate domeſticorum ac ſuorum ſerpat longiùs, [59] & ſe implicet primùm civium,

[f] facit *alii.*

56. *Accedam ad omnia tua, Torquate; niſi memoria forte defecerit.*] Invito ferè animo manus lectionem hanc invexit, coacta liquidâ quaſi veritate Palatini primi. nihil enim eâ evolutius, nihil rotundius. at hactenus putidè occupavit libros omnes; *Torquate: ubi ſi me memoria fortè defecerit, tuum eſt ut ſuggeras.* quorum poſteriorum nullum veſtigium in electo illo Palatino, relicto Bibliothecæ ab corculo illo Electorum Othone Henrico: cujus ſymbolum atque inſignia membranis illis propoſita. Dolendum ſolummodò nihil eo contineri præterquam libros de Finibus priores. *Gruter.*

57. *Quod rationem habeant, à natura menti datam, & acrem & vigentem.*] Ita legitur in antiquo, cum in vulgatis ſit, *mentemque*, pro *menti.* Urſin.

58. *A natura datam, mentemque & acrem &c.*] Eſt ab editione Victoriana: neque ſecus Pal. pr. nam ſec. quint. ſex. *à natura menti datam & acrem &c.* reliqui, *à natura mentemque datam*, ut publicitus excuſi. media lectio non eſt abſurda quidem, ſed tamen vilior noſtra. *Grut.*

59. *Et ſe implicet primum civium, deinde omnium mortalium ſocietate.*] Lambinus habet *ſocietati*, ut eſt in manuſcripto: ſed male *implicet* retinuit, pro *applicet.* Urſin. *Serpat longius & ſe implicet.*] In hunc diem vulgati, *currat longius.* alterum tuetur ſe auctoritate Palatini primi ac tertii, item Scaligerani codicis. & venuſtius eſt quàm

vium, deinde omnium mortalium ſocietate: atque, ut ad [g] Archytam ſcripſit Plato, non ſibi ſe ſoli natum meminerit, ſed patriæ, [h] ſed ſuis, ut perexigua pars ipſi relinquatur.

g Archi-tam *alii.*
h & *Lamb.*

. P. B.

46 Et quoniam eadem natura cupiditatem ingenuit homini veri [i] inveniendi, quod facillimè apparet, cùm vacui curis, etiam quid in cælo fiat, ſcire [k] avemus: his initiis [l] inducti omnia vera diligimus, id eſt, fidelia, ſimplicia, conſtantia: tum vana, falſa, [m] fallentia odimus, ut fraudem, perjurium, malitiam, injuriam. eadem ratio habet in ſe quiddam amplum atque magnificum, ad imperandum magis quàm ad parendum accommodatum: omnia humana non tolerabilia ſolùm, ſed etiam levia ducens: altum quiddam & excelſum, nihil timens, nemini cedens, ſemper invictum.

i videndi *MS.*
k havemus *MS.*
l imbuti *Lamb. & alii.*
m fallacia *conj. Lamb.*

47 Atque his tribus generibus honeſtorum notatis, quartum ſequitur, [n] & in eadem pulcritudine, & aptum ex illis tribus: in quo ineſt ordo & moderatio. cujus ſimilitudine perſpecta [60] in formarum ſpecie; à dignitate tranſitum eſt ad honeſtatem dictorum atque factorum. nam ex his tribus laudibus, quas antè dixi, & temeritatem reformidat, & non audet cuiquam aut dicto protervo, aut facto nocere, vereturque quidquam aut facere, aut [o] loqui, quod parum virile videatur.

n & ead. *alii.*
o eloqui *MS.*

48 XV. Habes undique expletam & perfectam, Torquate, formam honeſtatis: quæ tota his quattuor virtutibus, quæ à te quoque commemoratæ ſunt, continetur. hanc ſe tuus Epicurus omnino ignorare dicit, quam aut qualem eſſe velint, qui honeſtate ſummum bo-

quàm ut cedere debeat priori, licet longiſſimi temporis poſſeſſori. aſſerit enim id ſibi Cicero lib. v. de Finib. cap. 23. pr. optiméque convenit cum ſequenti *implicet*, quod nollem mutari in *adplicet* cum exemplari Urſiniano, contra omnes Palatinos. multo minus ut iis refragantibus admittamus Lambinianum *ſocietati.* Gruter.

60. *In formarum ſpecie ac dignitate.*] Ita legendum pro *à dignitate.* Urſin. *In formarum ſpecie à dignitate tranſitum eſt ad honeſtam dictorum atque factorum.*] Mihi videtur omnino rectius hoc modo: *formarum ſpecie ac dignitate tranſitum eſt &c,* ut ad *formas* referatur *ſpecies ac dignitas.* aliter veteres libri: ego tamen meâ conjecturâ delector. *P. Manut.* *In formarum ſpecie; à dignitate tranſitum eſt &c.*] Ita una voce Pall. itaque non admiſerim Urſini ac Pauli Manutii *ac dignitate*, multo minus Lambini adhuc licentioſiorem interpolationem. Nam *dignitas* reſultat ex formarum ſpecie, itaque ne eam vocem repeteret, ſuppoſuit *dignitatem.* Gruter.

61. *Per*

bonum metiantur. ſi enim ad honeſtatem omnia referantur, neque in ea voluptatem dicant ineſſe; ait eos inani voce ſonare (his enim ipſis verbis utitur) neque intelligere, neque videre, ſub hac voce honeſtatis, quæ ſit p ſubjicienda ſententia. ut enim conſuetudo loquitur, id ſolum dicitur honeſtum, quod eſt populari fama glorioſum. quod, inquit, quamquam voluptatibus quibusdam eſt ſæpe jucundius, tamen expetitur propter voluptatem. P. LXXV.

p ſubjicienda MS.

49 Videsne quàm ſit magna diſſenſio? philoſophus nobilis, à quo non ſolùm Græcia & Italia, ſed etiam omnis barbaria commota eſt, honeſtum quid ſit, ſi id non eſt in voluptate, negat ſe intelligere: niſi fortè illud, quod multitudinis rumore laudetur. Ego autem hoc etiam turpe eſſe ſæpe judico: &, ſi quando turpe non ſit, q tamen non eſſe non turpe, cùm id à multitudine laudetur. quod ſi ſit ipſum per ſe rectum atque laudabile, non ob eam cauſam tamen illud dici honeſtum eſſe, quia laudetur à multis, ſed quia tale ſit, ut (vel ſi ignorarent id homines, vel ſi obmutuiſſent) ſua tamen pulcritudine eſſet ſpecieque laudabile. Itaque idem naturâ victus, cui obſiſti non poteſt, dicit alio loco id, quod à te etiam paullo antè dictum eſt, non poſſe jucundè vivi, niſi etiam honeſtè.

q tum eſſe MS.

50 Quid nunc, honeſtè, dicit? idemne, quod jucundè? ergo ita, non poſſe honeſtè vivi, niſi honeſtè vivatur. an r niſi populari fama? ſine eà igitur jucundè negat poſſe vivere? Quid turpius quàm ſapientis vitam ex inſipientium ſermone pendere? quid ergo hoc loco intelligit honeſtum? certè nihil, niſi quod poſſit ipſum propter ſe jure laudari. nam ſi propter voluptatem: quæ eſt iſta laus, quæ poſſit è macello peti? Non is vir eſt, ut, cùm honeſtatem eo loco habeat, ut ſine ea jucundè neget poſſe vivi, illud honeſtum, quod populare ſit, ſentiat, & ſine eo jucundè neget vivi poſſe: aut

r ſine *alii.*

61. *Per ſe rectum atque laudabile.*] Sic malui, ſecutus antiquum librum, quàm, ut antea, *perfectum atque laudabile.* & paullò poſt *honeſtum* ſignificat id ſolum eſſe, quod ſit rectum ipſum per ſe, ſua vi, ſua natura, ſua ſponte laudabile. *P. Manut.* *Per ſe rectum ac laudabile.*] Paulus Manutius hanc lectionem primùm produxit ex libro antiquo. Eam ego nunc firmo Pal. primo ac tert. item Scaligerano. vulgati: *ipſum perfectum ac laud.* Grut.

aut quidquam aliud honeſtum intelligat: [62] niſi quod ſit rectum, ipſumque per ſe, ſua vi, ſua ſponte, ſuâ naturâ laudabile.

51 XVI. Itaque, Torquate, cùm diceres, clamare Epicurum; non poſſe jucundè vivi, niſi honeſtè, & ſapienter, & juſtè viveretur, tu ipſi mihi gloriari videbare. tanta vis inerat in verbis, propter earum rerum, quæ ſignificabantur his verbis, dignitatem, ut [s] altior fieres, ut interdum inſiſteres, ut nos intuens, quaſi teſtificarere, laudari honeſtatem & juſtitiam aliquando ab Epicuro. Quàm te decebat iis verbis uti, quibus ſi philoſophi non uterentur, philoſophiâ omnino non egeremus? iſtorum enim verborum amore, quæ perrarò appellantur ab Epicuro, ſapientiæ, fortitudinis, juſtitiæ, temperantiæ, præſtantiſſimis ingeniis homines ſe ad philoſophiæ ſtudium contulerunt.

P. B.

s clarior *alii.*

52 Oculorum, inquit Plato, eſt in nobis ſenſus acerrimus: quibus ſapientiam non cernimus. quàm illa ardentes amores excitaret ſui, ſi videretur. cur tandem? [63] an quòd ita callida eſt, ut optimè poſſit achitectari voluptates? cur juſtitia laudatur? aut unde eſt hoc contritum vetuſtate proverbium? [t] *Quicum in tenebris.* Hoc dictum in una re latiſſimè patet: ut in omnibus factis re non teſte moveamur.

t alii *Dignus quic. in ten. mices.*

53 Sunt enim levia & perinfirma, quæ dicebantur à te, cùm animi conſcientia improbos excruciari, tum etiam pœnæ timore; qua aut [v] afficiuntur, aut ſemper [x] ſunt in metu, ne afficiantur aliquando. Non oportet timidum, aut imbecillo animo fingi; non bonum [y] illum virum, qui, quidquid fecerit, ipſe ſe cruciet omniaque formidet: ſed omnia callidè referentem ad utilitatem, acutum, verſutum, veteratorem, facilè ut excogitet,

v afficiantur *MS.*

x ſint *id. MS.*

y illum *alii non habent.*

62. *Niſi quod ſit rectum, ipſumque per ſe &c.*] Eſt à Pal. pr. & tert. editi: *rectum ipſum, quod per ſe.* proximè ad hanc ſcripturam pervenit conjecturâ ſuâ Paulus Manutius. mox quoque expunxi voculam *ſit*, tranſpoſitis duabus aliis dictionibus, ſuaſu Palatini primi. *Gruter.*

63. *An quod ita callida eſt.*] Vulgati *illa*, non *ita*, ſed præter ſcripturam Pall. item Tuſani codicis, denique editionem Victorii, quam unicè miror ita ſtatim deſertam poſt enatam Camerianam, cum ſit optimæ proxima: certè. Sed quid ſæculo integro convitier, eique præterito; qui ne quidem ætatis hujus ſtudia adeptus ſum. *Idem.*

64. *Vel-*

gitet, quo modo occultè, ſine teſte, ſine ullo conſcio fallat. An tu me de L. Tubulo putas dicere? qui, 54
cùm prætor quæſtionem inter ſicarios exercuiſſet, ita apertè cepit pecunias ob rem judicandam, ut anno proximo P. Scævola, tribunus plebis, ferret ad [z] plebem, [64] vellentne de ea re quæri. quo plebiſcito decreta à ſenatu eſt conſuli quæſtio [65] Cn. Cæpioni. profectus in exſilium Tubulus ſtatim, nec reſpondere auſus: erat enim res aperta. P. LXXVI.

z populum *Lamb.*

XVII. [66] Non igitur de improbo, ſed [a] callido improbo quærimus: qualis Q. Pompejus in fœdere Numantino infitiando fuit. nec verò omnia [b] timentem: [c] primùm qui animi conſcientiam non curet; quam ſcilicet comprimere nihil eſt negotii. Is enim, qui occultus & tectus dicitur, tantum abeſt, ut ſe indicet, perficiet etiam, ut dolere alterius improbè facto videatur: quid eſt enim aliud, eſſe verſutum? Memini me adeſſe 55
P. Sextilio [d] Rufo, cùm is ad amicos rem ita deferret, ſe eſſe heredem Q. [e] Fadio Gallo: cujus in teſtamento ſcriptum eſſet, [f] ſe ab eo rogatum, ut omnis hereditas ad filiam perveniret. is Sextilius factum negabat. poterat autem impune. quis enim redargueret? nemo noſtrûm [g] negabat: eratque veriſimilius, hunc mentiri, cujus intereſſet, quàm illum, qui id ſe rogaſſe ſcripſiſſet, quod debuiſſet rogare. [67] addebat etiam, ſe in legem Voconiam juratum contra eam facere non audere, niſi aliter amicis videretur. Aderamus nos quidem adoleſcentes,

a callidè imp. *Vict. & alii.*
b timente *conj. Lamb.*
c ſed primùm *Lamb.*
d Fuſo *MS.*
e Fabio *MS.*
f ſe eſſe ab *alii.*
g credebat *MS. non malè.*

64. *Vellentne de ea re quæri.*] Lambinus divinat, *Velletne:* non rectè. formula enim erat, *Velitis jubeatis &c.* Gulielmius.

65. *Cn. Scipioni.*] Omnino reponendum, *Cæpioni*, ex hiſtoria. Cn. Servilius Cæpio conſul fuit cum Q. Pompejo Nepote, quibus conſulibus decretum eſt, ut in Tubulum quæreretur. de Fin. lib. IV. in extremo & lib. V. de Nat. D. III. ad Att. XII. ep. 5. Pedianus. *P. Manut.*

66. *Non igitur de improba &c.*] Si hanc lectionem vulgatam retinemus, à qua non diſcrepat antiqua, legendum eſt infra, *nec verò omnia timente, ſed primum qui, &c.* Contra, ſi *timentem*, quod infra ſequitur, incorruptum & ſincerum eſt, legendum hîc: *non igitur improbum, ſed callidum improbum quærimus: qualis &c.* Lambinus.

67. *Addebat etiam ſe in legem Voconiam juratum.*] Lex Voconia ſanxit, ne viri ditiſſimi hæredes filias relinquerent. auctor eſt Pedianus. hanc legem ſuaſit M. Cato Cenſorius apud Ciceronem in Catone Majore & apud Agellium. *A. Manut.*

68. Cen-

leſcentes, ſed & multi ampliſſimi viri: quorum nemo [68] cenſuit plus Fadiæ dandum quàm poſſet ad eam lege Voconia pervenire. Tenuit permagnam Sextilius hereditatem. unde, ſi ſecutus eſſet eorum ſententiam, qui honeſta & recta emolumentis omnibus & commodis anteponerent, ne nummum quidem unum attigiſſet. Num igitur eum poſtea cenſes anxio animo aut ſollicito fuiſſe? nihil minùs, contraque, illa hereditate dives; ob eamque rem lætus. magni enim æſtimabat pecuniam, non modò non contra leges, ſed etiam legibus partam. quæ quidem vel cum periculo eſt quærenda vobis. eſt enim effectrix multarum & magnarum voluptatum.

56 Ut igitur illis, qui, recta & honeſta quæ ſunt, ea ſtatuunt per ſe expetenda, adeunda ſunt [h] quævis pericula decoris honeſtatisque cauſâ: ſic veſtris, qui omnia voluptate metiuntur, [69] pericula adeunda ſunt, ut adipiſcantur magnas voluptates; ſi magna res, magna hereditas agetur, cùm pecuniâ voluptates pariantur plurimæ. idemque erit Epicuro veſtro faciendum, ſi ſuum finem bonorum ſequi volet, quod Scipioni magna gloria propoſita, ſi Annibalem in Africam retraxiſſet. itaque quantum adiit periculum? ad honeſtatem enim [i] illum omnem conatum ſuum referebat, non ad voluptatem. ſic veſter ſapiens magno aliquo emolumento commotus, [70] animi cauſâ, ſi opus fuerit, dimicabit. 57 Occultum facinus eſſe [k] potuerit: gaudebit. deprehenſus, omnem pœnam contemnet. erit enim inſtructus ad mortem contemnendam, ad exſilium, ad ipſum

P. B.
h quævis *deeſt in MS.*
i ille *alii.*
k poterit *alii.*

68. *Cenſuit plus filiæ dandum.*] Alii, *plus Fadiæ :* quæ lectio ſi retineatur, ſupra legendum erit, *Fadio Gallo*, non *Fabius :* cum Gallus cognomen Fadiorum ſit. *P. Manut.*

69. *Pericula adeunda ſunt.*] Hoc ſi abſit, nihilo fiet obſcurior aut imperfectior ſententia. ſubaudietur enim, quod in proximo ſuperiore membro dictum eſt, *adeunda ſunt quævis pericula.* nec vero cuiquam dubium eſſe puto, quin ea ſæpe, quæ gloſſemata vocant, inter verba Ciceronis locum occupaverint. *Idem.*

70. *Animi cauſâ, ſi opus fuerit, dimicabit.*] Scripturam hanc falſi arguunt Pal. ſec. in quibus omnibus, *cum cauſa.* non aſſequor mentem auctoris. Eadem exemplaria mox habent *potuerit*, non *poterit.* Gruterus. Certe multo minus crediderim adſecutum Samuel. Petitum, qui lib. I. Obſerv. pag. 118. ſupponit *anomi cauſa.* *Gronovius.*

71. *Im-*

ipſum etiam dolorem. quem quidem vos, cùm improbis pœnam proponitis, [71] impatibilem facitis: cùm ſapientem ſemper boni plus habere vultis, tolerabilem.

XVIII. SED FINGE non ſolùm callidum eum, qui aliquid improbè faciat, verùm etiam præpotentem: ut M. Craſſus fuit; qui tamen ſolebat uti ſuo bono: ut hodie eſt noſter Pompejus, cui rectè facienti gratia eſt habenda: [72] eſſe enim, quamvis vellet juſtus, iniquus poterat impunè. Quàm multa verò injuſtè fieri poſſunt,
quæ nemo poſſit reprehendere? Si te amicus tuus mo- 58
riens rogaverit, ut hereditatem reddas ſuæ filiæ, nec usquam id ſcripſerit, ut ſcripſit [l] Fadius, nec cuiquam dixerit: quid facies? Tu quidem reddes: ipſe Epicurus fortaſſe redderet: ut Sex. [m] Peducæus, Sex. F. is, qui hunc noſtrum reliquit, effigiem & humanitatis & probitatis ſuæ filium, tum doctus, tum omnium vir optimus & juſtiſſimus, cùm ſciret nemo, eum rogatum à C. [n] Plotio, equite Romano ſplendido, Nurſino, ultro ad mulierem venit, eique nihil opinanti viri mandatum expoſuit hereditatemque reddidit. Sed ego ex te quæro (quoniam idem tu certè feciſſes) nonne intelligas, eo majorem vim eſſe naturæ, quòd ipſi vos, qui omnia ad veſtrum commodum &, ut ipſi dicitis, ad voluptatem referatis, tamen ea faciatis, è quibus appareat, non voluptatem vos ſed officium ſequi? pluſque rectam naturam quàm rationem pravam valere?

Si ſcieris, inquit Carneades, aſpidem occultè latere 59
uſpiam & velle [o] aliquem imprudentem ſuper eam aſſidere, cujus [73] mors tibi emolumentum futura ſit: impro-

[l] Fabius alii.
[m] Peduceus alii.
P. LXXVII.
[n] Plautio alii.
[o] aliquem deeſt in aliis.

71. *Impatibilem facitis.*] Indicavit pater in notis ad Plinium XX. 18. in membranis ſuis legi *impetibilem*, cujus vocabuli quoque naturam illic oſtendit. *Gronov.*

72. *Eſſe quamvis injuſtus poterat impune.*] Sic antiquus liber, & recte. in omnibus autem impreſſis, excepto quem nunc emittimus, hoc modo: *Eſſe enim quamvis vellet juſtus, iniquus poterat impune.* P. Manut. *Eſſe enim, quamvis vellet juſtus, iniquus poterat impunè.*] Aliquid & heic latet monſtri; eſt enim in Pal. pr. *eſſe enim quàm vellet iniquus, juſtus poterat impunè.* lectione plana, ſi additâ ſyllabâ legeretur, *injuſtus.* Manutius eruit ex uno, *eſſe enim quamvis injuſtus poterat impune.* Scaliger adſcriptum habet libro ſuo: *Eſt enim quàm vellet, iniquus: juſtus poterat impunè.* Gruter. Palatini primi ſcripturam ſibi quoque inventam in MSS. & optimo ſenſu explicari poſſe oſtendit pater lib. III. Obſervat. cap. 10. *Gronov.*

73. *Mors tibi emolumentum futura ſit.*] Sic Pal. pr. expreſſeratque

probè feceris, niſi monueris, ne aſſideat: 74 ſed impunè tamen, ſciſſe enim te quis coarguere poſſit? Sed nimis multa. Perſpicuum eſt enim, niſi æquitas, fides, juſtitia proficiſcantur à natura, & ſi omnia hæc ad utilitatem referantur, virum bonum non poſſe reperiri.
60 Deque his rebus ſatis multa in noſtris de Republica libris ſunt dicta à Lælio.

XIX. Transfer idem ad modeſtiam, vel temperantiam, quæ eſt moderatio cupiditatum, rationi obediens. ſatisne ergo pudori conſulat, ſi quis ſine teſte libidini pareat? an eſt aliquid per ſe ipſum flagitioſum, etiam ſi nulla comitetur infamia? Quid fortes viri? voluptatumne calculis ſubductis prœlium ineunt, ſanguinem pro patria profundunt: an quodam animi ardore atque impetu concitati? utrum tandem cenſes, Torquate, Imperioſum illum, ſi noſtra verba audiret, tuamne de ſe orationem libentiùs auditurum fuiſſe, an meam; cùm ego dicerem, nihil eum feciſſe ſuâ cauſâ, omniaque reipublicæ, tu contrà nihil, niſi ſuâ? ſi verò
p apertius *alii.* id etiam explanare velles p apertiùsque diceres, nihil
p. B. eum feciſſe, niſi voluptatis cauſâ, quo modo enim tandem laturum fuiſſe exiſtimes?

Eſto:

que optimus Victorius, ſed nemo voluit ſequi. maluerunt *factura*; quod Gulielmio tamen haud ſatisfaciebat, eaque propter conjecerat *latura*. Gruter.

74. *Sed impune tamen, feciſſe enim coarg. poſſit?*] Vel ex hoc loco, quàm valde depravati ſint libri vulgati, intelligere licet. depravatos enim dico, qui tam longè diſcedant à MSS. Sic igitur habent vulgati: *ſed impune tamen id te conſtat feciſſe. quis enim coarguere poſſit?* At MSS. ſic, *ſed impunè tamen. feciſſe enim quis coarg. poſſit?* quam lectionem quis non videt vulgatâ multis partibus eſſe concinniorem? ſententia autem plana eſt. hoc enim ſignificat M. Tullius, *improbè feceris, niſi monueris, ne aſſideat: ſed impune tamen.* repete ἀπὸ κοινοῦ, *feceris.* quis enim coarguere poſſit te ſciviſſe aſpidem occultè latere, & non monuiſſe? vel, quis te, ſi fatearis te ſciviſſe, neque illum monuiſſe, reum facere ut ſceleris convincere queat? *Lambinus. Sed impune tamen, ſciſſe enim te quis coarguere poſſit?*] Mirè ſe ſuper hoc loco jactat Lambinus, ſed totum tamen non perpurgavit; nos fecimus, ope Palat. primi & tertii. vulgò erat: *ſed impunè tamen id te conſtat feciſſe. quis enim coarguere poſſit?* Lambinus repoſuerat è ſcriptis ſuis: *tamen, feciſſe eum quis coarguere poſſit?* Gruterus. De hoc loco ita notavit pater. [Hæc ut Gruterus reſtituit, ita prorſus habentur in membranis, quibus utimur. Sed præterea *ſed impunitet ta.* ut putem ſcriptum fuiſſe, *ſed impuniter* vel *impunite.*] Gronov.

75. *Nam*

Eſto: fecerit, ſi ita vis, Torquatus propter ſuas utilitates. malo enim dicere, quàm voluptates, in tanto præſertim viro: num etiam ejus collega P. Decius, princeps in ea familia conſulatus, cùm ſe devoveret, & equo admiſſo in mediam aciem Latinorum [q] irruebat, aliquid de voluptatibus ſuis cogitabat? [75] nam ubi eam caperet, aut quando, cùm ſciret confeſtim eſſe moriendum, eamque mortem ardentiore ſtudio peteret quàm Epicurus voluptatem petendam putat? quod quidem ejus factum niſi eſſet jure laudatum, non eſſet imitatus quarto conſulatu ſuo filius: neque porrò ex eo natus, cum Pyrrho bellum gerens, conſul cecidiſſet in prœlio, ſeque è continenti genere tertiam victimam reipublicæ præbuiſſet. 61

q irrueret Lamb.

[76] Contineo me ab exemplis. Græcis hoc modicum eſt: Leonidas, Epaminondas, tres aliqui, aut quattuor. ego, ſi noſtros colligere cœpero, perficiam illud quidem, ut ſe virtuti tradat conſtringendam voluptas. ſed dies me deficiet: &, ut A. Varius, qui eſt habitus judex durior, dicere conſeſſori ſolebat, cùm, datis teſtibus, alii tamen citarentur, Aut hoc teſtium ſatis eſt, aut neſcio, quid ſatis ſit: ſic à me [77] ſatis datum eſt teſtium. quid enim? te ipſum, digniſſimum majoribus tuis, voluptaſne induxit, ut adoleſcentulus eriperes P. Sullæ conſulatum? quem cùm ad patrem tuum retuliſſes, fortiſſimum virum, qualis ille vel conſul, vel civis cùm ſemper, tum poſt conſulatum fuit? quo quidem auctore nos ipſi ea geſſimus, ut omnibus potiùs quàm 62

75. *Nam ubi eam caperet, aut quando.*] Sequendus magis Pal. pr. in quo non comparet *nam*, habetque *ubi aut eam caperet*. hoc tamen à manu ſecunda, cùm prius fuiſſet, *ut eam*. Gruter.

76. *Contineo me ab exemplis. Græcis hoc modicum eſt: Leonidas, Epaminondas, tres alii, aut quattuor.*] Ita interpungendus hic locus ex libro manuſcripto: male enim habent vulgati, *Contineo me ab exemplis Græcis, &c.* Urſin.

77. *Satis datum eſt teſtium.*] Eſt à Palatino primo & Scalig. admiſique tanto confidentius, quòd tale quid etiam eruiſſet Lambinus è ſuis. homo enim ille ſæpius editionem ſuam meliorem fecit auctoritate veterum exemplarium; quamvis id minime retulerit in notis. quod neſcio, an fecerit, quod non arbitraretur ſibi tam exilium reddendam rationem; aut verò, ne diſcerni poſſent emendationes ipſiusmet textui invectæ ab prioribus iſtis. Gulielmius heic conjiciebat; *ſatis teſtium eſt. Dic dum. quid enim &c.* nimis coactè. *Gruter.*

78. L.

63 quàm [r] ipſis nobis conſuluerimus. At quàm pulchrè dicere videbare, cùm ex altera parte ponebas cumulatum aliquem plurimis & maximis voluptatibus, nullo nec præſenti, nec futuro dolore: ex altera autem, cruciatibus maximis, toto corpore, nulla nec adjuncta nec ſperata voluptate; & quærebas, quis aut hoc miſerior, aut ſuperiore illo beatior foret? deinde concludebas, ſummum malum eſſe dolorem, ſummum bonum voluptatem?

r ipſi *conj. Lamb.*

Pag. LXXVIII.

XX. L. THORIUS 78 Balbus fuit, [s] Lanuvinus; quem meminiſſe tu non potes. is ita vivebat, ut nulla tam exquiſita poſſet inveniri voluptas, quâ non abundaret. erat & cupidus voluptatum, & cujusvis generis ejus intelligens & copioſus: ita non ſuperſtitioſus, ut illa plurima in ſua patria ſacrificia & fana contemneret: ita non timidus ad mortem, ut in acie ſit ob rempublicam

s Lanuinus *alii.*

64 interfectus. Cupiditates non Epicuri diviſione finiebat, ſed ſua ſatietate. habebat tamen rationem valitudinis: utebatur iis exercitationibus, ut ad cenam & eſuriens & ſitiens veniret: eo cibo, qui & ſuaviſſimus eſſet, & idem facillimus ad concoquendum: vino, & ad voluptatem, & ne noceret. cetera illa adhibebat, quibus demptis negat ſe Epicurus intelligere, quid ſit bonum. aberat omnis dolor: qui ſi adeſſet, nec molliter ferret; & tamen medicis plus quàm philoſophis uteretur. color egregius, integra valitudo, ſumma gratia, vita denique conferta voluptatum omnium varietate.

65 79 Hunc verò beatum oratio quidem veſtra ſic cogitat. Ego huic quem anteponam non audeo dicere: dicit pro me ipſa virtus; nec dubitabit iſti veſtro beato M. Regulum anteponere. quem quidem, cùm ſua voluntate, nulla vi coactus, præter fidem, quam dederat hoſti, ex patria Karthaginem reverti ſſet, [t] tum ipſum, cùm vigiliis & fame cruciaretur, clamat virtus beatiorem

t eum ipſ. *MS.*

78. *L. Thorius Balbus fuit Lanuvinus.*] Exſtat L. Thorii hujus Balbi denarius argenteus; in quo Junonis Soſpitæ ſimulacrum, quale Lanuvii colebatur, cum pelle caprina ſignatum eſt, adjecta inſcriptione, *L. Thorius Balbus I. S. M. R.* hoc eſt; *Juno Soſpita Maxima Regina.* Urſin.

79. *Hunc verò beatum oratio quidem veſtra ſic cogitat.*] Nihili lectio, ſi credendum Pal. pr. qui habet; *Hunc vos beatum oratio quidem veſtra ſic cogitat.* recte, dummodo reſcribatur: *Hunc vos beatum, ratio quidem veſtra ſic cogitat; ego huic &c.* Gruter.

80. *Bella*

rem fuiſſe quàm potantem in roſa Thorium. [80] Bella magna geſſerat; bis conſul fuerat; triumpharat: nec tamen ſua illa ſuperiora tam magna neque tam præclara ducebat quàm illum ultimum caſum, quem propter fidem conſtantiamque ſuſceperat: qui nobis miſerabilis videtur audientibus, illi perpetienti erat [v] voluntarius. non enim hilaritate, nec laſciviâ, nec riſu, aut joco, comite levitatis, ſed ſæpe etiam triſtes firmitate & conſtantiâ ſunt beati.

P. B.
v voluptarius alii.

Stuprata per vim Lucretia à regis filio, [81] teſtata cives, 66
[82] ſeipſa interemit. [83] hic dolor populi Romani, duce & auctore Bruto, cauſa [x] civitati libertatis fuit: ob ejusque mulieris memoriam primo anno & vir & pater ejus conſul eſt factus. [y] Tenuis L. Virginius, unusque de multis, ſexageſimo anno poſt libertatem receptam, [84] virginem filiam ſua manu occidit, potiùs quàm ea [85] App. Claudii libidini, qui tum erat ſummo [z] in imperio, dederetur.

x civitati deeſt aliis.
y Tenuis homo L. conj. Lamb.
z in non eſt in MSS.

XXI.

80. *Bella magna geſſerat is: bis conſul fuerat.*] Antiquus liber, *geſſerat bis.* ego, *his*, minimè Ciceronis eſſe puto; ſed primo fortaſſe illud *bis*, quod proxime ſequitur, per errorem à librario cum eſſet iteratum, factum eſt poſtea, *bis*, poſtremo *is.* omnino quaſi currere proclivius oratio videtur, ſi legamus: *bella magna geſſerat: bis conſul fuerat.* P. Manut.

81. *Teſtata cives.*] Maffæi liber, *teſtata crimen.* probo ex hiſtoria. viro enim & patri, non civibus Lucretia crimen expoſuit. *Idem. Teſtata civeis.*] Ita omnes Pall. nempe *civis*, excepto ſexto, in quo, *teſtata ejus vi.* hoc moneo, quia video quosdam non abhorrere ab, *teſtata crimen*, inter quos & Gulielmius, interpretaturque *deteſtata*, quomodo locutus & Propertius. male, nec refert quod domi ſe interfecit Lucretia. adjuratio enim æquè teſtatur Deos hominesque abſentes quam præſentes. Scaligeri vetus habebat *teſtata vim.* Gruter.

82. *Se ipſam interemit.*] Cur ita maluit Gruterus cum aliis quibusdam, quum in utraque Victorii exſtet, *ſe ipſa interemit?* Non potuit neſcire id Tullio magis placuiſſe, qui in Bruto cap. 12. *Cum ſe ipſe defenderet.* Certe etiam pater ita in MS. invenit. Itaque repetivi. *Gronov.*

83. *Hic dolor populi, duce & auctore Bruto, cauſa civitati libertatis fuit.*] Abundat vox *civitati*, quæ nec in manuſcripto reperitur. *Urſin.*

84. *Virginem filiam ſua manu.*] Longè iſtud venuſtiùs quàm vulgatum, *Virginiam*, quod erat tantum in uno Palatino, alterum in ceteris omnibus: neque ſecus editio Victorii. *Gruter.*

85. *Appii Claudii.*] Sic emendavi. male antea, *P. Claudii.* nam

 Li-

67 XXI. AUT HÆC tibi, Torquate, ſunt vituperanda, aut patrocinium voluptatis repudiandum. Quod autem patrocinium, aut quæ iſta cauſa eſt voluptatis, quæ nec teſtes ullos è claris viris, nec laudatores poterit adhibere? ut enim nos ex annalium monumentis [86] teſtes excitamus eos, quorum omnis vita conſumpta eſt in laboribus glorioſis, qui voluptatis nomen audire non poſſent: ſic in veſtris diſputationibus hiſtoria muta eſt: numquàm audivi in Epicuri ſchola Lycurgum, Solonem, Miltiadem, Themiſtoclem, Epaminondam nominari: qui in ore ſunt ceterorum omnium philoſophorum. [87] Nunc verò, quoniam hæc nos etiam tractare cœpimus, ſuppeditabit nobis [a] Atticus noſter de theſauris ſuis, [88] [b] quos & quantos viros habere [c] teſtium ſat eſt.

68 Nonne melius eſt de his aliquid quàm tantis voluminibus [89] de Themiſta loqui? Sint iſta Græcorum. quam-

a Atticus *deeſt in aliis.*
b quot *alii.*
c teſtes *alii.*

Livius lib. III. *Appium* nominat, & Maffæi liber confirmat. *P. Manut.*

86. *Teſtes excitamus eos.*] *Citamus* habet liber manuſcriptus, & paullo poſt legendum, *at cum tuis ſi diſſeras*, pro, *at cum tuis cum diſſeras.* Urſin.

87. *Nunc vero.*] Aptius ad ſententiam, *nec vero:* itaque ſcriptum video in antiquo libro. Nec vero, inquit Atticus, licet Epicuro deditus de ſuis hiſtoriarum libris promere poterit claros viros, qui ſummum bonum in voluptate poſuerint. Epicuri autem in hæreſi Atticum fuiſſe lib. v. de Fin. & ep. I. lib. XIII. Fam. & ex epiſtolis ad ipſum docemur. *P. Manut.* *Nunc verò, quoniam &c.*] Paullus Manutius aptius putabat ad ſententiam: *Nec verò.* & ita quoque Pall. quatuor; ſed pr. tamen & tertius propugnant vulgatum; pro quo ſanè ſtat exemplorum copia, quam ſtatim exhibet auctor, verbaque omnia ſubſequentia idipſum diſertim vociferantur. *Gruter.*

88. *Quos & quantos viros habere teſtium ſat eſt.*] Vix ſe tenuit manus, quin funditus eradicaret voces quatuor à fine, tamquam librarii potius quàm Tullii, certè nulla ejus fibra, imo umbra in optimo illo noſtro Palatino. Scaliger indicavit fuiſſe in ſuo codice ac Morelli, *viros?* .... quibus punctis, ſi voluit oſtendere dictiones eas abfuiſſe iisdem libris, rem factam habemus. *Gruter.*

89. *De Themiſta loqui?*] Semper hic locus mihi fuerat antea ſuſpectus, non ſolum propterea, quòd quæ hîc dicuntur juxta vulgatam lectionem pugnabant cum ſuperioribus, ut lector attentus facile & continuò perſpexerit: verùm etiam quia vett. codd. habent, pro *Themiſtocle*, *Themiſtio.* Itaque non dubitabam, quin aliud nomen quàm Themiſtoclis hîc eſſet reponendum. Sed cùm, quo tempore prima Ciceronis editio à me tractabatur, nondum Themiſtam illam, mulierem Epicuream, quam commemorat Cicero

quamquam ab his philoſophiam & omnes ingenuas P. LXXIX. diſciplinas habemus. ſed tamen eſt aliquid, quod nobis non liceat, liceat illis. Pugnant Stoici cum Peripateticis. alteri negant quidquam eſſe bonum, niſi quod honeſtum ſit. alteri, plurimum ſe, & longè longéque plurimum tribuere honeſtati, ſed tamen & in corpore, & extrà, eſſe quædam bona. Et certamen honeſtum, & diſputatio ſplendida: omnis eſt enim de virtutis dignitate contentio. at cum tuis [d] cùm diſſeras, d tu diſſ. MS. multa ſunt audienda etiam de obſcœnis voluptatibus, de quibus ab Epicuro ſæpiſſimè dicitur.

Non potes ergo iſta tueri, Torquate, mihi crede, ſi 69
te ipſe, & tuas cogitationes, & ſtudia perſpexeris. pudebit te, inquam, illius tabulæ, quam Cleanthes, ſanè commodè, verbis depingere ſolebat. Jubebat eos, qui audiebant, ſecum ipſos cogitare pictam in tabula voluptatem, pulcherrimo veſtitu & ornatu regali, in ſolio ſedentem: præſtò eſſe virtutes, ut ancillulas, quæ nihil aliud agerent, nullum ſuum officium ducerent, niſi ut voluptati miniſtrarent, 90 & eam tantùm ad aurem admonerent, (ſi modò id picturâ intelligi poſſet) ut caveret, nequid [e] perficeret imprudens, quod offende- e faceret MS. ret animos hominum, aut quidquam, è quo oriretur aliquis dolor. Nos quidem virtutes, ſic natæ ſumus, ut tibi ſerviremus: aliud [f] negotii nihil habemus. f negotium MS.

XXII.

cero in orat. in Piſ. antea incognitam, aperuiſſem, factum eſt ut hic locus manſerit incuratus miniméque purgatus. Nuper autem, cum in eo eſſem, ut hanc ſecundam editionem molirer ac pararem, commodùm Claud. Puteanus me admonuit, ſe, cum Romæ eſſet, à Mureto accepiſſe, ita à quodam, cujus nomen tacetur, eſſe emendatum ex v. c. *Themiſta:* quomodo certò ſcio, me, cum ad hunc locum perveniſſem, fuiſſe mea ſponte repoſiturum. facilè cum vidiſſem hîc ſignificari mulierem illam, de qua tam multa collegiſſem in commentationibus in Æmilium Probum, & in his ipſis notis Ciceronianis, ad locum illum, qui eſt in orat. in Piſ. *Nec vero contemſiſti, licet ſis Themiſtâ ſapientior*; quem locum alii corruptum eſſe exiſtimarunt, in his Turnebus: alii ineptè & ridiculè explicarunt. *Lambinus. De Themiſta loqui.*] Vulgata lectio *Themiſtocle.* minus rectè & contra quinque Palatinos, quorum plerique *Themiſtio*, aut *Temeſtio*, primus verò *Thamiſta*, cùm prius fuiſſet *Thamiſta.* conſulantur notæ Lambinianæ. nam & Scalig. lib. *Themiſta.* Gruter.

90. *Et eam tantum ad aurem admoverent.*] Corrigendum, auctore libro manuſcripto, *& ea tamen ad aurem &c.* Urſin.

70 XXII. At negat Epicurus (hoc enim veſtrum lumen eſt) quemquam, qui honeſtè non vivat, jucundè poſſe vivere. quaſi ego id curem, quid ille ajat, aut neget. illud quæro, quid ei, qui in voluptate ſummum bonum [g] putat, conſentaneum ſit dicere. Quid affers, [91] cur Thorius, Poſtumius, cur [92] Chius, cur omnium horum magiſter, Orata, non jucundiſſimè vixerit? Ipſe negat, ut antè dixi, luxurioſorum vitam reprehendendam, niſi planè fatui ſint, id eſt, niſi aut cupiant, aut metuant. quarum ambarum rerum cùm medicinam pollicetur, luxuriæ licentiam pollicetur. [93] his enim rebus detractis, negat ſe reperire in aſotorum vita quod reprehendat.

g ponat *MS. alii* ponit.

P. B.

71 Non igitur poteſtis, voluptate omnia dirigentes, aut tueri, aut retinere virtutem. nam nec vir bonus ac juſtus haberi debet, qui, ne malum habeat, abſtinet ſe ab injuria. noſti credo illud:

94 Ne-

91. *Cur Thorius, Poſtumius, Curtius, cur omnium magiſter Orata.*] Hujc loco ſtellula in Aldinis appoſita eſt, putavi autem aliquando commodo corrigi poſſe, ſi pro *Curchius* legeretur *Orchius*, quod eſt familiæ Romanæ nomen ſatis notum: ſed incidi poſtea in manuſcriptum librum, qui haberet *cur Chirus*, unde conjecturam feci, *cur C. Hirrus* emendari debere. C. enim Hirrus murenarum vivarium primus excogitavit, ut ſcribit Varro lib. III. de Re Ruſt. & Plinius libro IX. cap. 4. *Urſin.* *Cur Thorius, Poſtumius, cur Chius &c.*] Ita omnes editi, neque recedit Pal. pr. quàm tranſpoſitu vocum, *cur Thorius, cur Chius Poſtumius.* ceteri noſtri mſſ. inſiſtunt ſcripturæ vulgatæ, niſi quod unus atque alter, *Curchius* unita voce. videantur aliæ lectiones in Notis Fulvii Urſini. Scaliger annotavit alias legi *Chireus.* ipſeque ſubſtituit, *cur Thorius, cur C. Hirius Poſtumius*, qui primus murenarum vivarium excogitavit, teſte Plinio lib. IX. Nat. Hiſt. cap. 55. *Gruter.*

92. *Cur Chius.*] Appoſui notam, quam ad mendas indicandas conſuetudo jam recepit. Antiquus liber nihil murat; hiſtoria nihil, ego quidem quod meminerim, ſuppeditat. quatuor puto colligi Epicureos, L. Thorium, Balbum Lanuvinum, de quo proxime facta mentio eſt, Poſtumium, quem ignoramus; Curium tertio loco ſi ponamus (nec tamen *Curius* à *Cur Chius* longe diſtat) eum eſſe dicemus, de quo legimus in Pediano verſiculum illum Calvi:

Et talis Curius pereruditus.

C. vero Sergius *Orata* nominatur à Cicerone lib. III. Off. & Valerio lib. IX. cap. 54. *P. Manut.*

93. *His enim rebus detractis.*] Vox *rebus* non eſt in manuſcripto, neque videtur neceſſaria. *Urſin.*

94 Ne-

94 *Nemo pius eſt, qui pietatem* ——
Cave quidquam putes eſſe verius. nec enim, dum metuit, juſtus eſt: & certè, ſi metuere deſtiterit, non erit. 95 non metuet autem, 96 ſive celare poterit, ſive opibus magnis, quidquid fecerit, obtinere, certéque [h] malet exiſtimari bonus vir, ut non ſit, quàm eſſe, ut non putetur. Ita, quod certiſſimum eſt, pro vera certaque juſtitia ſimulationem nobis juſtitiæ traditis; præcipitisque quodam modo, ut noſtram ſtabilem conſcientiam contemnamus, aliorum errantem opinionem aucupemur.

h mallet *MS.*

Quæ dici eadem de ceteris virtutibus poſſunt: quarum omnium fundamenta vos in voluptate, tamquam in aqua ponitis. Quid enim; fortemne poſſumus dicere eundem illum Torquatum? delector enim, quamquam te non poſſum, ut ais, corrumpere: delector, inquam, & familiâ veſtrâ, & nomine. & hercule [i] mihi vir optimus noſtrique amantiſſimus, A. Torquatus, verſatur ante oculos: cujus quantum ſtudium & quàm inſigne fuerit erga me temporibus illis, quæ nota ſunt omnibus, ſcire neceſſe eſt utrumque veſtrûm. 72

i modo vir *alii.*

94. *Nemo pius eſt qui pietatem cavet.*] *Qui piè metu agit*, legebat amicus meus homo doctiſſimus. *Urſin.* *Nemo pius eſt qui pietatem. Cave quidquam &c.*] Expreſſi fidenter quod erat in Pal. pr. quod meminiſſem Tullium ſæpe dimidiatos laudare verſus, quaſi proverbiales. & alioquin illud *cavet*, quod addebant editiones aliæ, nihil in ſe continet, quo ſenſui melius ſit. Fulvii Urſini amicus conjiciebat, *qui piè metu aget.* Gulielmius verò, *qui pietatem metu capit.* Scaliger: *Nemo pius eſt, qui piet, Atem cavet.* Gruter.

95. *Non metuet autem, ſive celare poterit, ſive &c.*] Sequor ſententiam & emendo, adjuvante Maffæi libro: *Non metuet autem, ſive celare poterit, ſive opibus magnis, quidquid fecerit, obtinere, certéque malit exiſtimari bonus vir, ut non ſit, quàm eſſe, ut non putetur.* Eſt autem hic *obtinere* pro tueri & defendere, ut in orat. pro Quinctio: *Non ad mendacium obtinendum, ſed ad verum probandum auctoritas adjuvat.* Omnino & Maffæi vetus liber habet, *ſive opibus magnis*, non: *ſive opibus majus.* P. Manut.

96. *Sive celare poterit, ſive opibus magnis, quidquid fecerit, obtinere: certéque malet exiſtimari.*] Sic hunc locum ex antiquo cod. emendavit Jo. Scala, ut refert Manutius: quam ſcripturam teſtificor me quoque in noſtris antiquis codd. reperiſſe. In verbo *obtinere* repetendum ἀπὸ κοινοῦ, *poterit.* Vulgata lectio porrò, *ſive celare poterit, ſive opibus majus quidquam fecerit: certéque malet obtinere exiſtimari, &c.* plane mendoſa eſt, oletque manum emendatoris audacis & imperiti, hoc eſt corruptoris. *Lambinus.*

ſtrûm. quæ mihi ipſi, qui volo & eſſe & haberi gratus, grata non eſſent, niſi eum perſpicerem meâ cauſâ mihi amicum fuiſſe, non ſuâ: niſi hoc dicis, ſuâ, quòd intereſt omnium rectè facere ſi id dicis, vicimus. id enim volumus, id contendimus, 97 ut officii fructus
P. LXXX. ſit ipſum officium.

73 . Hoc ille tuus non vult, omnibusque ex rebus voluptatem, quaſi mercedem, exigit. ſed ad illum redeo.
k Anienum *alii.* Si voluptatis cauſâ cum Gallo apud [k] Anienem depugnavit provocatus, & ex ejus ſpoliis ſibi & torquem & cognomen induit, 98 nullam aliam ob cauſam, niſi quod ei talia facta digna viro videbantur; fortem non
l ſi pud. *deeſt in edd. quibusd.* puto. Jam [l] ſi pudor, ſi modeſtia, ſi pudicitia, ſi, uno verbo, temperantia, pœnæ aut infamiæ metu coërcebuntur, non ſanctitate ſua ſe tuebuntur: quod adulte-
m proiciet *MS.* rium, quod ſtuprum, quæ libido non ſe proripiet ac [m] projiciet aut occultatione propoſita, aut impunitate,
n ac lic. *alii.* [n] aut licentiâ?

74 Quid? illud, Torquate, quale tandem videtur? te iſto nomine, ingenio, gloriâ, quæ facis, quæ cogitas, quæ contendis, quò referas, cujus rei cauſâ perficere,
o quid *Lamb.* quæ conaris, velis, [o] quod optimum denique in vita judices, non audere in conventu dicere? quid enim mereri velis jam, cùm magiſtratum inieris & in concionem adſcenderis, (eſt enim tibi edicendum, quæ ſis
p dicundo *alii.* obſervaturus in jure [p] dicendo: & fortaſſe etiam, ſi tibi erit viſum, aliquid de majoribus tuis, & de te ipſo dices, more majorum) quid merearis igitur, ut te dicas in eo magiſtratu omnia voluptatis cauſâ facturum eſſe? teque nihil feciſſe in vita, niſi voluptatis cauſâ? An me, inquis, tam amentem putas, ut apud imperitos iſto modo loquar? At tu eadem iſta dic in judicio, aut, ſi coronam times, dic in ſenatu. numquam facies. cur, niſi quòd turpis eſt oratio? mene ergo & Triarium dignos

97. *Ut officii fructus ſit ipſum officium.*] Notavit pater in charta [MS. *ut officii titiclus ſit.*] Neſcio quid inde voluerit ſequi, aut exſculpſerit: niſi quod in exemplari video annotaſſe, [an forte *titulus?*] Gronov.

98. *Nullam aliam ob cauſam &c.*] Manutius & Lambinus, *ullam*, ſed nolentibus mſſ. certè noſtris imò & ratione & loquendi conſuetudine. *Gruter.*

99. Rem

dignos exiſtimas, apud quos turpiter loquare? Verùm, eſto.

XXIII. VERBUM ipſum voluptatis non habet digni- 75
tatem: nec nos fortaſſe intelligimus. hoc enim identidem dicitis, non intelligere nos voluptatem quam dicatis. 99 Rem vides difficilem & obſcuram. individua [q] cùm dicitis, & intermundia, quæ nec ſunt ulla, nec poſſunt eſſe, intelligimus: voluptas, quæ paſſeribus nota eſt omnibus, à nobis intelligi non poteſt? quid, ſi efficio, ut fateare, me non modò, quid ſit voluptas, ſcire, (eſt enim jucundus motus in ſenſu) ſed etiam, quid eam tu velis eſſe? tum enim eam ipſam vis, quam modò ego dixi: [r] & nomen imponis, in motu ut ſit & faciat aliquam varietatem: tum aliam quandam ſummam voluptatem, cui addi nihil poſſit: eam [s] tum adeſſe, cùm dolor omnis abſit, eamque ſtabilem appellas.

Sit ſanè iſta voluptas. dic in quovis conventu, te 76
omnia facere, ne doleas. ſi ne hoc quidem ſatis amplè, ſatis honeſtè dici putas; dic te omnia & in iſto magiſtratu, & in omni vita, utilitatis tuæ causâ facturum, nihil niſi quod expediat, nihil denique niſi tuâ causâ: quem clamorem concionis, aut quam ſpem conſulatûs ejus, qui tibi paratiſſimus eſt, futuram putes? eamne rationem [t] ſequare, qua tecum ipſe & cum tuis utare, profiteri autem & in medium proferre non audeas? At verò illa, quæ Peripatetici, quæ Stoici dicunt, ſemper tibi in ore ſunt. in judiciis, in ſenatu, *officium*, [v] *æquitatem*, *dignitatem*, *fidem*, *recta*, *honeſta*, *digna imperio*, *digna populo Romano*, *omnia pericula* [x] *pro republica*, *mori pro patria*. Hæc cùm loqueris, [1] nos barones ſtupemus: tu videlicet tecum ipſe rides. nam inter iſta tam magnifica verba tamque præclara, non habet ullum voluptas locum, non modò 77
illa, quam in motu eſſe dicitis, quam omnes urbani, ruſtici, omnes, inquam, qui Latinè loquuntur, voluptatem

P. B.
q cum dicitis *alii non habent.*
r & ei nomen *conj. Lamb.*
s tu *alii.*
t igitur ſeq. *MS. non malè.*
v ita MSS. alii *æquitas, dignitas, fides.*
x *adire pro* Lamb.

99. *Rem vides difficilem & obſcuram.*] Pro *vides videlicet* lego, nulla fere mutatione: nam in antiquis libris, pro *videlicet*, ſcriptum quandoque etiam *vid.* animadverti. *P. Manut.*

1. *Nos varrones ſtupemus.*] *Barones* Ven. de quo vocabulo in annotationibus ſuis ad Epiſtolas Ciceronis P. Victorius copioſè diſſeruit. *Camer.*

ptatem vocant: ſed ne hæc quidem ſtabilis, quam, præter vos, nemo appellat voluptatem.

XXIV. [2] Vide, ne non debeas verbis noſtris uti, ſententiis tuis. Quòd ſi vultum tibi, ſi inceſſum fingeres, quo gravior viderere, non eſſes tui ſimilis: verba tu fingas, & ea dicas, quæ non ſentias, aut etiam, ut [y] veſtitum, ſic ſententiam habeas aliam domeſticam, aliam forenſem, ut in fronte oſtentatio ſit, intus veritas occultetur? Vide, quæſo, rectumne ſit. mihi quidem eæ veræ videntur opiniones, quæ honeſtæ, quæ laudabiles, quæ glorioſæ, quæ in ſenatu, quæ apud populum, quæ in omni cœtu concilioque [z] proferendæ ſint: ne id non pudeat ſentire, quod pudeat dicere.

P. LXXXI.

y veſtem *Lamb.*

z profitendæ *MS.*

78 Amicitiæ verò locus ubi eſſe poteſt, aut quis amicus eſſe cuiquam, quem non ipſum amet propter ipſum? quid autem eſt amare, è quo nomen ductum amicitiæ eſt, niſi velle bonis aliquem affici quàm maximis, etiam ſi ad ſe ex iis nihil redeat? [3] Et quidem prodeſt, inquis, mihi eo eſſe animo. Immò videri fortaſſe. [4] eſſe enim, niſi eris, non potes. quî autem eſſe poteris, niſi te amor ipſe ceperit? quod non [a] ſub dubia utilitatis ratione effici ſolet, ſed ipſum à ſe oritur & ſua ſponte naſcitur. At enim ſequor utilitatem. [5] Manebit ergo amicitia tam diu, quàm diu ſequitur utilitas: & ſi utilitas amicitiam conſtituet, tollet [b] eadem.

a ſubducta util. *Lamb.*

b eandem *alii.*

Sed

2. *Vide, ne non debeas.*] Palatinus ille: *Vide igitur, ut non deb.* quæ particula heic habet quod agat. Scal. vetus, *vide ne non dubites.* Gruter.

3. *Et quidem prodeſt.*] Antiqui libri alii habent, *quid prodeſt*; alii, *& quid prodeſt:* emendo, *ecquid prodeſt*, ut periodus interrogationis notâ terminetur. *P. Manut.* *Et quidem prodeſt, inquis, mihi eo eſſe animo.*] Sic ferè Pall. niſi quod haud agnoſcant *quidem*,ablelioresque habeant, *inquit.* Victorius: *Quid! prodeſt, inquis, mihi in eo eſſe animo.* Manutius: *Ecquid prodeſt, inquis, mihi eo &c.* peſſimè ultimus: quod moneo, quia eidem lectioni adquieſcat Brutus. *Gruter.*

4. *Eſſe enim, niſi eris, non potes.*] *Niſi ſis* habet manuſcriptus liber. *Urſin.* *Eſſe enim, niſi eris, non potes.*] Fulvii Urſini codex, *niſi ſis*; cui nullus noſtrorum adſtipulatur; etiam ſi ſcripturæ non malæ. *Gruter.*

5. *Manebit ergo amicitia tamdiu, quam diu ſequetur utilitas: & ſi utilitas amicitiam conſtituet, tollet eadem.*] Annotavit pater [MS. non habet τὰ *quam diu*, tum *& ſi utilitas.* Ut videatur brevius multa rotundiusque ſcripſiſſe Cicero: *Manebit ergo amicitia, quam diu ſequetur utilitas: amicitiam conſtituet, tollet eadem.*] Gronov.

6. *Uti-*

Sed quid ages tandem, ſi utilitas ab amicitia (ut fit 79
ſæpe) defecerit? relinquesne? quæ iſta amicitia eſt? retinebis? quî convenit? quid enim de amicitia ſtatueris, [6] utilitatis cauſâ expetenda vides. Ne in odium veniam, ſi amicum deſtitero tueri. Primùm cur iſta res digna [7] odio eſt, niſi quòd eſt turpis? Quod ſi, ne quo incommodo afficiare, non relinques amicum: tamen, ne ſine fructu alligatus ſis, ut moriatur, optabis. Quòd ſi non modò utilitatem tibi nullam afferet, ſed jacturæ rei familiaris erunt faciundæ, labores ſuſcipiendi, adeundum vitæ periculum: ne tum quidem te reſpicies & cogitabis ſibi quemque natum eſſe & ſuis [c] voluptatibus? vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico, ut Pythagoreus ille fecit Siculo [d] tyranno? aut Pylades cùm ſis, dices te eſſe Oreſtem, ut moriare pro amico? aut, ſi eſſes Oreſtes, Pyladem refelleres, te indicares? &, ſi id non probares, quo minùs ambo unà necaremini non [e] precarere?

P. B.
c utilitatibus *alii.*
d tyranno *gloſſa vid. Grut.*
e deprec. *alii.*

XXV. FACERES tu quidem, Torquate, hæc omnia. 80
nihil enim arbitror magna laude dignum, quod te prætermiſſurum credam aut mortis aut doloris metu. non quæritur autem, quid naturæ tuæ conſentaneum ſit, ſed quid diſciplinæ. ratio iſta, quam defendis; præcepta, quæ didiciſti, quæ probas, funditus evertunt amicitiam: quamvis eam Epicurus, ut facit, in cælum efferat laudibus. At coluit ipſe amicitias. Quaſi quis illum neget & bonum virum, & comem, & humanum fuiſſe. de ingenio ejus in his diſputationibus, non de moribus quæritur. ſit iſta in Græcorum levitate perverſitas, qui maledictis inſectantur eos, à quibus de veritate diſſentiunt. Sed quamvis comis in [f] amicitiis tuendis fuerit, tamen, ſi hæc vera ſunt, (nihil enim affirmo) non ſatis acutus fuit.

f amicis *MSS. & edd. vett.*

At

6. *Utilitatis cauſâ expetenda.*] Tolle hoc: intelliges eſſe concinnius. nec ſane requiritur à ſententia; & gloſſema puto fuiſſe. *P. Manut.* *Utilitatis cauſâ expetenda.*] Verba iſthæc tria tollunt Paullus Manutius ac Lambinus: ſed invitis mſſ. & mente auctoris. nam Epicureorum hoc erat, nihil facere niſi utilitatis ſuæ cauſâ, ut ſupra auditum eſt. *Gruter.*

7. *Odio eſt, niſi quod eſt turpis? Quod ſi ne quo &c.*] Debetur palmaria iſthæc emendatio Palatino pr. tamque clara eſt, ut de ea dubitari nequeat. at vulgata lectione nihil erat inquinatius; Lambiniana correctione nihil dilutius. *Idem.*

81 At multis ſe probavit : & quidem jure fortaſſe : ſed tamen non graviſſimum eſt teſtimonium multitudinis. in omni enim arte, vel ſtudio, vel quavis ſcientia, vel in ipſa virtute, optimum quidque rariſſimum eſt. Ac mihi quidem, quòd & ipſe bonus vir fuit, & multi Epicurei fuerunt, & hodie ſunt, & in amicitiis fideles, & in omni vita conſtantes, & graves, nec voluptate, ſed officio conſilia moderantes, hoc videtur major vis honeſtatis & minor voluptatis. ita enim vivunt quidam, [8] ut eorum vita refellatur oratio. atque ut ceteri exiſti-
P.LXXXII. mantur dicere meliùs, quàm facere ſic hi mihi videntur facere meliùs quàm dicere.

82 XXVI. Sed hæc nihil ſanè ad rem. illa videamus, quæ à te de amicitia dicta ſunt. è quibus unum mihi videbar ab ipſo Epicuro dictum cognoſcere: [9] amicitiam à voluptate non poſſe divelli, ob eamque rem colendam eſſe, quòd [g] ſine ea tutò & ſine metu vivi non poſſet, [h] nec jucundè quidem poſſet. Satis eſt ad hoc reſponſum. attuliſti aliud humanius horum recentiorum, numquam dictum ab ipſo illo, quod ſciam: primò [i] utilitatis cauſâ amicum expeti : cùm autem uſus acceſſiſſet, tum ipſum amari propter ſe, etiam omiſſa ſpe [k] voluptatis. hoc etſi [l] multis modis reprehendi poteſt, tamen accipio quod [m] dat. mihi enim ſatis eſt, ipſis non ſatis. nam aliquando poſſe rectè fieri dicunt, nullâ exſpectatâ nec quæſitâ [n] voluptate.

83 Poſuiſti [o] etiam, dicere alios, fœdus quoddam inter ſe facere ſapientes, ut quemadmodum ſint in ſe [p] ipſos animati, eodem modo ſint erga amicos : id & fieri poſſe, & ſæpe eſſe factum, & ad voluptates percipiendas maximè pertinere. Hoc fœdus facere ſi potuerunt, fa-

g ſi ſine *Manut.*
h ne juc. *Lamb.*
i voluptatis *conj. Lamb.*
k utilitatis *Idem.*
l multimodè *MS.*
m dant *MS. Grut. & alii.*
n utilitate *Lamb.*
o autem *alii.*
p ipſi *Lamb.*

8. *Ut eorum vita refellatur oratio*] Reduxi ſcripturam veterem, tam cuſorum quàm manu exaratorum codicum. recentiores enim, *vita probetur, refellatur oratio.* Gruter.

9. *Amicitiam à voluptate non poſſe divelli, ob eamque rem colendam eſſe, quòd ſine ea tutò & ſine metu vivi non poſſet, nec jucunde quidem poſſet.*] Quanto rectius hoc modo : *Quod ſi ſine ea tutò & ſine metu vivi non poſſet, nec jucunde quidem poſſet.* procedit enim argumentum:

Ubi tutò non vivitur, jucundè vivi non poteſt :
Sed ſine amicitia tutò non vivitur :
Ergo ſine amicitia jucundè vivi non poteſt. P. Manut.

10. *Quam*

faciant etiam illud „ ut æquitatem, modeſtiam, virtutes omnes per ſe ipſas gratis diligant. At verò, ſi fructibus, & emolumentis, & utilitatibus amicitias colemus, ſi nulla caritas erit, quæ faciat amicitiam ipſam ſua ſponte, vi ſua, ex ſe & propter ſe expetendam, dubium eſt, quin fundos & inſulas amicis anteponamus?

Licet hîc rurſus ea commemores, quæ optimis verbis 84
ab Epicuro de laudibus amicitiæ dicta ſunt. non quæro, quid dicat, ſed quid convenienter poſſit rationi & ſententiæ ſuæ dicere. Utilitatis cauſâ amicitia eſt quæſita. num igitur utiliorem tibi hunc Triarium putas eſſe poſſe [10] quàm ſi tua ſint Puteolis granaria? collige omnia, quæ ſoletis: præſidium amicorum. Satis eſt tibi in te, P. B.
ſatis in legibus, [11] ſatis & in mediocribus amicitiis præſidii: jam contemni non poteris. odium autem & invidiam facilè vitabis. ad eas enim res ab Epicuro præcepta dantur. & tamen [12] non tantis vectigalibus ad liberta-

10. *Quam ſi tua ſint Puteolis gramina?*] Sic omnes, quos ego quidem viderim, antiqui libri. nec mihi tamen ullà ratio perſuaſerit ſcripſiſſe Ciceronem, *gramina*. cur ita credam, elegantiore præditis ingenio & accurata legendi Ciceronis conſuetudine tritas aures habentibus, non arbitror obſcurum eſſe poſſe. Fateor autem, cum emendare ſim conatus, minime rem è ſententia ſucceſſiſſe. & eſt omnino difficilius verum invenire quàm falſum indicare. tantum illud, ſtudio veritatis, aperte ſignificandum putavi, nec mihi locum videri carere mendo, neque eorum, qui emendare conati ſunt, ſententiam valde probare. *P. Manut.* *Quam, ſi tua ſint, Puteolis gramina.*] Palatini quatuor propugnant hanc ſcripturam, nam tert. *granaria*. at enim primus ille repræſentat *gramana*; ut vix mihi dubium fiat, quin ita ſcribendum, ſed litera priore majuſcula, ut ſit nomen fundi admodum uberis in tractu Puteolano. videatur tamen Victorius ſuper vulgata lectione lib. VI. Var. Lect. cap. 12. Muretus verò eidem adverſarius libro VII. Var. Lect. cap. 20. *Gruter.* Sententiam ſuàm de hoc loco protulit quoque pater, & propter cataplos ex provinciis frumentariis omnino *granaria* videri hic ſcripſiſſe Tullium, colligit lib. II. Obſerv. cap. 2. quod verum puto & ideo ſequor. *Gronov.*

11. *Satis & in mediocribus amicitiis præſidii: contemni jam non poteris.*] Aliter eſt in manuſcripto, ſed non ita rectè, *ſatis & in mediocribus amicitiis: præſidium jam contemnere poteris.* Urſin. *Satis in mediocribus amicitiis præſidii.*] Palat. ille pr. *præſidium*, antiquè: neque refugerim; præſertim cùm ſic quoque compareat in ceteris Pall. quamvis alia diſtinctione; eâ ſcilicet, quam & in ſuo reperit Fulvius noſter Urſinus. *Gruter.*

12. *Non tantis vectigalibus ad libertatem ventum.*] Revocavi exo-

tatem utens, etiam ſine hac Pyladea amicitia, multorum te benevolentiâ præclarè & tuebere, & munies.
85 At quicum joca, ſeria, ut dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia? Tecum optimè: deinde etiam cum mediocri amico. Sed fac iſta eſſe non [q] inopportuna: quid ad utilitatem tantæ pecuniæ? Vides igitur, ſi amicitiam ſua caritate metiare, nihil eſſe præſtantius: ſin emolumento, ſummas familiaritates prædiorum pretioſorum mercede ſuperari. Me igitur ipſum ames oportet, non mea, ſi veri amici futuri ſumus.

q *ita MS. alii* importuna.

XXVII. SED IN rebus apertiſſimis nimiùm longi ſumus. perfecto enim & concluſo, neque virtutibus, neque amicitiis usquam locum eſſe, ſi ad voluptatem omnia referantur: nihil præterea magnopere dicendum. attamen, ne cui loco non videatur eſſe reſponſum, pauca etiam nunc dicam ad reliquam orationem
86 tuam. Quoniam igitur omnis ſumma philoſophiæ ad beatè vivendum refertur, idque unum expetentes homines ſe ad hoc ſtudium contulerunt: beatè autem vivere alii in alio, vos in voluptate ponitis, item contrà, [r] omnem infelicitatem in dolore: id primùm videamus, beatè vivere veſtrum quale ſit. Atque hoc dabitis, ut opinor, ſi modò ſit aliquid, eſſe beatum, id oportere totum poni in poteſtate ſapientis. nam, ſi amitti vita beata poteſt, beata eſſe non poteſt. quis enim confidit ſemper ſibi illud ſtabile & firmum permanſurum, quod fragile & caducum ſit? qui autem diffidet perpetuitati bonorum ſuorum, timeat neceſſe eſt, ne aliquando, amiſſis illis, ſit miſer. beatus autem eſſe in maximarum rerum timore nemo poteſt.

r miſeriam omnem in *MSS.*

Pag. LXXXIII.

87 Nemo igitur eſſe beatus poteſt. neque enim in aliqua parte, ſed in perpetuitate temporis vita beata [s] duci ſolet: neque appellatur omnino vita beata, niſi confecta atque abſoluta: nec poteſt quisquam aliàs beatus eſſe, aliàs

s *ita Vict. alii* dici.

letarum editionum ſcripturam pertinaciter hærentem in Palatinis omnibus, tanto magis quòd diſpliceret Lambino, cui in deliciis *ad liberalitatem.* interim monendus lector nondum Tullio ſuam additam ſententiam, niſi ejiciamus negativam *non*, quæ nulla prorſus eſt in Pal. primo, heicque menti loquentis maximè adverſatur, meo quidem judicio. quid quod idem *non* ſubductum lineis in Scaligerano. *Grut.* Quum & in ſuis membranis ſic reperiſſet pater, judicavit Tullium ſcripſiſſe *ubertatem.* Gronov.

13. *Dum*

aliàs miſer. qui enim exiſtimabat poſſe ſe miſerum eſſe,
beatus non erit. nam cùm ſemel eſt ſuſcepta beata vi-
ta, tam permanet quàm ipſa illa effectrix beatæ vitæ
ſapientia: neque exſpectat ultimum tempus ætatis: quod
Crœſo ſcribit Herodotus præceptum à Solone. etenim,
quemadmodum tute dicebas, negat Epicurus diuturni-
tatem [t] quidem temporis ad beatè vivendum aliquid — t quidem
afferre, nec minorem voluptatem percipi in brevitate — *Lamb. delet.*
temporis quàm ſi illa ſit ſempiterna.

Hæc dicuntur inconſtantiſſimè. cùm enim ſummum 88
bonum in voluptate ponat, negat infinito tempore æta-
tis voluptatem fieri majorem quàm finito atque mo-
dico. Qui bonum omne in virtute ponit, is poteſt di-
cere perfici beatam vitam perfectione virtutis. negat
enim ſummo bono afferre incrementum diem. qui au-
tem voluptate vitam effici beatam putabit, quî ſibi is
conveniet, ſi negabit voluptatem creſcere longinquitate?
igitur ne dolorem quidem. An dolor longiſſimus quiſ-
que [v] miſerrimus: voluptatem non optabiliorem diutur- — v eſt miſ.
nitas facit? Quid eſt igitur, cur ita ſemper deum ap- — *Lamb.*
pellet Epicurus beatum & æternum? dempta enim
æternitate nihilo beatior Jupiter quàm Epicurus. uter-
que enim ſummo bono fruitur, id eſt, voluptate. [x] at — x nam
enim hic etiam dolore. at eum nihili facit. ait enim — cum *alii.*
ſe, ſi uratur, quàm hoc ſuave dicturum.

Qua igitur re à deo vincitur, ſi æternitate non vin- 89
citur? in qua quid eſt boni præter ſummam volupta- — P. B.
tem, & eam ſempiternam? quid ergo attinet glorioſè
loqui, niſi conſtanter loquare? in voluptate corporis
(addam, ſi vis, animi, [13] dum ea ipſa, ut vultis, ſit
quod & in corpore) ſitum eſt vivere beatè. Quid?
iſtam voluptatem perpetuam quis poteſt præſtare ſapien-
ti? nam quibus rebus efficiuntur voluptates, hæ non
ſunt in poteſtate ſapientis. non enim in ipſa ſapientia
poſitum eſt beatum eſſe, ſed in iis rebus, quas ſapientia
com-

13. *Dum ea ipſa, ut vultis, ſit, quod & in corpore.*] Haud ſecus Aldus avus, ſecutusque eſt Victorius. at Nepos, *dum in ea ipſa.* Pal. pr. nihil diſcrepat à priore ſcriptura, niſi in fine. habet enim tantum, *ſit & corpore.* reliqui admittunt quidem *quod*, ſed excludunt tamen *in*; præter tertium. malim, *dum ea ipſa, ut vultis, ſit & in corpore.* Gruter. Lambinus mavult, *ſit quoque in corpore.*

14. Pet-

comparat ad voluptatem. totum autem id externum: &, quod externum, id in caſu eſt. ita fit beatæ vitæ domina fortuna. quam Epicurus ait *exiguam intervenire ſapienti*.

90 XXVIII. AGE, INQUIES: iſta parva ſunt. *ſapientem locupletat ipſa natura*: cujus divitias Epicurus ipſe parabiles eſſe docuit. Hæc bene dicuntur: nec ego repugno: ſed inter ſeſe ipſa pugnant. negat enim y tenuiſſimo victu, id eſt, contemptiſſimis eſcis & potionibus, minorem voluptatem percipi quàm rebus exquiſitiſſimis ad epulandum. Huic ego, ſi negaret quidquam intereſſe ad beatè vivendum, quali uteretur victu, concederem: laudarem etiam: verum enim diceret: z idque Socratem, qui voluptatem nullo loco numerat, audio dicentem, cibi condimentum eſſe famem: potionis ſitim. ſed qui, ad voluptatem omnia referens, vivit ut Gallonius, loquitur ut Frugi ille Piſo, non audio. nec enim eum, quod ſentiat, dicere exiſtimo.

y è ten. *conj. Lamb.*

z id quod Socr. *alii.*

91 Naturales divitias dixit parabiles eſſe, quòd parvo eſſet natura contenta. certè, niſi voluptatem tanti æſtimaretis. *Non minor*, inquit, *voluptas* [14] *percipitur ex viliſſimis rebus quàm ex pretioſiſſimis*. Hoc eſt non modò cor non habere, ſed ne palatum quidem. qui enim voluptatem ipſam contemnunt, iis licet dicere, ſe acipenſerem menæ non anteponere. cui verò in voluptate ſummum bonum eſt, huic omnia ſenſu, non ratione ſunt judicanda: eaque dicenda optima, quæ ſunt ſuaviſſima.

P. LXXXIV.

92 [15] Verùm eſto: conſequatur ſummas voluptates, non mo-

14. *Percipitur ex viliſſimis.*] Eſt à Pal. pr. vulgàti, *præc. tam ex vil.* quod diſplicuit & Lambino; expunxitque, ſed ſine auctoritate librorum plutearioum. *Grut.*

15. *Verùm, eſto.*] Cum ab omnibus libris manuſcr. abſit vox *modo*, non dubito quin aliunde huc invecta ſit, & ita factum, *iſto modo*, ab aliquo ſemidocto. at quanto rectius & facilius erat, ex *iſto*, quod erat corruptum, facere *eſto*? ſic igitur emendamus. *Verùm, eſto: conſequatur, &c.* deleta voce, *modo*: quæ, ut dixi, in libris veteribus non reperitur. eſt autem conceſſio. ſic ſæpe Horat. ut in ep. lib. I. *Multis occulto creſcit res fænore: verùm, Eſto alios aliis rebus ſtudiiſque teneri.* Sic & ipſe M. Tullius. exempla ſunt in promptu. *Lambinus. Verùm eſto: conſeq. ſummas vol. non modò parvo, ſed per me nihilo.*] Expreſſi Palatini primi ſcripturam; quam parte ſua ſubodoratus eſt non tam Lambinus quàm P. Manutius haud

modò parvo, ſed per me nihilo, ſi poteſt: ſit voluptas non minor in naſturtio illo, quo veſci Perſas eſſe ſolitos ſcribit Xenophon, quàm in Syracuſanis menſis, quæ à Platone graviter vituperantur: ſit, inquam, tam facilis, quàm vultis, voluptatis comparatio: quid de dolore dicemus? cujus tanta tormenta ſunt, ut in his beata vita, ſi modò dolor ſummum malum eſt, eſſe non poſſit. ipſe enim Metrodorus, pænè alter Epicurus, [a] beatum eſſe deſcribit his ferè verbis: *cùm corpus bene conſtitutum ſit, & ſit exploratum, ita futurum.* [16] An id exploratum cuiquam poteſt eſſe, quo modo ſeſe [b] habiturum ſit corpus non dico ad annum, ſed ad veſperam? dolor igitur, id eſt ſummum malum, metuetur ſemper, etiam ſi non aderit. jam enim adeſſe poterit. quî poteſt igitur habitare in beata vita ſummi mali metus? Traditur, inquit, ab Epicuro ratio negligendi doloris.

a beatum deſcrib. *Lamb.*

b hæc hab. *MS. unde Grut.* hic hab.

93 Jam ipſum abſurdum, maximum malum negligi. ſed quæ tandem iſta ratio eſt? Maximus dolor, inquit, brevis eſt. [17] primùm, quid tu dicis, breve? deinde do-

haud etiam integrè. publicati: *Verum iſto modo conſequatur ſummas voluptates, non modo parvo, ſed fermè nihilo.* quod & in omnibus Palatinis; adeo ut vix credam Lambino adfirmanti in nullo ſuorum comparuiſſe vocem *modo.* invaſit nimirum conjectaneum Manutii, & adornare voluit pro ſuo. *Gruter.*

16. *An id exploratum cuiquam eſſe poteſt.*] Sententia ſumpta ex Sophoclis verſibus in Trachyniis, quam expreſſit etiam in Catone:

Ἠ' καὶ πλέιυς τις ἡμέρας λογίζεται
Μάταιός ἐστιν· Οὐ γὰρ ἔσθ᾽ ἥγε ἄυριον,
Πρὶν οὖ πάθῃ τὶς τὴν παροῦσαν ἡμέραν. *Urſin.*

17. *Primum, quid tu dicis, breve? deinde dolorem tam maximum?*] Statui jam, quidquid in mentem venit, cum ſtudioſis communicare: ut, ſi judicium minus probabunt, voluntatem ſaltem ament. malim igitur ſic: *dolorem quem maximum?* Quod enim poſuerat Epicurus, maximus dolor brevis eſt. id examinat dupliciter quæritque, ecquid breve dicat, ecquem dolorem maximum? A ſententia igitur minimum diſcedo, à literarum ſimilitudine magis quam vellem & quàm noſtrum poſtulat inſtitutum. nec tamen ita ſumus in hac emendandi ratione rudes, ut ab iis libris, quibus nunc utimur, impreſſis, eos, qui olim ſcripti ſunt, inſigni quadam differentia nonnunquam diverſos eſſe neſciamus. Placet igitur ἐποχὴ illa, quoties ali uid opinor aut pronuntio de corruptis locis: cum nonnulli ſuas opiniones improbantibus ita ſuccenſeant, ut inimicitias indicant. *P. Manut.*

18. Que-

dolorem [c] quem maximum? quid enim? ſummus dolor plures dies manere nòn poteſt? vide ne etiam menſes. niſi fortè eum dicis, qui ſimulatque arripuit, interficit. quis iſtum dolorem timet? illum mallem levares, quo optimum atque humaniſſimum virum, Cn. Octavium, M. F. familiarem meum, confici vidi: nec verò ſemel, nec ad breve tempus, ſed & ſæpe planè, & diu. quos ille, dii immortales! cùm omnes artus ardere viderentur, cruciatus perferebat? nec tamen miſer eſſe, quia ſummum id malum non erat: tantummodò laborioſus videbatur. at miſer, ſi in vitioſa & flagitioſa vita afflueret voluptatibus.

c quàm *Lamb.*

P. B.

94 XXIX. Quòd autem magnum dolorem brevem, longinquum levem eſſe dicitis, id non intelligo quale ſit. video enim & magnos & eoſdem [d] bene longinquos dolores: quorum [18] alia toleratio eſt verior; qua uti vos non poteſtis, qui honeſtatem ipſam per ſe non amatis. Fortitudinis quædam præcepta ſunt, ac penè leges, quæ effœminari virum vetant in dolore. quamobrem turpe putandum eſt, non dico dolere (nam id quidem eſt interdum neceſſe) ſed ſaxum illud Lemnium clamore Philoctetæo funeſtare:

d *alii non habent* bene.

Quod ejulatu, queſtu, gemitu, fremitibus
Reſonando [19] *multùm, flebiles voces refert.*

[20] Huic Epicurus comparet ſe, ſi poteſt:

Cui viperino morſu vena viſcerum
Veneno imbuta tatros cruciatus cient.

Sit

18. *Quædam alia toleratio eſt verior.*] *Ratio*, pro *toleratio*, habet manuſcriptus liber. *Urſin.* *Quorum alia toleratio eſt verior; qua &c.*] Non potui amplius ſubtrahere ſcripturam Pal. pr. qua videbam loco iſti melius fore quàm prius, cum legeretur: *Quædam alia toleratio eſt verior.* Gruter.

19. *Mutum. flebiles voces refert.*] Magis iſtud probo, ſubnixum fide veterum editionum omnium, quàm nuper natum, *multum*, quod tantum reperi in duob. Pall. cum ſervarent alterum numero quatuor, interque alios ille primus. *Idem.*

20. *Huic Epicurus comparet ſe, ſi poteſt.*] *Comparet, ſi quid poteſt*, eſt in manuſcripto. *Urſin.* *Huic Epicurus comparet ſe, ſi poteſt.*] Lectio nata ex P. Manutii conjectura. prius enim legebatur: *Huic Epicurus competenter, & ſi poteſt.* quomodo etiam eſt in Pall. ſed non in primo; qui tantum ſervat, *Huic Epicurus, & ſi poteſt.* quod melius vulgato, quamvis tamen affirmare haud auſim locum ſic eſſe perſanatum. *Gruter.*

21. Po-

Sit Epicurus Philocteta: ſi gravis dolor, brevis. At jam decimum annum in ſpelunca jacet.

Si longus, levis. dat enim intervalla & relaxat. 95
Primùm non ſæpe: deinde quæ eſt iſta relaxatio, cùm & præteriti doloris memoria recens eſt; & futuri atque impendentis torquet timor? Moriatur, inquit. Fortaſſe id optimum; ſed ubi illud, Plus ſemper voluptatis? ſi enim ita eſt; vide, ne facinus facias, cùm mori ſuadeas. [21] Potiùs ergo illa dicantur, turpe eſſe viro debilitari, dolore frangi, ſuccumbere. nam iſta veſtra, Si gravis, brevis: ſi longus, levis, [22] dictata ſunt. virtutis, magnitudinis animi, patientiæ, fortitudinis fomentis dolor mitigari ſolet.

XXX. Audi, ne longè abeam, moriens quid dicat 96
Epicurus: [e] & intellige, facta ejus cum dictis diſcrepare. *e ut intelliges MS.*
Epicurus Hermacho S. *Cùm ageremus*, inquit, *vitæ beatum & eundem ſupremum diem, ſcribebamus hæc.* Pag. LXXXV.
[23] *tanti autem morbi aderant* [24] *veſicæ & viſcerum, ut nihil ad eorum magnitudinem poſſit accedere.* [f] Ecce miſerum hominem, ſi dolor ſummum malum eſt. dici *f Ecce deeſt in MS.*
aliter non poteſt. ſed audiamus ipſum: *Compenſabatur tamen*, inquit, *cum his omnibus animi lætitia, quam capiebam* [g] *memoriâ rationum inventorumque noſtrorum.* *g ex mem. Lamb.*
ſed tu, ut dignum eſt tua erga me & erga philoſophiam vo-

21. *Potius ergo illa dicantur, turpe eſſe viro debilitari.*] Notavit pater (MS. *turpe eſſe, viri non eſſe, debilitari dolore*). Gronov.

22. *Dictata ſunt. virtutis &c.*] Neſcio an non diſtingui poſſit; *dictata ſunt virtutis, magnitudinis animi, patientiæ, fortitudinis fomentis dolor mitigari ſolet.* Gruter.

23. *Tanti autem morbi aderant veſicæ & viſcerum.*] Diſcrepat & heic ab ceteris Pal. pr. *tanti aderant veſicæ & torminum morbi.* Idem. Eſt ipſa Tullii manus, ut probat II. Tuſc. 19. *Idem forticulum ſe in torminibus & in ſtranguria ſua præbeat.* Gronov.

24. *Veſicæ & viſcerum.*] In exemplo epiſtolæ hujus expoſitio a Laërtio (ſcripta quidem, ut ille vult, non ad Hermachum, ſed ad Idomenea) legitur δυσεντερικὰ πάθη, in quo verbo viſcerum certe eſt ſignificatio. Ven. tamen *torminum* habent. *Camer.*

25. *Voluntate ab adoleſcentia ſuſcepta.*] In Ven. *ab aduleſcentulo*, quod cum Græcis conſentit: illa enim ſic habent, Σὺ δὲ ἀξίως τῆς ἐκ μειρακίου πρὸς ἐμὲ καὶ φιλοσοφίαν ἐπιμελοῦ τῶν παίδων Μητροδώρου. Intelligendum autem διαθέσεως ſimileve aliquid. *Idem.* *Ab adoleſcente ſuſcepta.*] *Ab adoleſcentulo* eſt in vetere libro, quam lectionem confirmant Græca Epicuri verba apud Laërtium, unde hæc Ciceronis translata ſunt, ἐκ μειρακίου. *Urſin.* Alii, *ab adoleſcentia.*

voluntate, [25] *ab adoleſcentulo ſuſcepta, fac ut Metrodori tueare liberos.*

97 Non ego jam Epaminondæ, non Leonidæ mortem hujus morti antepono: quorum alter cùm viciſſet Lacedæmonios apud Mantineam, ſimulque ipſe gravi vulnere exanimari ſe videret; ut primùm diſpexit, quæſivit, ſalvusne eſſet clypeus, cùm ſalvum eſſe flentes ſui reſpondiſſent, rogavit, eſſentne fuſi hoſtes: cúmque id quoque, ut cupiebat, audiviſſet, evelli juſſit eam, quâ erat transfixus, haſtam. ita multo ſanguine profuſo in lætitia & in victoria eſt mortuus. Leonidas autem, rex Lacedæmoniorum, ſe in Thermopylis, trecentosque eos, quos eduxerat Sparta, cùm eſſet propoſita aut fuga turpis, aut glorioſa mors, oppoſuit hoſtibus. Præclaræ mortes ſunt imperatoriæ. philoſophi autem in ſuis lectulis plerumque moriuntur. [26] Refert tamen; quòd ſibi videtur eſſe morienti magna laus. *Compenſabatur*, inquit, *cum ſummis doloribus lætitia.*

98 Audio equidem philoſophi vocem, Epicure. ſed quid tibi dicendum ſit oblitus es. primùm enim, ſi vera ſunt ea, quorum recordatione te gaudere dicis, hoc eſt, ſi vera ſunt tua ſcripta & inventa, gaudere non potes. nihil enim jam habes, quod ad corpus referas.

P. B. eſt autem à te ſemper dictum, nec gaudere quemquam, niſi propter corpus: nec dolere. *Præteritis*, inquit, *gaudeo.* Quibusnam præteritis? ſi ad corpus pertinentibus, [h] rationes tuas te video compenſare cum iſtis doloribus, non memoriam corpore perceptarum volùptatum. ſi autem ad animum, falſum eſt; quòd negas animi

99 ullum eſſe gaudium, quod non referatur ad corpus. Cur deinde Metrodori liberos commendas? [i] quid ex iſto tuo egregio officio & tanta fide (ſic enim exiſtimo) ad corpus refers?

h voluptates *alii.*

i quid iſto *Vict. & MSS.*

XXXI. HUC ET illuc, Torquate, vos verſetis licet: nihil in hac præclara epiſtola ſcriptum ab Epicuro congruens & conveniens decretis ejus reperietis. ita redarguitur ipſe à ſeſe, [27] veneuntque ſcripta ejus probi-

26. *Refert tamen, quod ſibi videtur eſſe morienti magna laus.*] Lectionem hanc, cur minus ſana ſit, facit Pal. pr in quo: *Refert tamen, quo modo ſibi videtur eſſe moriens, magna laus.* Gruter.

27. *Veneuntque ſcripta ejus.*] Palatinus ille pr. *vincuntur que*, quod

bitate ipſius ac moribus. nam iſta commendatio puerorum, memoria & caritas amicitiæ, ſummorum officiorum in extremo ſpiritu conſervatio, indicat innatam eſſe homini probitatem gratuitam, [28] non invitatam voluptatibus, nec præmiorum mercedibus evocatam. quod enim teſtimonium majus quærimus, quæ honeſta & recta ſint, ipſa eſſe optabilia per ſeſe: cùm videamus tanta [k] officia morientis? Sed, ut epiſtolam laudandam 100
arbitror eam, quam modò totidem ferè verbis interpre- *k eſſe off. alii.*
tatus ſum ([29] quamquam ea cum ſumma ejus philoſophi nullo modo congruebat) ſic ejusdem teſtamentum non ſolùm à philoſophi gravitate, ſed etiam ab ipſius ſententia judico diſcrepare. ſcripſit enim, & multis ſæpe verbis, & breviter aptéque, in eo libro, quem modò nominavi, *mortem nihil ad nos pertinere. quod enim* Pag. LXXXVI.
diſſolutum ſit, id eſſe ſine ſenſu: quod autem ſine ſenſu ſit, id nihil omnino ad nos pertinere. hoc ipſum elegantiùs poni meliusque potuit. nam quod ita poſitum eſt, Quod diſſolutum ſit, id eſſe ſine ſenſu, id ejusmodi eſt, ut non ſatis planè dicat, quid ſit diſſolutum.

Sed tamen intelligo, quid velit. quæro autem, quid 101
ſit, quòd, cùm diſſolutione, id eſt, morte ſenſus omnis exſtinguatur; & cùm reliqui nihil ſit omnino, quod pertineat ad nos, tam accuratè tamque diligenter caveat & ſanciat, *ut Amynomachus & Timocrates, heredes ſui, de Hermachi ſententia dent, quod ſatis ſit ad diem agendum natalem ſuum quotannis, menſe Gamelione: itemque omnibus menſibus*, [30] *viceſimo die lunæ, dent ad eorum*

quod cum referat Lambinus exſtare etiam in aliorum libris, non video cur poſtponi debeat vulgato. *Gruter.*

28. *Non invitatam voluptatibus.*] Sic legendum duxerat Lambinus, omnibus libris invitis; cùm vulgaretur *mutuatam*, aut *mutatam.* at verò ſic ante ipſum ediderat Petrus Victorius, exſtatque ea ſcriptura diſertè in Pal. pr. tert. ſexto. *Idem*

29. *Quamquam ea cum ſumma.*] Haud aliter Pal. pr. nam tert. *cum ſumma ſententia.* Vulgati alterum adſumpſerunt, minus rectè, cum id vocis paulò poſt iterum ſequatur. & verò Victorius illud huc etiam revocatum voluit; ſed nemo eum voluit ſequi. at ecce tamen idem Tullius libro de Legibus III. cap. 7. *Leges à me edentur non perfectæ, ſed ipſæ ſummæ rerum ac ſententiæ.* Idem.

30. *Viceſimo die lunæ.*] Ταῖς εἰκόσι. Plinius cap. 2. lib. XXXV. *Et vultus Epicuri per cubicula geſtant ac circumferunt ſecum. Natali ejus viceſima luna ſacrificant feriasque omni menſe cuſtodiunt*, quas Icadas

eorum epulas, qui unà ſecum philoſophati ſint, ut & ſui & Metrodori memoria colatur.

102 Hæc ego non poſſum dicere non eſſe hominis [l] & belli & humani; ſapientis verò nullo modo, phyſici præſertim, quem ſe ille eſſe vult, putare illum eſſe cujusquam diem natalem. Quid? [31] verène poteſt eſſe dies ſæpiùs, qui ſemel fuit? certè non poteſt. an ejusdemmodi? ne id quidem, [m] niſi cùm multa annorum intercesſerint millia, [n] ut omnium ſiderum eòdem, unde profecta ſint, fiat ad unum tempus reverſio: nullus eſt igitur cujusquam dies natalis. At habetur. Et ego id ſcilicet neſciebam. ſed, ut ſit, etiamne poſt mortem coletur: idque teſtamento cavebit is, qui vobis quaſi oraculum ediderit, [o] nihil poſt mortem ad nos pertinere? Hæc non erant ejus, qui innumerabiles mundos infinitasque regiones, quarum nulla eſſet ora, nulla extremitas, mente peragraviſſet. numquid tale Democritus? ut alios omittam, hunc appello, quem ille unum ſecutus eſt.

l quamvis & *MS.* & *Vict.*
m niſi multa *MS.*
n & *alii.*
o nihil mortem *Lamb.*

103 Quòd ſi dies notandus fuit, eumne potiùs, quo natus, an eum, quo ſapiens factus eſt? Non potuit, inquies, fieri ſapiens, niſi natus eſſet. & iſto modo ne ſi avia quidem ejus nata non eſſet. [p] Res tota, Torquate, non doctorum hominum, velle poſt mortem epulis celebrari memoriam ſui nominis. quos quidem dies quemadmodum agatis, & in quantam hominum facetorum urbanitatem incurratis, non dico. Nihil opus eſt litibus. tantùm dico, magis fuiſſe veſtrûm agere Epicuri diem natalem [32] quàm illius teſtamento cavere, ut ageretur.

p Res eſt nota *alii.* P. B.

104 XXXII. SED, UT ad propoſitum [q] revertamur (de dolore enim cùm diceremus, ad iſtam epiſtolam delati ſumus) nunc totum illud concludi ſic licet. Qui in ſummo malo eſt, [r] is tum, cùm in eo eſt, non eſt beatus.

q revert. *deeſt in MS.*
r *alii* iſte *MS.* iſtum.

vocant ii maxime, qui ſe ne viventes quidem noſci volunt. λαθὲ βιώσας. *Muretus.*

31. *Verene poteſt eſſe dies ſæpius, qui ſemel fuit.*] Notavit pater (MS. *itemne poteſt.* Lege: *idemne poteſt*). Gronov.

32. *Quàm illius teſtamento cavere.*] Sic Pal. pr. & ſext. reſpicitque ad præcedens *veſtrum:* quod ideo mutari non debet cum Victorio in *verum.* vulgati *illum*, quomodo nullus Pall. in quibus aut *illam*, aut *illa.* Grut.

33. *Si*

tus. ſapiens autem ſemper beatus eſt, & eſt aliquando in dolore. non eſt igitur ſummum malum dolor. Jam illud quale tandem eſt? *Bona præterita non effluere ſapienti, mala meminiſſe non oportere.* Primùm in noſtrane poteſtate eſt, quid meminerimus? Themiſtocles quidem, cùm ei 33 Simonides aut [s] quis alius artem memoriæ pollliceretur, oblivionis, inquit, mallem. nam memini etiam quæ nolo, oblivisci non poſſum quæ volo. [s aliquis *alii.*]

105 Magno hic ingenio. ſed res ſe tamen ſic habet, ut nimis imperioſi philóſophi ſit, vetare meminiſſe. vide, ne iſta ſint Manliana veſtra, aut majora etiam, ſi imperes quod facere non poſſim. Quid, ſi etiam jucunda memoria eſt præteritorum malorum? ut proverbia nonnulla veriora ſint quàm veſtra dogmata. vulgò enim dicitur, [t] *Jucundi acti labores*: nec malè Euripides: concludam, ſi potero, Latinè: Græcum enim hunc verſum noſtis omnes: [t *Jucundi* MSS. & Aldus.]

34 *Suavis laborum eſt præteritorum memoria.*

Sed ad bona præterita redeamus. quæ ſi à vobis talia dicerentur, qualibus C. Marius uti poterat, ut expulſus, egens, in palude demerſus, [v] tropæorum recordatione levaret dolorem ſuum: audirem & planè probarem. Nec enim abſolvi beata vita ſapientis, nec ad exitum perduci poterit, ſi prima quæque, bene ab eo conſulta atque facta, ipſius oblivione [x] obruerentur. [v trophæor. *alii malè.*] [Pag. LXXXVII.] [x obruentur *Lamb.*]

106 Sed vobis voluptatum perceptarum recordatio vitam beatam facit, & quidem corpore perceptarum. nam ſi quæ ſunt aliæ, falſum eſt, omnes animi voluptates eſſe è corporis ſocietate. Corporis autem voluptas [y] ſi etiam præterita delectat, non intelligo, cur Ariſtoteles Sardanapali epigramma tantopere derideat. in quo ille rex Aſſyriæ glorietur, ſe omnes ſecum libidinum voluptates abſtuliſſe. quod enim ne vivus quidem, inquit, diu- [y etiamſi præt. *alii.* ſi præt. *Lamb.*]

33. *Simonides, aut quis alius.*] Melius Pal. pr. *an quis alius.* parum intereſt hoc illove modo ſcribatur. ſed cur non potius loquatur auctor verbis ſuis quàm alienis? *Gruter.*

34. *Suavis eſt præteritorum malorum memoria.*] Alii *laborum*: Sed prior lectio ad Græca reſpondet. Eſt enim verſus in Oreſte:

Ὦ πότνια λήθη τῶν κακῶν ὡς εἶ γλυκύ.

Camerar. *Suavis laborum eſt præterit. &c.*] Eſt à Palat. pr. nam editi, *Suavis eſt laborum*, quod refingebat Gulielmius in, *Suaveſt lab.* Gruter.

diutiùs ſentire poterat quàm dum fruebatur; quo modo id potuit mortuo permanere ? Fluit igitur voluptas corporis, & prima quæque avolat [z] ſæpiusque relinquit [a] cauſas pœnitendi quàm recordandi ; itaque beatior Africanus cum patria illo modo loquens,

z ut ajebat, ſæp. *edd. vett.*

a cauſam *MS.*

Deſine Roma tuos hoſtes : ———

reliquaque præclarè ;

Namque tibi monumenta mei peperere labores.

Laboribus hic præteritis gaudet: tu jubes voluptatibus. hic ſe ad ea revocat, è quibus nihil umquam retulerit ad corpus: tu totus hæres in corpore.

107 XXXIII. Illud autem ipſum quî obtineri poteſt, quod dicitis, omnes animi & voluptates & dolores ad corporis voluptates & dolores pertinere ? Nihilne te [b] delectat umquam ? video, quicum loquar. te igitur, Torquate, ipſum per ſe nihil delectat ? omitto dignitatem, honeſtatem, ſpeciem ipſam virtutum, de quibus antè dictum eſt: [35] hæc leviora ponam: poëma, orationem, cùm aut ſcribis, aut legis ; cùm omnium factorum, cùm regionum conquiris hiſtoriam ; ſignum, tabula, locus amœnus, ludi, venatio, villa Luculli, (nàm ſi tuam dicerem, latebram haberes: ad corpus diceres pertinere) ſed ea, quæ dixi, ad corpusne refers? an eſt aliquid, quod te ſua ſponte delectet ? Aut pertinaciſſimus fueris, ſi in eo perſtiteris, ad corpus ea, quæ dixi, [c] referre: aut deſerueris totam Epicuri voluptatem, ſi negaveris.

b ſua ſponte del. *Lamb.*

P. B.

c referri *Lamb.*

108 Quod verò à te diſputatum eſt, majores eſſe voluptates & dolores animi quàm corporis ; quia trium temporum particeps animus ſit, corpore autem præſentia ſolùm ſentiantur ? quî probari poteſt, ut is, [36] qui propter

35. *Hæc leviora ponam : poëma , orationem , cum aut ſcribis &c.*] Sic mſſ. noſtri ferè; niſi quod aliquot omittant illud *poëma*; primus verò alio poſitu referat, *poëma ponam , orationem , cum &c.* ut ſuſpicer vocem adhuc *ponam* exterminandam. *Gruter.* Hinc patet invito Grutero irrepſiſſe in ejus editionem *poëma aut orationem*, quam voculam induxi, etſi legatur in quibuſdam MSS. *Gronov.*

36. *Qui propter me aliquid gaudeat , plus quàm ego ipſe gaudeat.*] Ita quidem editio Victorii. at Aldi non agnoſcit voces quinque poſtremas, neque adeo unus Palatinorum. qui etiam uno conſenſu retinent: *Quid probari poteſt, ut is, qui propter me aliquid gaudeat. animo voluptas oritur.* Gruter. A quo miror ita remiſſe actum, ut prius *gaudeat* in contextu paſſus fuerit omitti, nec vel verbo id voluerit

propter me aliquid, plus quàm ego ipſe, gaudeat? Animi voluptas oritur propter voluptatem corporis, & major eſt animi voluptas quàm corporis. ita fit, ut gratulator lætior ſit quàm is, cui gratuletur. Sed, dum efficere vultis beatum ſapientem, cùm maximas animo voluptates percipiat, omnibusque partibus majores quàm corpore, quid occurrat non videtis. animi enim quoque dolores percipiet omnibus partibus majores quàm corporis. ita miſer ſit aliquando neceſſe eſt is, quem vos beatum ſemper vultis eſſe. nec verò id, dum omnia ad voluptatem doloremque referetis, efficietis umquam.

Quare aliud aliquid, Torquate, hominis ſummum 109
bonum reperiendum eſt. voluptatem beſtiis concedamus: quibus vos de ſummo bono teſtibus uti ſoletis. Quid, ſi etiam beſtiæ multa faciunt, duce ſua quæque naturâ, partim indulgenter vel cum labore; [d] ut in gignendo, in educando perfacile appareat, aliud quiddam iis propoſitum, non voluptatem? 37 partim curſu & peregrinatione lætantur, congregatione aliæ cœtum quodam modo civitatis imitantur.

[d] in gign. in ed. ut perf. *Lamb.*

Videmus 38 in quodam volucrium genere nonnulla in- 110
dicia pietatis, cognitionem, memoriam: 39 in multis etiam

luerit attingere. Ceterum & mei duo MSS. conſentiunt cum Palatt. quos patet velle, *quid? pro'ari poteſt &c.* Gronov.

37. *Turtures & curſu & peregrinatione latantur.*] Sic aliquot Pall. nam duo *Cicures & curſu.* ſed lectio utraque morbida, ſi quidem ſequimur Pal. pr. is enim ſolùm habet, *partim curſu &c.* Aliud certè quid latet, quod in hac feſtinatione jam non eruo; aut ſic potius legendum erit. nam illud *turtures* ſanè ineptiſſimum eſt. *Gruter.* Præclaram igitur optimi Palatini codicis reſtitutionem nequivi a me impetrare, ut ulterius Cicero deſideraret; corruptam ab iis, qui ignorabant quàm bene ſibi convenirent τὰ *partim* & *alia*, ideoque mancum locum cenſentes ſuppleverunt *turtures* & *cicures.* Sed tu vide illa ex Salluſtio ex obſervationibus paternis III, 2. *Gronovius.*

38. *In quodam volucrium genere, &c.*] Sic edendum curavi, libris omnibus invitis, Chariſiique auctoritatem ſecutus, qui lib. I. admonet, Ciceronem lib. II. de Fin. uſurpaſſe, *volucrium*, in patrio caſu. nullus autem alius locus eſt in hoc libro, in quo hæc vox ſcripta ſit, præter hunc. *Lambinus.*

39. *In multis etiam deſideria videmus.*] Eſt è Tuſani codice, item Pall. omnibus; etſi non negem poſſe abjici vocem ultimam. hancque etiam expreſſit ſcripturam Victorius. olim cuſi, *etiam diſcipli-*

nam

Pag. LXXXVIII. etiam deſideria videmus. Ergo in beſtiis erunt ſecreta à voluptate humanarum quædam ſimulacra virtutum: in ipſis hominibus virtus, niſi voluptatis cauſâ, nulla erit? & homini, qui ceteris animantibus plurimùm præſtat, præcipui à natura nihil datum eſſe dicemus?

111 XXXIV. Nos verò, ſi quidem in voluptate ſunt omnia, longè multumque ſuperamur à beſtiis: quibus ipſa terra fundit ex ſeſe paſtus varios variéque abundantes nihil laborantibus: nobis autem aut vix aut ne vix quidem ſuppetunt multo labore quærentibus. nec tamen ullo modo ſummum pecudis bonum & hominis idem mihi videri poteſt. quid enim tanto opus eſt inſtrumento in optimis artibus comparandis, quid tanto concurſu honeſtiſſimorum ſtudiorum, tanto virtutum comitatu, ſi ea nullam ad aliam rem niſi ad voluptatem conquiruntur?

112 Ut, ſi Xerxes, cùm tantis claſſibus tantisque equeſtribus & pedeſtribus copiis, Helleſponto juncto, [e] Athoque perfoſſo, [40] maria ambulaviſſet terramque navigaſſet, ſi cùm tanto impetu in Græciam veniſſet, cauſam ejus quis ex eo quæreret tantarum copiarum tantique belli, mel ſe [f] auferre ex Hymetto voluiſſe diceret, certè ſine cauſa videretur tanta conatus: ſic nos ſapientem, plurimis & graviſſimis artibus atque virtutibus inſtructum & ornatum, non, ut illum, maria pedibus peragrantem, claſſibus montes, ſed omne cælum totamque cum univerſo mari terram mente complexum, voluptatem petere ſi dicemus, mellis cauſâ dicemus tanta molitum.

e *Manut. Lamb. Grut.* Athone. *malè.*
f *ita Manut. alii* afferre.

113 Ad altiora quædam & magnificentiora, mihi crede, Torquate, nati ſumus: nec id ex animi ſolùm partibus, in quibus ineſt memoria rerum innumerabilium [g] vitæ quidem infinita, ineſt conjectura conſequentium, non multùm à divinatione differens, ineſt moderator cupiditatis pudor, ineſt ad humanam ſocietatem juſtitiæ fida

g in te quidem *MS.* & ea *Lamb.* P. B.

nam videmus: recentiores primo verbo retento deleverunt ſecundum. *Gruter.*

40. *Maria ambulaviſſet terramque navigaſſet.*] Iſocrates in Panegyrico: ὥστε τῷ στρατοπέδῳ πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάσσης, τὸν μὲν Ἑλλήσποντον ζεύξας, τὸν δὲ Ἄθων διορύξας. Huc reſpexit Lucretius lib. III. *Ille quoque ipſe viam qui quondam per mare magnum Stravit.* Dubium autem non eſt,

da cuſtodia: ineſt in perpetiendis laboribus adeundisque periculis firma & ſtabilis doloris mortisque contemptio. ergo hæc in animis: tu autem etiam membra ipſa ſenſusque conſidera: qui tibi, ut reliquæ corporis partes, non comites ſolùm virtutum, ſed miniſtri etiam videbuntur.

Quid, ſi in ipſo corpore multa voluptati proponenda 114
ſunt, ut vires, [h] valitudo, velocitas, pulcritudo? quid
tandem in animis cenſes? in quibus doctiſſimi illi veteres ineſſe quiddam cæleſte & divinum putaverunt. quòd ſi eſſet in voluptate ſummum bonum (ut dicitis) optabile eſſet, in voluptate maxima, nullo intervallo interjecto, dies noctesque verſari, cùm omnes ſenſus [i] dulcedine omni quaſi perfuſi moverentur. Quis eſt autem dignus nomine hominis, qui unum diem totum velit eſſe in iſto genere voluptatis?

Cyrenaici quidem non recuſant. veſtri hæc verecun- 115
diùs: ille fortaſſe conſtantiùs. Sed luſtremus animo non has maximas artes, quibus qui carebant, inertes à majoribus nominabantur: ſed quæro, num exiſtimes non dico Homerum, Archilochum, Pindarum, ſed Phidiam, Polycletum, Zeuxin, ad voluptates artes ſuas direxiſſe? Ergo opifex plus ſibi [k] proponet ad formarum quàm civis excellens ad factorum pulcritudinem? quæ autem eſt alia cauſa erroris tanti, tam longè latéque diffuſi, niſi quòd is, qui voluptatem ſummum bonum eſſe decernit, non cum ea parte animi, in qua ineſt ratio atque conſilium, ſed cum cupiditate, id eſt, cum ani-
mi leviſſima parte deliberat? Quæro enim de te: ſi ſunt 116
dii, ut vos etiam putatis, quî poſſunt eſſe beati, cùm voluptates corpore percipere non poſſint? aut ſi ſine eo genere voluptatis beati ſunt, cur ſimilem animi uſum in ſapiente eſſe [l] nolitis?

XXXV. LEGE laudationes, Torquate, non eorum, qui ſunt ab Homero laudati, non Cyri, non Ageſilai, non Ariſtidis, non Themiſtoclis, non Philippi, non Alexandri: lege noſtrorum hominum, lege veſtræ familiæ: neminem videbis ita laudatum, ut artifex callidus comparandarum voluptatum diceretur. non [m] elogia monumentorum id ſignificant, velut hoc ad portam?

[h] valetudo *alii*.

[i] dulcetudine *alii*.

[k] apponet *MS*.

P. LXXXIX.

[l] nolint *alii*.

[m] eulogia *MS*. ellogia *alii*, *aut* eclogia.

41 UNO

eſt, quin Xenophontis locum Cicero exprimere voluerit. Urſin.

41. Uno

Qqq qqq q s

41 Uno ore, cui plurimæ conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe virum.

117 Idne conſenſiſſe de Calatino plurimas gentes arbitramur, primarium populi fuiſſe, quòd præſtantiſſimus fuiſſet in conficiendis voluptatibus? Ergo in iis adoleſcentibus bonam ſpem eſſe dicemus & magnam indolem, quos ſuis commodis inſervituros, & quidquid ipſis expediat facturos arbitramur? nonne videmus, quanta perturbatio rerum omnium conſequatur? quanta confuſio? tollitur beneficium: tollitur gratia: quæ ſunt vincula concordiæ. nec enim, ſi tuam ob cauſam cuiquam commodes, beneficium illud habendum eſt, ſed fœneratio: nec gratia deberi videtur ei, qui ſuam ob cauſam commodaverit. Maximas verò virtutes jacere omnes neceſſe eſt, voluptate dominante. Sunt etiam turpitudines plurimæ, quæ, niſi [n] honeſtas naturâ plurimùm valeat, cur non cadant in ſapientem non eſt facile defendere.

[m] honeſta *MS.*

118 Ac, ne plura complectar (ſunt enim innumerabilia) bene laudata virtus [o] voluptatis aditus intercludat neceſſe eſt. quod jam à me exſpectare noli. tute introſpice in mentem tuam ipſe: eamque omni cogitatione pertractans, percunctare ipſe te, perpetuisne malis voluptatibus [p] perfruens, in ea, quam ſæpe uſurpabas, tranquillitate degere omnem ætatem ſine dolore, aſſumpto etiam illo, quod vos quidem adjungere ſoletis, ſed fieri non poteſt ſine doloris metu: an, cùm de omnibus gentibus optimè mererere, cùm opem indigentibus ſalu-

[o] voluptati *conj. Lamb.*
[p] perfluens *MS. & edd. vett. P. B.*

41. *Uno ore, cui plurimæ conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe virum.*] Fortaſſe legendum: *Ore uno, quem, plurimæ conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe virum.* eodem modo legerem, *ore uno, quem, plurimæ &c.* cum veteres libri alii habeant: *ore uno plurimæ*; alii, *ore uno cum plurimæ.* verbum autem *unicum* opinor inde natum, quod librarius in deſcribendo omiſiſſet, *ore*, *cumque* remanſiſſet, *uno quem*, unde elici ſententia nulla poterat, factum eſt *unicum:* ut, quod negligentiâ mutilaverat, impudentiâ depravaret. Niſi dicamus, *cui*, pro ad cujus laudem, uſurpatum eſſe. quod mihi quidem non diſplicet, qui non libenter ab antiquis libris diſcedam *P. Manut.* *Uno ore cui plurimæ conſentiunt.*] Lectio minus vera. quippe Pal. pr. quart. quint. ſext. *uno cum plurimæ.* tert. *Uno cui plurimæ.* ſec. *Uno complurimæ.* Reſtituendum forſan: *Unicum plurimæ conſentiunt &c.* Sed quid ſi ſub illo *uno cum* lateret nomen portæ alicujus? diſpiciant acutiores. *Gruter.*

1. *Dul-*

lutemque ferres, vel Herculis perpeti ærumnas. ſic enim majores noſtri labores non fugiendos, triſtiſſimo tamen verbo ærumnas etiam in deo nominaverunt.

q Exigerem ex te cogeremque, ut reſponderes, niſi 19
vererer, ne Herculem ipſum ea, quæ pro ſalute gentium ſummo labore geſſiſſet, voluptatis cauſâ geſſiſſe diceres. Quæ cùm dixiſſem, Habeo, inquit Torquatus, ad quos iſta referam: &, quamquam aliquid ipſe poteram, tamen invenire malo paratiores familiares noſtros. Credo Syronem dicis & r Philodemum, cùm optimos viros, tum doctiſſimos homines. Rectè, inquit, intelligis. Age ſanè, inquam. ſed erat æquius, Triarium aliquid de noſtra diſſenſione judicare. Immò, inquit arridens, iniquum, hac quidem de re. tu enim iſta leniùs: hic Stoicorum more nos vexat. Tum Triarius, Poſthac quidem, inquit, audaciùs. nam hæc ipſa mihi erunt in promptu, quæ modò audivi; nec antè aggrediar quàm te ab iſtis, quos dicis, inſtructum videro. Quæ cùm eſſent dicta, finem fecimus & ambulandi & diſputandi.

q Eligerem *MS. unde Grut.* Elicerem.

r Polydemum *alii & MS.*

M. TUL-

p. xc.

M. TULLII CICERONIS DE FINIBUS BONORUM ET MALORUM AD BRUTUM

LIBER TERTIUS.

ARGUMENTUM.

Virtutem eſſe ſummum bonum, Turpe vero ſummum malum, ex Stoicorum ſecta defendit Cato, plurimasque & ſubtiles Stoicorum diſputationes explicat.

1 I. VOLUPTATEM equidem, Brute, ſi ipſa pro ſe loquatur, nec tam pertinaces habeat patronos, conceſſuram arbitror, convictam ſuperiore libro, dignitati. etenim ſit impudens, ſi virtuti diutius repugnet, aut ſi honeſtis jucunda anteponat, aut pluris eſſe contendat [1] dulcedinem corporis titillantem ex eave natam lætitiam

1. *Dulcedinem corporis & utilitatem ex eave natam.*] Verum omnino videtur, *Dulcedinem corporis titillantem, ex eave natam.* Camer. *Titillantem ex ea re natam lætitiam.*] Ita cum Lambino legit Manutius, & commode, ut videtur. debeo tamen admonere lectores, in uno apud me manuſcripto reperiri, *titillationem, ex eave natam lætitiam.* Urſin. *Dulcedinem corporis titillantem, ex eave natam lætitiam.*] Sic Pall. quinque, niſi quod immiſſa copula, *&* *titillantem.* at primus ille nec copulam agnoſcit, nec verbum *titillantem*; quam ſcripturam habuerim pro vera. *Gruter.*

2. *Suis*

tiam quàm gravitatem animi atque conſtantiam. quare illam quidem dimittamus & [2] ſuis ſe finibus petere jubeamus, ne blanditiis ejus illecebriſque impediatur diſputandi ſeveritas.

Quærendum eſt enim, ubi ſit illud ſummum bonum, 2
quod reperire volumus, quoniam & voluptas ab eo remota eſt, & eadem ferè contra eos dici poſſunt, qui vacuitatem doloris finem bonorum eſſe voluerunt. Nec verò ita ullum probetur ſummum bonum, ut virtute careat: quâ nihil poteſt eſſe præſtantius. Itaque quamquam in eo ſermone, qui cum Torquato eſt habitus, non remiſſi fuimus: tamen hæc acrior eſt cum Stoicis parata contentio. quæ enim de voluptate dicuntur, ea nec acutiſſimè, nec abſconditè diſſeruntur. neque enim qui defendunt eam, verſuti in diſſerendo ſunt, nec qui contrà dicunt cauſam difficilem [a] repellunt.

a refellunt *conj. Lamb.*

Ipſe etiam dicit Epicurus, ne argumentandum quidem 3
eſſe de voluptate, quòd ſit poſitum ejus judicium in ſenſibus, ut commoneri nos ſatis ſit, nihil attineat doceri. quare illa nobis ſimplex fuit in utramque partem diſputatio. nec enim in Torquati ſermone quidquam implicatum aut tortuoſum fuit? [b] noſtraque, ut mihi videtur, dilucida oratio. Stoicorum autem non ignoras quàm ſit ſubtile, vel ſpinoſum potiùs, [c] diſſerendi genus: idque cùm Græcis, tum magis nobis, quibus etiam verba parienda ſunt imponendaque nova novis rebus nomina. quod quidem nemo mediocriter doctus mirabitur, cogitans, in omni arte, cujus uſus vulgaris communiſque non ſit, multam novitatem nominum eſſe, cùm conſtituantur earum rerum vocabula, quæ in quaque arte verſentur. Itaque & dialectici & phy- 4
ſici

P. B.

b totaque *conj. Lamb.*

c diſpu-tandi *alii.*

2. *Suis ſe finibus tenere jubeamus.*] Lectio non eſt ſincera. nam Pal. pr. *petere jubeamus.* ſext. *ſuos ſe fines petere jub.* ſec. tert. quart. quint. *cedere jubeamus.* illud *petere* examinandum eſt penſius. *Gruter.* At id prima ſtatim fronte ſe prodit elegantiſſimum. Nempe ſi voluptas alibi locum habere volet, inter voluptarios & luxurioſos cognoſcat eſſe regnum ſuum & ſedem, non in eruditorum diatribis, non inter quærentes ſummum bonum. Ibi ſe videat petatque, non hîc. Eſt idem ſenſus 11, 12. *Pronuntiabit de voluptate, nihil eſſe ei loci, non modo ut ſola ponatur in ſummi boni ſede, ſed ne illo quidem modo, ut ad honeſtatem applicetur.* Ideo ſequutus ſum. *Gronov.*

3. Qua

ſici verbis utuntur iis, [3] quæ ipſi Græciæ nota ſunt. geometræ vero, muſici, grammatici, etiam more quodam loquuntur ſuo. item ipſæ rhetorum artes, quæ ſunt totæ forenſes atque populares, [4] verbis tantum in docendo quaſi privatis utuntur ac ſuis.

II. Atque, ut omittam has artes elegantes & ingenuas, ne opifices quidem tueri ſua artificia poſſent, niſi vocabulis uterentur nobis incognitis, uſitatis ſibi. Quin etiam agricultura, quæ abhorret ab omni politiore elegantia, tamen eas res, in quibus verſatur, nominibus notavit novis. quo magis hoc philoſopho faciendum eſt. ars eſt enim philoſophia vitæ: de qua
5 differens arripere verba de foro non poteſt. Quamquam ex omnibus philoſophis [5] Stoici plurima novaverunt. Zeno quoque, eorum princeps, non tam rerum inventor fuit quàm novorum verborum. [6] Quòd ſi in ea lingua, quam plerique uberiorem putant, conceſſum à Græcia eſt, ut doctiſſimi homines de rebus non [d] pervagatis inuſitatis verbis uterentur: [7] quantò id nobis magis eſt concedendum, qui ea nunc primùm audemus attingere? Etſi, quod ſæpe diximus, & quidem cum aliqua querela, non Græcorum modò, ſed etiam eorum, qui ſe Græcos magis quàm noſtros haberi volunt, nos non modò non vinci à Græcis verborum copiâ, ſed eſſe in ea etiam ſuperiores: elaborandum eſt, ut hoc non in noſtris ſolùm artibus, ſed etiam in illorum ipſorum conſequamur. [e] quàm ea verba, quibus ex inſtituto

d *ita Vict. alii* pervulgatis.

P. XCI.

e quamquam *alii.*

x quam quam.

3. *Quæ ipſi Græciæ nota non ſunt.*] In manuſcripto eſt, *Quæ ipſi ſcientiæ nota ſunt.* Urſin. *Quæ ipſi Græciæ nota ſunt.*] Nolui fraudare deinceps lectorem ſcripturâ Pall. quattuor. peſſimè hactenus publicati, *non nota ſunt.* quibus enim, quæſo, utuntur Romani vocabulis in dialectica, in phyſica? *Gruter.*

4. *Verbis tantum in docendo*] Ita Pal. pr. melius longè quàm in hunc diem, *tamen in dicendo.* quamvis & Aldus nepos vulgavit *docendo.* Idem.

5. *Stoici plurima novaverunt.*] Eſt à Pal. pr. & tert. & ita ferè ex vetuſtis Lambinus, nempe *novarunt.* cuſi vulgò, *nominaverunt.* Idem. Cur igitur & hoc & ſequens *pervulgatis* retinuit? Nunc meliora admiſi. *Gronov.*

6. *Quod ſi in ea lingua, quam plerique uberiorem putant, conceſſum eſt, ut doctiſſimi homines &c.*] Ita legitur hic locus in vetere libro, cum in aliis ſit *conceſſum à Græcis eſt.* Urſin.

7. *Quantò id nobis magis.*] Vulgg. *quantò id vel nobis.* ſed illud *vel* abeſt Pal. pr. Gulielmius conjecerat, *quantò idem nobis.* Gruter

Quæ-

to veterum utimur pro Latinis, ut ipſa philoſophia, ut
rhetorica, dialectica, grammatica, geometria, muſica.
quamquam Latinè ea dici poterant, tamen, quoniam *f ita MS.*
uſu [f] præcepta ſunt, noſtra ducamus. Atque hæc qui- *alii* percepta, *aut*
dem de rerum nominibus. capta.

De ipſis rebus autem ſæpenumero, Brute, vereor, ne 6
reprehendar, cùm hæc ad te ſcribam, qui cùm in philoſophia,
tum in optimo genere philoſophiæ tantùm
proceſſeris. quod ſi facerem, quaſi te erudiens, jure reprehenderer.
ſed ab eo plurimum abſum: neque, ut
ea cognoſcas, quæ tibi notiſſima ſunt, ad te mitto, ſed
quia facillimè in nomine tuo acquieſco, & quia te habeo
æquiſſimum eorum ſtudiorum, quæ mihi communia
tecum ſunt, [g] exiſtimatorem & judicem. Atten- g æſtimatorem *multa edd.*
des igitur, ut ſoles, diligenter, eamque controverſiam
dijudicabis, quæ mihi fuit cum avunculo tuo, divino
ac ſingulari viro.

Nam, in Tuſculano cùm eſſem vellemque è biblio- 7
theca pueri Luculli quibusdam libris uti, veni in ejus
villam, ut eos ipſe (ut ſolebam) [h] inde [i] promerem. quò h inde *deeſt in MS.*
cùm veniſſem, M. Catonem, quem ibi eſſe neſcieram, i deprom. *MS.*
vidi in bibliotheca ſedentem, multis circumfuſum Stoicorum
libris. erat enim, ut ſcis, in eo inexhauſta aviditas
legendi, nec ſatiari poterat: quippe qui ne reprehenſionem
quidem vulgi inanem reformidans, in ipſa
curia ſoleret legere ſæpe, dum ſenatus cogeretur, nihil P. B.
operæ reipublicæ detrahens, quo magis tum in ſummo
otio maximaque copia [8] quaſi heluari libris, ſi hoc ver- k præclara *conj. Lamb.*
bo in tam [k] clara re utendum eſt, videbatur.

[9] Quod cùm accidiſſet, ut alter alterum nec-opinatò 8
videremus, ſurrexit ſtatim. deinde prima illa, quæ in
con-

8. *Quaſi helluari libris.*] Cur non revocarem inventum omnibus literis in mſ. veteri à Joſepho Scaligero collato, item in Palatino primo, niſi quod adſpiratio ibi ita picta eſſet ut *B* videri poſſit: unde etiam factum, ut in Cujaciano & Pal. quarto ad oram legeretur *beluaris.* hactenus receptum, *heluo librorum*, in nullo exſtat Pall. habent enim omnes, *heluo libri.* Gruter.

9. *Quod cùm accidiſſet, ut alter alterum &c.*] Videtur hoc quibusdam mendoſum, aut certè inuſitate dictum. mihi verò non videtur. Nam, *quod*, hîc poſitum pro *ſed*, ſeu *autem*, ut *quod ſi.* Sic apud Lucretium lib. 1. *Quod nunc æterno quia conſtant ſemine quæque:* ubi libri vulgati habent, *At nunc &c.* Lambin.

10. Veni

congreſſu ſolemus: Quid tu, inquit, huc? à villa enim, credo: &, ſi ibi te eſſe ſciſſem, ad te ipſe veniſſem. Heri, inquam, ludis commiſſis, ex urbe profectus [10] veni ad veſperum. cauſa autem fuit huc veniendi, ut quoſdam hinc libros promerem: & quidem, Cato, totam hanc copiam jam Lucullo noſtro notam eſſe oportebit. nam his libris eum malo quàm reliquo ornatu villæ delectari. eſt enim mihi magnæ curæ: quamquam hoc [1] quidem proprium tuum munus eſt, ut ita erudiatur, [11] ut & patri, & Cæpioni noſtro, & tibi tam

1 quidem *Lamb. delet.*

10. *Veni ad veſperum. cauſa autem.*] Nec heic volui excludere, quod erat in Pal. pr. quod & quintus & ſext. parte ſua juvarent. cuſi, *veſperam. cauſa enim.* inepte. *Gruter.*

11. *Ut & patri, & Cæpioni noſtro, & tibi, tam propinquo, reſpondeat.*] Auſus ſum & hîc, pro *Scipioni*, reponere *Cæpioni*, & paullò poſt, *Cæpionem*, pro *Scipionem*, ductus hac nimirum conjecturâ, quòd Lucullus puer, cui tutor à patre M. Cotta relictus eſt, matrem habuit Serviliam, Catonis ſororem; cujus fratrem Plutarchus in Catone Uticenſi *Cæpionem* nominat. nec, opinor, ignorat quisquam, cognomen Serviliæ gentis Cæpio fuiſſe. Eſt autem Cæpionum hic ordo, quantum ex antiquitatis obſervatione licuit colligere. Q. Servilius Cæpio, conſul anno urbis DCXLVII. malè cum Cimbris pugnavit. ejus filius Q. Cæpio M. Scaurum accuſavit; Druſo trib. pl. qui paullò ante bellum Marſicum domi ſuæ interfectus eſt, pro equitibus reſtitit, bello Marſico periit anno DCLXIII. quibus de rebus habeo teſtes Appianum, Florum, Oroſium, Epitomen Livianam. Hic Cæpio ex Livia, Druſi ejus ſorore, cum quo eum inimicitias geſſiſſe diximus, filios ſuſcepit, Q. Cæpionem & Serviliam, M. Catonis ſororem, M. Bruti matrem, quam C. Cæſar, poſtea dictator, adamavit: de quibus utrisque agemus. Cæpionem tribunum mil. in bello Spartaco fuiſſe, obiiſſe in Aſia ante quæſturam, ait Plutarchus in Catone Uticenſi. Servilia primùm nupſit M. Bruto, ei, quem interfectum à Pompejo magno Sullanis temporibus docet Val. Max. lib. VI. cap. 2. idque Plutarchus confirmare videtur in Bruti Vita. peperit ex eo M. Brutum, interfectorem poſtea C. Cæſaris: deinde uxor fuit, ut legimus in Plutarcho, L. Luculli, qui Mithridatem & Tigranem devicerat, poſt dimiſſam ab eo Clodiam, P. Clodii ſororem; ex qua filium genuit L. Lucullum, quem pater moriens in tutela voluit eſſe M. Catonis, fratris Serviliæ, uxoris ſuæ. ideo dixit hîc Cicero: *Tuum munus eſt, ut ita erudiatur, ut & patri, & Cæpioni noſtro, & tibi, tam propinquo, reſpondeat.* Quæri autem poteſt, qua ratione ſoror fuerit Servilia Catonis, qui erat è gente Porcia. in quo ſcire illud oportet, Cæpionis, Serviliæ patris, quem deceſſiſſe bello Marſico diximus, uxorem fuiſſe Liviam, M. Livii Druſi filiam, ejus, quem contra C. Gracchum in tribunatu pro Senatu ſtetiſſe Plutarchus in Vita Grac-

tam propinquo reſpondeat. Laboro autem non ſine cauſa. [12] nam & avi ejus memoriâ moveor (nec enim igno-

Gracchorum oſtendit, ejus autem ſororem, quem intra domeſticos parietes ab occulto percuſſore necatum hiſtoriæ narrant. Hæc Livia, cum ex eo Cæpione filios genuiſſet, ut jam diximus, Cæpionem & Serviliam, divortio facto (non enim, poſt obitum Cæpionis, putandum eſt; nam obiit Marſici belli tempore, aliquanto poſt alterum Liviæ conjugium, quod ex Catonis Uticenſis, Liviæ filii, ætate conſtat: qui cum perierit Cæſare & Lepido coſſ. annos natus XLVIII. ut ait Plutarchus, ſatis conſtat ante Marſicum bellum, id eſt ante Cæpionis interitum, eſſe natum) nupſit M. Catoni, ex quo genuit eum Catonem, qui ſe poſtea Uticæ interemit. patet igitur, M. Catonis Uticenſis uterinam ſororem Serviliam uterinumque fratrem fuiſſe Cæpionem, quem Catoni jucundiſſimum fuiſſe ex eodem Plutarcho cognoſcitur: ex quo etiam conſtat, Druſum, Liviæ patrem, Catonis avum fuiſſe, ut appellatur à Cicerone lib. IV. de Fin. his verbis: *Conferam avum tuum Druſum cum C. Graccho, ejus ferè æquali.* quod in Catone Plutarchus & Cicero in oratione pro Mil. confirmant, Catonis avunculum Druſum appellantes, cum ejus filium, qui ſenatus cauſam contra C. Gracchum tutatus eſt, ſine dubio ſignificet. *P. Manut.*

12. *Nam & avi ejus memoriâ moveor (nec enim ignoras, quanti fecerim Scipionem, qui, ut opinio mea fert, in principibus jam eſſet, ſi viveret) & Lucullus mihi verſatur ante oculos.*] Avum Luculli pueri Q. Cæpionem fuiſſe, eum, qui bello Marſico interiit, jam ſignificavimus, quem Cicerone ſeniorem fuiſſe indicant nonſolum ea verba, *quanti fecerim Scipionem*, & ea, *in principibus jam eſſet*, hoc eſt, aliquot jam annis auctoritatem in civitate ſummam obtineret, ſed multò magis illa, quæ Cato reſpondet: *Uterque tibi teſtamento liberos ſuos commendavit.* Nominat igitur Cicero duos Cæpiones; filium quidem priore loco, cum ait, *Cæpioni noſtro*, qui fuit avunculus pueri Luculli & M. Brutum adoptavit, unde Cæpio Brutus lib. II. ad Att. & Q. Cæpio Brutus Philipp. X. & in argenteis antiquis nummis nominatur. deinde ejus patrem, cum ſubjungit, *& avi ejus memoriâ moveor.* Hic mihi ſcrupulus, obſervata Ciceronis ætate, ſane difficilis injicitur. nam, ſi Luculli pueri fuit avus Cæpio, is, quem Italico bello, anno urbis DCLXIII. vitâ exceſſiſſe dicimus, vix fieri poſſe video, ut eum Cicero ſignificet, cum ait: *Non enim ignoras, quanti fecerim Cæpionem.* nam annus urbis DLXIII. fuit annus Ciceronis ætatis XVII. ut adoleſcentulo Ciceroni, vix annos pubertatis ingreſſo, conſuetudinem cum viro Cæpione ullam fuiſſe credibile non ſit. Accedit illud, quo etiam magis moveor, quod, cum Cato, commendatos Ciceroni à moriente Cæpione liberos ejus, paullo poſt ſubjungit, repugnare videtur Ciceronis ætas, annum agentis, ut diximus, XVII. cum Cæpio vitâ exceſſit: itaque interdum mihi venit in mentem ſuſpicari, ne hic Cæpio, quem Cicero obſervavit, cujusque liberos ei commendatos eſſe à

ignoras, quanti fecerim Cæpionem: qui, ut opinio mea fert, in principibus jam eſſet, ſi viveret) & Lucullus mihi verſatur ante oculos, vir [m] cùm omnibus excellens, tum mecum & amicitiâ & omni voluntate ſententiâque conjunctus.

m *alii* tum.

9 Præclarè, inquit, facis, cùm & eorum memoriam tenes, quorum uterque tibi teſtamento liberos ſuos commendavit, & puerum diligis. Quòd autem meum munus dicis, non equidem recuſo: ſed te adjungo ſocium. addo etiam illud, multa jam mihi dare ſigna puerum & pudoris, & ingenii. ſed ætatem vides. Video equidem, inquam: [13] ſed tamen jam inſici debet iis artibus, quas ſi, dum eſt tener, combiberit, ad ma-

10 jora veniet [14] paratior. [15] Sic, & quidem diligentiùs ſæpiusque, iſta loquemur inter nos agemusque communiter. ſed reſideamus, inquit, ſi placet. itaque fecimus.

P. XCII.

III. TUM ILLE: Tu autem, cùm ipſe tantum librorum habeas, quos hîc tandem requiris? Commentarios quosdam, inquam, [16] Ariſtotelios, quos hic ſciebam

patre moriente Cato dicit, filius fuerit ejus, qui periit bello Marſico, pater autem ejus, quem Catonis fratrem Plutarchus appellat & Serviliæ, quæ M. Brutum ex priore viro, Bruto, Lucullum puerum ex poſteriore, L. Lucullo, peperit. quod ſi ita eſt, ſororem Druſi poſterioris Liviam ejus Cæpionis filio nupſiſſe credendum erit, qui cum fratre ejus in equitum cauſſa contenderat. ita quatuor deinceps, perpetuo cognationis ordine, Cæpionis erunt, omnes Quincti prænomine: primus, qui conſul cum Cimbris male remp. geſſit: alter, qui Scauro diem dixit, & bello ſociali, vel, ut alii appellant, Italico aut Marſico, periit: tertius, qui, quod equidem ſciam, nusquam nominatur; cur tamen eum fuiſſe credi poſſit cauſas oſtendi: quartus, M. Catonis Uticenſis frater, qui filiam, ut à Plutarcho ſcriptum animadverti, moriens reliquit, adoptato, ut diximus, ſororis ſuæ Serviliæ filio, M. Bruto. *P. Manut.*

13. *Sed inſici tamen jam debet &c.*] Scaliger noſter adſcripſit, legere ſe, *ſed ſuffici.* Sic Cicero Hortenſio: *Uti qui combibi purpuram volet, ſufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam &c.* Gruter.

14. *Paratior: ſic, & quidem diligentius &c.*] Emendavi locum è Pal. pr. in quo tamen *paratior ſit. & quidem:* Lectio noſtra ſententiæ magis quadrat quàm Lambinianum, nimis licenter invectum. *Idem.*

15. *Sic equidem diligentius.*] *Hic equidem &c.* ſcribendum ex antiquo codice. *Urſin.*

16. *Ariſtotelios.*] Ita Pal. pr. quomodo & in ſuis reperit Lambinus.

bam eſſe, veni ut auferrem, quos legerem, dum eſſem otioſus: quod quidem nobis (ut ſcis) non ſæpe contingit. Quàm vellem, inquit, te ad Stoicos [n] inclinaviſſes! erat enim, ſi cujusquam, certè tuum, nihil præter virtutem in bonis ducere. Vide, ne magis, inquam, tuum fuerit, cùm [o] re idem tibi, quod mihi videretur, non nova te rebus nomina imponere. ratio enim noſtra conſentit, oratio pugnat. Minimè verò, inquit ille, conſentit. quidquid enim præter id, quod honeſtum ſit, expetendum eſſe dixeris in bonisque numeraveris: & honeſtum ipſum, quaſi virtutis lumen, exſtinxeris, & virtutem penitus everteris.

n *incli-naſſes alii.*

o *in re alii.*

11 Dicuntur iſta, Cato, magnificè, inquam: ſed videſne verborum gloriam tibi cum Pyrrhone & Ariſtone, qui omnia exæquent, eſſe communem? * de quibus cupio ſcire quid ſentias. Ergone quæris, inquit, ſcire, quid ſentiam? quos bonos viros, fortes, juſtos, moderatos aut audivimus in republica fuiſſe, aut ipſi vidimus; qui, ſine ulla doctrina naturam ipſam ſecuti, multa laudabilia fecerunt; eos meliùs à natura inſtitutos fuiſſe quàm inſtitui potuiſſent à philoſophia, ſi ullam aliam probaviſſent, præter eam, quæ nihil aliud in bonis habet, niſi honeſtum: nihil, niſi turpe, in malis: [17] ceteræ philoſophorum diſciplinæ omnino alia magis aliâ; ſed tamen omnes, quæ rem ullam virtutis expertem

nus. idem paullo poſt ignorabat voculam *ut*, deinde præpoſitionem *in*; ideoque utramque expunxi, monitus præterea à Lambino abfuiſſe item à ſuis. *Gruter.*

17. *Ceteras philoſophorum diſciplinas, omnino aliam magis, aliam minus &c.*] Sic edendum curavi, libris omnibus invitis, qui ſic habent, *cetera philoſophorum diſciplina, omninò alia magis, alia minus, ſed tamen omnes, &c.* planè mendoſè quis non videt? Dici enim Latinè non poteſt, *arbitror ceteras philoſoph. diſciplinas &c. nihil adjuvare &c.* Itaque vel committendum, ut Cicero ſolœcè locutus ſit, quod eſt incredibile: aut ſic, ut edidi, legendum. Paucis poſt verbis quis non videt hanc lectionem eſſe mancam & laceram, *quæ rem ullam virtutis expertem, aut in bonis, aut in malis numerent, &c.* quamvis omnes libri ſic habeant? itaque ſic edidi, & omnino ſic legendum, *quæ rem ullam aut virtutis expertem in bonis; aut turpitudinis,* ſeu, *aut vitii in malis numerent, &c.* Lambinus. *Omnia alia magis alia; ſed tamen.*] Palatinus pr. ſuſtulit heic Ciceronis ſolæcum, auferendo illud *minus*, quod in omnibus erat editionibus. itaque faceſſant deinde tot mutationes Lambini. *Gruter.*

tem aut in bonis aut in malis numerent, eas non modò nihil adjuvare arbitror, [18] neque affirmare, quo meliores ſimus, ſed ipſam depravare naturam. nam [p] ſi hoc non obtineatur, id ſolum bonum eſſe, quod honeſtum ſit: nullo modo probari poſſit, beatam vitam virtute effici. quòd ſi ita ſit; [q] cur opera philoſophiæ ſit danda neſcio. ſi enim ſapiens aliquis miſer eſſe poſſit, næ ego iſtam glorioſam memorabilemque virtutem non [r] magno æſtimandam putem.

p niſi *MS. P. B.*
q *Vict.* an *in MSS.* cur *deeſt.*
r magni *Lamb.*

12 IV. Quæ adhuc, Cato, à te dicta ſunt, eadem, inquam, dicere poſſes, ſi ſequerere Pyrrhonem, aut Ariſtonem. nec enim ignoras, his iſtud honeſtum, non ſummum modo, ſed etiam (ut tu vis) ſolum bonum videri. quod ſi ita eſt, ſequitur id ipſum, quod te velle video, omnes ſemper beatos eſſe ſapientes. hosne igitur laudas, & hanc eorum ſententiam ſequi nos cenſes oportere? Minimè verò iſtorum quidem, inquit. cùm enim virtutis hoc proprium ſit, earum rerum, quæ ſecundùm naturam ſint, habere [s] delectum; qui omnia ſic exæquaverunt, ut in utramque partem ita paria redderent, uti nulla ſelectione uterentur [t] ejus, virtutem ipſam ſuſtulerunt.

s dilectum *alii.*
t ejus *alii delent.*

13 Iſtud quidem, inquam, optimè dicis: ſed quæro, [v] nonne tibi faciendum idem ſit, nihil dicenti bonum, quod non rectum honeſtumque ſit, reliquarum rerum diſcrimen omne tollenti? Si quidem, inquit, tollerem:

v numne *alii.*

14 ſed relinquo. Quonam modo, inquam, ſi una virtus, unum iſtud, quod honeſtum appellas, rectum, laudabile, decorum (erit enim notius quale ſit, pluribus notatum vocabulis idem declarantibus) id ergo, inquam, ſi ſolum eſt bonum, quid habebis præterea, quod ſequare? aut, ſi nihil malum, niſi quod turpe, inhoneſtum, indecorum, pravum, flagitioſum, fœdum, ut hoc quoque pluribus nominibus inſigne faciamus: quid præterea dices eſſe fugiendum? Non ignoranti, inquit, tibi, quid ſim dicturus, ſed aliquid, ut ego ſuſpicor, ex

P. XCIII.

18. *Neque affirmare quo meliores ſumus.*] Legendum potius *Affirmare:* quod verbum & quid ſignificet apparet, & alibi legimus *informare conformare*que, ut alienum illud non debeat videri. *Camer. Neque affirmare.*] Ab exilio revocavi hanc ſcripturam, quod & Aldus & Victorius eam exhibuiſſent, hæreretque in Pall. ſex. recentiores admiſerant *afferre.* Gruter.

19. Re-

ex mea brevi reſponſione arripere cupienti, non reſpon-
debo ad ſingula: explicabo potiùs, quoniam otioſi ſu-
mus, niſi alienum putas, totam Zenonis Stoicorum-
que ſententiam. Minimè id quidem, inquam, alie-
num: multumque ad ea, quæ quærimus, explicatio
tua iſta profecerit. Experiamur igitur, inquit, etſi ha-
bet hæc Stoicorum ratio difficilius quiddam & obſcurius.
nam cùm in Græco ſermone hæc ipſa quondam [19] re-
rum nomina [20] novarum nova videbantur, quæ nunc
conſuetudo diuturna trivit: quid cenſes in Latino fore?

Facillimum id quidem eſt, inquam. ſi enim Zenoni 15
licuit, cùm rem aliquam inveniſſet inuſitatam, inaudi-
tum quoque ei rei nomen imponere, cur non liceat
Catoni? nec tamen exprimi verbum è verbo neceſſe
erit, ut interpretes indiſerti ſolent, cùm ſit verbum,
[21] quod idem declaret, magis uſitatum. equidem ſoleo
etiam, quod uno Græci, ſi aliter non poſſum, idem
pluribus verbis exponere: & tamen puto concedi nobis
oportere, ut Græco verbo utamur, ſi quando minùs
occurret Latinum, ne hoc ephippiis & acratophoris
potiùs quàm proegmenis & apoproegmenis conce- [x] *alii* pro-
datur. quamquam hæc quidem [x] præpoſita rectè & poſita.
rejecta dicere licebit. Bene facis, inquit, quòd me ad- 16
juvas: & iſtis quidem, quæ modò dixiſti, utar potiùs
Latinis. in ceteris ſubvenies, ſi me hærentem videbis.
Sedulò, inquam, faciam. Sed fortuna fortes. quare
conare, quæſo. quid enim hoc poſſumus agere divi-
nius?

V. PLA-

19. *Rerum nomina novarum nova videbantur.*] Conjecturam hanc Paulli Manutii ſcriptis ſuis adjuvari prodidit Lambinus. fieri poteſt; ſed Palatini non accedunt, in quibus *novarum non videbantur*; aut *novantur non videbantur*. in ſexto vox *novarum* tota evanuit. Victorius ediderat, *novarum novabantur*. Scaligero placebat, *nomina novabantur*, reciſis ceteris. *Gruter.*

20. *Novarum non videbantur.*] Alii, *novarum novabantur*, ſenſu mihi non admodum probato. non enim reſpondet ad illud, quod dixit, *difficilius & obſcurius.* potius legendum crederem, *novarum nova viderentur:* ut, *nova*, accipiatur quaſi duriora & nimis obſcura: quod accidere ſolet, cum nominibus utimur inauditis. *P. Manut.*

21. *Quod idem declaret magis uſitatum.*] Expunxi vocem *minusque*, ſed accedente auctoritate Pal. pr. ut & ipſius ſententiæ venuſtate. reſtat tamen in Pal. ceteris omnibus: adeo & heic verum eſt, *non graviſſimum eſſe teſtimonium multitudinis.* Grut.

 22. *Prin-*

V. PLACET his, inquit, quorum ratio mihi probatur, ſimulatque natum ſit animal (hinc enim eſt ordiendum) ipſum ſibi conciliari & commendari ad ſe conſervandum, & ad ſuum ſtatum, [y] & ad ea, quæ conſervantia ſunt ejus ſtatûs, diligenda: alienari autem ab interitu iiſque rebus, quæ interitum videantur afferre. id ita eſſe ſic probant, quòd antè quàm voluptas aut dolor attigerit, ſalutaria appetant parvi, aſpernenturque contraria. quod non fieret, niſi ſtatum ſuum diligerent, interitum timerent. fieri autem non poſſet, ut appeterent aliquid, niſi ſenſum haberent ſui, eoque ſe [z] & ſua diligerent. ex quo intelligi debet, [22] principium ductum eſſe à ſe diligendi.

y æquè quæ *MS.* P. B.

z & ſua *non eſt in MS.*

17 In principiis autem naturalibus [a] diligendi ſui plerique Stoici non putant voluptatem eſſe ponendam. quibus ego vehementer aſſentior: ne, ſi voluptatem natura poſuiſſe in iis rebus videatur, quæ primæ appetuntur, multa turpia ſequantur. ſatis eſſe autem argumenti videtur, quamobrem illa, quæ naturâ prima ſunt [23] aſcita, naturâ diligamus; quòd eſt nemo, quin, cùm utrumvis liceat, aptas malit & integras omnes partes corporis quàm eodem uſu imminutas aut detortas habere. [24] rerum autem cognitiones; vel, ſi hæc verba aut minùs placent, aut minùs intelliguntur, καταλήψεις appellemus licet: eas igitur ipſas propter ſe aſciſcendas arbitramur, quòd habeant quiddam in ſe quaſi complexum & continens veritatem. id autem in parvis intelligi poteſt; quos delectari videamus, etiam ſi eorum nihil interſit, ſi quid ratione per ſe ipſi invenerunt.

a diligendo *alii.*

Ar-

22. *Principium ductum eſſe à ſe diligendo. in principiis autem naturalibus plerique &c.*] Ita opinor legendum ex manuſcripto: in vulgatis autem abundant verba *diligendi ſui*: & pro *diligendo* ſcriptum eſt *diligendi*, quam lectionem notavit etiam Morelius. *Urſin.*

23. *A ſe ita naturâ dil.*] Alii, *Aſcita.* Et quidem apparet facili levique momento accidere potuiſſe, ut alterutra ſcriptio in archetypo reperta ita mutaretur a librario: utra tamen retinenda potius eſſe videatur non auſim pronuntiare. *Camer.*

24. *Rerum autem cognitiones.*] Sic aliquot Palatini; & verò cum ſequatur, *ſi hac verba aut minus placent*, fuit certè plus uno verbo. itaque omiſſum meritò revocavi. quemadmodum etiam bis répoſui voculam *aut*, ſuaſu earundem membranarum; cùm ſemel tantum repræſentaſſent edd. vulgatæ. *Gruter.*

25. Qua

Artes etiam ipſas propter ſe aſſumendas putamus; cùm 18
quia ſit in his aliquid dignum aſſumptione, tum quòd conſtent ex cognitionibus, & contineant quiddam in ſe ratione conſtitutum & via. à falſa autem aſſenſione magis nós [b] alienatos eſſe quàm à ceteris rebus, [25] quæ ſunt contra naturam, arbitrantur. Jam membrorum, id eſt partium corporis, alia videntur propter eorum uſum à natura eſſe donata, ut manus, crura, pedes, ut ea, quæ ſunt intus in corpore, quorum utilitas quanta ſit à medicis etiam diſputatur: [26] alia autem nullam ob utilitatem, quaſi ad quendam ornatum, ut cauda pavoni, plumæ verſicolores columbis, viris mammæ atque barba.

b alienos conj. Lamb.

P. XCIV.

Hæc dicuntur fortaſſe jèjuniùs: ſunt enim quaſi pri- 19
ma elementa naturæ; quibus ubertas orationis adhiberi vix poteſt, nec equidem eam cogito conſectari: verumtamen cùm de rebus grandioribus dicas, ipſæ res verba rapiunt. ita fit cùm gravior tum etiam ſplendidior oratio. Eſt ut dicis, inquam. ſed tamen omne, quod de re bona dilucidè dicitur, mihi præclarè dici videtur. iſtiusmodi autem res dicere ornatè velle puerile eſt: planè autem & perſpicuè expedire poſſe docti & intelligentis viri.

VI. PROGREDIAMUR igitur, quoniam, inquit, ab his principiis naturæ diſceſſimus: quibus congruere debent, quæ ſequuntur. ſequitur autem prima diviſio hæc. Æſtimabile eſſe dicitur: ſic enim, ut opinor, 20
[27] appellamus id, quod aut ipſum ſecundùm naturam ſit, aut tale quid efficiat, ut ſelectione dignum propterea ſit, quòd aliquod pondus habeat dignum æſtimatione: quam ille ἀξίαν vocat: contraque inæſtimabile, quod ſit ſuperiori contrarium. initiis igitur ita conſtitutis, ut ea, quæ ſecundùm naturam ſunt, ipſa propter ſe ſumenda ſint, contrariaque item [c] rejicienda; primum eſt officium (id enim appello καθῆκον) ut ſe conſervet in na-

c reicienda MS.

25. *Quæ ſunt contra naturam, arbitrantur.*] *Arbitramur* habet liber manuſcriptus. *Urſin.*

26. *Alia autem nullam ob utilitatem.*] Lectionem minus veram arguit Pal. pr. in quo *alia tuitur nullam &c.* quo quid voluerit indicare librarius neſcio. *Gruter.*

27. *Appellamus* *.] Verbum Græcum deſideratur, fortaſſe, ἀξιόλογον· nam ἀξία, *æſtimatio*, ut ipſe proximè ſubjungit. *P. Manut.*

naturæ ſtatu: deinceps ut ea teneat, quæ ſecundùm naturam ſint, pellatque contraria: [28] quæ, inventa ſelectione & item rejectione, ſequuntur: deinceps [d] cum officio ſelectio. deinde ea perpetua, tum ad extremum conſtans conſentaneaque naturæ: in qua primùm ineſſe incipit & [e] intelligi, quid ſit, quod verè bonum poſſit dici.

d officiorum *Lamb.* P. B.
e intelligit *MSS. & Vict.*

21 Prima eſt enim conciliatio hominis ad ea, quæ ſunt ſecundùm naturam. [29] ſimul autem cepit intelligentiam, vel notionem potiùs, quam appellant ἔννοιαν illi, viditque rerum agendarum ordinem &, ut ita dicam, concordiam: multo eam pluris æſtimavit quàm omnia illa, quæ primùm dilexerat, atque ita [f] cognitione & ratione collegit, ut ſtatueret, in [g] eo collocatum ſummum illud hominis per ſe laudandum & expetendum bonum, [30] quod cùm poſitum ſit in eo, quod ὁμολογίαν Stoici, nos appellemus convenientiam, ſi placet: cùm igitur in eo ſit id bonum, quò referenda ſunt omnia honeſtè facta, [h] ipſumque honeſtum, quod in bonis ducitur, quamquam pòſt oritur, tamen id ſolum vi ſua & dignitate expetendum eſt: eorum autem, quæ ſunt prima [i] naturæ, propter ſe nihil expetendum.

f *ita Vict.* cogitatione *Lamb.*
g ea *alii.*
h ipſum *Lamb.*
i naturâ *alii.*

Cùm verò illa, quæ officia eſſe dixi, proficiſcantur ab
22 initiis naturæ; ea ad hæc referri neceſſe eſt: ut rectè dici poſſit, omnia officia eò referri, ut adipiſcamur principia naturæ: nec tamen ut hoc ſit bonorum ultimum, propterea quòd non ineſt in primis naturæ conciliationibus honeſta actio. conſequens enim eſt, & pòſt

28. *Qua inventa ſelectione &c.*] Hoc totum ita reſtituo, adjutus à vetere libro, *qua inventa ſelectione, & item rejectione ſequitur deinceps cum officio ſelectio.* P. Manut. *Qua, inventa ſelectione.*] Obſcura iſta ſunt, ideoque nihil temerè audeo. verior tamen videtur ſcriptura Pal. primi & tertii: *Qua inventa ſelectione, & item rejectione, ſequitur deinceps cum officio ſelectio.* Gruter.

29. *Simul autem cepit.*] Scribendum, *ſimul ac cepit*: ita enim eſt in vetere libro. *Urſin.*

30. *Quod poſitum ſit in eo.*] Antiqui libri, *quod compoſitum ſit in eo*, abſurdè prorſus, niſi facias, quod ſæpe faciendum eſt, ut antiquos libros conjecturâ adjuves. ſic igitur puto elegantius & rectius, *quod cum poſitum ſit in eo, quod ὁμολογίαν Stoici, nos appellemus convenientiam, ſi placet; cum igitur in eo ſit id bonum, quò referenda ſunt omnia: honeſtè facta &c.* Atque etiam in membro præcedenti melius, opinor, *ſtatueret in ea*, quàm, *ſtatueret in eo.* *P. Manut.*

XI. Ne

pòſt oritur, ut dixi. eſt tamen ea ſecundùm naturam, multóque nos ad ſe expetendam magis hortatur quàm ſuperiora omnia. ſed ex hoc primùm error tollendus eſt, 31 nequis ſequi exiſtimet, ut duo ſint ultima bonorum. 32 Ut enim, ſicui ſit propoſitum, 33 collineare haſtam aliquò, aut ſagittam, ſicut nos 34 ultimum in bonis dixi-

31. *Ne quis ſequi exiſtimet.*] Ita Lambini membranæ, ita Palatini Principis numero quatuor: ſtantque tantum duo ab illo vulgato, *ne quis ſit qui exiſtimet.* Gruter.

32. *Ut enim, ſi cui ſit propoſitum, collimare haſtam aliquò, &c.*] Locus eſt valde corruptus & perturbatus, quem conatus ſum verbis, in ſuum ordinem reſtitutis, emendare. Omninò hoc aſſecutus ſum, ut, cùm uſu recepta lectio ſit inexplicabilis, neque ex ea probabilis ulla ſententia exprimi poſſit, ex hac noſtra emendatione ſententia, ſuperioribus maximè conſentanea, elici queat: neque quidquam de meo ſit additum, ſed tantùm ordo verborum, qui perturbatus erat, reſtitutus. De verbo *collimandi* autem, quia video quosdam doctos exiſtimare, *collineare* potius eſſe ſcribendum quàm *collimare*: vereor ne aliud ſit *collimare*, aliud *collineare*: & *collimare* quidem ſit limis oculis aliquid intueri: *collineare* verò rectâ lineâ telum aliquod aliquò dirigere. Itaque in libro II. de Div. putem ſic legendum: *Quis eſt, qui totum diem jaculans, non aliquando collineet?* non ut vulgò, *non aliquando collimet?* & contrà hìc rectè legi arbitror, *collimet* & *collimare haſtam.* Verumtamen judicent eruditiores. nam *collineare* mihi ſuſpectum eſt. *Lambin.* *Ut enim, ſi cui ſit propoſitum collimare haſtam aliquò, aut ſagittam ut feriat, ſicut nos ultimum in bonis diximus: ſic huic in hujusmodi ſimilitudine omnia ſunt facienda ut collimet, & tantum niti, ut omnia faciat, quo propoſitum aſſequatur.*] Ita legitur hic locus in vetere libro, minus ut videtur quàm in vulgatis mendoſè. In lib. II. de Divinatione dixit: *Quis eſt, qui totum diem jaculans non aliquando collimet?* Ut de verbo *collimare* non ſit dubitandum, etſi alii pro eo, *collineet*, repoſuerint. *Urſin.* *Ut enim, ſi cui, &c.*] Apparet quid ſignificet: ſed ita nonſolum corrupta, verum etiam, ut ego ſentio, confuſa & præpoſterè collocata ſunt verba, ut emendari locus & diſtingui à nobis ſine arrogantiæ nota non poſſit. *Collineare* autem dicitur is, qui eum locum fecit, ad quem oculi directo, quaſi lineâ ductâ, feruntur: ut *collineare* ſit ſimul cum oculis locum veluti per lineam ferire. *P. Manut.*

33. *Collineare haſtam aliquò &c.*] Nolui diſcedere ab editione Victorii. aliæ enim *collimare*; quomodo ferè Pall. noſtri, niſi quod tert. *colimare*, quart. *collunare*. at primus ille diſertè habet *conlineare*; quod tamen magis comparet in ſequenti *conliniet*. quam probare debeam lectionem neſcio. fas ſcire non eſt omnia; præſertim jam ſeni: nam juventuti ſane aliquid ignorare turpiſſimum. itaque ipſa diſcutiat. *Grut.*

34. *Ultimum in bonis diximus.*] Nihil reperio auxilii in Pal. pr. re-

diximus: ſic illi facere omnia, quæ poſſit, ut collineet: huic in ejus ſimilitudine omnia ſint facienda, ut collineet; & tamen ut omnia faciat, quò propoſitum
P. XCV. aſſequatur: ſed hoc, quaſi ultimum, quale nos ſummum in vita bonum dicimus: illud autem, ut feriat, quaſi ſeligendum, non expetendum.

23 VII. CUM AUTEM omnia officia à principiis naturæ proficiſcantur, ab iiſdem neceſſe eſt proficiſci ipſam ſapientiam. Sed quemadmodum ſæpe fit, ut is, qui commendatus ſit alicui, pluris eum faciat, cui com-
k quo ſit; minimè *Lamb.* mendatus ſit, quàm illum, à [k] quo; ſic minimè mirum eſt, primò nos ſapientiæ commendari ab initiis naturæ, pòſt autem ipſam ſapientiam nobis cariorem fieri quàm illa ſint, à quibus ad hanc venerimus. atque ut membra nobis ita data ſunt, ut ad quandam rationem
l appareat *alii.* vivendi data eſſe [l] appareant: ſic appetitio animi, quæ ὁρμὴ Græcè vocatur, non ad quodvis genus vitæ, ſed ad quandam formam vivendi videtur data: itemque & ratio, & perfecta ratio.

24 Ut enim hiſtrioni [m] actio, ſaltatori motus, non quivis, ſed certus quidam eſt datus: ſic vita agenda eſt certo genere quodam, non quolibet: quod genus conveniens conſentaneumque dicimus. nec enim gubernationi aut medicinæ ſimilem ſapientiam eſſe arbitramur, ſed actioni illi potiùs, quam modò dixi, & ſaltationi, ut in ipſa arte inſit, non foris petatur extremum, id eſt artis effectio. & tamen eſt etiam alia cum his ipſis artibus ſapientiæ diſſimilitudo; propterea quòd in illis, quæ rectè facta ſunt, non continentur tamen omnes partes, è quibus conſtant. quæ autem nos aut recta, aut rectè facta dicamus, ſi placet, illi autem appellant κατορθώματα, omnes numeros virtutis continent. ſola enim ſapientia in ſe tota [n] converſa eſt: quod idem in ceteris artibus non fit.

m actio ſaltatorii *alii.*

n verſa *conj. Lamb.*

25 P. B. Inſcitè autem medicinæ & gubernationis ultimum cum ultimo ſapientiæ comparatur. ſapientia enim & animi

reſpondet ferè vulgatis: ſolummodò habet heic *dicimus*, & ſtatim *ejusmodi*, pro publicato *ejus*. denique non agnoſcit illud *ut* ante *conliniet* ſecundo poſitum loco. Scaliger adſcripſit *huic in ejus*, cum vocibus ſequentib. ſeptem, non comparere in mſ. ſuo, & ſtatim, loco *tamen*, adnotavit, *tum*. denique ex eod. vetere reſtituit, *nos ſummum bonum in vita bonum: illud*. ſine dictione *dicimus*. Grut.

35. Quod

animi magnitudinem complectitur, & juſtitiam, & ut omnia, quæ homini accidant, infra ſe eſſe judicet: quod idem in ceteris artibus non contingit. Tenere autem virtutes eas ipſas, quarum modò mentionem feci, nemo poterit, niſi ſtatuerit, nihil eſſe, quod interſit aut differat aliud ab alio, præter honeſta & turpia. Videamus nunc, quàm ſint præclarè illa iis, quæ jam poſui, conſequentia.

Cùm enim hoc ſit extremum (ſentis enim, credo, 26
me jam diu, quod τέλος Græcus dicat, id dicere tum extremum, tum ultimum, tum ſummum: licebit etiam finem pro extremo aut ultimo dicere) cùm ergo hoc ſit extremum, congruenter naturæ convenienterque vivere, neceſſariò ſequitur, omnes ſapientes ſemper feliciter, abſolutè, fortunatè vivere, nulla re impediri, nullâ prohiberi, nullâ egere. Quod autem continet non magis eam diſciplinam, de qua loquor, quàm vitam fortunasque noſtras, id eſt, ut, quod honeſtum ſit, id ſolum bonum judicemus.

VIII. POTEST id quidem fuſè, & copioſè, & omnibus [o] electiſſimis verbis graviſſimisque ſententiis rhetoricè & augeri & ornari: ſed conſectaria me Stoicorum brevia & acuta delectant. Concluduntur igi- 27
tur eorum argumenta ſic: Quod eſt bonum, omne laudabile eſt. quod autem laudabile eſt, omne honeſtum eſt. bonum igitur quod eſt, honeſtum eſt. Satisne hoc concluſum videtur? Certè. quod enim efficiebatur ex his duobus, quæ erant ſumpta, in eo vides eſſe concluſum. duorum autem, è quibus effecta concluſio eſt, contra ſuperius dici ſolet, non omne bonum eſſe laudabile. nam quod [p] laudabile ſit, honeſtum eſſe conceditur. Illud autem perabſurdum, Bonum eſſe aliquid, quod non expetendum ſit: aut expetendum, quod non placens: aut, ſi id, non etiam diligendum. ergo & probandum. ita etiam laudabile. id autem honeſtum. ita fit, ut, quod bonum ſit, id etiam honeſtum ſit.

[o] lectiſſimis *alii.*

[p] honeſtum ſit laudabile eſſe *edd. vett.*

P. XCVI.

Deinde quæro, quis aut de miſera vita poſſit gloria- 28
ri, aut non de beata? de ſola igitur beata. ex quo efficitur, gloriatione, ut ita dicam, dignam eſſe beatam vitam: [35] quod non poſſit quidem niſi honeſtæ vitæ jure

35. *Quod non poſſit quidem niſi &c.*] Vox *quidem* non videtur in Pal.

jure contingere. ita fit, ut honeſta vita beata vita ſit. & quoniam is, cui contingit, ut jure laudetur, habet inſigne quiddam ad decus & ad gloriam, ut ob ea, quæ tanta ſint, beatus dici jure poſſit: idem de vita talis viri rectiſſimè dicitur. ita, ſi beata vita honeſtate cernitur: quod honeſtum eſt, q id bonum ſolum habendum eſt.

q id ſolum bonum *alii.*

29 Quod verò negari nullo modo poſſit, quem umquam ſtabili, & firmo, & magno animo, quem fortem virum dicimus, effici poſſe, niſi conſtitutum ſit, non eſſe malum dolorem? Ut enim qui mortem in malis ponit, non poteſt eam non timere: ſic nemo ulla in re poteſt id, quod malum eſſe r decernit, non curare idque contemnere: quo poſito & omnium aſſenſu approbato, illud aſſumitur, eum, qui magno ſit animo atque forti, omnia, quæ cadere in hominem poſſint, deſpicere & pro nihilo putare. quæ cùm ita ſint, effectum eſt, nihil eſſe malum, quod turpe non ſit. Atque iſte vir altus & excellens, magno animo, verè fortis, infra ſe omnia humana ducens, is inquam, quem efficere volumus, quem quærimus certè, & confidere ſibi debet, & ſuæ vitæ & actæ & conſequenti, & benè de ſe judicare, ſtatuens nihil mali poſſe incidere ſapienti. ex quo intelligitur s idem illud, ſolum bonum eſſe, quod honeſtum ſit; t idque eſſe beatè vivere, v honeſtè, id eſt, cum virtute vivere.

r decreverit *MS.*

P. B.

s *alii* idem, illud ſolum.

t idemque *alii.*

v & honeſt. *iid.*

IX. Nec verò ignoro varias philoſophorum fuiſſe ſententias, eorum dico, qui ſummum bonum, quod ultimum appello, in animo ponerent. quas quamquam
30 vitioſè quidam ſecuti ſunt, tamen non modò his tribus, qui virtutem à ſummo bono ſegregaverunt, cùm aut voluptatem, aut vacuitatem doloris, aut prima naturæ in ſummis bonis ponerent, ſed x etiam alteris tribus, qui mancam fore putaverunt, ſine aliqua acceſſione, virtutem, 36 ob eamque rem trium earum rerum, quas ſu-

x jam *alii.*

Pal. pr. at reſtat ea in Pall. ceteris; è quibus habet ſec. *quidem inhoneſta vita jure conting.* quod & reſtat in quart. quinto, ſexto. habetque ſuam heic quoque ſententiam minimè abſurdam. perpendant accuratiores. *Gruter.* *Quod ne poſſit quidem* conjecit Lambinus.

36. *Ob eamque rem trium earum rerum, quas ſuprà dixi, ſingulis ſingulas add.*] Sic habent omnes libri vett. hoc uno à vulgatis diſcrepantes, quòd hi habent, *ſingulas ſingulis:* illi, ordine converſo,

ſuprà dixi, ſingulis ſingulas addiderunt: his tamen omnibus eos antepono, [37] cuicuimodi ſunt, qui ſummum bonum in animo atque in virtute poſuerunt.

Sed ſunt tamen perabſurdi & ii, qui, cum ſcientia 31
vivere, ultimum bonorum, & qui nullam rerum differentiam eſſe dixerunt, atque ita ſapientem beatum fore, nihil aliud alii momento ullo anteponentem: ut quidam Academici conſtituiſſe dicuntur, extremum bonorum & ſummum munus eſſe ſapientis, obſiſtere viſis, aſſenſusque ſuos firmè ſuſtinere. His ſingulis copioſè reſponderi ſolet. ſed quæ perſpicua ſunt, longa eſſe non debent. Quid autem apertius quàm, ſi ſelectio nulla ſit ab iis rebus, quæ contra naturam ſint, earum rerum, quæ ſint ſecundùm naturam, [38] tollatur omnis ea, quæ quæ-

ſo, *ſingulis ſingulas.* ſententia autem plana eſt. hoc enim ſignificat Cicero, & quia tres illi virtutem ſine aliqua acceſſione mancam ac debilem fore putaverunt, idcirco ſingulas trium illarum rerum, nempe vel prima naturæ, vel voluptatem, vel vacuitatem doloris addiderunt ſingulis ſuis finibus, nempe virtuti. Sed, ne mentiar, videtur inſolens locutio, *addiderunt ſingulas res ſingulis*, cum ſingulæ res, quæ adduntur, tres ſunt: ea res autem, ad quam fit acceſſio, una eſt & ſimplex, videlicet virtus. Quare faciliùs adducor ut aſſentiar P. Fabro Arverno, qui cenſet legendum, *ſingulas ſinguli add.* quam ejus conjecturam eo libentius probo, quòd libri veteres habent, *ſingulis ſingulas*, ut dixi, non ut recentiores, *ſingulas ſingulis.* Credibile eſt enim ſcriptorem librarium *ſingulis ſingulas* ſcripſiſſe, pro *ſinguli ſingulas*, non inuſitatè. nam ſæpe litera, à qua vox ſequens initium capiebat, addebant ultimæ ſyllabæ vocis antecedentis, ut hîc *s* additum eſt voci *ſingulis*, propterea quòd vox *ſingulas* habet eandem in principio literam; & contra interdum omittebant, ut aliàs oſtendimus. Præterea, ſi legamus, *ſinguli*, & ſententia erit planior, & explicatio facilior. *ſinguli* enim intelligentur Ariſtoteles, ſeu Peripatetici, Callipho, Diodorus, qui virtuti res ſingulas ex illis tribus addiderunt. ſic igitur legendum arbitror, *ſinguli ſingulas addiderunt &c.* Lambin.

37. *Cujuscujusmodi ſunt.*] Eſt à Lambino. communis enim lectio, *cujusmodi ſunt*; quomodo & Pall. quinque. nam primus noſter heic mutilus eſt, habetque tantum; *eos ante potui modi ſunt*. Gruter. In quo poſtremo clara ſedent veſtigia τοῦ *cuimodi*, quomodo ſolent MSSti, & habent quoque nonnulli pro *cuicuimodi*, quod affatim illuſtrat pater in notis ad Gellium lib. II. cap. 8. Inde quod aperte ſe in MSStis exhibebat, malui reſtituere Tullio, quàm merum Lambinianum ei propinare. *Gronov.*

38. *Tollatur omnis ea.*] Nihil obſcuritatis in ſententia: in elocutione fortaſſe aliquid deſiderarem; hoc enim, *quid apertius quàm tollatur omnis prudentia?* recedere videtur ab uſu Lat. linguæ. uſitatum autem erat, *quid apertius quàm tolli omnem prudentiam?* conſu-

quæratur laudeturque prudentia? Circumſcriptis igitur iis ſententiis, quas poſui, 39 & iis, quæ ſimiles earum ſunt, relinquitur, ut ſummum bonum ſit, vivere, ſcientiam adhibentem earum rerum, quæ naturâ eveniant, ſeligentem, quæ ſecundùm naturam, y &, ſi quæ etiam contra naturam ſunt, rejicientem. id eſt convenienter congruenterque naturæ vivere.

y & quæ *Lamb.*
P. XCVII.

32 Sed in ceteris artibus z cùm dicitur artificioſè, poſterum quodam modo & conſequens putandum eſt: quod illi ἐπιγεννηματικὸν appellant. quod autem in a quo ſapienter dicimus, id b adprimè rectiſſimè dicitur. quidquid enim à ſapiente proficiſcitur, id continuò debet expletum eſſe omnibus ſuis partibus. in eo enim poſitum eſt id, quod dicimus eſſe expetendum. nam ut peccatum eſt, patriam prodere, parentes violare, fana depeculari, quæ ſunt in effectu: ſic timere, ſic mærere, ſic in libidine eſſe, peccatum eſt, etiam ſine effectu. verùm ut hæc non in poſteris & in conſequentibus, ſed in primis continuò peccata ſunt: ſic ea, quæ proficiſcuntur à virtute, ſuſceptione prima, non perfectione, recta ſunt judicanda.

z quod *Lamb.*
a aliquo *idem.*
b adprimò *Grut. malè.*

33 X. Bonum autem, quod in hoc ſermone toties uſurpatum eſt, id etiam definitione c explicetur. ſed eorum definitiones paullum oppidò inter ſe differunt, & tamen eodem ſpectant. Ego aſſentior Diogeni, qui bonum definierit, id, quod eſſet naturâ abſolutum. 40 id autem ſequens, illud etiam quod prodeſſet (ὠφέλημα enim ſic appellemus) motum aut ſtatum eſſe dixit, è na-

c explicatur *MS.*

ſului veteres libros, nihil adjumenti. habet unus, *tollatur demum omnis ea:* quod mihi ſcrupulum non eximit, licet ad orationis elegantiam nonnihil afferat. alter, *ab iisque rebus*, quod minime probo: cum hic plane ſit verborum ordo: *ſelectio earum rerum, quæ ſint ſecundum naturam, ab iis rebus, quæ contra naturam.* P. Manut.

39. *Et his, quæ ſimiles.*] Pal. pr. & Scalig. *& iis, ſi quæ ſimiles.* mox verò eandem voculam non agnoſcunt, ubi vulgo eſt; *& ſi quæ etiam contra naturam &c.* quam & abjecit Lambinus *Gruter.*

40. *Id autem ſequens illud, quod prodeſſet.*] Poſt vocem *ſequens* tolle diſtinctionis notam; *ſequens illud autem*, id eſt quod ſequitur bonum. Omnino locus eſt obſcurus atque impeditus. hoc autem diſſimilitudinis in libris manuſcriptis reperi, quod habent, *Id autem ſequens illud etiam, quod.* Ego velim ſic legi, *Sequens autem illud, etiam id, quod prodeſſet.* Lambin.

41. Si.

natura abſoluta. Cúmque rerum notiones in animis fiant, ſi aut uſu aliquid cognitum ſit, aut conjunctione, aut ſimilitudine, aut collatione rationis; hoc quarto, quod extremum poſui [41] bonum, notitia facta eſt. cùm enim ab iis rebus, quæ ſunt ſecundùm naturam, adſcendit animus collatione rationis, tum ad notionem boni pervenit.

Hoc autem ipſum bonum, non acceſſione, neque 34
creſcendo, aut cum ceteris comparando, ſed propria vi ſua & ſentimus & appellamus bonum. Ut enim mel, etſi dulciſſimum eſt, ſuo tamen proprio genere ſaporis, P. B.
non comparatione cum aliis, dulce eſſe ſentitur: ſic bonum hoc, de quo agimus, eſt illud quidem plurimi æſtimandum, ſed ea æſtimatio genere valet, non magnitudine. nam cùm æſtimatio, quæ ἀξία dicitur, neque in bonis numerata ſit, neque rurſus in malis: quantumcumque eò addideris, in ſuo genere manebit. alia eſt igitur propria æſtimatio virtutis: quæ genere, non creſcendo, valet.

Nec verò perturbationes animorum, quæ vitam inſi- 35
pientium miſeram acerbamque reddunt: quas Græci πάθη appellant (poteram ego verbum ipſum interpretans morbos appellare: ſed non conveniret ad omnia: quis enim miſericordiam, aut ipſam iracundiam, morbum ſolet dicere? at illi dicunt πάθος. ſit igitur perturbatio, quæ nomine ipſo vitioſa declarari videtur:) nec hæ [d] perturbationis vi aliqua naturali moventur: omneſque [e] hæ ſunt genere quattuor, partibus plures, ægritudo, formido, libido, quamque Stoici communi nomine corporis & animi ἡδονὴν appellant, ego malo lætitiam appellare, quaſi geſtientis animi elationem voluptariam. perturbationes [f] autem nulla naturæ vi commoventur: omniaque ea ſunt opiniones ac judicia levitatis. itaque his ſapiens ſemper vacabit.

[d] igitur pert. *Lamb.* [e] hæ *non eſt in MS.* [f] inquam, nulla *Lamb. conj.*

XI. OMNE autem, quod honeſtum ſit, id eſſe pro- 36
pter ſe expetendum, commune nobis eſt cum multorum aliorum philoſophorum ſententiis. præter enim tres diſciplinas, quæ virtutem à ſummo bono excludunt,

42 ce-

41. *Bonum notitia facta eſt.*] Recentius cuſi, *bonorum*; ſed alterum eſt in Victoriana, habentque Palatini notæ ſelectioris. at Scaliger inter lineas poſuit, *bonum boni notitia factum eſt.* Gruter.

[42] ceteris omnibus philoſophis hæc eſt tuenda ſententia; maximè tamen his Stoicis, qui nihil aliud in bonorum numero, niſi honeſtum, eſſe voluerunt. Sed hæc quidem eſt perfacilis & perexpedita defenſio. Quis eſt

P.XCVIII.

enim, aut quis umquam fuit aut avaritiâ tam ardenti, aut tam effrenatis cupiditatibus, ut eandem illam rem, [g] quam adipiſci ſcelere quovis velit, non multis partibus malit ad ſeſe, etiam omni impunitate propoſita, ſine facinore quàm illo modo pervenire?

g quam-quam *MS.*

37 Quam verò utilitatem aut quem fructum petentes, ſcire cupimus, illa, quæ occulta nobis ſunt, [43] quo moveantur quibusque de cauſis ea verſentur in cælo? quis autem tam agreſtibus inſtitutis vivit, aut quis contrà ſtudia naturæ tam vehementer [h] obduravit, ut à rebus cognitu dignis abhorreat, easque ſine voluptate aut utilitate aliqua non requirat & pro nihilo putet? aut quis eſt, qui majorum, aut Africanorum, aut ejus, quem tu in ore ſemper [i] habes, proavi mei ceterorumque virorum fortium atque omni virtute præſtantium, facta, dicta, conſilia cognoſcens, nulla animo afficiatur voluptate?

h obduruit *Lamb.*

i habes deeſt in *MS.*

38 Quis autem honeſta in familia inſtitutus & [k] educatus ingenuè, non ipſa turpitudine, etiam ſi eum læſura non ſit, offenditur? quis animo æquo videt eum, quem im-

k reductus *alii.*

42. *Ceteris omnibus philoſophis hac eſt tuenda ſententia, maxime tamen his Stoicis, qui nihil aliud in bonorum numero niſi honeſtum eſſe voluerunt.*] Numquam placuit, *his Stoicis*, & ſuſpicatus aliquando ſum *Stoicis* non eſſe Ciceronis, ſed additum, ut exponeretur illud *his.* nunc me Philippi Tertii, cujus inter omnes noſtræ urbis oratores inſtructa Græcis ac Latinis litteris eminet eloquentia, liber antiquus in eam conjecturam ducit, ut *Stoicis* retinendum, *his* amovendum putem. mendi enim ſuſpicionem varietas affert: & eſt in eo libro, pro *his*, *in*, de quo tamen ſine hominum eruditorum ſententia nihil ſtatuo. probari autem ea, quæ ſcribimus, ab iis, quorum animus, nulla invidiæ, nulla malevolentiæ labe ſuffuſus, libere ſimpliciterquè judicat, ita gaudeo, ut ab iisdem tamen improbari facile patiar. *P. Manut.* Omnes libri veteres & recentiores habent, *maxime tamen his Stoicis &c.* Sed puto à Cicerone ſcriptum eſſe, *maxime tamen his, qui nihil aliud, &c.* vocem *Stoicis* natam eſſe ex interpretatione, cum aliquis è regione ita ſcripſiſſet *Stoicis.* Lambin.

43. *Quo moveantur.*] Lambinus, *quei moveantur.* ſed melius Pall. *quomodo moveantur:* niſi malimus cum codice Scaligerano, *quomodo novantur:* quod verius videtur; utique cùm mox præferant Pall. omnes *verſantur*, non *verſentur.* Gruter.

44. Quid

impurè ac flagitioſè putet vivere? quis non odit ſordidos, vanos, leves, futiles? [44] Quid autem dici [l] poterit, ſi turpitudinem non ipſam per ſe fugiendam eſſe [m] ſtatuemus, quò minùs homines tenebras & ſolitudinem nacti, nullo dedecore ſe abſtineant, niſi eos per ſe fœditate ſua turpitudo ipſa deterreat? Innumerabilia dici poſſunt in hanc ſententiam: ſed non neceſſe eſt. nihil eſt enim, de quo minùs dubitari poſſit, quàm & honeſta expetenda per ſe, & eodem modo turpia per ſe eſſe fugienda.

l poterat alii.
m ſtatuerimus alii.

Conſtituto autem illo, de quo antè diximus, quod honeſtum [n] ſit, id eſſe ſolum bonum: intelligi neceſſe eſt, pluris id, quod honeſtum ſit, æſtimandum eſſe quàm illa media, quæ ex eo comparentur. Stultitiam autem, & temeritatem, & injuſtitiam, & intemperantiam cùm dicimus eſſe fugienda propter eas res, quæ ex ipſis eveniant, non ita dicimus, ut cum illo, quod poſitum eſt, ſolum id eſſe malum, quod turpe ſit, hæc pugnare videatur oratio: propterea quòd ea non ad corporis incommodum referuntur, ſed ad turpes actiones, quæ oriuntur è vitiis. quas enim Græci κακίας appellant, vitia malo quàm malitias nominare. 39

n eſſet MS. P. B.

XII. [o] NÆ TU, inquam, Cato, verbis illuſtribus & id, quod vis, declarantibus. Itaque mihi videris Latinè docere philoſophiam, & ei quaſi civitatem dare: quæ quidem adhuc peregrinari Romæ videbatur, nec offerre ſeſe noſtris [45] ſermonibus: & iſta maximè propter limatam quandam & rerum & verborum tenuitatem. ſcio enim eſſe quoſdam, qui [p] quavis lingua philoſophari poſſint, nullis tamen partitionibus, nullis definitionibus [46] utuntur; ipſique dicunt, ea ſe modò probare, quibus na- 40

o ita MSS. alii Hæc tu.
p ita Ald. quamvis Vict. & alii.

44. *Quid autem dici poterat, ſi turpitudinem non ipſam per ſe fugiendam eſſe ſtatueremus.*] Emendo ex antiquo libro Bernard. Maffæi, *quid autem dici poterit, ſi turpitudinem non ipſam per ſe fugiendam eſſe ſtatuerimus*, in quo vis eſt & energia major quàm ſi *poterat* & *ſtatueremus* legatur. *P. Manut.*

45. *Sermonibus: & iſta maximè.*] Non recedit ab hac ſcriptura Pal. pr. at ceteri omnes accedunt Lambinianis, habentque: *& iſtam.* Scaliger indicat fuiſſe tantum in mſ. ſuo, *ſermonibus è liſta propter.* unde fingebat, *ſermonibus eſt quita propter &c.* Gruter. Eſt qui legendum putet *Sermonibus audebat: & iſta &c.* vix credo id fieri MSS. addicentibus.

46. *Utuntur; ipſique dicunt ea ſe modo.*] Redintegravit locum hunc

natura tacita aſſentiatur. Itaque in rebus minimè obſcuris non multus eſt apud eos diſſerendi labor. Quare attendo te ſtudioſè, &, quæcumque rebus iis, de quibus hic ſermo eſt, nomina imponis, memoriæ mando. mihi enim erit iiſdem iſtis fortaſſe jam utendum. Virtutibus igitur rectiſſimè mihi videris, & ad conſuetudinem noſtræ orationis, vitia poſuiſſe contraria. quod enim vituperabile eſt per ſe ipſum, id eo ipſo vitium nominatum puto, vel etiam à vitio dictum vituperari. ſin *κακίαν* malitiam dixiſſes, ad aliud nos unum certum vitium conſuetudo Latina traduceret. 47 nunc omni virtuti vitium contrario nomine opponitur.

41 Tum ille: His igitur ita poſitis, inquit, ſequitur
P. XCIX. magna contentio: 48 quam tractatam à Peripateticis mollius (eſt enim eorum conſuetudo dicendi non ſatis acuta, propter ignorationem dialecticæ) Carneades tuus, egregia quadam exercitatione in dialecticis ſummâque eloquentiâ, rem in ſummum diſcrimen adduxit: propterea quòd pugnare non deſtitit, in omni hac quæſtione, quæ de bonis & malis appelletur, non eſſe rerum Stoicis cum Peripateticis controverſiam, ſed nominum. mihi autem nihil tam perſpicuum videtur quàm has ſententias eorum philoſophorum re inter ſe magis quàm verbis diſſidere: 49 majorem multo inter Stoicos &

hunc controverſum Pal. pr. antea legebatur, *utuntur ipſi, qui dicunt*, plurimumque faceſſit negotii Paullo Manutio. *Grut.*

47. *Nunc omni virtute.*] *Nunc* repoſui ex vetere libro, cujus locum occupaverat *hoc.* nemo eſt autem, paullo quidem Romanæ linguæ peritior, qui *nunc*, pro *ſed*, uſurpatum ſæpiſſime tum à Cicerone, tùm ab aliis ignoret. ſi exempla aliquis petat, longe ne abeat, legat lib. de Fin. I. & procemium Tuſculanæ III. *P. Manut.* *Nunc omni virtuti vitium &c.*] Longe planius ita Pal. pr. quàm vulgati, *hoc omni &c.* & verò ſic etiam mutavit Aldus Nepos, quod pater quoque reperiſſet noſtrum *nunc* in libro vetere. Scaliger videtur reperiſſe in veteri ſuo, *hoc enim virtuti contrario nomine opponit.* Gruter.

48. *Quam tractatum à Peripateticis mollius (eſt enim &c.)*] Ita ſcripſimus, ita diſtinximus moti auctoritate Pall. pr. quarti, quinti. ſine omni gratia prius publicati: *qua pertractata eſt à Peripateticis mollius. eſt enim &c.* Idem.

49. *Majorem multo inter Stoicos & Peripateticos rerum eſſe ajo diſcrepantiam.*] Nata hæc pulcra lectio à Palat. primo. languidè admodum retrò vulgati, *majorem multo habere St. & Perip. rerum omnino diſcrepantiam.* noſtram quoque firmat Scaligeri liber, niſi quod is, *animo.* Idem.

50. *Noſtri*

& Peripateticos rerum eſſe ajo diſcrepantiam quàm verborum. quippe cùm Peripatetici omnia, quæ ipſi bona appellant, pertinere dicant ad beatè vivendum: [50] noſtri verò, quod æſtimatione omnino aliqua dignum ſit, complecti beatam vitam putent.

XIII. An verò certius quidquam poteſt eſſe 42
[51] quàm illorum ratione, qui dolorem in malis ponunt, non poſſe ſapientem beatum eſſe, cùm eculeo torqueatur? [52] eorum autem, qui dolorem in malis non habent, ratio certè cogit, uti in omnibus tormentis conſervetur beata vita ſapienti. Etenim ſi dolores eosdem [q] tolerabiliùs patiantur, qui excipiunt eos pro patria, quàm qui leviore de cauſa: opinio facit, non natura, vim doloris aut majorem, aut minorem.

q toleran-tius *alii.*

Ne illud quidem eſt conſentaneum, ut, ſi, cùm tria 43
genera bonorum ſint, quæ ſententia eſt Peripateticorum, eo beatior quisque ſit, quo ſit corporis aut externis bonis plenior, [r] ut hoc idem approbandum ſit nobis, ut, qui plura habeat, quæ in corpore magni æſtimantur, ſit beatior. illi enim corporis commodis compleri vitam beatam putant: noſtri nihil minùs. nam cùm ita placeat, ne eorum quidem bonorum, quæ nos [s] bona [t] naturæ appellemus, frequentiâ beatiorem vitam fieri, aut magis expetendam, aut pluris æſtimandam; certè

r & hoc *alii.*

P. B.

s prima naturâ *alii.*

t verè app. *MSS.*

50. *Noſtri verò, quod æſtimatione omnino aliqua dignum ſit complecti &c.*] Lectio non bona. nam primò Pall. omnes rectè habent, *compleri*; quod & in Aldina veteri. præterea Pal. pr. reponit: *noſtri non quod ex omni æſtimatione aliqua*; ejecto *omnino*; neque aliter Pal. quartus, niſi quod is non agnoſcat *ex omni*, ac retineat *omnino*. conſtituat iſthæc cui otium eſt: ego nimis feſtino. *Gruter.*

51. *Quam illorum ratione, qui.*] Lambini eſt, ſed è libris, ut ait; proximéque eis accedit Pal. pr. in quo, *quam illo ratione, qui.* tert. ac quart. habent, *quam illa ratio eſt, qui &c.* vulgati, *quam illa ratio eorum, qui &c.* Scaligeri vetus habebat *quàm ratione eorum, qui &c.* appoſitumque ex alio codice, *quàm illa ratio eſt, qui &c.* Idem.

52. *Eorum autem, qui dolorem &c.*] Nihil equidem hîc mutare auſim: ſed tamen non diſſimularim lectori, me ſuſpicari ſic à Cicerone ſcriptum eſſe, *eorum autem, qui dolorem in malis non habent, ratione certè cogi, uti in omnibus tormentis conſervetur beata vita ſapienti?* ut ſcilicet hæc verba pendeant ab illo capite, *an verò certius quiddam poteſt eſſe quàm &c.* Cogi autem interpretor hoc loco, ut ſæpe alibi uſurpat, *colligi, concludi, effici, &c.* Lambinus. *Ratio certe cogit.*] Non abhorreo ab emendatione Lambini: ſed haud etiam approbant ipſam noſtri veteres. *Gruter.*

certè minùs ad beatam vitam pertinet multitudo corporis commodorum.

44 Etenim ſi & ſapere expetendum ſit & valere: conjunctum utrumque magis expetendum ſit quàm ſapere ſolum, neque tamen, ſi utrumque ſit æſtimatione dignum, pluris ſit conjunctum quàm ſapere ipſum ſeparatum. nam qui valitudinem [53] æſtimatione aliqua dignam judicamus, neque tamen eam in bonis ponimus, iidem cenſemus nullam eſſe tantam æſtimationem, ut ea virtuti anteponatur. quod idem Peripatetici non tenent: quibus dicendum eſt, quæ & honeſta actio ſit, & ſine dolore, eam magis eſſe expetendam quàm ſi eſſet eadem actio cum dolore. nobis aliter videtur: rectè, ſecusne, poſtea. ſed poteſtne rerum major eſſe diſſenſio?

45 XIV. Ut enim obſcuratur & offunditur luce ſolis lumen lucernæ; & ut interit magnitudine maris Ægæi ſtilla muriæ; & ut in divitiis Crœſi teruncii acceſſio; & gradus unus in ea via, quæ eſt hinc in Indiam: ſic, cùm ſit is bonorum finis, quem Stoici dicunt, omnis iſta [54] rerum in corpore ſitarum æſtimatio ſplendore virtutis & magnitudine obſcuretur & obruatur atque intereat neceſſe eſt. Et quemadmodum opportunitas (ſic enim appellemus εὐκαιρίαν) non fit major productione temporis (habent enim ſuum modum quæcumque opportuna dicuntur) ſic recta effectio (κατόρθωσιν enim ita appello, quoniam rectum factum κατόρθωμα) recta igitur effectio, item convenientia, denique ipſum bonum, quod in eo poſitum eſt, ut naturæ conſentiat, [v] creſcendi acceſſionem nullam habet.

v creſcendo *ed. vet.*

P. C. Ut enim opportunitas illa, ſic hæc, de quibus dixi,
46 non fiunt temporis productione majora: ob eamque cau-

53. *Æſtimatione aliqua dignam judicamus.*] Manavit à Pal. pr. ſec. tert. hactenus ferè publicati, *videamus.* ineptè. quare expreſſit & Aldus Nepos illud noſtrum. recentiores verò adſumpſerunt *videmus.* Gruter.

54. *Rerum in corpore ſitarum.*] Ita ex Maffæi libro P. Manutius; cum prius legeretur *in corpore harum*, quomodo & quatuor Palatini. nam ſec. ac tert. exhibent nobis *incorporearum*; ut nihil certius ſit ita legendum, vel omiſſâ ſyllabâ, *corporearum.* neque enim tantum mihi eſt otii ut penitus rem excutiam. etiam Scaliger ad oram libri ſui ſcripſerat è veteri libro *incorporearum.* ſed idem expunxerat ſtatim illud *in*, ſubjeceratque σωματικῶν. Idem.

55. Qui

cauſam Stoicis non videtur optabilior, nec magis expetenda beata vita, ſi ſit longa quàm ſi brevis: utunturque ſimili. ut ſi cothurni laus illa eſſet, ad pedem aptè convenire, neque multi cothurni paucis anteponerentur, nec majores minoribus: ſic quorum omne bonum convenientiâ atque opportunitate finitur, nec plura paucioribus, nec longinquiora brevioribus anteponentur.

Nec verò ſatis acutè dicunt: Si bona valitudo pluris 47 æſtimanda ſit longa quàm brevis, ſapientiæ quoque uſus longiſſimus quisque ſit plurimi. non intelligunt, valitudinis æſtimationem ſpatio judicari: virtutis, opportunitate: ut videantur 55 qui illud dicant, iidem hoc eſſe dicturi, bonam mortem & bonum partum meliorem longum eſſe quàm brevem. non vident, alia brevitate pluris æſtimari; alia diuturnitate.

Itaque conſentaneum eſt his, quæ dicta ſunt, ratione 48 illorum, qui illum bonorum finem, quod appellamus extremum, quod ultimum, creſcere putent poſſe, iisdem placere, eſſe alium alio etiam ſapientiorem, itemque alium magis alio vel peccare vel rectè facere. quod nobis non licet dicere: qui creſcere bonorum finem non putamus. ut enim qui demerſi ſunt in aqua nihilo magis reſpirare poſſunt, ſi non longè abſunt à ſummo, ut jam jamque poſſint emergere, quàm ſi etiam tum eſſent in profundo: nec catulus ille, qui jam appropinquat, ut videat, plus cernit quàm is, qui modò eſt natus: x ita qui 56 proceſſit aliquantum ad virtu- x item multa edd. tis aditum, nihilominùs in miſeria eſt quàm ille, qui nihil proceſſit.

XV. HÆC mirabilia videri intelligo. ſed cùm certè ſuperiora firma ac vera ſint, his autem ea conſentanea P. B. & conſequentia; ne de eorum quidem veritate eſt dubitandum. ſed quamquam negent, nec virtutes, nec vi-

55. *Qui illud dicant, iidem hoc eſſe dicturi.*] Si ſtandum eſt, ut arbitror, auctoritate Pal. pr. reſecanda ſunt tria illa verba, *qui illud dicant*, tanquam à gloſſemate lectoris. *Gruter.*

56. *Proceſſit aliquantum ad virtutis aditum.*] Non averſatur auris, *habitum*, quod exſtat in Pal. ſec. eſt etiam in tertio à manu prima *additum*. Err. Stephanus divinabat, *adeptum* pro *adeptione*. propius literas fuiſſet, *adytum*; ut poëticè id poſuiſſet pro *templo*. Idem.

vitia creſcere: attamen utrumque eorum fundi quodam modo & quaſi dilatari putant. 49 Divitias autem Diogenes cenſet non eam modò vim habere, ut quaſi duces ſint ad voluptatem & ad valitudinem bonam, ſed etiam ut ea contineant: non idem facere eas in virtute, neque in ceteris artibus, ad quas eſſe dux pecunia poteſt, continere autem non poteſt. itaque ſi voluptas aut ſi bona valitudo ſit in bonis, divitias quoque in bonis eſſe ponendas: at, ſi ſapientia bonum ſit, [57] non ſequi, ut etiam divitias bonum eſſe dicamus: nec ab ulla re, quæ non ſit in bonis, id, quod ſit in bonis, contineri poteſt, ob eamque cauſam, [58] quia cognitiones comprehenſioneſque rerum, è quibus efficiuntur artes, y appetitionem movent; cùm divitiæ non ſint in bonis, nulla ars divitiis contineri poteſt.

y ad appet. *alii.*

50 Quod ſi de artibus concedamus, virtutis tamen non ſit eadem ratio, propterea quòd hæc plurimæ commentationis & exercitationis indigeat; quod idem in artibus non ſit: & quòd virtus ſtabilitatem, firmitatem, conſtantiam totius vitæ complectatur, nec eadem hæc in artibus eſſe videamus. Deinceps explicatur differentia rerum: quam ſi non ullam eſſe diceremus, confunderetur omnis vita, ut ab Ariſtone: nec ullum ſapientiæ munus aut opus inveniretur, cùm inter res eas, quæ ad vitam degendam pertinerent, nihil omnino intereſſet, neque ullum z delectum adhiberi oporteret. itaque cùm eſſet ſatis conſtitutum, id ſolum eſſe bonum, quod eſſet honeſtum, & id malum ſolum, quod turpe: tum [59] inter hæc & illa, quæ nihil valerent ad beatè miſeréve vivendum, aliquid tamen, quo differrent, eſſe voluerunt, ut eſſent eorum alia æſtimabilia, alia contrà, alia neutrum.

z dilectum *alii.*

P. CI.

51 [60] Quæ autem æſtimanda eſſent, eorum in aliis ſatis eſſe

57. *Non ſequi, ut etiam divitias bonum eſſe dicamus.*] *Sequitur*, pro, *ſequi*, eſt in codice manuſcripto. *Urſin.*

58. *Quia cognitiones comprehenſioneſque.*] Non eſt quod jactet Lambinus ita ſe reſtituiſſe libris reclamantibus. nam ſic omnino Pal. pr. reſtat tamen vulgatum illud *cogitationes*, in mſſ. noſtris ceteris. *Gruter.*

59. *Inter hæc & illa, quæ nihil valerent.*] Pal. pr. *inter illa, quæ.* ſec. & ſext. *hæc inter illa, quæ nihil valerent.* tert. quart. quint. *tum hæc ut illa, quæ nihil val.* Idem.

60. *Quæ autem æſtimanda eſſent.*] Ven. *Quæque:* ut ſupra quoque, ubi

eſſe cauſæ, quamobrem quibusdam anteponerentur, ut in valitudine, ut in integritate ſenſuum, ut in doloris vacuitate, [a] ut gloriæ, divitiarum, ſimilium rerum: alia [b] autem non eſſe ejusmodi: Itemque eorum, quæ nulla æſtimatione digna eſſent, partim ſatis habere cauſæ, quamobrem rejicerentur, ut dolorem, morbum, ſenſuum amiſſionem, paupertatem, ignominiam, ſimilia horum: partim non. Itemque hinc eſſe illud exortum, quod Zeno προηγμένον, contraque quod ἀποπροηγμένον nominavit, cùm uteretur in lingua copioſa factis tamen nominibus ac novis: quod nobis in hac inopi lingua non conceditur. quamquam tu hanc copioſiorem etiam dicere ſoles. ſed non alienum eſt, quo faciliùs vis verbi intelligatur, rationem hujus verbi [c] faciendi Zenonis exponere.

a in gloria, divitiis, ſimilib. reb. *Lamb.*

b autem ejusmodi *MS.*

c facundi *MS.*

XVI. Ut enim, inquit, nemo dicit, in regia regem ipſum quaſi productum eſſe ad dignitatem (id enim eſt προηγμένον) ſed eos, qui in aliquo honore ſint, quorum ordo proximè accedit, ut [d] ſecundus ſit ad regium principatum: ſic in vita non ea, [61] quæ primario loco ſunt, ſed ea, quæ ſecundum locum obtinent, προηγμένα, id eſt producta, nominentur. quæ vel ita appellemus (id erit verbum è verbo) [62] vel promota & remota, vel, ut dudum diximus, præpoſita, vel præcipua & illa rejecta. re enim intellecta in verborum uſu faciles eſſe debemus. 52

d *Lamb. conj.* hic ſecundus ille tertius ſit.

Quoniam autem omne, quod eſt bonum, primum locum tenere dicimus, neceſſe eſt, nec bonum eſſe, nec malum hoc, quod præpoſitum, vel præcipuum nominamus. itaque id definimus, quod ſit indifferens, cum 53

P. B.

ubi alii libri, *Quæcunque* opportuna dicuntur, Veneti, *Quæque*. Mihi venit in mentem recte legi utroque in loco poſſe *quæque*. Camerar. Lambinus legit, *alia neutrum, quæ autem æſtimanda eſſent, &c.*

61. *Quæ primario loco ſunt.*] Locum minus integrum prodit primus Pal. in quo, *primoriè*. ſec. in quo *primore*. Scaligeri vetus, qui *primiore*. ultimumque meretur examen ſubire Criticæ juventutis. *Gruter.*

62. *Vel promota & remota, vel, ut dudum diximus, præpoſita, vel præcipua & illa rejecta.*] Nolui recedere ab editione Victorii, quod ita etiam exſtaret in Pall. noſtris, etiam primo; niſi quod is ultima voce, *rejecto*. Manutius & Lambinus demunt, addunt, ſed non etiam præeuntibus libris vetuſtis. *Idem.*

cum æſtimatione mediocri. quod enim illi ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit, ut indifferens dicerem. neque enim illud fieri poterat ullo modo, ut nihil relinqueretur in mediis, quod aut ſecundùm naturam eſſet, aut contrà: nec, cùm id relinqueretur, [e] nihil in his poni, quod ſatis æſtimabile eſſet: nec [f] hoc poſito non aliqua eſſent præpoſita.

e ut n. i. h. poneretur *alii.*
f hæc poſita *alii.*

54 Rectè igitur hæc facta diſtinctio eſt, atque etiam ab iis, quò faciliùs res perſpici poſſit, hoc ſimile ponitur. Ut enim, inquiunt, ſi hoc fingamus eſſe quaſi finem & ultimum, [g] ita jacere talum, ut rectus aſſiſtat: qui ita talus erit jactus, ut cadat rectus, præpoſitum quiddam habebit ad finem: qui aliter, contrà: neque tamen illa præpoſitio tali, ad eum, quem dixi, finem pertinebit: ſic ea, quæ ſunt præpoſita, referuntur illa quidem ad finem: ſed ad ejus vim naturamque nihil pertinent.

g ita pars jac. *Grut.*

55 Sequitur illa diviſio, ut bonorum alia ſint ad illud ultimum pertinentia (ſic enim appello, quæ τελικὰ dicuntur: [h] jam hoc ipſum inſtituamus, ut placuit, pluribus verbis dicere, quod uno [i] non poterimus: ut res intelligatur) alia autem efficientia, quæ Græci ποιητικὰ, alia utrumque. de pertinentibus nihil eſt bonum, præter actiones honeſtas. de efficientibus, nihil præter amicum. Sed & pertinentem, & efficientem [k] ſapientiam volunt eſſe. nam quia ſapientia eſt conveniens actio, [63] eſt illo pertinenti genere, quod dixi. quod autem honeſtas actiones affert & efficit, [l] id efficiens dici poteſt.

h nam *MSS.*
i non *deeſt in MSS. & ed. Ald.*
k ſapientem *MSS.*
l ideo *Lamb.*

56 XVII. Hæc, quæ præpoſita dicimus, partim ſunt per ſe ipſa præpoſita, partim quòd aliquid efficiunt, partim [m] utrumque. per ſe, ut quidam habitus oris & vultus, ut ſtatus, ut motus: in quibus ſunt & præponenda quædam, & rejicienda: alia ob eam rem præpoſita [n] dicuntur, quòd ex ſe aliquid efficiant, ut pecunia: alia autem ob utramque rem, ut integri ſenſus, ut bona valitudo.

m ob utrumque *Idem.*
P. CII.
n dicentur *edd. vett. & MSS.*

De

63. *Eſt illo pertinenti genere.*] Lambinus, *eſt ex illo pert.* Aldus Avus & Nepos, *erit cum illo pertinenti g.* ſed præter mſſ. noſtros. nam primus adhæret vulgato, à quo etiam non receſſit Victorius. ceteri quinque ſcribunt, *eſt cum illo pert.* Gruter.

64. Ergo

De bona autem fama (quam enim appellant εὐδοξίαν, 57
aptius eſt hoc loco bonam famam appellare quàm gloriam) Chryſippus quidem & Diogenes, detracta utilitate, ne digitum quidem, ejus cauſâ, porrigendum eſſe dicebant. quibus ego vehementer aſſentior. qui autem poſt eos fuerunt, cùm Carneadem ſuſtinere non poſſent, hanc, quam dixi, bonam famam, ipſam propter ſe præpoſitam & ſumendam eſſe dixerunt, eſſeque hominis ingenui & liberaliter educati, velle bene audire à parentibus, à propinquis, à bonis etiam viris, idque propter rem ipſam, non propter uſum: dicuntque, ut liberis conſultum velimus, etiam ſi poſtumi futuri ſint, propter ipſos: ſic futuræ poſt mortem famæ tamen eſſe propter rem, etiam detracto uſu, conſulendum.

Sed cùm, quod honeſtum ſit, id ſolum bonum eſſe 58
dicamus, conſentaneum tamen eſt, fungi officio, cùm id officium nec in bonis ponamus, nec in malis. eſt enim aliquid in his rebus probabile, & quidem ita, ut ejus ratio reddi poſſit. [64] ergo ut etiam probabiliter acti ratio reddi poſſit. Eſt autem officium, quod ita factum eſt, ut ejus facti probabilis ratio reddi poſſit. ex quo intelligitur, officium medium quoddam eſſe, quod neque in bonis ponatur, neque in contrariis. quoniamque in iis rebus, quæ neque in virtutibus ſunt, neque in vitiis, eſt tamen quiddam, quod uſui poſſit eſſe: tollendum id non eſt. Eſt autem ejus generis actio quoque quædam, & quidem talis, ut ratio poſtulet agere aliquid & facere eorum. quod autem ratione [o] actum ſit, id officium appellamus. Eſt igitur officium ejus generis, quod nec in bonis ponatur, nec in contrariis.

[o] actum ſeu factum *alii.* P. B.

XVIII. [p] Atqui perſpicuum etiam illud eſt, in iſtis 59
rebus mediis aliquid agere ſapientem. judicat igitur, cùm agit, officium illud eſſe. quod quoniam numquam fallitur in judicando, erit in mediis rebus officium: quod efficitur etiam hac concluſione rationis. Quoniam enim vi-

[p] Atque *MS.* At *alii.*

64. *Ergo ut etiam probabiliter acti ratio reddi poſſit.*] Totum iſtud non eſt in veteribus Aldi, omiſſum negligentiâ typographorum, ob repetitiones vocum, *ratio reddi poſſit.* quod neque animadvertit aut Manutius filius, aut nepos. Victorius tamen auctori reddidit; ne quis forſan id Lambino acceptum ferat, uti videri vult. qui tamen contra mſſ. noſtros ſex publicavit, *probabilis facti.* Gruter.

videmus eſſe quiddam, quod rectè factum appellemus, id autem eſt perfectum officium: erit [q] autem etiam inchoatum: ut, ſi juſtè depoſitum reddere, in rectè factis ſit, in officiis ponatur, depoſitum reddere: illo enim addito, juſtè, [r] facit rectè factum: per ſe autem hoc ipſum reddere in officio ponitur: quoniamque non dubium eſt, quin in iis, quæ media dicimus, ſit aliud ſumendum, aliud rejiciendum: quidquid ita fit aut dicitur, [s] communi officio continetur. ex quo intelligitur, quoniam ſe ipſos omnes naturâ diligunt, tam inſipientem quàm ſapientem, ſumpturum quæ ſecundùm naturam ſint, rejecturumque contraria. Ita eſt quoddam commune officium ſapientis & inſipientis. ex quo efficitur, verſari in iis, quæ media dicamus.

q autem *delet Lamb.*
r ſit *Lamb.*
s omni *MSS. & edd. vett.* omne *conj. Grut.*

60 Sed cùm ab his [t] omnia proficiſcantur officia, non ſine cauſa dicitur, ad ea referri omnes noſtras cogitationes: in his & exceſſum è vita, & in vita manſionem. in quo enim plura ſunt, quæ ſecundùm naturam ſunt, hujus officium eſt in vita manere: in quo autem aut ſunt plura contraria, aut fore videntur, hujus officium eſt, è vita excedere. è quo apparet, & ſapientis eſſe aliquando officium, excedere è vita, cùm beatus ſit: & ſtulti manere in vita, cùm ſit miſer.

t mediis omnia *alii.*

61 Nam bonum illud & malum, quod ſæpe jam dictum eſt, poſtea conſequitur. prima autem illa naturæ, ſive ſecunda, ſive contraria, ſub judicium ſapientis & [v] delectum cadunt: eſtque illa ſubjecta quaſi materia ſapientiæ. itaque & manendi in vita & migrandi ratio omnibus iis rebus, quas ſuprà dixi, metienda. [65] nam neque iis, qui virtute retinentur in vita, neque iis, qui ſine virtute ſunt, mors eſt oppetenda. [66] [x] ut ſæpe officium [y] eſt ſapientis, deſciſcere à vita, cùm ſit beatiſſimus, ſi id opportunè facere poſſit; quod eſt convenienter naturæ vivere. ſic enim cenſent, opportunitatis eſſe beatè vivere. itaque à ſapientia præcipitur, ſe ipſam,

v dilectum *MS.*
P. CIII.
x & *alii.*
y ſit *alii.*

65. *Nam neque iis, qui virtute retinentur in vita, &c.*] Lambinus iſthæc de ſuo mirè interpolavit. at legendum erat: *nam neque virtute retinetur in vita.* ita enim Pal. pr. ac quart. alluditque text. in quo, *neque is, qui virtute retinetur.* Gruter.

66. *Et ſæpe officium eſt ſapientis deſciſcere à vita.*] Ita plane eſt in manuſcripto, niſi quod pro deſciſcere habet diſcedere. Urſin.

67. Si

ipſam, [67] ſi uſus ſit, ſapiens ut relinquat. Quamobrem cùm vitiórum iſta vis non ſit, ut cauſam afferant mortis voluntariæ: perſpicuum eſt, etiam ſtultorum, qui iidem miſeri ſint, officium eſſe, manere in vita, ſi ſint in majore parte earum rerum, quas ſecundùm naturam eſſe dicimus. Et quoniam excedens è vita & manens æquè miſer eſt: nec diuturnitas magis ei vitam fugiendam facit: non ſine cauſa dicitur, iis, qui pluribus naturalibus frui poſſint, eſſe in vita manendum.

XIX. PERTINERE autem ad rem arbitrantur, in- 62
telligi natura fieri, ut liberi à parentibus amentur: à quo
initio profectam communem humani generis ſocietatem
perſequimur. quod primum intelligi debet [z] figurâ z ex figura
membriſque corporum; quæ ipſa declarant procreandi *Lamb.*
à natura habitam eſſe rationem. Neque verò hæc inter
ſe congruere [a] poſſint; ut natura & procreari vellet & a *alii* poſ-
diligi procreatos non curaret. Atque etiam in beſtiis vis ſunt *aut*
naturæ inſpici poteſt: [68] quarum in fœtu & in educa- poſſent.
tione laborem cùm cernimus, naturæ ipſius vocem vi-
demur audire. Quare [b] ut perſpicuum eſt, naturâ nos à b ut *deeſt*
dolore abhorrere: ſic apparet à natura ipſa, ut eos, *in multis.*
quos genuerimus, amemus impelli.

Ex hoc naſcitur, ut etiam communis hominum inter 63
homines naturalis ſit commendatio, ut oporteat homi- P. B.
nem ab homine, ob id ipſum quòd homo ſit, non alienum videri. ut enim in membris alia ſunt tamquam ſibi nata, ut oculi, ut aures: aliqua etiam ceterorum membrorum uſum adjuvant, ut crura, ut manus: ſic immanes quædam beſtiæ ſibi ſolùm natæ ſunt: at illa, quæ in [c] concha patula pinna dicitur; iſque, qui enat è con- c conchis
cha, *conj. Lamb.*

67. *Si uſus ſit, ſapiens ut relinquat.*] Gemma iſthæc orationis manavit à Palatino pr. ineptè in hodiernum diem lectum nobis, *ſi juſſerit, ſapiens.* Grut.

68. *Quarum in fœtu & in educatione.*] Sic revocavi iterationem præpoſitionis ex Victorii editionibus, quam poſteriores hîc neglexerant, quum ea paſſim in his libris ita occurrat; ſed ut hîc contempta, ſic cap. ſeq. *ut de Hercule & de Libero accepimus.* cap. 22. *nec vero poteſt quiſquam de bonis & de malis judicare.* Ea omnia videbis nunc ad iſtum modum reſtituta, qui procul dubio fuit Tullii. Certe in loco, quem tractamus, ita meus MS. & quem priorem citavi: in poſteriore iterabat copulativam per errorem, quum debuiſſet præpoſitionem. Hinc alii id refinxerunt ex capite 10. libri ſecundi. *Gronov.*

69. Qui

cha, [69] qui, quòd eam cuſtodiat, pinnoteres vocatur; in eamque cùm ſe [d] recipit, includitur; ut videatur monuiſſe, ut caveret: itemque formicæ, apes, ciconiæ, aliorum etiam cauſâ quædam faciunt. multo magis hæc conjunctio eſt hominis. itaque naturâ ſumus apti ad cœtus, concilia, civitates.

d recepit alii.

64 Mundum autem cenſent regi numine deorum, eumque eſſe quaſi communem urbem & civitatem hominum & deorum: & unumquemque noſtrûm ejus mundi eſſe partem, ex quo illud natura [e] conſequi, ut communem utilitatem noſtræ anteponamus. ut enim leges omnium ſalutem ſingulorum ſaluti anteponunt: ſic vir bonus, & ſapiens, & legibus parens, & civilis officii non ignarus, utilitati omnium plus quàm unius alicujus aut ſuæ conſulit. Nec magis vituperandus eſt proditor patriæ quàm communis utilitatis aut ſalutis deſertor, propter ſuam utilitatem aut ſalutem. ex quo fit, ut laudandus ſit is, qui mortem oppetat pro republica, quòd doceat, cariorem eſſe patriam nobis quàm nosmetipſos. quoniamque illa vox inhumana & ſcelerata ducitur eorum, qui negant ſe recuſare, quo minùs ipſis mortuis terrarum omnium deflagratio conſequatur: quod vulgari quodam verſu Græco pronuntiari ſolet. certè verùm eſt, etiam iis, qui aliquando futuri ſint, eſſe propter ipſos conſulendum.

e conſequitur alii.

P. CIV.

65 XX. Ex hac animorum affectione teſtamenta commendationesque morientium natæ ſunt. quodque nemo in ſolitudine vitam agere velit, ne cum infinita quidem voluptatum abundantia; facile intelligitur, nos ad conjunctionem congregationemque hominum & ad naturalem communitatem eſſe natos. Impellimur autem naturâ, ut prodeſſe velimus quamplurimis, in primisque docendo rationibusque prudentiæ tradendis. Itaque non facile eſt invenire, qui quod ſciat ipſe, non tradat al-

69. *Qui, quod eam cuſtodiat, Pinnoteres vocatur.*] Ariſtoteles lib. v. περὶ Ζώων Ἱϛορίας· Αἱ δὲ πίνναι ὀρθαὶ φύονται ἐκ τοῦ βύσσου ἐν τοῖς ἀμμώδεσι, καὶ βορβορώδεσιν· ἔχουσι δὲ πιννοφύλακα, αἱ μὲν καρίδιον, αἱ δὲ καρκίνιον, οὗ στερισκόμεναι, διαφθείρονται θᾶσσον. ad quæ verba reſpexit Plinius lib. IX. cap. 45. cum ſcribit: *Concharum generis & pinna eſt. Naſcitur in limoſis ſubjecta ſemper, nec umquam ſine comite, quem Pinnoterem vocant, alii Pinnophylacem: is eſt ſquilla parva,* alibi cancer dapis aſſectator. Urſin.

70. Cum

alteri. Ita non ſolùm ad diſcendum propenſi ſumus, verùm etiam ad docendum. Atque ut tauris naturâ da- 66 tum eſt, ut pro vitulis contra leones ſumma vi impetuque contendant: ſic ii, qui valent opibus atque id facere poſſunt, ut de Hercule & de Libero accepimus, ad ſervandum genus hominum naturâ incitantur. Atque etiam, Jovem cùm optimum & maximum dicimus, cúmque eundem ſalutarem, hoſpitalem, [f] ſtatorem; hoc intelligi volumus, ſalutem hominum in ejus eſſe tutela. Minimè autem convenit, [70] cùm ipſi inter nos abjecti neglectique ſimus, poſtulare, ut diis immortalibus [g] cari ſimus, & ab his diligamur. quemadmodum igitur membris utimur priùs quàm didicimus, cujus ea utilitatis cauſâ habeamus: ſic inter nos naturâ ad civilem communitatem conjuncti & conſociati ſumus. quod ni ita ſe haberet, nec juſtitiæ ullus eſſet nec bonitati locus.

[f] ſoſpitatorem *alii*.

[g] *fortè curæ Lamb.*

Et quo modo hominum inter homines juris eſſe vin- 67 cula putant, ſic homini nihil juris eſſe cum beſtiis. præclarè enim Chryſippus, cetera nata eſſe hominum cauſâ & deorum: eos autem communitatis & ſocietatis ſuæ; ut beſtiis homines uti ad utilitatem ſuam poſſint ſine injuria. quoniamque ea natura eſſet hominis, [71] ut ei cum genere humano quaſi civile jus intercederet: P. M. qui id conſervaret, eum juſtum: [72] qui migraret, injuſtum

70. *Cum ipſi inter nos abjecti neglectique.*] Lectio minus vera, ſi ſtandum Pal. pr. in quo, *nos cules neglectique.* nimirum reſcribendum, *viles neglectique*, doctus ſum à Pal. tertio, in quo, *nos viles, abjecti neglectique.* Gruter.

71. *Ut ei cum genere &c.*] Sic Lambinus, an è mſſ. neſcio, ſed cum Pal. pr. & quart. ſervent, *ut & cum genere:* vocem illam in hanc facilè degenerare potuiſſe ſentio. malim tamen ferè illud noſtrum. *Idem.*

72. *Qui negaret injuſtum fore.*] Alii *Migraret.* & hoc Victorius probat, ſimiliterque legit in primo de Officiis: *Quæque pertinent ad veritatem & ad fidem; ea migrare interdum & non ſervare ſit juſtum.* Camer. *Qui migraret.*] Pro, *qui mutaret*, qui diſcederet ab eo jure. antiquè uſurpatum, cum accuſandi caſu: ut lib. III. de Leg. *Quod quis earum rerum migraſſet, noxiæ pœna par eſto.* & lib. I. de Div. ubi eſt in vulgatis libris, *ne communi jure migrare videatur*, veteres aliquot habent, *communia jura.* & lib. I. de Off. *Ea migrare interdum & non ſervare ſit juſtum.* Sic locutus Plautus. *P. Manut.* *Qui migraret, injuſtum fore.*] Sic legendum. Jam vero *migraret* hoc loco, id eſt tranſiliret, παραβαίνῃ· ſic Off. I. Quæque per-

ſtum fore. ſed quemadmodum, theatrum cùm commune ſit, rectè tamen dici poteſt, ejus eſſe eum locum, quem quisque occuparit, ſic in urbe mundove communi non adverſatur jus, quo minùs ſuum quidque cujusque ſit.

68 Cùm autem ad tuendos conſervandosque homines hominem natum eſſe videamus: conſentaneum eſt huic naturæ, ut ſapiens velit gerere & adminiſtrare rempublicam; atque, ut è natura vivat, uxorem adjungere [73] & velle ex éa liberos. Ne amores quidem [h] ſanctos à ſapiente alienos eſſe arbitrantur. Cynicorum autem rationem atque vitam alii cadere in ſapientem dicunt, ſi quis ejusmodi fortè caſus inciderit, ut id faciendum ſit: alii nullo modo.

h caſtos *alii.*

69 Ut verò conſervetur omnis homini erga hominem ſocietas, conjunctio, caritas: & emolumenta, & detrimenta, quæ ὠφελήματα & βλάμματα appellant, communia eſſe voluerunt: [74] quorum altera proſunt, nocent altera. nec ſolùm ea communia, verùm etiam paria eſſe dixerunt. incommoda autem & commoda (ita εὐχρηστήματα & δυσχρηστήματα appello) communia eſſe voluerunt, paria noluerunt. illa enim, quæ proſunt, aut quæ nocent, aut bona ſunt, aut mala: quæ ſint paria neceſſe eſt. commoda autem aut incommoda in eo genere ſunt, quæ præpoſita & rejecta [i] dicimus. ea poſſunt paria non eſſe: ſed [k] emolumenta communia eſſe

i diximus *MS.*

k emolumenta *delet Lamb.*

pertinent ad veritatem & ad fidem, ea migrare interdum & non ſervare ſit juſtum. ſic utitur eodem verbo lib. 1. de Div. Ne quis autem me putet ita meo arbitratu & pro meo jure edidiſſe, ſic ut edidi habent omnes libri veteres. itaque vulgata ſcriptura, *qui vi ageret*, rejicienda eſt. *Lambinus.* *Qui migraret injuſtum fore.*] Sic Pall. quinque, nam primus ille alioquin optimus, *qui negaret*; quod etiam abſurdi nihil in ſe habet. olim vulgati, *qui vi ageret.* jure ejectum à Lambino. *Gruter.*

73. *Et velle ex ea liberos.*] Non potui excludere ſcripturam Pall. pr. & quarti, ejecta voce, quæ erat in omnibus vulgatis à fine, *procreare.* in quales codices ſi incidiſſet P. Manutius, numquam profectò nobis obtruſiſſet Lambinus *ex ea liberos procreare*, omiſſo illo *velle*, voce gratioſiſſima. *Idem.*

74. *Quorum altera proſunt, nocent altera.*] Gloſſema ſuſpicor fuiſſe ad Græca verba, ὠφελήματα, βλάμματα. nec vero, cum dixiſſet jam, *emolumenta & detrimenta*, intuliſſe Ciceronem veriſimile eſt, *quorum altera proſunt, altera nocent.* P. Manut.

75. Eadem

eſſe dicuntur. rectè autem facta & peccata non habentur communia.

XXI. AMICITIAM autem adhibendam eſſe cen- 70
ſent, quia ſit ex [l] eo genere, quæ proſunt. quamquam [l] eorum Lamb.
autem in amicitia alii dicant, æquè caram eſſe ſapienti
rationem amici ac ſuam; alii autem ſibi cuique cario- P. CV.
rem ſuam: tamen hi quoque poſteriores fatentur, alienum eſſe à juſtitia, ad quam nati eſſe videamur, detrahere quid de aliquo, quod ſibi aſſumat. minimè verò probatur huic diſciplinæ, de qua loquor, aut amicitiam, aut juſtitiam propter utilitates adſciſci aut probari. [75] eædem enim utilitates poterunt eas labefactare atque pervertere. etenim nec juſtitiæ nec amicitiæ eſſe omnino poterunt, niſi ipſæ per ſe expetantur.

Jus autem, quod ita dici appellarique poſſit, [76] id 71
eſſe naturam: alienumque eſſe à ſapiente non modo
injuriam [m] cui facere, verùm etiam nocere. nec verò [m] cui-
rectum eſt cum amicis aut bene meritis conſociare quam conj.
aut conjungere injuriam: graviſſiméque & veriſſimè Lamb.
defenditur, numquam æquitatem ab utilitate poſſe ſejungi: &, quidquid æquum juſtumque eſſet, id etiam honeſtum: viciſſimque, quidquid eſſet honeſtum, id juſtum etiam atque æquum fore.

Ad easque virtutes, de quibus diſputatum eſt, dia- 72
lecticam etiam adjungunt & phyſicam: easque ambas virtutum nomine appellant: alteram, quòd habeat rationem, necui falſo aſſentiamur, neve umquam captioſa probabilitate fallamur, eaque, quæ de bonis & ma-
lis [n] diceremus, ut tenere tuerique poſſimus. nam [n] differe-
ſine hac arte quemvis [o] arbitrabantur à verò abduci mus Scalig.
fallique poſſe. rectè igitur, ſi omnibus in rebus teme- [o] arbitramur alii.
ritas ignoratioque vitioſa eſt, [p] ab his ea, quæ tollit [p] ars ea,
hæc, virtus nominata eſt. quæ MS.

Phyſicæ quoque non ſine cauſa tributus idem eſt ho- 73
nos: propterea quòd qui convenienter naturæ victurus
ſit, ei [q] & proficiſcendum eſt ab omni mundo. & ab [q] & delet
ejus Lamb.

75. *Eadem enim utilitates.*] Sic tres è Pall. alii *voluptates*, quod in editionibus à Lambiniana diverſis. Si res mei eſſet arbitrii, utramque vocem jugularem, tanquam ſupervacuam. *Gruter.*

76. *Id eſſe naturam.*] Lambinus edidit *natura*, quod conjecerat Paullus Manutius, ſed nullus ei ſcripturæ accedit Palatinus. placuit tamen Scaligero. *Idem.*

77. Tem-

ejus procuratione. nec verò poteſt quisquam de bonis & de malis verè judicare, niſi omni cognita ratione naturæ, & vitæ etiam deorum, & utrùm conveniat, necne, natura hominis cum univerſa: quæque ſunt vetera præcepta ſapientium, qui jubent [77] *temporí parere*, & *ſequi deum*, & *ſe noſcere*, & *nihil nimis*. Hæc ſine phyſicis quam vim habeant (& habent maximam) videre nemo poteſt. Atque etiam ad juſtitiam colendam, ad tuendas amicitias & reliquas caritates quid natura valeat hæc una cognitio poteſt tradere. Nec verò pietas [r] adverſus deos, nec quanta his gratia debeatur, ſine explicatione naturæ intelligi poteſt.

P. B.

r adverſum *Lamb.*

74 XXII. SED JAM ſentio me eſſe longiùs provectum quàm propoſita ratio poſtularet. verùm admirabilis compoſitio diſciplinæ incredibilisque rerum traxit ordo. [s] quæ, per deos immortales! nonne miraris? quid enim aut in natura, qua nihil eſt aptius, nihil [t] deſcriptius, aut in operibus manu factis tam compoſitum tamque [78] compactum & coagmentatum inveniri poteſt? quid poſterius priori non convenit? quid ſequitur, quod non reſpondeat ſuperiori? quid non ſic aliud ex alio nectitur, ut non, ſi ullam litteram moveris, labent omnia? [79] nec tamen quidquam eſt, quo moveri poſſit. quàm gravis verò, quàm magnifica, quàm conſtans conficitur perſona ſapientis? qui, cùm ratio docuerit, quod honeſtum eſſet, id eſſe ſolum bonum, ſemper ſit neceſſe eſt beatus, veréque omnia iſta nomina poſſideat, quæ irrideri ab imperitis ſolent.

s quem *Ms.*

t diſcript. *alii.*

75 Rectiùs enim appellabitur rex quàm Tarquinius, qui nec ſe, nec ſuos regere potuit: rectiùs magiſter populi (is enim eſt dictator) quàm Sulla, qui trium peſtiferorum vitiorum, luxuriæ, avaritiæ, crudelitatis magiſter fuit:

77. *Tempori parere.*] Multa veroſimilia protulit Petrus Victorius, cur arbitretur heic ſubſtituendum *parcere*, lib. XI. Var. Lect. cap. 20. quibus adquieſco. haud tamen ei adminiculantur Pall. noſtri. *Grut.*

78. *Compactum ac coagmentatum.*] Pal. pr. *cocicmentatum*, ex quo formari quidem poſſet *concinnatum*: ſed ſimilius eſt vero natum ex vetere ſcribendi ratione *coacmentatum*. alioquin aliquot noſtri, *coaugmentatum.* Idem.

79. *Nec tamen quidquam eſt, quo moveri poſſit.*] Reſtauravi hunc locum volentibus omnibus membranis bibliothecæ Palatinæ. prius habebamus, *quod moveri.* ſed bene quod id hactenus etiam nemo interpretatus eſt. *Idem.*

r. Non

fuit : rectiùs dives quàm Craſſus , qui , niſi eguiſſet, numquam Euphratem nullâ belli cauſâ tranſire voluiſſet. P. CVI. rectè ejus omnia dicentur , qui ſcit uti ſolis omnibus. rectè etiam pulcer appellabitur: animi enim lineamenta ſunt pulchriora quàm corporis : rectè ſolus liber, nec dominationi cujusquam parens , neque obediens cupiditati.

Rectè invictus, cujus etiam ſi corpus conſtringatur, 76
animo tamen vincula injici nulla poſſint: neque exſpectet ullum tempus ætatis, ut tum denique judicetur, beatusne fuerit, cùm extremum vitæ diem morte confecerit: quod ille unus è ſeptem [v] ſapientibus non ſapienter Crœſum monuit. nam ſi beatus umquam fuiſſet, beatam vitam usque ad illum à Cyro exſtructum rogum [x] protuliſſet. quod ſi ita eſt, ut neque quisquam niſi bonus vir & omnes boni beati ſint: quid philoſophiâ magis colendum, aut quid eſt virtute divinius?

v ſapient. *delet Lamb.*

x pertuliſſet *MS.*

M. TULLII CICERONIS
DE
FINIBUS BONORUM ET MALORUM
AD
BRUTUM
LIBER QUARTUS.

ARGUMENTUM.

Zenoni, Stoicorum principi, nullam fuiſſe cauſam, cur à Peripateticis diſſentiret verbis in ſummi boni ſententiâ: Stoicos virtutes & vitia perperam exæquare & in aliis multis labi.

1 I. QUÆ CÙM dixiſſet, finem ille. ego autem, [a] Næ tu, inquam, Cato, iſta expoſuiſti tam multa memoriter, tam obſcura dilucidè. itaque aut omittamus contrà omnino velle aliquid, aut ſpatium ſumamus ad cogitandum: [b] tam enim diligenter, etſi minùs verè (nam nondum id quidem audeo dicere) ſed tamen [c] accuratè non modò fundatam, verùm etiam exſtructam diſciplinam [1] non eſt facilè perdiſcere. Tum ille, Ain tandem, inquit, cùm ego

a Ne tu *alii.*
b tum *alii.*
c tam accur. *Lamb.*

1. *Non eſt facile perdiſcere.*] Sic omnes quidem habent libri & manuſcr. & typis impreſſi. ſed quid ſibi vult hoc *perdiſcere?* aut quomodo hîc locum habere poteſt? Videtur enim potius ſcribi debere, *diſſolvere*, aut *ſubvertere*, aut *evertere*, aut aliquid aliud tale; niſi forte dicamus, hoc eſſe referendum ad oratorum & patronorum conſuetudinem, quos nonſolum ejus, pro quo dictum erat, ſed etiam adverſarii jura & argumenta perdiſcere oportebat, ut eis reſpondere poſſent. quod ea, quæ ſequuntur, comprobant. *Lambinus.*

2. *Qu*

ego te hac nova lege videam eodem die accuſatori reſpondere & tribus horis perorare, in hac me cauſa tempus dilaturum putas? [2] quæ tamen à te agetur non melior quàm illæ ſunt, quas interdum obtines. Quare iſtam quoque aggredere, tractatam præſertim & ab aliis, & à te ipſo ſæpe, ut tibi deeſſe non poſſit oratio. P. B.

Tum ego, [3] Non mehercule ſoleo temerè contra Stoicos: non quò illis admodum aſſentiar: ſed pudore impedior: ita multa dicunt, quæ vix intelligam. Obſcura, inquit, quædam eſſe confiteor: nec tamen ab illis ita dicuntur de induſtria: ſed ineſt in rebus ipſis obſcuritas. Cur igitur eaſdem res, inquam, Peripateticis dicentibus, verbum nullum eſt, quod non intelligatur? Eaſdemne res, inquit? an parum diſſerui, non verbis Stoicos à Peripateticis, ſed univerſa re & totâ ſententiâ [d] diſſentire? Atqui, inquam, Cato, ſi iſtud obtinueris, traducas me ad te totum licebit. Putabam equidem ſatis, inquit, me dixiſſe. quare ad ea primùm, ſi videtur. ſin aliud quid voles, poſtea. [4] Immò iſto 2.

[d] diſſidere *Vict. & alii.*

*2. *Qua tamen a me agetur non melior.*] *Modo melior* eſt in manuſcripto. *Urſin.*

3. *Non mehercule ſoleo temerè.*] Haud ineptè Pal. pr. ac tert. interponit, *quam*, ſed idem habet *ſole te*; hoc modo: *Non meh. in quam ſole te temerè*. & verò ceteri omnes habent, *ſolere*, præter ſec. ſicque etiam edidit P. Victorius. adeo ut aliquid adhuc heic latere videatur rei non bonæ. *Gruter.*

4. *Immo iſto quidem, inquam, loco, quicquid poſtulo, reſponde arbitratu meo.*] Veneti ſenſu, ut videtur, concinniore ita: *Imo iſtud quidem, inquam; quo loco, niſi iniquum poſtulo, reſponde arbitratu meo.* ut Cicero, quo quicque loco viſum ſibi fuerit, eo ſibi illud explicari à Catone velit. *Camerar. Imò iſto quidem, inquam, loco, niſi iniquum &c.*] Sic hodie quidem paſſim vulgatur. at Aldus avus ediderat, *Imo iſtud quidem, inquam; quo loco niſi &c.* nec aliter Victorius. proximè ad mſſ. noſtros; qui tamen verbulo adhuc uno auctiores. nam pr. habet, *Imo iſtud quidem, inquam, quo loco quidque, niſi*: nec aliter ſext. imò nec tert. & quart. quàm quod ii, *quicque*, nam ſec. habebat, *quin.* quint. *quicquam.* Lambinus, non examinatis, puto, pluteariis libris, obtruſit nobis: *Imò iſti quidem, inquam, loco, niſi.* Gruterus. Præclare mihi videtur Palatinus primus retinuiſſe manum & ſententiam Ciceronis, quam ex iſta eleganti brevitate ſic explano: *Immo iſtud quidem, inquam*, nempe ut probes & oſtendas eos re univerſa & ſententiâ diſſidere; *quo loco quidque*, nempe a me deinde ponetur, &c. Videtur huc reſpicere cap. 6. *Gronov.*

iſto quidem, inquam, loco, niſi iniquum poſtulo; reſponde arbitratu meo. Ut placet, inquit. [5] etſi enim illud erat aptius, æquum cuique concedere.

3 II. [6] Existimo igitur, inquam, Cato, veteres illos Platonis auditores, Speuſippum, Ariſtotelem, Xenocratem; deinde eorum, Polemonem, Theophraſtum, ſatis & copioſè & eleganter habuiſſe conſtitutam diſciplinam, ut non eſſet cauſa Zenoni, cùm Polemonem audiſſet, cur & ab eo ipſo & à ſuperioribus diſſideret: quorum fuit hæc inſtitutio. in qua animadvertas velim, quid putes mutandum, nec exſpectes, dum ad omnia dicam, quæ à te dicta ſunt. univerſa enim il-
P. CVII. lorum ratione cum tota veſtra confligendum puto.

4 Qui cùm viderent, ita nos eſſe natos, ut & communiter ad eas virtutes apti eſſemus, quæ notæ illuſtresque ſunt, juſtitiam dico, temperantiam ceteraſque generis ejuſdem; quæ omnes ſimiles artium reliquarum, [7] materià tantùm ad meliorem partem & tractatione diffe-

5. *Etſi illud erat aptius, æquum cuique concedere.*] Hæc mihi non cohærere videntur inter ſe. quis enim dixerit, cum æquum conceditur, id aptum eſſe? potius juſtum eſſe: ſi modo ad rei naturam accommodare verba volumus. Præterea ſatis mihi nondum conſtat, an ex uſu Latinæ linguæ dici poſſit, *aptius erat concedere, quòd cuique æquum eſt.* Ego Ciceronem aut Catonem, à Cicerone inductum, puto hoc ſignificare, non modo aptius id eſſe, ut reſpondeatur ſibi ad ea, quæ jam dixerat de Stoicorum & Peripateticorum diſſenſione; verum etiam æquum. ad quam ſententiam aptare verba cum vellem, ita legendum judicavi: *etſi illud erat aptius æquumque concedere.* P. Manut. *Etſi illud erat æquius, ſuum cuique concedere.*] Sic reſtitui libri unius veteris veſtigia ſecutus; in quo ita ſcriptum eſt, *etſi illud erat æquius, æquum cuique &c.* namque hoc *æquum* natum eſt ex voce *æquius.* Lambinus. *Etſi enim illud erat aptius &c.*] Revocavi *enim* ex mſſ. Pall. & edd. vett. excluſerant neoterici, totius ſententiæ ruinâ. adhuc licentius Lambinus objecerat nobis; *etſi illud erat æquius ſuum cuique concedere.* quid enim eſt evirare aliquem, ſi hoc non eſt? mirè heic hæret P. Manutius, dum non attendit diſtinctioni. Scaliger ſecutus libros Lambini emendabat, *etſi illud erat æquius, ſuum cuique.* id eſt, ſuo quidque loco. *Gruter.*

6. *Exiſtimo, inquam.*] At Victorius in utraque *exiſtimo igitur, inquam.* & ſic quoque MS. meus. Hervagiana *exiſtimo, inquam, Cato, igitur veteres.* Certe hæc vocula non debuerat ita ſegniter nec præfata auctoritate omitti. *Gronov.*

7. *Materia tantum ad meliorem partem &c.*] Quid ſibi hæc verba velint, *ad meliorem partem*, non diſpicio; omnino mihi ſuſpecta ſunt. *Lambin.*

ferunt : easque ipſas virtutes viderent nos [e] magnificentiùs appetere & ardentiùs; habere etiam inſitam quandam vel potiùs innatam cupiditatem ſcientiæ , natosque eſſe ad congregationem hominum & ad ſocietatem communitatemque generis humani, eaque in maximis ingeniis maximè elucere : [8] totam philoſophiam tres in partes diviſerunt. quam partitionem à Zenone retentam eſſe videmus. Quarum cùm una ſit , qua mo- 5
res [f] conformari putantur ; differo eam partem , quæ quaſi ſtirps eſt hujus quæſtionis: qui ſit enim finis bonorum, mox: hoc loco tantùm dico, à veteribus Peripateticis Academicisque , qui re conſentientes, vocabulis differebant, eum locum, quem civilem rectè appellaturi videmur , Græcè πολιτικὸν , graviter & copioſè eſſe tractatum.

e *cupientius, aut* cupidius *alii.*

f confirmari *edd. vett.*

III. Quam multa illi de republica ſcripſerunt? quàm multa de legibus ? quàm multa non ſolùm præcepta in artibus, ſed etiam exempla in orationibus bene dicendi reliquerunt? primùm enim ipſa illa, quæ ſubtiliter diſſerenda erant, politè aptéque dixerunt , cùm definientes, tum partientes: ut veſtri etiam: ſed vos ſqualidiùs; illorum, vides, quàm niteat oratio. Deinde ea , quæ 6
requirebant orationem ornatam & gravem , quàm magnificè ſunt dicta ab illis ? quàm ſplendidè ? de juſtitia, de fortitudine, de amicitia , de ætate degenda, de philoſophia , de capeſſenda republica, de temperantia, P. B.
de fortitudine hominum [9] * *. de ſpinas vellentium, ut Stoici, nec oſſa nudantium , ſed eorum , qui grandia ornatè vellent, enucleatè minora dicere. Itaque quæ ſunt

Lambin. Ita ad hæc neſcio quæ docta manus [Sed hæc de meliore parte naturæ noſtræ, id eſt de animo, non autem corpore neceſſe eſt explicari: ut ſit p. 86.] quæ pagina exhibet hujus libri caput 7. in quo diſputatio de bonis animi & corporis. *Verburg.*

8. *Totam philoſophiam tres in partes diviſerunt.*] Diogenes Laërtius hujus diviſionis Zenonem primum auctorem fuiſſe dicit. Plutarchus lib. 1. de Placitis Philoſophorum teſtatur , eam eſſe Stoicorum: Ariſtotelem vero, & Theophraſtum, & ceteros aliter diviſiſſe, nempe εἰς τὸ θεωρητικὸν καὶ τὸ πρακτικόν. *Muretus.*

9. * *. *De ſpinas vellentium.*] Hoc ſolum nos juvit Pal. pr. *ſpinas* legendum monuit, non ut hactenus *ſpinis.* locum conſtituere ſine remigio librorum bibliothecis inſepultorum mera eſt inſania. itaque valeant nugæ Lambinianæ. *Gruter.*

ſunt eorum conſolationes? quæ cohortationes? quæ etiam monita & conſilia, ſcripta ad ſummos viros? erat enim apud eos, ut eſt rerum ipſarum natura, ſic dicendi exercitatio, duplex. nam quidquid quæritur, id habet aut generis ipſius ſine perſonis temporibusque, aut iis adjunctis, facti, aut juris, aut nominis controverſiam. ergo in utroque exercebantur: eaque diſciplina effecit tantam illorum utroque in genere dicendi copiam.

7 Totum genus hoc & Zeno, & ab eo qui ſunt, aut non potuerunt aut noluerunt, certè reliquerunt. quamquam ſcripſit artem rhetoricam Cleanthes, Chryſippus etiam, ſed ſic, ut, ſi quis obmuteſcere concupierit, nihil aliud legere debeat. itaque vides, quo modo loquantur. nova verba fingunt: deſerunt uſitata. At quanta conantur? mundum hunc omnem oppidum eſſe noſtrum. Incendit igitur eos, qui audiunt. vides, quantam rem [g] agas: ut, Circeis qui habitet, totum hunc mundum ſuum municipium eſſe exiſtimet. [h] Quid ille incendat? reſtinguet citiùs, ſi ardentem acceperit. Iſta ipſa, quæ tu breviter, regem, dictatorem, divitem, ſolum eſſe ſapientem, à te quidem aptè ac rotundè: [10] quippè; habes enim à rhetoribus. [11] illorum verò iſta ipſa quàm exilia de virtutis vi? quam tantam volunt eſſe, ut beatum per ſe efficere poſſit. pungunt, quaſi aculeis, interrogatiunculis anguſtis. quibus etiam qui

[g] agat *alii.*
[h] Quid? *alii.*

10. *Quippe; habes enim a rhetoribus.*] Alii diſtinguunt, *quippe: habes*, quum Victorius nihil diſtinguat. Ego miror, cur hic aliter voluerint edere quàm libro II. de Oratore cap. 54. ubi vides Gruterum dare *quippe; leve enim eſt totum hoc.* Gronov. Lambinus cum interrogatione legit *quippeni?*

11. *Illorum vero iſta ipſa quàm exilia de virtutis vi, quàm &c.*] Primum iterari non placet, *iſta ipſa:* deinde illud, *de virtutis vi*, disjungendum ab antecedentibus & cum ſequentibus conjungendum exiſtimo, ut legatur & diſtinguatur hoc modo: *Illorum vero jam exilia de virtutis vi, quam tantam volunt eſſe, ut beatum per ſe efficere poſſit, pungunt, quaſi aculeis, interrogationibus anguſtis.* id eſt, cum de virtutis vi loquuntur, vim tamen nullam habet eorum oratio. Nam illud, *quam exilia*, refero ad ea verba, *iſta ipſa, ſolum ſapientem eſſe regem, dictatorem, divitem.* quæ cum ab illis memorantur quàm exilia ſunt. Hoc tamen ejusmodi eſt, ut magnopere non confirmem. poteſt enim fieri, nonſolum ut iteraverit Cicero, *iſta ipſa*, quod interdum ſolet, cum aliquid interponit; verum etiam, ut addiderit, *de virtutis vi*, repetit eorum verborum ſententia, *regem, dictatorem, divitem ſolum eſſe ſapientem.* P. Manut.

qui aſſentiuntur, nihil commutantur animo, & iidem abeunt, qui venerant: res enim fortaſſe veræ, certè graves, non ita tractantur, ut debent, ſed aliquanto minutiùs. P. CVIII.

IV. [12] SEQUITUR differendi ratio cognitioque 8 naturæ. nam de ſummo bono mox, ut dixi, videbimus, & ad id explicandum diſputationem omnem conferemus. In iis igitur partibus duabus nihil erat, quod Zeno commutare geſtiret. res enim præclarè ſe habent, & quidem in utraque parte. quid enim ab antiquis ex eo genere, quod ad differendum valet, prætermiſſum eſt? qui & definierunt plurima: & definiendi artes reliquerunt: quodque eſt definitioni adjunctum, ut res in partes dividatur, id & fit ab illis, &, quemadmodum fieri oporteat, traditur. item de contrariis: à quibus ad genera formasque generum devenerunt. Jam argumenti, ratione concluſi, caput eſſe faciunt [i] ea, quæ perſpicua dicunt: deinde ordinem ſequuntur: tum, quid verum ſit in ſingulis, extrema concluſio eſt.

[i] eaque perſp. *edd. vett.*

Quanta autem ab illis varietas argumentorum, ratio- 9 ne concludentium, eorumque [k] cum captioſis interrogationibus diſſimilitudo? quid, quòd pluribus locis quaſi denuntiant, ut neque ſenſuum fidem ſine ratione, nec [l] rationis ſine ſenſibus exquiramus, [13] atque ut eorum alterum ab altero ſeparemus? Quid? ea, quæ dialectici nunc tradunt & docent, nonne ab illis inſtituta ſunt [m] & inventa? de quibus etſi à Chryſippo maximè eſt elaboratum, tamen à Zenone minùs multo quàm ab antiquis. ab hoc autem quædam [14] non meliùs quàm veteres: quædam omnino relicta.

[k] à capt. *alii.*
[l] rationes *alii.* rationis ſenſib. *MS.*
[m] & deeſt in *MSS.*

[15] Cúm-

12. *Sequitur differendi ratio.*] Scaliger delevit vocem *ſequitur*, ac ſequentia ſic annectit præcedentibus, *debent: ſed aliquanto minutiùs differendi ratio &c.* Gruter.

13. *Atque ut eorum alterum ab altero ſeparemus?*] Ita noſtri ſex ſcripti, præter tert. cui deſit particula *ut*. Lambinus auſus eſt immittere negationem ſic; *altero ne ſeparemus?* Brutus mallet, *Atque ne eorum*. ſed neuter tamen rationem reddidit vulgaris lectionis corruptæ. *Idem.*

14. *Non melius quàm veteres.*] Ego hoc totum, *quàm veteres*, delendum puto ut ſupervacaneum & aliunde invectum. Sic igitur legi velim, *ab hoc autem quædam non melius: quædam omnino relicta.* nam in iis verbis, *ab hoc autem quædam non melius*, ſubintelligendum vel repetendum ἀπὸ κοινοῦ, *quàm ab antiquis.* Lambinus.

[15] Cúmque duæ ſint artes, quibus perfectè ratio & oratio compleatur, una inveniendi, altera diſſerendi: hanc poſteriorem & Stoici, & Peripatetici, priorem autem illi egregiè tradiderunt: hi omnino ne attigerunt quidem. nam è quibus locis, quaſi theſauris, argumenta depromerentur, veſtri ne ſuſpicati quidem ſunt, ſuperiores autem [n] artificio & viâ tradiderunt. quæ quidem res efficit, ne neceſſe ſit, iiſdem de rebus ſemper quaſi dictata decantare, neque à commentariolis ſuis diſce-

P. B. n artificium & viam *alii.*

15. *Cúmque duæ ſint artes, quibus perfectè ratio, &c.*] Hæc verba ſic leguntur in codicibus ab Aſulano impreſſis, qui putantur ceteris emendatiores: *Cumque duæ ſint artes, quibus perfectè ratio & oratio compleatur, una inveniendi, altera diſſerendi, hanc poſteriorem & Stoici, & Peripatetici, priorem autem illi egregie tradiderunt, Stoici omnino ne attigerunt quidem.* cum in cunctis manuſcriptis & in reliquis ferè formis excuſis, ubi illi habent, *Stoici omnino, &c. hi omnino* legatur: quod ab illis factum arbitror, qui libros eos correxerunt. Cum enim alibi neque apud Latinos, neque apud Græcos fortaſſe auctores hanc locutionem obſervaſſent & duriuſculam judicaſſent, depravatam eſſe exiſtimarunt, quòd ſcilicet per *illi* Peripateticos intellexerit: quæ dictio propinquior erat, & de quibus poſtremo locutus fuerat. per *hi* verò Stoicos, quæ remotior. cum contrà plerumque fieri ſoleat. nam quin ita verba illa intelligi debeant dubium eſſe non poteſt. Quis enim neſcit Stoicos diſſerendi rationem, id eſt dialecticam, diligenter perſecutos eſſe: inveniendi verò artem, id eſt topicam, totam reliquiſſe? docet hoc etiam Cicero in initio ſtatim Topicorum, ut alios nunc auctores taceam. Ego cum rectam eſſe judicem, antiquam lectionem in ſuum locum revocavi. animadverti enim ſæpe ſic luculentos ſcriptores dixiſſe, ut Ciceronem pro Roſcio Comœdo: *Quid eſt quòd negligenter ſcribamus adverſaria? quid eſt quòd diligenter conficiamus tabulas? qua de cauſa? quia hæc ſunt menſtrua, illæ æternæ: hæc delentur ſtatim, illæ ſervantur ſanctè: hæc parvi temporis memoriam, illæ perpetuæ exiſtimationis fidem & religionem amplectuntur: hæc ſunt dejecta, illæ in ordinem confectæ.* Et Terentium Phormione: *Quia non rete accipitri tenditur, neque milvio, Qui malè faciunt nobis: illis, qui nihil faciunt, tenditur. Quia enim in illis fructus eſt, in his opera luditur.* Græcos verò autores ſi diligenter attenderis, paſſim invenies ita eſſe locutos. duo nunc Ariſtotelis exempla proferam, quæ mihi notavi, dum libros ejus de Anima, quos Franciſcus Verinus, doctiſſimus & ſanctiſſimus ſenex, interpretabatur, ſtudioſe audirem: libro ſecundo: Ἔστι δὲ ὡς ἤδη λέγομεν ἐπιστήμονα τὸν ἔχοντα τὴν γραμματικήν· ἑκάτερος δὲ τούτων οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον δυνατός ἐστιν ἀλλ' ὁ μὲν ὅτι τὸ γένος τοιοῦτον καὶ ἡ ὕλη ὁ δὲ βουληθεὶς δυνατὸς θεωρεῖν ἂν μή τι κωλύσῃ. Et libro III. Διατὶ γὰρ οὐχ ἕξει ἢ γὰρ τῇ ψυχῇ βέλτιον ἢ τῷ σώματι νῦν δὲ οὐδέτερον ἡ μὲν γὰρ οὐ μᾶλλον νοήσει, τὸ δὲ οὐδὲν ἔσται μᾶλλον δι' ἐκεῖνο. Victorius.

16. Epi-

diſcedere. nam qui ſciet, ubi quidque poſitum ſit, quaque eò veniat, is, etiam ſi quid obrutum erit, poterit eruere ſemperque eſſe in diſputando ſuus. Quòd etſi ingeniis magnis præditi quidam dicendi copiam ſine ratione conſequuntur: ars tamen eſt dux certior quàm natura. aliud eſt enim poëtarum more verba fundere; aliud ea, quæ dicas, ratione & arte diſtinguere.

V. SIMILIA dici poſſunt de explicatione naturæ, 11
qua hi utuntur & veſtri: neque verò ob duas modò cauſas, quod Epicuro videtur, ut pellatur mortis & religionis metus; [o] ſed etiam modeſtiam quandam cognitio rerum cæleſtium affert iis, qui videant, quanta ſit etiam apud deos moderatio, quantus ordo: & magnitudinem animi, deorum opera & facta cernentibus: juſtitiam etiam, cùm cognitum habeas, quod ſit ſummi rectoris & domini numen, quod conſilium, quæ voluntas. cujus ad naturam apta ratio, vera illa & ſumma lex à philoſophis dicitur.

[o] ſed quod & mod. *conj. Lamb.*

Ineſt in eadem explicatione naturæ inſatiabilis quæ- 12
dam è cognoſcendis rebus voluptas: in qua una, confectis rebus neceſſariis, vacui negotiis, honeſtè ac liberaliter poſſumus vivere. Ergo in hac ratione tota de maximis ferè rebus Stoici illos ſecuti ſunt, ut & deos eſſe, & quattuor ex rebus omnia conſtare dicerent. Cùm autem quæreretur res admodum difficilis, num quinta quædam natura videretur eſſe, ex qua ratio & intelligentia oriretur, in quo etiam de animis, cujus generis eſſent, quæreretur: Zeno id dixit eſſe ignem: P. CIX.
nonnulla deinde aliter, ſed ea pauca. de maxima autem re, eodem modo, divina mente atque naturâ mundum univerſum atque ejus maximas partes adminiſtrari: materiam verò rerum & copiam apud [p] hos exilem; apud illos uberrimam reperiemus.

[p] eos *alii.*

Quàm multa ab his conquiſita & collecta ſunt de 13
omnium animantium genere, ortu, membris, ætatibus? quàm multa de rebus iis, quæ gignuntur è terra? quàm multæ quamque de rebus variis & cauſæ, cur quidque fiat, & demonſtrationes, quemadmodum quæque fiant? qua ex omni copia plurima & certiſſima argumenta ſumuntur ad cujusque rei naturam explicandam. ergo adhuc, quantum equidem intelligo, cauſa non videtur fuiſſe mutandi nominis. Non enim, ſi omnia non ſe-

quebatur, idcirco non erat ortus illinc. Equidem etiam [16] Epicurum, in phyſicis quidem, Democritum puto: pauca mutat, vel plura ſanè. at cùm [q] è plurimis eadem dicit, tum certè de maximis. quod item cùm veſtri faciant, [17] non ſatis magnam tribuunt inventoribus gratiam.

q de plurim. *Lamb.*

14 VI. SED HÆC hactenus. Nunc videamus, quæſo, de ſummo bono, quod continet philoſophiam, ecquid tandem attulerit, quamobrem ab inventoribus, tamquam à parentibus, diſſentiret. Hoc igitur loco, quamquam à te, Cato, diligenter eſt explicatus finis hic bonorum, qui continet philoſophiam, & quis à Stoicis, & quemadmodum diceretur: tamen ego quoque exponam, ut perſpiciamus, ſi potuerimus, quidnam à Zenone novi ſit allatum. Cùm enim ſuperiores, è quibus planiſſimè Polemo, ſecundùm naturam vivere ſummum bonum eſſe dixiſſent, his verbis tria ſignificari Stoici dicunt: unum ejuſmodi, vivere adhibentem ſcientiam earum rerum, quæ naturâ evenirent. hunc ipſum Zenonis ajunt finem eſſe, declarantem illud, quod à te dictum eſt, convenienter naturæ vivere.

P. B.

15 Alterum ſignificare [18] idem, ut ſi diceretur, officia omnia media, aut pleraque ſervantem, vivere. hoc ſic expoſitum diſſimile eſt ſuperiori. [19] illud enim rectum eſt,

16. *Epicurum, in phyſicis quidem, Democritum puto.*] Victorius edidit *Democritium*. Pall. noſtri vocem illam non rapiunt in controverſiam, ſed alteram. habent enim pr. ac ſext. *Epicurorum*, ceteri *Epicureorum*. malè omnes: ut liquebit ei cui curæ inſpicere Ciceronis lib. I. Academ. Quæſt. cap. 2. circa medium. *Grut.*

17. *Non ſatis magnam tribuunt inventoribus gratiam.*] Pal. pr. *nam*, ut forte fuerit primitus, *an ſatis magnam*; quod clementius dictum fuerit. *Idem.* Hæc varietas, tam notabiliter ac religioſe ſervata, docet hîc latere aliquid Tullianum: quod ut eruatur, *ſatis magnam* interpretor exiguam & minutam, ut lib. II ad Attic. ep. 19. *Bonorum omnium, etiam ſatis bonorum*, & ſic aliquoties *ſatis boni*, qui minus ſunt quàm boni. Sic hoc loco etiam. Itaque ex indicio optimi codicis repono, *jam ſatis magnam &c.* Gronov.

18. *Idem, ut ſi diceretur.*] Interpoſuerat Lambinus particulam *ut*, neque indicavit ab ingenione eſſet an à mſſ. eſſe autem è libris vetuſtis confirmat Pal. noſter. P. Manutius putabat, *ſignificare idem ut diceretur*, omnino tollenda ceu gloſſarium. *Grut.*

19. *Illud enim rectum eſt, quod κατόρθωμα dicebas, contingitque ſapienti &c.*] Ita malui cum Pal. pr. quàm ut hactenus publicati, *rectum, quod κατ. dic. contingit ſap.* quod enclitica *que* exſtaret in ceteris Pall. quinque. *Idem.*

20. Cum-

eſt, quod κατόρθωμα dicebas, contingitque ſapienti ſoli: hoc autem inchoati cujuſdam officii eſt, non perfecti; quod cadere in nonnullos inſipientes poteſt. tertium autem, omnibus aut maximis rebus iis, quæ ſecundùm naturam ſint, fruentem vivere. hoc non eſt poſitum in noſtra actione. [20] completur enim & ex eo genere vitæ, quod virtute fruitur, & ex iis rebus, quæ ſecundùm naturam ſunt, neque ſunt in noſtra poteſtate. Sed hoc ſummum bonum, quod [r] tertia ſignificatione intelligitur, eaque vita, quæ ex ſummo bono degitur, quia conjuncta ei virtus eſt, in ſapientem ſolum cadit: isque finis bonorum, ut ab ipſis Stoicis ſcriptum videmus, à Xenocrate atque ab Ariſtotele conſtitutus eſt. Itaque ab 16
his [21] conſtitutio illa prima natura, à qua tu quoque ordiebare, his propè verbis exponitur.

[r] certa *alii.*

VII. Omnis natura vult eſſe conſervatrix ſui, ut & ſalva ſit, & in genere conſervetur ſuo. ad hanc rem ajunt [22] artes quoque requiſitas, quæ naturam adjuvarent: in quibus ea [s] numeretur in primis, quæ eſt vivendi ars, ut tueatur quod à natura datum ſit: quod deſit, acquirat, iidemque diviſerunt naturam hominis in animum & corpus. cúmque [23] eorum unumquodque per ſe expetendum eſſe dixiſſent, virtutes quoque utriusque eorum per ſe expetendas eſſe dicebant: [t] cùm animum quadam infinita laude anteponerent corpori, virtutes quoque animi bonis corporis anteponebant. P. CX.

[s] numerantur *Lamb.*

[t] & cum *Lamb.*

17 Sed cùm ſapientiam totius hominis cuſtodem & procuratricem eſſe vellent, quæ eſſet naturæ comes & ad-

20. *Completur enim & ex eo genere vitæ, quod virtute fruitur.*] *Finitur* pro *fruitur* habet vetus liber. *Urſin.*

21. *Conſtitutio illa prima natura.*] Lamb. invexit *naturæ*, ſed contra Pall. quinque, è quibus ſecundus ei adſtipulabatur. ceteri ſtabant pro lectione communi. Scaliger emendarat, *primorum naturæ.* Gruter.

22. *Artes quoque requiſitas.*] Haud ſecus liber Morelli, Scaligeranus; etiam Pal. pr. qui heic etiam definit. quare non eſt, ut aliquid à me deinceps exſpectetur, exquiſitum quod ſit. ceteri membranacei propugnabant vulgatum, *exquiſitas*; quomodo & Victorius. *Idem.*

23. *Eorum unumquodque.*] Paullus Manutius invexit *eorum utrumque* ex mſſ. ut ait, credoque: nam ſic & ſext. noſter & Morellianus à Scaligero percurſus. ceteri ſtant pro altero, niſi quatenus ſecundus, *eorum utrunque unumquodque.* ex quo liquet dubios fuiſſe librarios quid ſequerentur, ideoque admiſiſſe utrumque. Idem.

24. Non

adjutrix: hoc ſapientiæ munus eſſe dicebant, ut eum tueretur, qui conſtaret ex animo & corpore: in utroque juvaret eum atque contineret. atque ita re primò ſimpliciter collocata, reliqua ſubtiliùs perſequentes, corporis bona facilem quandam rationem habere cenſebant. de animi bonis accuratiùs exquirebant: in primisque reperiebant, in his ineſſe juſtitiæ ſemina: primique ex omnibus philoſophis à natura tributum eſſe docuerunt, ut ii, qui procreati eſſent, à procreatoribus amarentur, & id, quod temporum ordine antiquius eſt, ut conjugia virorum & uxorum, naturâ conjuncta eſſe dicerent: qua ex ſtirpe orirentur amicitiæ cognationum. atque ab his initiis profecti, omnium virtutum & originem & progreſſionem perſecuti ſunt. ex quo magnitudo quoque animi exſiſtebat, qua facilè poſſet repugnari obſiſtique fortunæ, quòd maximæ res eſſent in poteſtate ſapientis. varietates autem injuriasque fortunæ facile veterum philoſophorum præceptis inſtituta vita ſuperabat.

18 Principiis autem à natura datis, amplitudines quædam bonorum excitabantur, partim profectæ à contemplatione rerum occultiorum, quòd erat inſitus menti cognitionis amor, ex quo etiam rationis, [v] explicandi diſſerendique cupiditas conſequebatur: quodque hoc ſolum animal natum eſt pudoris ac verecundiæ particeps, appetensque conjunctionum hominum ac ſocietatum, animadvertensque in omnibus rebus, quas ageret aut diceret, nequid ab eo fieret, niſi honeſtè & decorè: his initiis, ut antè dixi, tamquam ſeminibus, à natura datis, temperantia, modeſtia, juſtitia & omnis honeſtas perfectè abſoluta eſt.

v explicandæ *Lamb.*

P. B.

19 VIII. Habes, inquam, Cato, formam eorum, de quibus loquor, philoſophorum. quâ expoſitâ ſcire cupio, quæ cauſa ſit, cur Zeno ab hac antiqua inſtitutione deſciverit: quidnam horum ab eo non ſit probatum. quodne omnem naturam conſervatricem ſui dixerit? an quòd omne animal ipſum ſibi commendatum, ut [x] ſe & ſalvum in ſuo genere incolumeque vellet? an, cùm omnium artium finis is eſſet, [y] quid natura maximè quæreret, idem ſtatui debere de totius arte vitæ? an quòd, cùm animo conſtaremus & corpore, & hæc ipſa, & eorum virtutes per ſe eſſe ſumendas? an verò

x ſe ſalv. *Lamb.*

y quem *alii, aut* quod.

erò diſplicuit ea, quæ tributa eſt animi virtutibus tanta
ræſtantia? an quæ de prudentia, de cognitione rerum,
e conjunctione generis humani, quæque ab eisdem de
emperantia, de modeſtia, de magnitudine animi, de
mni honeſtate dicuntur? fatebuntur Stoici, hæc omnia
icta eſſe præclarè. [z] neque enim eam cauſam Zenoni z namque
eſciſcendi fuiſſe. alia quædam dicent. eam MSS.

Credo, magna antiquorum eſſe peccata, quæ ille 20
eri inveſtigandi cupidus nullo modo ferre potuerit.
uid enim perverſius, quid intolerabilius, quid ſtultius,
uàm bonam [a] valitudinem, quàm dolorum omnium a valetud.
acuitatem, quàm integritatem oculorum reliquorum- alii.
ue ſenſuum [24] ponere in bonis potiùs quàm dicere,
ihil omnino inter eas res iisque contrarias intereſſe?
a enim omnia, quæ illi bona dicerent, præpoſita eſſe,
on bona: itemque illa, quæ in corpore excellerent,
ultè antiquos dixiſſe per ſe eſſe expetenda: & ſumen-
a potiùs quàm expetenda. eademque de omni vita,
uæ in una virtute conſiſteret: illam vitam, quæ etiam P. CXI.
eteris rebus, quæ eſſent ſecundùm naturam, abunda-
et, magis expetendam non eſſe, ſed magis ſumendam:
ùmque ipſa virtus [b] efficiat ita beatam vitam, ut beatior b ita effic.
ſſe non poſſit, tamen quædam deeſſe ſapientibus, tum, alii.
ùm ſunt beatiſſimi: itaque eos id agere, ut à ſe dolo-
es, morbos, debilitates repellant.

IX. O MAGNAM vim ingenii cauſamque juſtam,
ur nova exſiſteret diſciplina! Perge porro. ſequentur 21
nim, quæ tu ſcientiſſimè complexus es, omnem inſi-
ientiam & injuſtitiam, alia vitia ſimilia eſſe, omnia-
ue peccata eſſe paria, eosque, qui naturâ doctrinâ-
ue longè ad virtutem proceſſiſſent, niſi eam plenè con-
cuti eſſent, ſummè eſſe miſeros, neque inter eorum
itam & improbiſſimorum quidquam omnino inter-
ſe: ut Plato, tantus ille vir, ſi ſapiens non fuerit, ni-
hilo

24. *Non penere in bonis potius quàm ejicere.*] Corruptum eſſe hunc
ocum apparet, atque haud ſcio an in Venetis reſtitutus ſit. Ibi
nim ita, *Reliquorumque ſenſuum ponere in bonis, potius quàm dice-
nt nihil omnino &c.* Nam ἐιρωνικῶς hæc omnia Cicero: ſcilicet
ultos fuiſſe veteres, qui hæc bona potius quàm media, id eſt
διάφορα, appellarent. Ego tamen ne quid diſſimulem, pro *Dice-
nt*, *Dicere* malim. Ita enim ſaltem æquabilior eſſet oratio.
amerar.

25. Cùm

hilo meliùs quàm quivis improbiſſimus nec beatiùs vixerit. Hæc videlicet eſt correctio philoſophiæ veteris & emendatio. quæ omnino aditum habere nullum poteſt in urbem, in forum, in curiam. quis enim ferre poſſet ita loquentem eum, qui ſe auctorem vitæ, graviter & ſapienter agendæ, profiteretur, nomina rerum commutantem: cúmque idem ſentiret, quod omnes, quibus rebus eandem vim tribueret, [c] alia nomina imponentem, verba modò mutantem, de opinionibus nihil detrahentem?

c iis rebus alia *Lamb.*

22 Patronusne cauſæ, in epilogo pro reo dicens, negaret eſſe malum exſilium, publicationem bonorum? hæc rejicienda eſſe, non fugienda? nec miſericordem judicem eſſe oportere? in concione autem ſi loqueretur, ſi Annibal ad portas veniſſet murumque jaculo trajeciſſet, negaret eſſe in malis capi, venire, interfici, patriam amittere? an ſenatus, [25] cùm triumphum Africano decerneret; QUOD EJUS VIRTUTE AUT FELICITATE poſſet dicere, ſi neque virtus in [d] nullo, niſi in ſapiente, nec felicitas [e] verè dici poteſt? quæ eſt igitur iſta philoſophia, quæ communi more in foro loquitur, in [f] libello ſuo? præſertim cùm, quod illi verbis ſuis ſignificent, [26] in eo nihil novetur, de ipſis rebus nihil mutetur, eædem res maneant alio [g] modo.

P. B.

d ullo *alii.* e eſſe verè *Lamb.* f libellis *MSS.* g modo dicantur *Lamb.*

23 Quid enim intereſt, divitias, opes, valitudinem, bona dicas, anne præpoſita, cùm ille, qui iſta bona dicit, nihilo plus his tribuat quàm tu, qui eadem illa præpoſita

25. *Cùm triumphum Africano decerneret; Quod ejus virtute aut felicitate, poſſet.*] Deſperabam fermè de bona opera præſtanda Ciceroni, deſtitutus Palat. primo. ſed benè quod egregiam hanc emendationem ſuggeſſerit quartus. ineptè prius legebatur, *quid de ejus virtute &c.* reſpicit enim Tullius ad Decreti voces: QUOD N. VIRTUTE RES PROSPERE GESTÆ SUNT; DIIS IMMORTALIBUS &c. item: QUOD N. FELICITATE RESPUBL. BENE GESTA EST, ET DIIS IMMORTALIBUS HONOREM HABERI JUBEMUS, ET N. TRIUMPHUM DECERNIMUS. res clariſſima eſt, de qua, ſi vel per ſomnium veniſſet in mentem Lambino, parcere potuerat labori ſuo, quo totam hanc periodum peſſimè pervertit. *Gruter.*

26. *In eo nihil novetur.*] Eſt hoc ab induſtria Lambini, aut magis Petri Fabri, autumantis ſic reſtituendum libro I. cap. 21. Semeſtrium. nam Pall. accedunt vulgatæ, *movetur*, quæ quid heic faciat non video. ideoque non removi alterum. *Idem.*

27. In

ſita nominas? Itaque homo in primis ingenuus & gra-
vis, dignus illa familiaritate Scipionis & Lælii, Panæ-
tius, cùm ad Q. Tuberonem de dolore patiendo ſcri-
beret; quod eſſe caput debebat, ſi probari poſſet, num-
quam poſuit, non eſſe malum dolorem: ſed quid eſſet
& quale, quantumque in eo ineſſet alieni, deinde quæ
ratio eſſet perferendi: cujus quidem, quoniam Stoicus
fuit, ſententia, condemnata mihi videtur eſſe [27] imma-
nitas iſta verborum.

X. Sed, ut propiùs ad ea, Cato, accedam, quæ
à te dicta ſunt, preſſiùs agamus, eaque, quæ modò
dixiſti, cùm iis conferamus, quæ tuis antepono. Quæ 24
ſunt igitur communia vobis cum antiquis, his ſic uta-
mur, quaſi conceſſis: quæ in controverſiam veniunt,
de iis, ſi placet, diſſeramus. Mihi verò, inquit, pla-
cet agi ſubtiliùs &, ut ipſe dixiſti, preſſiùs. quæ enim
adhuc protuliſti popularia ſunt: ego autem à te elegan-
tiora deſidero. A mene tu, inquam? ſed tamen enitar,
&, ſi minùs mihi multa occurrent, non fugiam iſta po-
pularia.

Sed primùm poſitum ſit, noſmetipſos commendatos 25
eſſe nobis, primamque ex natura hanc habere appetitio- P. CXII.
nem, ut conſervemus noſmetipſos. hoc convenit: ſe-
quitur illud, ut animadvertamus, qui ſimus ipſi, ut
nos, quales oportet eſſe, ſervemus. ſimus igitur homi-
nes: ex animo conſtamus & corpore; quæ ſunt [28] cu-
jusdammodi; noſque oportet, ut prima appetitio natu-
ralis poſtulat, hæc diligere, conſtituereque ex his finem
illum ſummi boni atque ultimi. quem, ſi prima vera
ſint, ita conſtitui neceſſe eſt, earum rerum, quæ [h] ſunt [h] ſint
ſecundùm naturam, quàm plurima & quàm maxima *MSS.*
adipiſci. Hunc igitur finem illi tenuerunt: quodque ego 26
pluribus verbis, illi breviùs, ſecundùm naturam vivere.
hoc his bonorum videtur extremum.

XI. Age nunc iſti doceant, vel tu potiùs (quis
enim

27. *Immanitas iſta verborum.*] *Inanitas* eſt in antiquo. *Urſin.* Cur non notavit Gruterus, pro *immanitas* aut *inanitas* in multis editis legi *immanitate* aut *inanitate*, ut *ſententia* ſit caſus rectus? quæ certè varietas non ſpernenda aut de nihilo videri poſſit.

28. *Ejuſdem modi.*] Verum eſt, quod & Veneti, *Cujuſdam modi*, id eſt, *ποιά τινα*, *Camerar.*

29. Quia

enim iſta melius?) quonam modo ab iisdem principiis profecti, efficiatis, ut honeſtè vivere (id eſt enim vel ex virtute, vel naturæ congruenter vivere) ſummum bonum ſit, & quonam modo aut quo loco corpus ſubitò deſerueritis, omniaque ea, quæ cùm ſecundùm naturam ſint, abſint à noſtra poteſtate: ipſum denique officium. quæro igitur, [i]quo modo hæ tantæ commendationes, à natura profectæ, ſubitò à ſapientia relictæ ſint.

i quo hæ *MSS.*

27 Quòd ſi non hominis ſummum bonum quæreremus, [k]ſed cujusdam animantis: is autem eſſet nihil, niſi animus: (licet enim fingere aliquid ejusmodi, quo verum faciliùs reperiamus) tamen illi animo non eſſet hic [l]veſter finis. deſideraret enim [m]valitudinem, vacuitatem doloris: appeteret etiam conſervationem ſui earumque rerum cuſtodiam: finemque ſibi conſtitueret, ſecundùm naturam vivere: quod eſt, ut dixi, habere ea, quæ ſecundùm naturam ſunt, vel omnia, vel plurima & maxima.

k ſed animantis *alii.*
l noſter *MSS.*
m valetud. *alii.*

28 Cujuscumque enim modi animal conſtitueris: neceſſe eſt, etiam ſi id ſine corpore ſit, ut fingimus, tamen eſſe in animo quædam ſimilia eorum, quæ ſint in corpore: ut nullo modo, niſi ut expoſui, conſtitui poſſit finis bonorum. Chryſippus autem, exponens differentias animantium, ait alias earum corpore excellere, alias autem animo, nonnullas valere utraque re: deinde diſputat, quod cujusque generis animantis ſtatui deceat extremum. cùm autem hominem in eo genere poſuiſſet, ut ei tribueret animi excellentiam: ſummum bonum id conſtituit, non excellere animo, ſed [n]uti nihil eſſe, præter animum, videretur.

P. B.
n ut *MS.*

XII. Uno autem modo in virtute ſola ſummum bonum rectè poneretur, ſi quod eſſet animal, quod totum ex mente conſtaret: idipſum tamen ſic, ut ea mens nihil haberet in ſe, quod eſſet ſecundùm naturam:
29 ut [o]valitudo eſt. Sed id ne cogitari quidem poteſt, quale ſit, ut non repugnet ipſum ſibi. ſin dicit obſcurari quædam, nec apparere, quia valde parva ſint, nos quoque concedimus. quod dicit Epicurus de voluptate, quæ minimæ ſint voluptates, eas obſcurari ſæpe & obrui. ſed non ſunt in eo genere tantæ commoditates corporis tamque productæ temporibus tamque multæ.

o valetud. *alii.*

tæ. Itaque, in quibus, propter earum exiguitatem,
obſcuratio conſequitur; ſæpe accidit, ut nihil intereſſe
noſtra fateamur, ſint illa, necne ſint: ut in [p] ſole, quod [p] ſolem
à te dicebatur, lucernam adhibere nihil intereſt, aut te- *alii.*
runtium addere Crœſi pecuniæ.

Quibus autem in rebus obſcuratio tanta non ſit, fieri 30
tamen poteſt, ut id ipſum, quod intereſt, non ſit [q] æque
magnum. ut ei, qui jucundè vixerit annos decem, ſi juc. vita
[q] æquè vita jucunda menſtrua addatur; [29] quia momen- menſtr. *Lamb.*
tum aliquod habeat ad jucundum acceſſio, bonum ſit: P. CXIII.
ſin autem id non concedatur, non continuò vita beata
tollitur. Bona autem corporis huic ſunt, quod poſte-
riùs poſui, ſimiliora. habent enim acceſſionem dignam,
in qua [r] elaboretur, ut mihi in hoc Stoici jocari videan- [r] *alii*
tur interdum, cùm ita dicant, ſi ad illam vitam, quæ laboretur.
cum virtute degatur, ampulla aut ſtrigilis accedat,
ſumpturum ſapientem eam vitam potiùs, [30] quò hæc
adjecta ſint, nec beatiorem tamen ob eam cauſam fore.

Hoc ſimile tandem eſt non riſu potiùs quàm oratio- 31
ne [s] ejiciendum? ampulla enim ſit, necne ſit, quis non [s] eiciend.
jure optimo irrideatur, ſi laboret? at verò gravitate *alii.*
membrorum & cruciatu dolorum ſi quis quem levet,
magnam ineat gratiam: nec, ſi ille ſapiens ad tortoris
eculeum à tyranno ire cogatur, ſimilem habeat vultum,
[31] ac ſi ampullam perdidiſſet: ſed, ut magnum & dif-
ficile certamen iniens, cùm ſibi cum capitali adverſario,
dolore, depugnandum videret, excitaret omnes ratio-
nes fortitudinis ac patientiæ: quarum præſidio iniret
illud difficile, ut dixi, magnumque prœlium. deinde
non

29. *Quia momentum aliquod habeat ad jucundum acceſſio, ne bonum ſit.*] Veneti aliter, ſed ſenſu nondum liquido: *Quia momentum aliquam habeat ad jucundum acceſſionem.* Nos aliquando non incommodam lectionem futuram eſſe talem rati ſumus: *Ad jucundum, acceſſione bonum ſit:* ſed de hoc quæramus diligentius. *Camer.* *Quia momentum aliquod habeat ad jucundum acceſſio.*] Eſt à ſcriptis Lambini, quem firmat Pal. ſext. & Scaligeranus. Vulgata, *ad jucundam acceſſionem.* quo modo tamen pauciſſimi è Pall. nam tert. quint. *ad jucundum acceſſionem.* Gruter.

30. *Quò hæc adjecta.*] An non fuit? *quoi hæc adjecta.* Idem.

31. *Ac ſi ampullam perdidiſſet.*] Petrus Vict. hanc lectionem mutavit in *&* *ſi ampullam.* procul dubio auctoritate membranaceorum. & verò ſic quoque Pall. quinque: adeo ut *&* *ſi* valeat idem quod *ac ſi*; aut reformandum veniat in *ut ſi.* Idem.

 32. Ap-

non [t] quæremus, quid obſcuretur aut intereat, quia ſit admodum parvum: ſed quid tale ſit, ut expleat [v] ſummam. una voluptas è multis obſcuratur in illa vita voluptaria: ſed tamen ea quamvis parva ſit, pars eſt ejus vitæ, quæ poſita eſt in voluptate. nummus in Crœſi divitiis obſcuratur: pars eſt tamen divitiarum. quare obſcurentur etiam hæc, quæ ſecundùm naturam eſſe dicimus, in vita beata: ſint modo partes beatæ vitæ.

t quærimus *alii.* v ſummum *alii.*

32 XIII. Atqui, ſi, ut convenire debet inter nos, eſt quædam appetitio naturalis ea quæ ſecundùm naturam ſunt [32] appetens, eorum omnium eſt aliqua ſumma facienda. quo conſtituto, tum licebit otioſè iſta quærere, de magnitudine rerum, de excellentia, quanta in quoque ſit ad beatè vivendum, de iſtis ipſis obſcurationibus, quæ propter exiguitatem vix aut ne vix quidem appareant. [33] Quid, de quo nulla diſſenſio eſt? nemo enim eſt, qui aliter dixerit, quin omnium naturarum ſimile eſſet id, ad quod omnia referuntur: quod eſt ultimum rerum appetendarum. Omnis enim eſt natura diligens ſui. quæ eſt enim, quæ ſe umquam deſerat, aut partem aliquam ſui, aut ejus partis habitum, aut vim, aut ullius

P. B.

32. *Appetentis.*] Sic & olim, & nunc edidi, libris omnibus invitis, ratione flagitante. hæc enim ſententia eſt, & hic orationis curſus & tenor: *Si eſt quadam naturalis appetitio* hominis, *ea, qua ſecundum naturam ſunt, appetentis &c.* nam ſi quis dicat, nihil eſſe ſubintelligendum, ſed ſic hæc verba connectenda & explicanda: *Si eſt quadam appetitio naturalis, ea, qua ſecundum naturam ſunt, appetens:* id eſt, quæ appetitio appetit ea, quæ ſunt ſecundum naturam, &c. Si quis, inquam, hoc mihi dicat, reſpondeam non fieri mihi veriſimile Ciceronem eſſe ita locutum. præterea appetitio non appetit, ſed facit ut quis appetat. & appetitio eſt animantis appetentis, non ipſa appetit. quod ſi appeteret, animal eſſet, quod eſt abſurdum dictu. ſed piget me hæc refellere, aliò properantem. *Lambin.*

33. *Quid de quo nulla diſſenſio eſt? nemo enim eſt, qui aliter dixerit.*] Mendoſe in vulgatis libris, *multa diſſenſio.* quo in loco cum hærerem, commotus proximè ſequentibus verbis, quæ nullam potius quàm multam diſſenſionem ſignificabant, inſpexi veterem Philippi Tertii librum; vidi ſcriptum planiſſimè: *nulla diſſenſio*, idque Car. etiam Sigonii, eruditiſſimi hominis & de litteris optimè meriti, liber confirmat. *P. Manut.* *Quid, de quo nulla diſſenſio eſt?*] Invexerunt iſtud è mſſ. ſuis Paullus primùm Manutius ac Dion. Lambinus. antea erat *multa diſſenſio*, quomodo item reſtat in Pall. quinque, *Gruter.*

34. Qu-

ullius earum rerum, quæ ſecundùm naturam ſint, aut motum, aut ſtatum? quæ autem natura ſuæ primæ inſtitutionis oblita eſt, nulla profectò, quin ſuam vim retineat à primo ad extremum.

[34] Quo [x] igitur evenit, ut hominis natura ſola eſſet, 33
quæ hominem relinqueret, quæ obliviſceretur corporis, quæ ſummum bonum non in toto homine, ſed in parte hominis poneret? quo modo autem, quod ipſi etiam fatentur, conſtatque inter omnes, conſervabitur, [35] ut ſimile ſit omnium naturale illud ultimum, de quo quæritur? tum enim eſſet ſimile, ſi in ceteris quoque naturis id cuique eſſet ultimum, quod in quaque excelleret. tale enim viſum eſſet ultimum Stoicorum.

[x] modo igitur *alii.*

Quid dubitas igitur mutare principia naturæ? quid 34
enim [y] dicis, omne animal, ſimul atque ſit ortum, applicatum eſſe ad ſe diligendum: eſſeque in ſe conſervando occupatum? quin potiùs ita dicis, omne animal applicatum eſſe ad id, quod in eo ſit optimum, & in ejus unius occupatum eſſe cuſtodia, reliquaſque naturas nihil aliud agere, niſi ut id conſervent, quod in quaque [z] optimum ſit? quo modo autem optimum, ſi bonum præterea nullum eſt? ſi autem reliqua appetenda ſunt, cur, quod eſt ultimum rerum appetendarum, id non aut ex omnium earum, aut ex plurimarum & maximarum appetitione concluditur? [36] ut Phidias poteſt à primo

[y] dicis *deeſt in MSS.*

[z] ſit opt. *Lamb.*

P. CXIV

34. *Quomodo igitur evenit.*] Magis placet *eveniat*, ut eſt in manuſcripto. *Urſin.*

35. *Ut ſimile ſit omnium naturarum illud ultimum, de quo quæritur?*] Paullò ante dixit: *Nemo eſt, qui aliter dixerit, quin omnium naturarum ſimile eſſet id, ad quod omnia referuntur.* eſt autem præclara inprimis ratio emendandi, cum ſimilia ſimilibus conferuntur; quod nos ſæpe fecimus: & hic *naturarum*, pro *naturale*, reponere non dubitavimus, accedente ad noſtram conjecturam vetere libro Car. Sigonii. *P. Manut.* *Naturale illud ultimum.*] Paullus Manutius conjiciebat, *naturarum*, aſſeruitque mox ſibi Lambinus, ſed non video cur heic inferciri debeat, ejecta lectione noſtra, quæ in Palatinis omnibus, & alioquin idem dicit quod altera. *Gruter.*

36. *Ut Phidias poteſt a principio inſtituere ſignum.*] Quum in illis Gothofredi editionibus, tam ſpiſſa varietatum collectione repletis, nihil ad hæc verba notatum reperirem, mirabar unde in ſolis Victorianis legi cernerem *a primo*, quaſi aut ne dignum quidem obſervatu eſſet, aut vitioſe eſſet immiſſum. Ita quidquid eſt editionum, id ſpreverunt. At in membranis, quas cœpit inſpicere pater, ſed huc

primo inſtituere ſignum, idque perficere: poteſt ab alio inchoatum accipere & abſolvere. huic eſt ſapientia ſimilis. non enim ipſa genuit hominem, ſed accepit à natura inchoatum, hanc [a] intuens, debet inſtitutum illud, quaſi ſignum, abſolvere.

a igitur intuens *edd. vett.*

35 Qualem igitur natura hominem inchoavit? [b] & quod eſt munus, quod opus ſapientiæ? quid eſt, quod ab ea abſolvi & perfici debeat? [37] ſi nihil in eo quidem perficiendum eſt; præter motum ingenii quendam, id eſt, rationem: neceſſe eſt, huic ultimum eſſe, [38] ex virtute vitam fingere. rationis enim perfectio eſt virtus. ſi nihil, niſi corpus, ſumma erunt illa, [c] valitudo, vacuitas doloris, pulcritudo, & cetera. nunc de hominis ſummo bono quæritur.

b ecquod *alii.*

c valetudo *MS.*

XIV. Quid ergo dubitamus in tota ejus natura
36 quærere quid ſit effectum? Cùm enim conſtet inter omnes, omne officium munusque ſapientiæ in hominis cultu eſſe occupatum: alii (ne me exiſtimes contra Stoicos ſolùm dicere) eas ſententias afferunt, ut ſummum bonum in eo genere ponant, quod ſit extra noſtram poteſtatem, [39] tamquam de animali aliquo loquan-

usque non pervenit, video plane exſtare illud ipſum *a primo*, quum in illis, quas ego primum poſſidere cœpi. ſit illud *a principio:* ex quibus ne dubitare quidem potui, quid Ciceronis eſſet. Ulpianus Leg. v. §. 1. D. in litem jurando. *Sed judex poteſt præfinire certam ſummam, usque ad quam juretur: licuit enim & a primo nec deferre.* Tale eſt *in primo*, quod illuſtrat pater ad Livii librum x. Immo ipſe Cicero ſe oſtendit tum paulo ante in hoc capite, tum v. 15. *Nunc vero a primo quidem mirabiliter occulta natura eſt.* In Oratore cap. 8. *Itaque hic, quem præſtitiſſe diximus ceteris, ſummiſſius a primo.* Et cap. 63. *Fluit omnino numerus a primo tum incitatius.* Itaque elegi verius. *Gronov.*

37. *Si nihil in eo quidem perficiendum eſt.*] Abeſt adverbium *quidem* à vetere libro. *Urſin.* *Nihil in eo quidem perficiendum eſt.*] Victorii editio, *quod perficiend.* quomodo & Pall. quatuor. nam numero quintus neutram agnoſcit voculam. & malim ſane utramque abeſſe. *Gruter.*

38. *Ex virtute vitam agere.*] Ven. eleganter, *vitam fingere.* Camerar.

39. *Tanquam te in animali aliquo loquantur.*] Ven. *Anibali.* Ac ſane *Animale*, quod animâ præditum ſit, Ciceronem appellare dubium non eſt: ſed quod expers eſſet animæ, *inanimum* potius dixiſſe quam *inanimali* reperias. Tanquam igitur *de animali*, verum videtur. Nam animal nunc brutum aut beſtiam, id eſt, ἄλογον ζῶον dicit, ut & alibi, *Quem ego in hoc animali invenire*

ocu

quantur: alii contrà, quaſi nullum corpus ſit hominis, ita, præter animum, nihil curant: cùm præſertim ipſe quoque animus non inane neſcio quid ſit (neque enim id poſſum intelligere) ſed in quodam genere corporis: ut ne is quidem virtute una contentus ſit, ſed appetat vacuitatem doloris. quamobrem utrique [d] idem faciunt, ut ſi lævam partem negligerent, [e] dexteram tuerentur: aut ipſius animi, ut fecit Herillus, cognitionem amplexarentur, actionem relinquerent. eorum enim omnium, multa prætermittentium, dum eligant aliquid, quod ſequantur, quaſi curta [f] ſententia. at verò illa perfecta atque plena, eorum, qui cùm de hominis ſummo bono quærerent, nullam in eo neque animi neque corporis partem vacuam tutelâ reliquerunt.

d item *alii.* P. B.
e dextram *alii.*
f ſent. eſt *Lamb.*

Vos autem, Cato, quia virtus, ut omnes fatemur, 37
altiſſimum locum in homine & maximè excellentem tenet, & quòd eos, qui ſapientes ſunt, abſolutos & perfectos putamus, aciem animorum noſtrorum [40] virtutis ſplendore præſtringitis. in omni enim animante eſt ſummum aliquid atque optimum, ut in equis, in canibus: quibus tamen [41] & dolore vacare opus eſt & va-

non poſſem. Id eſt, in hac beſtia ſeu pecude. *Camer.*

40. *Virtutis ſplendorem præſtinguitis.*] Sic legendum, non ut vulgò, *perſtringitis*, quod eſt nuper introductum. nam omnes libri manuſcr. habent vel *præſtringitis*, vel *preſtringentis*, vel paullò aliter. omninò in prima ſyllaba ſemper habent *pre*, vel *præ*. Jam verò, quin *præſtinguo* ſit verbum compoſitum ex *præ* & *ſtinguo*, *is*, ut *reſtinguo*, *exſtinguo*, *diſtinguo*, ex *re*, ex, *di*, & eodem ſimplici *ſtinguo*, nemo, niſi linguæ Latinæ ignarus, dubitat. ſed de hoc verbo plura in commentariis Lucretianis, & ſupra in his notis Ciceronianis non ſemel. *Lambinus.* *Virtutis ſplendore præſtringitis.*] Ita legendum vel Nonii auctoritate. aliæ edd. ferè *perſtringitis*, Lambinus voluit, *præſtinguitis.* Gruter.

41. *Et dolore vacare opus eſt & valere.*] Mira lectio Palatini quarti, *& olere nare præ eſt & valere.* quam tamen non dubitarim auctoris germanam. canes enim cenſentur ſagacitate narium, quemadmodum equi robore, id eſt valentiâ. Si alius quis olim è gente critica talem emendationem orbi primum publicaſſet, exclamaſſet ſtatim ipſemet dignum ſe, qui ideo auratâ cohoneſtaretur ſtatuâ medio in foro. inveniſſetque ſtatim non paucos, qui feſtâ acclamatione recentarent dignum eſſe. at ego nihil à quoquam peto quàm ut miſereatur mei, cùm vapulabo à vilisſimo aliquo puerorum, quod Ciceroni vel *&*, vel *aut*, ſimileve quid abſtulerim illo non adſentiente; hoc eſt priusquam eum quaſi ſolenniter de calculo ſuo interpellaverim. *Gruter.*

valere. ſic igitur in homine perfectio iſta, in eo potiſſimùm, quod eſt optimum, id eſt, in virtute laudatur. Itaque mihi non ſatis videmini conſiderare, [42] quod iter ſit naturæ, quæque progreſſio. non enim hoc, quod facit in frugibus, ut, cùm ad ſpicam perduxerit ab herba, relinquat & pro nihilo habeat herbam, idem facit in homine, cùm eum ad rationis habitum perduxerit. ſemper enim ita aſſumit aliquid, ut ea, quæ prima dederit, ne deſerat.

38 Itaque ſenſibus rationem adjunxit. &, ratione effecta, [43] ſenſus non reliquit: ut ſi cultura vitium, cujus hoc munus eſt, ut efficiat, ut vitis cum partibus ſuis omnibus quàm optimè ſe habeat: ([g] ſed ſic intelligamus: licet enim, ut vos quoque ſoletis, fingere aliquid docendi cauſâ) ſi igitur illa cultura vitium in vite inſit, ipſa cetera, credo, velit, quæ ad colendam vitem attinebunt, ſicut antea: ſe autem omnibus vitis partibus præferat ſtatuatque nihil eſſe melius in vite quàm ſe: ſimiliter ſenſus, cùm acceſſit ad naturam, tuetur illam quidem, ſed etiam tuetur ſe: cùm autem aſſumpta ratio eſt, tanto in dominatu locatur, ut omnia illa prima naturæ hujus tutelæ ſubjiciantur.

g id ſic *alii.*

P. CXV.

39 Itaque non diſcedit ab eorum [h] curatione, quibus præpoſita vitam omnem [i] debet gubernare: ut mirari ſatis eorum inconſtantiam non poſſimus. naturalem enim appetitionem, quam[illegible]ant ὁρμὴν, itemque officium, [44] ipſam etiam virtutem, tuentem eſſe volunt earum rerum, quæ ſecundùm naturam ſunt. cùm autem ad ſum-

h ratione *edd. vett.*
i debent *edd. vett.*

42. *Quod iter ſit naturæ, quæque progreſſio.*] Adeo clara erat correctionis hujus ſententia, ut ſtatim ei locum dederim, ejecto hactenus vulgato, *quid interſit naturæ quæque progr.* quomodo nulli Palatinorum: omnes enim habent *quod*, non *quid*, præter quartum, auctorem lectionis reſtitutæ; cui item accedit vetus codex Scaligero excuſſus. *Gruter.*

43. *Senſus non reliquit.*] Lambinus dicit ſe odoratum verba transpoſita reſtituiſſe ea in ordinem naturalem, qui ei videbatur talis: *Senſus non reliquit, quod ſic intelligamus. Licet enim, ut vos quoque ſoletis, fingere aliquid docendi cauſa. Ut ſi cultura vitium, cujus hoc munus eſt, ut vitis cum partibus ſuis omnibus quam optime ſe habeat: ſi igitur illa cultura vitis in vite inſit, ipſa &c.* Verburg.

44. *Ipſam etiam virtutem tuentem eſſe volunt earum rerum.*] Aliter Pal. quartus. nempe: *ipſam etiam tuentem voluntatem earum rerum.* quo quid velit non licet examinare nimium properanti. *Gruter.*

45. At

ſummum bonum volunt pervenire, tranſiliunt omnia, & duo nobis opera pro uno relinquunt: ut alia ſumamus, alia appetamus potiùs quàm uno fine [k] omnia concludant.

[k] utrumque *Manut.*

40 XV. [45] AT ENIM jam dicitis virtutem non poſſe conſtitui, ſi ea, quæ extra virtutem ſint, ad beatè vivendum pertineant. quod totum contrà eſt. Introduci enim virtus nullo modo poteſt, niſi omnia, quæ leget, quæque rejiciet, unam referantur ad ſummam. nam ſi omnino nos negligimus, in Ariſtonea vitia & peccata incidemus, obliviſcemurque quæ virtuti ipſi principia dederimus. ſin ea non negligimus, neque tamen ad finem ſummi boni referimus, non multùm ab Herilli levitate aberrabimus. duarum enim vitarum nobis erunt inſtituta capienda. [l] facit enim ille duo ſejuncta ultima bonorum: quæ, ut eſſent vera, conjungi debuerunt. nunc [m] iſta ſeparantur, ut disjuncta ſint. quo nihil poteſt eſſe perverſius.

[l] faciunt *alii.*

[m] ita *alii.*

41 Itaque contrà eſt, ac dicitis; nam conſtitui virtus nullo modo poteſt, niſi ea, quæ ſunt prima naturæ, ut ad ſummam pertinentia, tenebit. Quæſita enim virtus eſt, non quæ relinqueret naturam, ſed quæ tueretur. At illa, ut vobis placet, partem quandam tuetur, re- P. B.

45. *At enim dicitis virtutem, &c.*] Noſtri omnes libri veteres, uno excepto, habent partim, *at enim nam dicitis, virtutem &c.* partim, *at enim nam dicitis &c.* Manutius teſtatur in Maffæi libro ſcriptum eſſe, *at enim veram dicitis virtutem &c.* quam ſcripturam non improbo, & eam confirmant noſtri libri, quamvis depravati. credibile enim eſt, *nam* factum ex *veram*, cum eſſet ita ſcriptum *u'am*, deinde ex *u'am* factum *nam:* poſtremo ex *nam* nonnulli facere conati ſunt *non.* contra videtur vox *veram* eſſe inanis. nam virtutis nomen ſatis per ſe plenum atque integrum eſt. quamquam Horat. dixit in Epiſt. I. lib. I. *Virtutis vera cuſtos rigiduſque ſatelles.* & in Oda V. lib. III. *Nec vera virtus cùm ſemel excidit, &c.* & M. Tullius infra lib. V. *veram virtutem* appellat virtutem moralem & voluntariam, differentem à non voluntaria, quam *διανοητικὴν* appellat Ariſtoteles. præterea *nam* potuit eſſe natum ex particula *enim*, quæ antecedit. Sed hac de re judicet lector eruditus. Sed cod. Memm. tollit omnem dubitationem, in quo ſcriptum eſt, *at enim natura dicitis virtutem, &c.* Natum erratum ex eo, quòd *natura* ſcripſerunt librarii illi hoc modo, *nā.* hinc ceteræ ſcripturæ fluxere. *Lambinus.* *At enim jam dicitis.*] Sic Aldi ſenioris editio. Junioris enim, *At enim veram dicitis*, ex mſſ. Maffæi, quomodo nulli Palatinorum. habebant enim uno conſenſu, *At enim: nam dicitis*, quod & publicavit Victorius. Lambinus prompſit ex Memmiano, *At enim natura dicitis.* quòd & probabat Scaliger. *Grut.*

reliquam deſerit. Atque ipſa inſtitutio hominis ſi loque-
retur, hæc diceret: Primos ſuos quaſi cœptus appetendi
fuiſſe, ut ſe conſervaret in ea natura, in qua ortus eſ-
ſet. Nondum autem explanatum ſatis erat, [n] quid ma-
ximè natura vellet. explanetur igitur: quid ergo aliud
intelligetur, niſi [46] ut nequa pars naturæ negligatur? in
qua ſi nihil eſt præter rationem ſit in una virtute finis
bonorum. ſin eſt etiam corpus, iſta explanatio naturæ
nempe hoc effecerit, ut ea, quæ ante explicationem
tenebamus, relinquamus. Ergo id eſt convenienter na-
42 turæ vivere, à natura diſcedere. [o] Ut quidam philoſo-
phi, cùm à ſenſibus [p] profecti majora quædam ac
diviniora vidiſſent, ſenſus reliquerunt: ſic iſti, cùm ex
appetitione rerum virtutis pulcritudinem adſpexiſſent,
[47] omnia, quæ propter virtutem ipſam viderant, abje-
cerunt, obliti, naturam omnem appetendarum rerum
ita latè patere, ut à principiis [q] permanaret ad fines:
neque intelligunt, ſe rerum illarum pulcrarum atque
admirabilium fundamenta ſubducere.

XVI. Itaque mihi videntur omnes quidem illi
erraſſe, qui finem bonorum eſſe dixerunt honeſtè vi-
43 vere. Sed alius alio magis: Pyrrho ſcilicet maximè,
qui, virtute conſtituta, nihil omnino, quod appetendum
ſit, relinquat: deinde Ariſto, qui nihil relinquere non
eſt auſus: introduxit autem, quibus commotus ſapiens
appeteret aliquid, [r] quod cuique in mentem incideret,
& quodcumque [s] tamquam occurreret. is hoc melior
quàm Pyrrho, quòd vel aliquod genus appetendi dedit:
de-

n *Grut. & alii* quod.
o Atque ut *Lamb.*
p provecti *Grut.*
q permaneret *ed. pr.*
r quodcumque in *Manut.*
s tandem *alii.*

46. *Ut aqua pars naturæ negligatur?*] Mendum ſubeſſe manifeſtum eſt. quod ſi hæc cum ſuperioribus conferantur, ſenſus oſtendet ita legendum eſſe, *ut ne qua pars naturæ negligatur.* ita etiam in Maffæi libro ſcriptum eſt. *P. Manut.* *Niſi ut nequa pars naturæ negligatur?*] Sic ex Maffæi libro reſtituit Paull. Manutius. Pall. tamen omnes ſtant pro vulgata; *niſi ut aque pars.* Scaliger ex V. C. hauſit, *niſi ut inæquè pars &c.* Grut.

47. *Omnia, propter quæ virtutem ipſam viderant.*] Recte, ſi modo ita vel in uno MS. invenit Gruterus, aut alii hunc ordinem exhibentes. Nam duo, quos in oculis habeo, *quæ propter*, ut editum quoque ab Victorio. Utique non virtutem propter alia ſpectaverant, ſed in virtutem inquirentes debuerunt primum venire ad alia, quæ ad virtutem credebantur ductura, & placuerant; ſed ubi ipſam viderunt virtutem, reliquerunt omnia, quæ propter virtutem viderant. *Gronov.*

48. *Hoc*

deterior quàm ceteri, quòd penitus à natura receſſit. Stoici autem, quòd finem bonorum in una virtute ponunt, ſimiles ſunt illorum: quòd autem principium officii quærunt, meliùs quàm Pyrrho: quòd ea non occurrentia fingunt, vincunt Ariſtonem: quòd autem ea, quæ ad naturam accommodata & per ſe aſſumenda eſſe dicunt, non adjungunt ad finem bonorum, deſciſcunt à natura, & quodam modo ſunt non diſſimiles Ariſtonis. ille enim occurrentia neſcio quæ comminiſcebatur: hi autem ponunt illi quidem prima naturæ, ſed ea ſejungunt à finibus & à ſumma bonorum: quæ cùm [t] proponunt, ut ſit aliqua rerum ſelectio; naturam videntur ſequi. cùm autem negant, ea quidquam ad beatam vitam pertinere, rurſus naturam relinquunt. P. CXVI. t præponunt alii.

Atque adhuc ea dixi, cur cauſa Zenoni non fuiſſet, 44
quamobrem à ſuperiorum auctoritate diſcederet. nunc reliqua videamus: niſi aut ad hæc, Cato, dicere aliquid vis, aut nos jam longiores ſumus. Neutrum verò, inquit ille. nam & à te perfici iſtam diſputationem volo, nec tua mihi oratio longa videri poteſt. Optimè, inquam. quid enim mihi poteſt eſſe optatius quàm cum Catone, omnium virtutum auctore, de virtutibus diſputare?

Sed primùm illud vide, graviſſimam illam veſtram 45
ſententiam, quæ familiam ducit, honeſtum quod ſit, id eſſe ſolum bonum: honeſtéque vivere, bonorum finem communem fore vobis cum omnibus, qui in una virtute conſtituunt finem bonorum: quodque dicitis, informari non poſſe virtutem, ſi quidpiam, niſi quod honeſtum ſit, [v] numeretur, idem dicetur ab illis, quos modò nominavi. mihi autem æquius videbatur, Zenonem cum Polemone diſceptantem, à quo, quæ eſſent principia naturæ, acceperat, à communibus initiis progredientem, videre ubi primum inſiſteret, & unde cauſa controverſiæ naſceretur, non ſtantem cum iis, qui ne dicerent quidem ſua ſumma bona eſſe à natura profecta, ut iiſdem argumentis, quibus illi uterentur, iiſdemque ſententiis. v num. in bonis conj. Lamb. P. B.

XVII. MINIME verò illud probo, quòd, cùm do- 46
cuiſtis, ut vobis videmini, ſolum bonum eſſe, quod honeſtum ſit, tum rurſum dicitis, initia proponi neceſſe

x ſelect. *alii.* eſſe apta & accommodata naturæ, quorum ex [x] electione virtus poſſit exſiſtere. non enim in ſelectione virtus ponenda erat, ut idipſum, quod erat bonorum ultimum, aliud aliquid acquireret. nam omnia, quæ ſumenda quæque legenda aut optanda ſunt, ineſſe debent in ſumma bonorum, ut is, qui eam adeptus ſit, nihil præterea deſideret. Videsne, ut, quibus ſumma eſt in voluptate, perſpicuum ſit, quid iis faciendum ſit aut non faciendum? ut nemo dubitet, eorum omnia
y debeant? *Lamb.* officia quò ſpectare, quid ſequi, quid fugere [y] debeant. Sit hoc ultimum bonorum, quod nunc à me defenditur.
z vos autem *ed. vet.* apparet ſtatim, quæ ſint officia, quæ actiones. [z] vobis autem, quibus nihil eſt aliud propoſitum, niſi rectum atque honeſtum, unde officii, unde agendi principium naſcatur, non reperietis.

47 [48] Hoc igitur quæritis omnes, & ii, qui quodcumque in mentem veniat, aut quodcumque occurrat, ſe ſequi dicent: [49] & vos ad naturam revertimini. quibus natura jure reſponderit, non eſſe verum, aliunde finem beatè vivendi, à ſe principia rei gerendæ peti: eſſe enim unam rationem, qua & principia rerum agendarum & ultima bonorum continerentur: atque, ut Ariſtonis eſſet exploſa ſententia, dicentis, nihil differre aliúd ab alio, nec eſſe res ullas, præter virtutes &
P. CXVII. vitia, inter quas quidquam omnino intereſſet, ſic errare Zenonem, qui nulla in re, niſi in virtute aut vitio, propenſionem, ne minimi quidem momenti, ad ſum-
a eſſe *alii non habent.* mum bonum adipiſcendum [a] eſſe diceret: &, cùm ad
b autem *Lamb. delet.* beatam vitam nullum momentum ea res haberet, ad appetitionem [b] autem rerum eſſe in his momenta diceret: quaſi verò hæc appetitio non ad ſummi boni
48 adeptionem pertineret. Quid aútem minùs conſentaneum

48. *Hoc igitur quaritis omnes, & ii, qui &c.*] Legendum, *ut ii, qui &c.* Urſin.

49. *Et vos ad naturam revertemini.*] Liber Tertii, *ſed vos ad naturam revertimini*, quod placet. ſequitur enim paullo poſt: *quod autem minus conſentaneum eſt quàm quod ajunt, cognito ſummo bono, reverti ſe ad naturam, ut ab ea petant agendi principium, id eſt officio?* P. Manut. *Et vos ad naturam revertimini.*] Ita edidit Victorius. ſed priores, item poſteriores, *revertemini*, quibus conſentiunt ferè Pall. nam admodum licentioſè Lambinus, *& vos, qui ad naturam revertimini.* P. Manutius eruit è Tertii libro: *Sed vos ad nat. revertimini.* Gruter.

50. *Omne*

neum eſt quàm, quod ajunt, cognito ſummo bono, reverti ſe ad naturam, ut ab ea petant agendi principium, id eſt, officii? Non enim actionis aut officii ratio impellit ad ea, quæ ſecundùm naturam ſunt, appetenda: ſed ab his & appetitio & actio commovetur.

XVIII. Nunc venio ad illa tua brevia, quæ conſectaria eſſe dicebas: & primum illud, quo nihil poteſt eſſe brevius: Bonum omne laudabile; laudabile autem omne honeſtum: igitur omne bonum honeſtum. O plumbeum pugionem! Quis enim tibi illud primum conceſſerit? quo quidem conceſſo, nihil opus eſt ſecundo. ſi enim omne bonum laudabile eſt, [50] omne honeſtum eſt.

Quis tibi ergo iſtud dabit, præter Pyrrhonem, Ari- 49
ſtonem eorumve ſimiles? quos tu non probas. c Ariſtoteles, Xenocrates, tota illa familia, non dabit; quippe qui valitudinem, vires, divitias, gloriam, multa alia, bona eſſe dicant, laudabilia non dicant. & hi quidem ita non ſola virtute finem bonorum contineri putant, ut rebus tamen omnibus virtutem anteponant. quid cenſes eos eſſe facturos, qui omnino virtutem à bonorum fine ſegregaverunt, Epicurum, Hieronymum, illos etiam, ſi qui Carneadeum finem tueri volunt?

c Ariſt. verò *alii.*

Jam aut Callipho, aut Diodorus, d quo poterunt tibi 50
iſtud concedere, qui ad honeſtatem aliud adjungant, quod ex eodem genere non ſit? Placet igitur tibi, Cato, cùm res ſumpſeris non conceſſas, ex illis efficere quod velis? Jam ille ſorites, quo nihil putatis eſſe vitioſius, Quod bonum ſit, id eſſe optabile: quod optabile, id eſſe expetendum: quod expetendum, laudabile: deinde reliqui gradus. ſed ego in hoc reſiſto. eodem enim modo tibi nemo dabit, quod expetendum ſit, id eſſe laudabile. [51] Illud verò minimè conſectarium, ſed

P. B.

d quomodo *alii.*

in

50. *Omne honeſtum eſt.*] Et hoc eſt à Victorio, cui accedunt omnes Palatini. nam Aldi vetus, *omne laudabile honeſtum eſt*; quod & in nonnullis adhuc retinetur edd. nam Lambinus, *omne bonum honeſtum eſt.* Gruter.

51. *Illud verò minimè conſect. ſed inprimis hebes illorum, Glor.*] Sic reſtituit hunc locum Muretus, duabus his vocibus, *ſcilicet nominum*, quæ ex aliqua annotatione natæ erant, deletis, & diſtinctione mutata. Profert autem hunc locum Nonius in voce *conſecta-*

in primis [52] hebes, illorum gloriatione dignam eſſe beatam vitam, [53] quod non poſſit ſine honeſtate contingere, [54] ut jure quisquam glorietur.

51 Dabit hoc Zenoni [e] Polemon; etiam magiſter ejus, & tota illa gens, & reliqui, qui virtutem omnibus rebus multo anteponentes, adjungunt ei tamen aliquid ſummo in bono finiendo. Si enim virtus digna eſt gloriatione, ut eſt, tantumque præſtat ceteris rebus, ut dici vix poſſit: & beatus eſſe poterit virtute una præditus, carens ceteris, nec tamen illud tibi concedet, præter virtutem nihil in bonis eſſe ducendum: illi autem, quibus ſummum bonum ſine virtute eſt, non dabunt fortaſſe, vitam beatam habere; in quo jure poſſit gloriari. etſi illi quidem etiam voluptates faciunt interdum

52 glorioſas. Vides igitur, te aut ea ſumere, quæ non concedantur, aut ea, quæ etiam conceſſa, te nihil [f] juvent.

e Polemo *Lamb.*

f adjuvent *Manut.*

XIX. Equidem in omnibus iſtis concluſionibus hoc putarem philoſophiâ nobisque dignum, & maximè, cùm ſummum bonum quæreremus, vitam noſtram, conſilia, voluntates, non verba corrigi. quis enim poteſt iſtis, quæ te, ut ais, delectant, brevibus & acutis, auditis, de ſententia decedere? Nam, cùm [g] ea ſpectant & avent audire, cur dolor malum non ſit, di-

P. CXVIII.

g exſpectant *alii.*

ſectarium, quod ille interpretatur efficax, perfectum. ubi tamen impreſſum eſt *conjectarium*, non, *conſectarium*. Lambinus.

52. *Hebes, illorum gloriatione.*] Eſt à conjectura Mureti libro IV. Var. Lect. cap. 14. confirmata deinde membranis Caroli Sigonii, ut prodidit Manutius Nepos. prius legebatur amplius, *illorum ſcilicet nominum gloriatione*: quod & in omnibus Pall. *Gruter.*

53. *Quod non poſſit ſine &c.*] Ita Palatini aliquot; reſpicitque ad ea, quæ habuimus ſupra libro III. cap. 8. editi antea, *qua non &c.* nam Lambinus, *quia non &c.* Idem.

54. *Ut jure quisquam glorietur.*] Sic omnino in duobus antiquis libris: opinor tamen, ut ſuppoſititium inducendum eſſe. additum enim videtur ad interpretationem antecedentium verborum, quod eo magis exiſtimo, quia reſponderi conſtat ad id, quod libro III. dictum eſt his verbis: *Ex quo efficitur gloriatione, ut ita dicam, dignam eſſe beatam vitam: quod non poſſit quidem, niſi honeſta vita, jure contingere. ita fit, ut honeſta vita beata ſit.* Is autem locus correctionem doctiſſ. viri confirmat, M. Ant. Mureti, qui legendum putat ex Nonio: *Illud vero minimè conſectarium, ſed inprimis hebes illorum gloriatione dignam eſſe beatam vitam: quod non poſſit &c.* id quod Sigonii quoque liber comprobat. *P. Manut.*

55. Si

dicunt illi, aſperum eſſe [h] dolere, moleſtum, odioſum, [h dolorem *alii.*] contra naturam, [i] difficile toleratu: ſed, quia nulla ſit in dolore nec fraus, nec improbitas, nec malitia, nec [i difficilem *iid.*] culpa, nec turpitudo, non eſſe illud malum. Hæc qui audierit, ut ridere non curet, diſcedet tamen nihilo firmior ad dolorem ferendum quàm venerat. tu autem negas fortem eſſe quemquam poſſe, qui dolorem malum putet.

Cur fortior ſit, ſi illud, quod tute concedis, aſperum 53 & vix ferendum putabit? Ex rebus enim timiditas, non ex vocabulis naſcitur. Et ais, ſi una littera commota ſit, fore, tota ut labet diſciplina. Utrùm igitur tibi litteram videor an totas paginas commovere? ut enim ſit apud illos, id quod eſt à te laudatum, ordo rerum conſervatus, & omnia inter ſe apta & connexa (ſic enim ajebas) tamen perſequi non debemus, ſi à falſis principiis profecta [k] congruent ipſa ſibi, & à propoſito non aberrant. [k congruunt *Lamb.*]

In prima igitur conſtitutione Zeno tuus à natura re- 54 ceſſit; cúmque ſummum bonum poſuiſſet in ingenii præſtantia, quam virtutem vocamus, nec quidquam aliud bonum eſſe dixiſſet, niſi quod eſſet honeſtum, nec virtutem poſſe conſtare, ſi in ceteris rebus eſſet [l] quidquam, quod aliud alio melius eſſet aut pejus: [l quidquam *deeſt in MS.*] his propoſitis, tenuit prorſus conſequentia. rectè dicis. negare enim non poſſum. ſed ita falſa ſunt ea, quæ conſequuntur, ut illa, è quibus hæc nata ſunt, vera eſſe non poſſint.

Docent enim nos (ut ſcis) dialectici, 55 ſi ea, quæ 55 rem aliquam ſequantur, falſa ſint, falſam illam ipſam eſſe, quam ſequantur. Ita ſit illa concluſio non ſolùm [P. B.] vera, ſed ita perſpicua, ut dialectici ne rationem quidem reddi putent oportere: Si illud: hoc. non autem hoc. igitur ne illud quidem. ſic, conſequentibus veſtris ſublatis, prima [m] tollantur. quæ ſequuntur igitur: [m *alii* tollantur.] [n] omnes, qui non ſunt ſapientes, æquè miſeros eſſe: ſapientes [n] omnes ſummè beatos eſſe: rectè facta omnia [n omnis *MS.* omneis *alii.*] æqua-

55. *Si ea, quæ rem aliquam ſequantur, falſa ſint, falſa &c. Ita ſit.*] Si attendendum Palatino ſexto, qui tantum habet, *Si ea, quæ rem aliquam ſequantur. Ita ſit &c.* cetera omnia excludemus ceu gloſſema: ut nimirum auctori ſatis fuerit initium recitare rei notiſſimæ. *Gruter.*

56. Dici

o cum Lamb. delet. æqualia: omnia peccata paria. quæ ° cùm magnificè primò [56] dici viderentur, conſiderata minùs probantur. ſenſus enim cujusque & natura rerum atque ipſa veritas clamabat quodam modo, non poſſe p adduci, ut inter eas res, quas Zeno exæquaret, nihil intereſſet.

p ſe adduci conj. Lamb.

56 XX. [57] Postea tuus ille Pœnulus (ſcis enim Citiæos,

56. *Dici viderentur, conſiderata &c.*] Revocavi quod erat in omnibus ferè Pall. atque vetuſte excuſis. neoterici enim, *dici videntur*, item *clamat*, obtruſerant nobis. Lambinus autem heic ſuo more abjicit, quod ei minus placebat. Locus meo judicio redderetur clarior, ſi geminaretur modo adhuc ſyllaba, fieretque *probabantur*, ἀντὶ τοῦ *probantur*. Gruter.

57. *Poſtea tuus ille Zenulus, ſcis enim ſcitius quàm hunc à Philoſophia clientes tuos à poëtica profectos.*] Semper hunc locum mendoſum eſſe ſuſpicati ſumus. Veneti pro *Zenulus*, *Poenulus*. & alia paulo aliter. Ac poteſt quidem a *Zenone* quoque *Zenulus*, ut à *lenone lenolus* apud Plautum. Sed mihi talis lectio, vel huic non diſſimilis certe quædam, vera videtur eſſe: *Poſtea tuus ille Poenulus: ſcis enim Citieas clientes tuos a Phoenicia eſſe profectos.* Conſtat enim certe Zenonem fuiſſe Citiea: & quamvis Citium fuerit in Cypro Græcum oppidum, tamen Phoenicos incolas admiſit. Itaque Laërtius ſic de Zenone orditur: Ζήνων Μνασέου ἢ Δημέου Κιττιεὺς, ἀπὸ Κύπρου πολίσματος Ἑλληνικοῦ Φοίνικας ἐποίκους ἐσχηκότος. Clientes autem hos Catonis fuiſſe quis dubitet, cum in hujus clientelam tota Cyprus eſſet, quippe qui publicato nefaria rogatione Clodii (ut Cicero vult) regno Cypri, ad illud occupandum & regiam pecuniam deportandum miſſus fuerit. Itaque jam prope, quod non facile ſoleo facere, hanc noſtram lectionem eſſe auſim affirmare. *Camerar.* *Poſtea tuus ille Pœnulus.*] Citium parva urbs eſt in Cypro inſula, ubi Zeno, Stoicæ auctor diſciplinæ, natus eſt. Narrat hoc Strabo in lib. de Geographia xiv. & Diog. Laërtius initio lib. vii. Græcam fuiſſe urbem dicit Laërtius, quæ tamen Phœnicas colonos aliquando habuerit. quam ob cauſam Crates, Zenonis quodam tempore magiſter, eum reprehendens per jocum, Phœniculum appellavit, quod ſciam, prius omnium. τί φεύγεις refert in Zenone Diogenes, Φοινικίδιον. οὐδὲν δεινὸν πέπονθας. Ad hanc videtur vocem reſpexiſſe Cicero, cum ait, *tuus ille Pœnulus.* Pœni enim, quin Græci ſint Φοίνικες, nihil eſt cur dubitemus. Dionyſius enim, initio primi Antiquitatum Rom. bellum Punicum, ſive Pœnicum, ut eſt in libris Latinæ Linguæ Varronis, Φοινικὸν πόλεμον ſæpius appellavit: Τοὺς Φοινικοὺς καταρθῶσι πολέμους· &, Κατὰ τοὺς Φοινικοὺς ἀκμάσαντες πολέμους· &, Ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ πρώτου Φοινικοῦ πολέμου. *Tuus* autem *ille*, quod dicit Cicero, ſignificat Cypriis patrocinium Catonem præſtitiſſe. puto enim ex his præcipuè verbis, Ptolemæo rege mortuo, cujus regnum & regiam gazam ſua lege P. Clodius publicavit, ſibi Cyprios M. Catonem adoptaſſe. Hæc ab Octavio Ferrario. *A. Manutius.* *Scis enim Citiaeos, clientes tuos, è Phœnicia profectos.*] Laërtius

tiæos, clientes tuos, [58] è Phœnica profectos) homo igitur acutus cauſam non obtinens, repugnante natura, verba verſare cœpit: & primùm rebus iis, quas nos bonas [q] ducimus, conceſſit, [59] ut haberentur aptæ, habiles & ad naturam accommodatæ: faterique cœpit, ſapienti, hoc eſt, ſummè beato, commodiùs tamen eſſe, ſi ea quoque habeat, quæ bona non audet appellare; [60] naturâ ipſâ accommodata eſſe concedit: negatque, Platonem, ſi ſapiens non ſit, eadem eſſe in cauſa, qua tyrannum Dionyſium. huic mori optimum eſſe, propter deſperationem ſapientiæ: illi, propter ſpem, vivere: peccata autem partim eſſe tolerabilia; partim nullo modo, propterea quòd alia peccata plures, alia pauciores quaſi numeros officii præterirent. jam inſipientes alios ita eſſe, ut nullo modo ad ſapientiam poſſent pervenire: alios, qui poſſent, [r] ſi id geſſiſſent, ſapientiam conſequi.

q dicimus *alii.*

r ſi proceſſiſſent *Lamb.*

Hic loquebatur aliter atque omnes: ſentiebat idem 57
quod ceteri. nec verò minoris æſtimanda ducebat ea, quæ ipſe bona negaret eſſe, quàm illi, qui ea bona eſſe di-

tius in Zenone auctor eſt, Citiæos à Phœnicibus originem duxiſſe. quem ego ſecutus emendavi, *è Phœnicia*, ſive, *à Phœnicia*; cum antea legeretur, *à poëtica*, fœdo errore & manifeſto. Appellat enim *Pœnulum Zenonem*, quaſi callidum & aſtutum, ut ſunt Pœni ferme omnes, qui à Phœnicibus nomen acceperunt. qua ratione *Pœnulum Zenonem* dixit Cicero, quod à Phœnicibus eſſet oriundus. *P. Manut.* *Citiæos clientes tuos, è Phœnicia profectos.*] Sic tandem ad mitius redegerunt monſtroſe corruptum (ut vel ex Hervagiana colligas *Zenulus ſcis enim citius quam hunc a philoſophia clientes tuos a poëtica profectos*) locum viri docti; qui tamen neſcio unde potuerunt colligere illud *Phœnicia*, quum & Victoriani libri præferant *poëtica*, & ſic in duobus MSS. eſſe videam, idemque novit Gothofredus: unde manifeſtum eſt ab Cicerone veniſſe *Phœnica*, ut Græci Συρίαν Φοινίκην dicebant. Idèm ipſum ſcilicet hoc eſt, quod caſtigavi in Pomponio Mela 1, 12. *Gronov.*

58. *E Phœnicia profectos.*] *E Pœnicia* puto legendum, ut ſervetur antiqua ſcribendi ratio, qua *bellum Pœnicium* in ænea tabella inciſum eſt: in veteribus etiam libris hujus ſcripturæ veſtigium apparet, qui habent *Poëtica*, corrupte ſcilicet pro *Pœnicia*. Urſin.

59. *Ut haberentur apta, habiles & ad naturam accommodata.*] Pro duobus verbis *apta*, *habiles*, unum *optabiles* habet manuſcriptus. *Idem.*

60. *Natura ipſa accommodata eſſe concedit.*] Sic lectio communis. nam Manutius Junior & Lambinus, *natura ipſi accommodata.* Pall. quatuor habent, *natura ipſa commodo.* at quartus ille notæ melioris, *natura ipſa commodata eſſe con.* Gruter.

61. *Quid*

P. CXIX. dicebant. Quid igitur voluit ſibi, qui illa mutaverit? Saltem aliquid de pondere detraxiſſet, & paullò minoris æſtimaviſſet ea quàm Peripatetici, ut ſentire quoque aliud, non ſolùm dicere videretur. [61] Quid? de ipſa beata vita, ad quam omnia referuntur, quæ dicitis? negatis eam eſſe, quæ expleta ſit omnibus iis rebus, quas natura deſideret: totamque eam in una virtute ponitis: cúmque omnis controverſia aut de re ſoleat aut de nomine eſſe; utraque earum naſcitur, ſi aut res ignoratur, aut erratur in nomine. quorum ſi neutrum eſt, opera danda eſt, ut verbis utamur quàm uſitatiſſimis & quàm maximè aptis, id eſt, rem declarantibus.

58 Num igitur dubium eſt, quin, ſi in re ipſa nihil peccatur à ſuperioribus, verbis illi [s] commodiùs [t] utuntur?

s commodioribus *conj. Lamb.*
t utantur *Ald.*

XXI. Videamus igitur ſententias eorum: tum ad verba redeamus. Dicunt appetitionem animi moveri, cùm aliquid ei ſecundùm naturam eſſe videatur: omniaque, quæ ſecundùm naturam ſunt, æſtimatione aliqua digna: eaque pro eo, quantum in quoque ſit ponderis, eſſe æſtimanda: quæque ſecundùm naturam ſint, partim nihil habere in ſeſe appetitionis, de qua ſæpe jam diximus, quæ nec honeſta, nec laudabilia dicantur: [v] partim quæ voluptatem habeant in omni animante, ſed in homine rationem etiam: ex [x] iis, quæ ſint apta, ea honeſta, ea pulcra, ea laudabilia: illa autem ſuperiora naturalia nominantur: quæ, conjuncta cum honeſtis, vitam beatam perficiunt & abſolvunt.

v partim habere, quæ *Lamb.*
x his *Idem.*

59 Omnium autem eorum commodorum (quibus non illi plus tribuunt, qui illa bona eſſe dicunt, quàm Zeno, qui negat) longè præſtantiſſimum eſſe, quod honeſtum eſſet atque laudabile: ſed, ſi duo honeſta propoſita ſint, alterum cum [y] valitudine, alterum cum morbo, non eſſe dubium, ad utrum eorum natura nos ipſa deductura ſit. ſed tamen tantam vim honeſtatis eſſe, tantumque eam rebus omnibus præſtare & excellere, ut nullis nec ſuppliciis, nec præmiis [z] demoveri poſſit ex eo, quod rectum eſſe decreverit: omniaque, quæ dura,

P. B.
y valetud. *alii.*
z dimoveri *alii.*

61. *Quid de ipſa beata vita*] Verbum poſtremum non eſt in Pal. quarto. & forte ſubintelligi voluit auctor. nam nec reliqui noſtri concordant. habet enim ſec. *vitam*, ſextus, *via*. Gruter.

ra, difficilia, adverſa videantur, [62] ea virtutibus iis, quibus à natura eſſemus ornati, obteri poſſe, [63] non faciles illas quidem nec contemnendas (quid enim eſſet in virtute tantum?) ſed ut hoc judicaremus, non eſſe in his partem maximam poſitam aut beatè aut ſecus vivendi. Ad ſummum, ea, quæ Zeno æſtimanda, & 60
ſumenda, & apta naturæ eſſe dixit, eadem illi bona appellant: vitam autem beatam illi eam, quæ conſtaret ex iis rebus, quas dixi, aut plurimis, aut graviſſimis. Zeno autem, quod ſuam, quod propriam ſpeciem habeat, cur appetendum ſit, id ſolum bonum appellat: beatam autem vitam eam ſolam, quæ cum virtute degatur.

XXII. Si de re diſceptari oportet; nulla mihi tecum, Cato, poteſt eſſe diſſenſio. nihil eſt enim, de quo aliter tu ſentias atque ego: modò commutatis verbis ipſas res conferamus. nec hoc ille non vidit: ſed verborum magnificentiâ eſt & gloriâ delectatus, qui ſi ea, quæ dicit, ita ſentiret, ut verba ſignificant; quid inter eum, [a] vel Pyrrhonem, vel Ariſtonem intereſſet? ſin autem eos non probabat: quid attinuit cum iis, quibuscum re [b] concinebat, verbis diſcrepare?

Quid ſi reviviſcant Platonici illi, & deinceps qui eorum auditores fuerunt, & tecum ita loquantur? Nos 61
cùm

[a] & vel *MS.* & *MS. alius.*
[b] conveniebat *alii.*

62. *Ea virtutibus his, quibus à natura eſſemus ornati, aptari poſſe.*] Fortaſſe fuit in veteribus exemplis ſcriptum *opteri.* Venetum quidem exemplum *obteri* habet. ſed quomodo cohærent quæ ſequuntur? *Non faciles illas quidem nec contemnendas.* De hoc igitur quærendum: ac *Res* quidem ſi adderetur, quaſi complanatus jam locus eſſet, ut fieret, *Non faciles illas quidem res, nec &c.* ſed quæramus amplius. *Camerar.* *Obteri poſſe; non faciles illas quidem &c.*] Pall. nihil recedunt à vulgatis, niſi quod exprimant *optari.* Lambinus oggeſſit nobis ex mſ. inquit, antiquiſſimo: *obteri poſſe: valitudinem autem, pulcritudinem, celeritatem, vireis corporis, divitias, & ceteras res hujus generis, non faciles illas quidem.* at cur non etiam indicat, cujusnam fuerit domini liber ille, in cujus ora aliena manu embamma iſtud allitum erat? Paullus Manutius producebat ex Sigonii ſcripto, *obteri poſſe, non facilia illa quidem nec contemnenda:* ſed ne id quidem filio ſuo approbare potuit; etiamſi adlubeſcat Mich. Bruto. *Gruter.*

63. *Non faciles illas quidem nec contemnendas.*] Hoc fortaſſe vident alii quò referatur: mihi, homini non acuto, tenebras eſſe confiteor. Quod ſi legatur cum Sigonii libro, *non facilia illa quidem nec contemnenda;* nemo erit tam hebes, qui hæc non cernat ab iis pendere, *quæ dura, difficilia, adverſa videantur.* P. Manut.

cùm te, M. Cato, ſtudioſiſſimum philoſophiæ, juſtiſſimum virum, optimum judicem, religioſiſſimum teſtem

P. CXX. audiremus, [c]admirati ſumus, quid eſſet, cur nobis Stoicos anteferres, qui de rebus bonis & malis ſentirent ea, quæ ab hoc Polemone Zeno cognoverat: nominibus uterentur iis, quæ prima ſpecie admirationem; re explicata, riſum moverent. Tu autem, ſi tibi illa probabantur, cur non propriis verbis illa tenebas? ſin te auctoritas commovebat: nobisne omnibus, & Platoni ipſi, neſcio quem illum anteponebas? præſertim cùm in republica princeps eſſe velles, ad eamque tuendam cum ſumma tua dignitate maximè à nobis ornari atque inſtrui poſſes? nobis enim iſta quæſita, à nobis deſcripta, notata, præcepta ſunt: [64]omniumque [65]rerumpublicarum rectiones, genera, ſtatus, mutationes, leges etiam & inſtituta ac mores civitatum [d]perſcripſimus. eloquentiæ verò, quæ & principibus maximè ornamento eſt, & [66]quâ te audivimus valere, plurimùm quantum tibi ex monumentis noſtris addidiſſes? Ea cùm dixiſſent,

62 quid tandem talibus viris reſponderes? Rogarem te, inquit, ut diceres pro me tu idem, qui illis orationem dictaviſſes, vel potiùs paullum loci mihi, ut his reſponderem, dares, niſi & te audire nunc mallem, & iſtis tamen alio tempore reſponſurus eſſem, tunc ſcilicet, cùm tibi.

XXIII. Atqui, ſi verum reſpondere velles, Cato, hæc

c demirati *conj. Lamb.*

d præſcripſimus *alii.*

64. *Omniumque rerumpublic.*] Sic Aldus, Victorius & Pall. omn. encliticam omiſerunt patrum ævo correctores. nam Aldus Nepos obtruſit nobis: *nos omnium rerum.* ubi invenit? *Gruter.*

65. *Rerumpub. rationes.*] Ven. *Rectiones*, ſed & alii ſimiliter: & mox in quinto eodem verbo utitur, & ſimile certe eſt, *ſcriptio, dictio, lectio, &c.* Camerar.

66. *Qua te audivimus valere plurimum, quantum tibi ex monum. n. ad.?*] Sic video diſtingui in omnibus editionibus, quas conſulere potui. In neutro tamen librorum veterum, quos inſpexi, eam diſtinctionem animadverti. Et cur non optime procedit oratio? *eloquentiæ vero, quæ & principibus maxime ornamento eſt, & quâ te audivimus valere, plurimum quantum tibi ex monum. noſtris addidiſſes. Plurimum quantum eloquentiæ*, ut *plurimum quantum favoris* in Floro IV, 2. Quam loquutionem nunc Tullio in mente fuiſſe patet ex cap. 25. *Differre inter honeſtum & turpe nimium quantum.* Itaque mutavi diſtinctionem. Etiam in MS. paterno eſt; *ſi reviviſcant Platonis illi*, quod mihi perplacet, quia ſic etiam loquitur cap. 2. hujus libri. *Gronov.*

67. *Caci*

hæc erant dicenda, Non eos tibi non probatos, tantis ingeniis homines tantaque auctoritate, ſed te animadvertiſſe, quas res illi propter antiquitatem parum vidiſſent, eas à Stoicis eſſe perſpectas, eisdemque de rebus hos tum acutiùs diſſeruiſſe, tum ſenſiſſe graviùs & fortiùs, quippe qui primùm [e] valitudinem bonam expetendam negent eſſe, eligendam dicant: non quia ſit bonum valere, ſed quia ſit non [f] nihilo æſtimandum: neque tamen pluris quàm [g] illis [h] videatur, qui illud non dubitant bonum dicere. Hoc verò te ferre non potuiſſe. quòd antiqui illi, quaſi barbati, ut nos de noſtris ſolemus dicere, crediderint, ejus, qui honeſtè viveret, ſi idem & bene valeret, bene audiret, copioſus eſſet, optabiliorem fore vitam melioremque & magis expetendam quàm illius, qui æquè vir bonus multis modis eſſet, ut Ennii Alcmæo,

P. B.
e valetud. alii.
f nihili Lamb.
g illi MS.
h videntur MSS.

Circumventus morbo, exſilio atque inopiâ.

Illi igitur antiqui non tam acutè optabiliorem illam vitam putant, præſtantiorem, beatiorem. Stoici autem tantummodò præponendam in ſeligendo, non [i] quò beatior hæc vita ſit, ſed quòd ad naturam accommodatior, & qui ſapientes non ſunt, omnes æquè miſeros eſſe. Stoici hæc videlicet viderunt. illos autem id fugerat ſuperiores: qui arbitrabantur, homines ſceleribus & [k] parricidiis inquinatos nihilo miſeriores eſſe quàm eos, qui cùm caſtè & integrè viverent, nondum perfectam illam ſapientiam eſſent conſecuti. atque hoc loco ſimilitudines eas, quibus illi uti ſolent, diſſimillimas proferebas. 63

i quod alii.
k parricidiis alii.

Quis enim ignorat, ſi plures ex alto emergere velint, propius fore eos quidem ad reſpirandum, qui ad ſummam jam aquam appropinquant, ſed nihilo magis reſpirare poſſe quàm eos, qui ſunt in profundo? nihil ergo adjuvat procedere & progredi in virtute, quo minùs miſerrimus ſit, antequam ad eam pervenerit, quoniam in aqua nihil adjuvat: & quoniam catuli, qui jam [l] deſpecturi ſunt, [67] cæci æquè & ii, qui modò nati; Platonem quoque neceſſe eſt, quoniam nondum videbat [m] ſapientiam, æquè cæcum animo ac Phalarim fuiſſe. 64

P. CXXI.
l diſpect. Lamb.
m ſap. quad. edd. non habent.

XXIV.

67. *Cæci æquè & ii.*] Aut &, hic notat ac; aut legendum at. nihil eſt tamen ſcripturæ variantis in Pall. *Gruter.*

68. *Quod*

65 XXIV. Iſta ſimilia non ſunt, Cato: in quibus quamvis multùm proceſſeris, tamen illud in eadem cauſa eſt, à quo abeſſe velis, donec evaſeris. nec enim ille reſpirat, antè quàm emerſit, & catuli æquè cæci priusquam [n] deſpexerunt, ac ſi ita futuri ſemper eſſent. illa ſunt ſimilia: hebes acies eſt cuipiam oculorum: corpore alius langueſcit: hi curatione adhibita levantur in dies, alter valet [o] plus quotidie: alter videt. hi ſimiles ſunt omnibus, qui virtuti ſtudent: levantur vitiis, levantur erroribus. niſi fortè cenſeres Ti. Gracchum patrem non beatiorem fuiſſe quàm filium, cùm alter ſtabilire rempublicam ſtuduerit, alter evertere. nec tamen ille erat ſapiens: quis enim hoc? aut quando? aut ubi? aut unde? ſed quia ſtudebat laudi & dignitati, multum in virtute proceſſerat.

n diſpex. *Lamb.*
o melius ſi *conj. Lamb.*

66 Conferam autem [p] avum tuum, Druſum, cum C. Graccho ejus ferè æquali. quæ hic reipublicæ vulnera imponebat, eadem ille ſanabat. [q] Sed nihil eſt, quod tam miſeros faciat quàm impietas & ſcelus. Ut jam omnes inſipientes ſint miſeri, [68] quod profectò ſunt: non eſt tamen æquè miſer, qui patriæ conſulit, & is, qui illam exſtinctam cupit. levatio igitur vitiorum magna fit iis, qui habent ad virtutem progreſſionis aliquantulum.

p avunculum *alii malè.*
q Si *MS.*

67 Veſtri autem progreſſionem ad virtutem fieri ajunt, levationem vitiorum fieri negant. At, quo [r] utuntur homines acuti argumento ad probandum, operæ pretium eſt conſiderare. Quarum, inquiunt, artium ſumma creſcere poteſt, earum etiam [s] contrariarum ſumma poterit augeri. ad virtutis autem ſummam accedere nihil poteſt. ne vitia quidem igitur creſcere poterunt, quæ ſunt virtutum contraria. Utrùm igitur tandem, perſpicuisne dubia aperiuntur, an dubiis perſpicua tolluntur? Atqui hoc perſpicuum eſt, vitia [t] alia in aliis eſſe

r nituntur *MSS.* utantur *alii.* P. R.
s contrarium *Vict.* contrariorum *Lamb.*
t alia aliis *conj. Lamb.*

68. *Quod profecto ſunt.*] Fuit, cum legendum crederem, *qui profecto ſunt*: poſtea *quod* eodem modo à Cicerone uſurpatum comperi, ut ep. 40. ad Ancharium lib. XIII. *Si ulla mea apud te commendatio valuit: quod ſcio multas plurimum valuiſſe: hæc ut valeat rogo.* Eodem modo locutus eſt ad Att. epiſt. ultimâ libri IX. Et ad eundem ep. 4. lib. X. Cæſar etiam lib. I. Comm. de Bello Civ. *Reperiebat*, inquit, *inquirendo, quod initium fugæ prælii equeſtris adverſi à Dumnorige factum eſſet.* P. Manut.

69. *Illa*

eſſe majora: illud dubium, ad id, quod ſummum bonum dicitis, ecquænam fieri poſſit acceſſio. vos autem cùm perſpicuis dubia debeatis illuſtrare, dubiis perſpicua conamini tollere.

Itaque [v] uſi eadem ratione, quâ ſum paullo antè uſus, 68
hærebitis. ſi enim propterea vitia alia aliis majora non [v] *alii* uſus, *alii delent* uſi.
ſunt, quia ne ad finem quidem bonorum eum, quem vos facitis, quidquam poteſt accedere: quoniam perſpicuum eſt, vitia non eſſe [x] omnium paria, finis bonorum vobis mutandus eſt. [x] omnia *alii.* Teneamus enim illud neceſſe eſt, cùm conſequens aliquod falſum ſit, illud, cujus id conſequens ſit, non poſſe eſſe verum.

XXV. QUÆ EST igitur cauſa iſtarum anguſtiarum? glorioſa oſtentatio in conſtituendo ſummo bono. cùm enim, quod honeſtum ſit, id ſolum bonum eſſe confirmatur, tollitur cura [y] valitudinis, diligentia rei familiaris, adminiſtratio reipublicæ, ordo gerendorum negotiorum, officia vitæ. [y] valetud. *alii.* ipſum denique illud honeſtum, in quo uno vultis eſſe omnia, deſerendum eſt. quæ diligentiſſimè contra Ariſtonem dicuntur à Chryſippo. Ex ea difficultate [69] illæ fallaciloquentiæ (ut ait [z] Accius) malitiæ natæ ſunt. [z] Statius *alii, aut* Attius.

[70] Quod enim ſapientia ubi pedem poneret non habebat, 69
ſublatis officiis omnibus: officia autem tollebantur, [a] delectu omni & diſcrimine remoto [b] quæ enim eſſe poterant rebus omnibus ſic exæquatis, ut inter eas nihil [a] dilectu *alii.* [b] *alii* quæ eſſe.

69. *Illæ fallaci loquentia.*] Alii, *Fallacis loquelæ*, falſo: verum puto, *fallaci loquelæ.* Camer. *Illæ fallaciloquæ, ut ait Statius.*] Sic olim reſtitui ex cod. Memm. *illæ fallaciloquæ, ut ait Statius, malitiæ, &c.* Cum libri vulgari habeant, *illæ fallaciloquentiæ, ut ait Accius, &c.* ego nunc *fallaciloquæ* retineo. *Statius*, non item. *Accius*, vel *Attius*, malo. Nonius autem non me movet, qui legit, *fallaciloquentiæ*, ut vulgo. *Lambinus.* *Fallaciloquentiæ.*] Eſt à Victorio. nam Pall. *fallacis loquelæ*, ut edidit Aldus ſenior. filius enim ejus ac nepos maluere, *fallaciloquæ*, quod & arripuit Lambinus. *Gruter.*

70. *Quid enim? ſapientia.*] Neque in verbis vitium videtur eſſe, neque in ſententia, quiddam tamen ornatius elucebit, ſi totum continues & ita legas: *Quod enim ſapientia, ubi pedem poneret, non habebat, ſublatis officiis omnibus: officia autem tollebantur, delectu omni & diſcrimine remoto (quæ enim eſſe poterant rebus omnibus ſic exæquatis, ut inter eas nihil intereſſet?) ex his anguſtiis &c.* Antiquus Maffæi liber nobiſcum facit, niſi quod conjunctionem illam, *enim*, à nobis additam, non habet. *P. Manut.*

 71. Quod

P. CXXII. nihil intereſſet? ex his anguſtiis iſta evaſerunt deteriora quàm Ariſtonis. illa tamen ſimplicia: veſtra verſuta. Roges enim Ariſtonem, bonane ei videantur hæc, vacuitas doloris, divitiæ, valitudo? neget. quid, quæ contraria ſunt his, malane? nihilo magis. Zenonem roges. reſpondeat totidem verbis. admirantes quæramus ab utroque, quonam modo vitam agere poſſimus, ſi nihil intereſſe noſtra putemus, [c] valeamus, ægrine ſimus: vacemus an cruciemur dolore: frigus, famem propulſare poſſimus, necne poſſimus: vives, inquit Ariſto, magnificè atque præclarè: [71] quod erit cumque viſum, ages, numquam angêre, numquam cupies, numquam timebis.

c valeamusne an ægri *Lamb. conj.*

70 Quid Zeno? portenta hæc eſſe dicit, nec ea ratione ullo modo vivi; ſed [72] differre inter honeſtum & turpe [73] nimium quantum, neſcio quid immenſum: inter ceteras res nihil omnino intereſſe.

Idem

71. *Quod erit cumque viſum, ages.*] Melius *agens*, ut eſt in antiquo. paullo poſt, pro *iſtud quaſo*, eſt, *iſta, inquam*, ſed non ita placet. *Vrſin.*

72. *Differre inter honeſtum & turpe. nimium quantum, neſcio quid immenſum, inter ceteras res nihil omnino intereſſe.*] *Nimium quantum* dixit pro ſummum quiddam, quod expreſſit magis, cum intulit, *neſcio quid immenſum.* Similiter locutus eſt Salluſtius Hiſt. lib. II. *Immane quantum animi exarſere.* & Terentius Phorm. act. IV. Sc. 3.

CH. *Cedo, quid poſtulat?*
GE. *Quid? nimium quantum libuit.*

Sic enim emendandum ex Cariſio lib. II. cum ante legeretur, *Quid? nimium. quantum libuit.* Et Plinius lib. XVI. cap. 36. *Immenſum quantum prælatis*, pro, quammaxime prælatis. & lib. XVIII. cap. 28. *Infinitum quantum illo tempore candentes pruinas congelat.* Et Agellius lib. XVI. cap. 6. *Nimium quantum*, inquit, *audacter.* & lib. XVIII. cap. 3. *Lingua atque facundia nimium quanto præſtabilis.* Amm. quoque Marcellinus lib. XXII. *Inſula Pharos Rhodiorum erat obnoxia vectigali. quod cum inde quidam, nimium quantum petituri, veniſſent, femina callida &c.* Quinct. lib. IV. cap. 21. *Pecunia, quæ nimium quàm in animis hominum poteſt.* In vulgatis autem libris hæc quatuor verba, *nimium quantum, neſcio quid, immenſum*, imperitè diſtincta, ſententiam obſcurabant. *P. Manut.*

73. *Nimium quantum, neſcio quid immenſum.*] Ludovicus Carrion lib. II. Antiq Lect. cap. 12. dejerare auſit illa, *neſcio quid immenſum*, non eſſe Tullii, ſed alterius neſcio cujus; qui explicare voluerit prius illud, *nimium quantum*; addit præterea abeſſe à vetere codice trigam eam verborum. tale nihil dicere poſſum de Palatinis. *Gruter.*

74. Non

Idem adhuc: (audi reliqua & riſum contine, ſi
potes) Media illa, inquit, inter quæ nihil intereſt, ta-
men ejusmodi ſunt, ut eorum alia eligenda ſint, alia
rejicienda, alia omnino negligenda, hoc eſt, ut eorum
alia velis, alia nolis, alia non cures. At modò dixeras,
nihil in his rebus eſſe, quod intereſſet. Et nunc idem
dico, inquies, ſed ad virtutes & ad vitia nihil inter-
eſſe.

XXVI. Quis [d] istuc, [e] quæſo, neſciebat? Ve- 71
rùm audiamus. Iſta, inquit, quæ dixiſti, valere, locu- [d] iſta
pletem eſſe, non dolere, bona non dico, ſed dicam inquam *alii.*
Græcè προηγμένα, Latinè autem producta: ſed præpo- [e] quaſi *alii.*
ſita aut præcipua malo. [f] ſic tolerabiliùs & molliùs.
Illa autem, egeſtatem, morbum, dolorem, 74 non ap- [f] ſit *alii.*
pello mala, ſed, ſi libet, rejectanea. Itaque illa non
dico me expetere, ſed [g] legere, nec optare, ſed ſume- [g] eligere
re: contraria autem non fugere ſed quaſi ſecernere. *alii.*
Quid ait Ariſtoteles reliquique Platonis alumni? Se P. B.
omnia, quæ ſecundùm naturam ſint, bona appellare:
quæ autem contra, mala. Videsne igitur, Zenonem 72
tuum cum Ariſtone verbis [h] conſiſtere re diſſidere: cum [h] conſen-
Ariſtotele & illis re [i] conſentire verbis diſcrepare? cur tire *alii.*
igitur, cùm de re conveniat, non malimus uſitatè lo- [i] concine-
qui? Aut doceat, paratiorem me ad contemnendam re *Lamb.*
pecuniam fore, ſi illam in rebus præpoſitis quàm ſi in
bonis duxero: fortioremque in patiendo dolore, ſi eum
aſperum & difficilem perpeſſu & contra naturam eſſe,
quàm ſi malum dixero.

Facetè M. Piſo, familiaris noſter, [k] & alia multa 73
& hoc loco Stoicos irridebat. Quid enim ajebat? bo- [k] ut alia
num negas eſſe divitias, præpoſitum eſſe dicis. quid ad- *alii.*
juvas? avaritiamne minuis? quòd ſi verbum ſequimur,
primùm longius verbum, præpoſitum, quàm bonum.
Nihil ad rem. Ne ſit ſanè. at certè gravius. nam bo-
num ex quo appellatum ſit neſcio: præpoſitum ex eo
credo, quod præponatur aliis. id mihi magnum vide-
tur. itaque dicebat plus tribui divitiis à Zenone, qui
eas in præpoſitis poneret, quàm ab Ariſtotele, qui bo-
num eſſe divitias fateretur. ſed nec magnum bonum
&

74. *Non appello mala, ſed ſi libet, rejectanea.*] *Rejecta* habet liber vetus. *Urſin.*

& præ rectis honeſtisque contemnendum ac deſpiciendum, nec magnopere expetendum: omninóque de omnibus iſtis verbis à Zenone [l] mutatis ita diſputabat, 75 & quæ bona negarentur eſſe ab eo, & quæ mala, illa lætioribus nominibus ab eo appellari quàm à nobis, hæc triſtioribus.

l mutuatis *Scal.*

74 XXVII. Piso igitur hoc modo, vir optimus tuique, ut ſcis, amantiſſimus. nos paucis ad hæc additis finem faciamus aliquando. longum eſt enim ad omnia reſpondere, quæ à te dicta ſunt. nam ex iisdem verborum præſtigiis & regna nata vobis ſunt, & imperia, & divitiæ, & tantæ quidem, ut omnia, quæ ubique ſint, ſapientis eſſe dicatis. ſolum præterea formoſum, ſolum liberum, ſolum civem: [m] ſtultorum omnia contraria, quos etiam inſanos eſſe vultis. Hæc παράδοξα illi, nos admirabilia dicamus. Quid autem habent admirationis, cùm propè acceſſeris? conferam tecum, quam cuique verbo rem ſubjicias: nulla erit controverſia. omnia peccata paria dicitis. non ego tecum jam ita [n] loquar, ut iisdem his de rebus, cùm L. Murenam, te accuſante, defenderem. apud imperitos tum illa dicta ſunt: aliquid etiam coronæ datum: nunc agendum eſt ſubtiliùs.

P. CXXIII.

m ſtultor. non eſt in *edd. vett.* ſtultis *alii.*

n jocabor *alii.*

75 Peccata paria quonam modo? quia nec honeſto quidquam honeſtius, nec turpi turpius. Perge porro. nam de iſto magna diſſenſio eſt. illa argumenta propria videamus, cur omnia peccata ſint paria. Ut, inquit, in fidibus [o] plurimis, ſi nulla earum ita [p] contenta [q] numeris ſit, ut concentum ſervare poſſit, omnes æquè incontentæ ſint: ſic peccata, quia diſcrepant, æquè diſcrepant: paria ſunt igitur. Hîc ambiguo ludimur. æquè enim contingit omnibus fidibus, ut incontentæ ſint: illud non continuò, ut æquè incontentæ. collatio igitur iſta te nihil [r] juvat. nec enim omnes avaritias ſi æquè avaritias eſſe dixerimus, ſequitur etiam ut æquas eſſe dicamus.

o pluribus *MS.*

p contenta ſint ut *Lamb.*

q nervis *MS.*

r adjuvat *Lamb.*

76 Ecce aliud ſimile diſſimile. Ut enim, inquit, gubernator æquè peccat, ſi palearum navem evertit, & ſi auri: item æquè peccat, qui parentem, & qui ſervum in-

75. *Et quæ bona negarentur eſſe ab eo.*] *Ut quæ bona, &c.* Vetus liber, & ita plane legendum videtur. *Urſin.*

76. *Hæc*

injuriâ verberat. [76] Hæc non videre, [77] cujus generis onus navis vehat, ad gubernatoris artem nihil pertinere? itaque, aurum [s] paleamve portet, ad bene aut ad malè gubernandum nihil intereſſe. at quid inter parentem & ſervulum interſit intelligi & poteſt & debet. ergo in gubernando nihil, in officio plurimum intereſt, quo in genere peccetur. [t] & ſi in ipſa gubernatione [v] negligentiâ eſt navis everſa, majus eſt peccatum in auro quàm in palea. Omnibus enim artibus volumus attributam eſſe eam, quæ communis appellatur prudentia: quam omnes, qui cuique artificio præſunt, debent habere. Ita ne hoc modo [x] paria quidem peccata ſunt.

s paleamne *Lamb.* P. B.

t etſi *Lamb.*

v ſi negl. *Idem.*

x quidem paria *conj. Lamb.*

XXVIII. URGENT tamen & nihil remittunt. 77
Quoniam, inquiunt, omne peccatum imbecillitatis & inconſtantiæ eſt: hæc autem vitia in omnibus ſtultis æquè magna ſunt: neceſſe eſt paria eſſe peccata. Quaſi verò aut concedatur, in omnibus ſtultis æquè magna eſſe vitia, & eadem imbecillitate & inconſtantiâ [78] L. Tubulum fuiſſe, quâ illum, cujus is condemna-

76. *Hæc non videre, cujus generis onus.*] Particula *non* abeſt à manuſcripto, nec ſane ſententia requirit. *Urſin.*

77. *Cujus generis onus navis vehat.*] Lectionem hanc receptam probo: tametſi *cujuscujus* habeat unus liber manuſcr. *cujuscujus* autem, id eſt, cujuſcumque, à recto *quisquis.* uſus eſt eodem caſu Lucretius, ut eſt in noſtris editionibus. hæc autem verba, *hæc non videre.*, ſi mendo carent, ſic ſunt explicanda & intelligenda. Eſtne hoc ferendum, vel, an non eſt hoc turpe & pudendum, hæc non videre, ad gubernatoris artem nihil pertinere, cujus generis onus navis vehat? ſic ferè Lucretius loquitur lib. II. princip. *Nonne videre, Nil aliud ſibi naturam latrare, niſi, ut cùm Corpore ſejunctus dolor abſit, mente fruatur Jucundo, curâ ſemotâ metuque?* Omninò tamen malim legi, *Nemo non videt cujus generis, &c. pertinere.* vel, *Hic nemo non videt, cujus generis onus n. vehat ad gubernatoris artem nihil pertinere.* Lambinus.

78. *L. Tubulum.*] Non eſt ignotum poſteriores in multis nominibus duplicaſſe conſonantes: ut *Catulus*, *Catullus*: *Tubulus*, *Tubullus*: *Cæcina*, *Cæcinna* fieret. Sed & mutatio *v* in *i* nota, ut *optumus*, *monumentum*. Hujus igitur Tubuli & ſupra libro II. meminit Cicero, ſed ibi *Tibullus* ſcribitur: *An tu me de L. Tibullo putas dicere, qui cum Prætor quæſtionem inter ſicarios exercuiſſet, ita apertè cœpit pecunias ob eam rem judicandam, ut anno proximo P. Scævola trib. pl. ferret ad populum, vellentne de ea re quæri: quo plebiſcito decreta à Senatu eſt conſuli quæſtio Cn. Scipioni: profectus in exilium Tibullus ſtatim, nec reſpondere auſus, erat enim res aperta.*

[y] *alii* Scævolam. natus eſt rogatione, P. [y] Scævolam: & quaſi nihil inter res quoque ipſas, in quibus peccatur, interſit; ut, quo hæ majores minoresve ſint, eo, quæ peccentur in his rebus, aut majora ſint aut minora.

78 Itaque (jam enim concludatur oratio) hoc uno [z] vitio maximè mihi premi videntur tui Stoici, quòd ſe poſſe putant duas contrarias ſententias obtinere. quid enim eſt tam repugnans quàm eundem dicere, quod honeſtum ſit, ſolum id bonum eſſe, qui dicat, appetitionem rerum ad vivendum accommodatarum à natura profectam? Ita cùm ea volunt retinere, quæ ſuperiori ſententiæ conveniunt, in Ariſtonem incidunt: cùm id fugiunt; [79] re eadem defendunt, quæ Peripatetici; verba tenent mordicus. quæ rurſus dum ſibi [80] evelli ex ordine nolunt, horridiores evadunt, aſperiores, duriores & oratione & moribus.

[z] vitio *delet Lamb.*

79 Quam illorum triſtitiam atque aſperitatem fugiens Panætius, nec acerbitatem ſententiarum, nec diſſerendi ſpinas probavit: fuitque in altero genere mitior, in altero illuſtrior: ſemperque habuit in ore Platonem, Ariſtotelem, Xenocratem, Theophraſtum, Dicæarchum, ut ipſius ſcripta declarant. quos quidem tibi ſtudioſè

P. CXXIV.

ta. Citatur & locus ab Aſconio: *Si mehercule Jud. pro L. Tibullo dicerem, quem unum ex omni memoria ſceleratiſſimum fuiſſe accepimus.* Sed in vulgatis libris, ut cùm pleraque alia, tum maxime nomina propria & hoc nomen corruptius reperitur. *Camer.*

79. *Re eadem defend. quæ Peripat. verba tenent mord.*] Quomodo poſſunt Stoici Peripateticorum verba mordicus tenere, ſi nova verba finxerunt, & quæ illi bona appellant, hi proëgmena, ſeu producta: quæ illi mala, hi apoproëgmena, ſive rejecta, nominarunt? Omnino hic locus mendo non vacat. quod ſi fortaſſe purgari poſſit, *re eadem defendunt, quæ Peripatetici & tenent mordicus: verbo non item. quæ rurſus &c.* vel, *re eadem defendunt, quæ Perip. & tenent mordicus: verbo deſerunt, quæ &c.* conjecturam probabiliorem faciat lector ingenioſus. mihi ſatis eſt mendum quaſi digito indicaſſe. *Lambinus.* *Re eadem defendunt, quæ peripatetici; verba tenent mordicus.*] Sic mſſ. Pall. neque opus ulla mutatione cum Lambino, contrario modo iſthæc interpretanti quàm debebat. *Gruter.*

80. *Evelli ex ore nolunt.*] Paſſim ita legitur. at olim erat, *ex ordine nolunt*, ſicque Pal. quint. ſext. nam ceteri tres, *ex ordine volunt*, quomodo item fuiſſe in omnibus ſuis teſtatur Lambinus. & forſan rectè: ut velit, nullum eos ex iſtis verbum amiſſuros niſi vi mera extorqueatur. *Idem.*

dioſè & diligenter tractandos magnopere cenſeo.

Sed quoniam adveſperaſcit, & mihi ad villam rever- 80
tendum eſt: nunc quidem hactenus: verùm hoc idem ſæpe faciamus. Nos verò, inquit ille. nam quid poſſumus facere melius? & hanc quidem primam exigam à te operam, ut audias me, quæ à te dicta ſunt, refellentem. ſed memento, te, quæ nos ſentiamus, omnia probare, ni quòd verbis aliter utamur: mihi autem veſtrorum nihil probari. Scrupulum, inquam, abeunti. ſed videbimus. Quæ cùm eſſent dicta, diſceſſimus.

M. TULLII CICERONIS
DE
FINIBUS BONORUM ET MALORUM
AD
BRUTUM
LIBER QUINTUS.

ARGUMENTUM.

Veterum Academicorum Peripateticorumque de ſummo bono ſententia fuſè explicantur.

I. [1] CUm audiviſſem Antiochum, Brute, ut 1
ſolebat, [2] cum M. Piſone, in eo gymnaſio, quod Ptolemæium vocatur, unaque nobiscum Q. frater, & T. Pomponius, & L. Cicero, frater noſter, cognatione patruelis, amore germanus: conſtituimus inter nos, ut am-

1. *Cum audiviſſem Antiochum.*] Antiochum Aſcaloniten, quem Plu-

a pomerid. *alii.* ambulationem [a] poſtmeridianam conficeremus in Academia, maximè quòd is locus ab omni turba id temporis vacuus eſſet. Itaque ad tempus ad Piſonem omnes. inde vario ſermone ſex illa [3] à Dipylo ſtadia confecimus. cùm autem veniſſemus [4] in Academiam, non ſine cauſa nobilitata ſpatia, ſolitudo erat ea, quam volueramus. P. B.

2 Tum Piſo, Naturâne nobis hoc, inquit, datum dicam, an errore quodam: ut, cùm ea loca videamus, in quibus memoria dignos viros acceperimus [b] multùm eſſe verſatos, magis moveamur [5] quàm ſiquando eorum ipſorum aut facta audiamus, aut ſcriptum [c] aliquod legamus? velut ego nunc moveor. venit enim mihi Platonis in mentem: quem accepimus primum hîc diſputare ſolitum: cujus etiam illi hortuli propinqui non memoriam ſolùm mihi afferunt; ſed ipſum videntur in conſpectu meo hîc ponere. hîc Speuſippus, hîc Xenocrates, hîc ejus auditor Polemo: cujus ipſa illa ſeſſio fuit,

b multos *alii.*

c aliquid *alii.*

Plutarchus ut hominem eruditiſſimum, ingenioſiſſimum, eloquentiſſimum, veteris Academiæ illis temporibus principem, in Lucullo commendat. Hic ſcripſit librum ad Q. Lucillium Balbum, quo contendebat Stoicos cum Peripateticis re concinere, verbis diſcrepare. Cic. I. de Nat. D. ubi eum Balbus ipſe hominem inprimis acutum vocat. Cicero autem, II. Acad. de Lucullo loquens, *Cum autem*, inquit, *è philoſophis ingenio ſcientiâque putaretur Antiochus, Philonis auditor, excellere, eum ſecum & quæſtor habuit, & poſt aliquot annos imperator.* Antiochi frater Ariſtus fuit, homo ipſe quoque in philoſophia eruditus. *Muretus.*

2. *Cum M. Piſone, in eo gymnaſio*] Lectionem hanc bellè propugnat P. Victorius lib. XXV. Var. Lect. cap. 19. ceterum dum præterea inclinat in, *ut ſoleram*, non *ut ſolebat*; adverſarios ſibi habet Palatinos codd omnes. vulgatum prius, *cum M. Piſone diſputantem, in eo &c.* quæ ſcriptura non agnoſcitur à mſſ. melioribus. *Gruter.*

3. *A Dipylo.*] Porta ea velut in ore urbis poſita, major aliquanto patentiorque quàm ceteræ eſt, & intra eam extraque latæ ſunt viæ; & extra mille ferme paſſus in Academiæ gymnaſium ferens. Livius lib. XXXI. *Muretus.*

4. *In Academiam, non ſine cauſa nob. ſpatia*] Sic etiam Pall. præter quart. in quo, *in Academia*; ut videatur uſurpaſſe adjectivè; ſitque poëtæ alicujus verſiculus. Victorius edidit *in Academia, non &c.* Gruter.

5. *Quam ſi quando eorum ipſorum.*] Ita hodiè paſſim. at Aldus ſenior vulgarat, *quam ſi ante*, ſicque Pall. omnes. Victorius oggeſſit, *quàm ſi aut eorum &c.* Camerarius controverſum illud totum omiſit; neque profectò requiritur, ſed quid tum fiet libris ſcriptis? *Idem.*

6. *Spe-*

fuit, quam videmus. equidem etiam curiam noſtram, Hoſtiliam dico, non hanc novam, quæ mihi minor eſſe videtur, poſteaquam eſt major; ſolebam intuens, Scipionem, Catonem, Lælium, noſtrum verò in primis avum cogitare. Tanta vis [d] admonitionis ineſt in locis; ut non ſine cauſa ex his memoriæ ducta ſit diſciplina. d ammon. *MS.*

Tum Quintus, Eſt planè, Piſo, ut dicis, inquit. 3
nam me ipſum huc modò venientem convertebat ad ſeſe Coloneus ille locus, cujus incola Sophocles ob oculos verſabatur: quem ſcis quàm admirer quámque eo delecter. me quidem ad altiorem memoriam Oedipodis huc venientis, & illo molliſſimo carmine, quænam eſſent ipſa hæc loca, requirentis, [6] ſpecies quædam commovit, inanis ſcilicet, ſed commovit tamen. Tum Pomponius, At ego, quem vos, ut deditum Epicuro, inſectari ſoletis, ſum multùm equidem cum Phædro, quem unicè diligo, ut ſcitis, in Epicuri hortis, quos modò præteribamus. ſed veteris proverbii admonitu, vivorum memini: nec tamen Epicuri licet oblivíſci, ſi P. CXXV. cupiam: cujus imaginem non modò in tabulis noſtri familiares, ſed etiam in poculis & in [e] anulis habent. e annulis *alii.*

II. Hîc ego, Pomponius quidem, inquam, noſter jocari videtur, & fortaſſe ſuo jure. [7] ita enim Athenis 4
ſe collocavit, ut ſit pænè unus ex Atticis, [8] ut id etiam cognomine videatur habiturus. Ego autem tibi, Piſo, aſſentior, uſu hoc evenire, ut acriùs aliquanto & attentiùs de claris viris, locorum admonitu, cogitemus. ſcis enim me quodam tempore Metapontum veniſſe tecum, nec ad hoſpitem antè [f] divertiſſe quàm Pythagoræ ipſum illum locum, ubi vitam ediderat, ſedemque f devertiſſe *alii.*

6. *Species quædam commovit &c.*] Vel legendum, *commonuit.* Sic ſupra rectè legitur, *Me quidem ad altiorem memoriam, &c.* Vel ſupra legendum, *mihi quidem altiorem memoriam Oedipodis &c.* ſi *commovit* retinere volumus. *Lambinus.* *Species quædam commovit.*] Lambinus conjicit *commonuit*, ſed cur obſecro? alterum certè tuentur mſſ. neque quid habet vitii; niſi quod, ceu ſuperfluum, poterat deleri; uti annotatum Scaligero noſtro. *Gruter.*

7. *Ita enim Athenis ſe collocavit, ut ſit pænè unus ex Atticis, ut id etiam cognomine videatur habiturus.*] Lego, confirmante libro manuſcripto, *ut inde etiam cognomen videatur, &c.* Urſin.

8. *Ut id etiam cognomine.*] Sic omnes Pall. præter ſec. in quo ſyllaba ultima exarata per notam. Lambinus obtruſit nobis ex ſuis *cognomen*, contra optimam quamque editionem. *Gruter.*

9. *Ft-*

que viderim. hoc autem tempore, etſi multa in omni parte Athenarum ſunt in ipſis locis indicia ſummorum virorum, tamen ego illâ moveor exedrâ. Modò enim fuit Carneades: quem videre videor. eſt enim nota imago: à ſedeque ipſa tanta ingenii magnitudine orbata deſiderari illam vocem puto.

5 Tum Piſo, Quoniam igitur aliquid [g] omnes, quid Lucius noſter, inquit? an eum locum libenter inviſit, ubi Demoſthenes & Æſchines inter ſe decertare ſoliti ſunt? ſuo enim quisque ſtudio maximè ducitur. Et ille, cùm erubuiſſet, Noli, inquit, ex me quærere, qui in Phalericum etiam deſcenderim: quo in loco ad fluctum ajunt declamare ſolitum Demoſthenem, ut fremitum aſſueſceret voce vincere. modò etiam paullum ad dextram de via declinavi, ut ad Periclis ſepulcrum accederem. quamquam id quidem infinitum eſt in hac urbe: quacumque enim ingredimur, in [h] aliquam hiſtoriam veſtigium ponimus.

g mones *Scalig.*

h *ita omnes MSS.*

6 Tum Piſo, Atqui, Cicero, inquit, iſta ſtudia, ſi ad imitandos ſummos viros ſpectant, ingenioſorum ſunt. ſin tantummodò ad indicia veteris memoriæ cognoſcendæ, curioſorum. te autem hortamur omnes, currentem quidem, ut ſpero, ut eos, quos noviſſe vis, etiam imitari velis. Hîc ego, Etſi facit hic quidem, inquam, Piſo (ut vides) ea, quæ præcipis: tamen mihi grata eſt hortatio tua. Tum ille amiciſſimè, ut ſolebat, Nos verò, inquit, omnes omnia ad hujus adoleſcentiam conferamus, in primisque ut aliqud ſuorum ſtudiorum philoſophiæ quoque impertiat, vel ut te imitetur, quem amat: vel ut illud ipſum, quod ſtudet, facere poſſit ornatius. Sed utrùm hortandus es nobis, Luci, inquit, an etiam tua ſponte propenſus es? mihi quidem Antiochum, quem audis, ſatis bellè videris attendere. Tum ille timidè, vel potiùs verecundè, Facio, inquit, equidem: ſed audiſtine modò de Carneade? rapior illuc. revocat autem Antiochus: nec eſt præterea, quem audiamus.

P. B.

7 III. TUM PISO, [9] Etſi hoc, inquit, fortaſſe non po-

9. *Etſi hinc, inquit, fortaſſe non poteris ſic abire.*] Ven. *Etſi hoc, inquit, fortaſſe non poterit ſic abire*, quemadmodum illud, *Mirabar, hoc ſi ſic abiret*. Camer. *Non poterit ſic abire.*] Egregia locutio,

poterit ſic abire, cùm hic adſit, (me autem dicebat) tamen audebo te ab hac Academia nova ad veterem illam vocare: in qua ut dicere Antiochum audiebas, non ii ſoli numerantur, qui Academici vocantur, Speuſippus, Xenocrates, Polemo, Crantor, ceterique, ſed etiam Peripatetici veteres, quorum princeps Ariſtoteles, quem, excepto Platone, haud ſcio an rectè dixerim principem philoſophorum. Ad eos igitur [i] converte te, quæſo. ex eorum enim ſcriptis & inſtitutis cùm omnis doctrina liberalis, omnis hiſtoria, omnis ſermo elegans ſumi poteſt, tum varietas eſt tanta artium, ut nemo ſine eo inſtrumento ad ullam rem illuſtriorem ſatis ornatûs poſſit accedere. ab his oratores, ab his imperatores P. CXXVI. ac rerum publicarum principes exſtiterunt. ut ad minora veniam, mathematici, poëtæ, muſici, medici denique ex hac, tamquam ex omnium artium officina, profecti ſunt.

[i] convertere *Grut.*

Ad quæ ego, Scis me, inquam, iſtud idem ſentire, 8
Piſo: ſed à te opportunè mentio facta eſt. ſtudet enim meus audire Cicero, quænam ſit iſtius veteris, quam commemoras, Academiæ de finibus bonorum Peripateticorumque ſententia. cenſemus autem te facillimè id explanare poſſe, quòd & Staſeam Neapolitanum multos annos habueris apud te, & complures jam menſes Athenis hæc ipſa te ex Antiocho videmus exquirere. Et ille ridens, Agè, agè, inquit (ſatis enim ſcitè me noſtri ſermonis principium eſſe voluiſti) exponamus adoleſcenti, ſi qua fortè poſſumus. dat enim id nobis ſolitudo. quòd ſi quis Deus diceret, numquam putarem, me in Academia, tamquam philoſophum, diſputaturum, [10] ſed ne, dum huic obſequor, vobis moleſtus ſim. Mihi,

tio. & tamen Pall. omnes, *poteris.* unde factum, ut Camerariana repræſentet; *Etſi hinc &c. non poteris.* ſed illud *hinc*, in nullo eſt noſtrorum. *Gruter.*

10. *Sed ne, dum huic obſequor.*] Vel ſubintelligendum, *vide*, ſeu *verendum*, ſeu aliquid tale, vel adſcribendum, ut à librario prætermiſſum. ſic autem Græci ſæpe loqui ſolent. ut apud Platonem lib. I. de Rep. Εἰπέ τι φὴς εἶναι τὸ δίκαιον, καὶ ὅπως μοι μὴ ἐρεῖς ὅτι τὸ δέον ἐστίν. id eſt, *Dic quid aſſeveres eſſe jus. & ut ne mihi dicas eſſe id quod oportet.* eſt enim ἔλλειψις Attica, & ſubintell. σκόπει, vel ὅρα, vel aliquid aliud tale. *Lambin.* *Sed ne dum huic obſequor.*] Lambinus interpoſuit; *ſed verendum ne dum.* quod in nullo eſt Pall. neque agnoſcunt editi alii. *Gruter.*

11. *In*

hi, inquam, qui te id ipſum rogavi? Tum Quintus & Pomponius cùm idem ſe velle dixiſſent, Piſo exorſus eſt. cujus oratio, attende quæſo, Brute, ſatisne videatur Antiochi complexa eſſe ſententiam: quam tibi, qui fratrem ejus Ariſtum frequenter audieris, maximè probatam exiſtimo.

9 IV. Sic est igitur locutus. Quantus ornatus in Peripateticorum diſciplina ſit ſatis eſt à me, ut breviſſimè potui, paullo antè dictum. Sed eſt forma ejus diſciplinæ, ſicut ferè ceterarum, triplex. una pars eſt [k] natura: diſſerendi altera: vivendi tertia. natura ſic ab iis inveſtigata eſt, ut nulla pars cælo, mari, terrâ (ut poëticè loquar) prætermiſſa ſit. Quinetiam, cùm de rerum initiis omnique mundo locuti eſſent, ut multa non modò probabili argumentatione, ſed etiam neceſſaria mathematicorum ratione concluderent: maximam materiam ex rebus per ſe inveſtigatis ad rerum occultarum cognitionem attulerunt.

[k] naturæ *Lamb.*

P. B.

10 Perſecutus eſt Ariſtoteles animantium omnium ortus, victus, figuras. Theophraſtus autem ſtirpium naturas omniumque ferè rerum, quæ è terra gignerentur, cauſas atque rationes. qua ex cognitione facilior facta eſt inveſtigatio rerum occultiſſimarum: diſſerendique ab iisdem [l] non dialecticè ſolùm, ſed etiam oratoriè præcepta ſunt tradita: ab Ariſtoteleque principe de ſingulis rebus in utramque partem dicendi exercitatio eſt inſtituta, ut non contra omnia ſemper, ſicut Arceſilas, diceret, & tamen, ut in omnibus rebus, quidquid ex utraque parte dici poſſet, expromeret.

[l] omnem non *Grut.*

11 Cùm autem tertia pars bene vivendi præcepta quæreret, ea quoque eſt ab iisdem non ſolùm ad privatæ vitæ rationem, ſed etiam ad rerumpublicarum rectionem relata. omnium ferè civitatum non Græciæ ſolùm, ſed etiam Barbariæ, ab Ariſtotele, mores, inſtituta, diſciplinas; à Theophraſto leges etiam cognovimus. cúmque uterque eorum docuiſſet, qualem in republica principem [m] eſſe conveniret, pluribus præterea cùm ſcripſiſſet, [n] qui eſſet optimus reipublicæ ſtatus: hoc ampliùs Theophraſtus, quæ eſſent in republica inclinationes rerum & momenta temporum, quibus eſſet moderandum, utcumque res poſtularet. Vitæ autem degendæ ratio maximè quidem illis placuit quieta, in contempla-

[m] *alii delent* eſſe.
[n] quis *alii.*

tione.

tione & cognitione poſita rerum: quæ quia deorum erat vitæ ſimillima, ſapiente viſa eſt digniſſima, atque P.CXXVII. his de rebus & ſplendida eſt eorum & illuſtris oratio.

V. De summo autem bono quia duo genera li- 12 brorum ſunt, unum populariter ſcriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant; alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt: non ſemper idem dicere videntur: nec in [o] ſumma tamen ipſa aut varietas eſt ulla, apud hos quidem, quos nominavi, aut inter ipſos diſſenſio. ſed cùm beata vita quæratur, idque ſit unum, quod philoſophia ſpectare & ſequi debeat: ſitne ea tota ſita in poteſtate ſapientis, an poſſit aut labefactari, aut eripi rebus adverſis; in eo nonnumquam variari inter eos & dubitari videtur. quod maximè efficit Theophraſti de beata vita liber: [11] in quo multum admodum fortunæ datur. quod ſi ita ſe habeat, non poſſit beatam præſtare vitam ſapientia. hæc mihi videtur delicatior, ut ita dicam, molliorque ratio quàm virtutis vis gravitasque poſtulat. quare teneamus Ariſtotelem & ejus filium Nicomachum: [12] cujus accuratè ſcripti de moribus libri dicuntur illi quidem eſſe Ariſtotelis: ſed non video, cur non potuerit [p] patri ſimilis eſſe filius. Theophraſtum tamen adhibeamus ad pleraque, dummodò plus in virtute teneamus quàm ille tenuit firmitatis & roboris.

o ſententia alii.

p patris Lamb.

Simus igitur contenti his. namque horum poſteri, 13 meliores illi quidem, [q] meâ ſententiâ, quàm reliquarum philoſophi diſciplinarum: ſed ita degenerant, ut ipſi ex ſe nati eſſe videantur. primùm Theophraſti Strato phyſicum ſe voluit. in quo etſi eſt magnus, tamen nova pleraque & perpauca de moribus. [13] Hujus Lyſias & ora-

q in eâ MSS.

11. *In quo multum admodum fortunæ datur.*] Pal. quart. *adm. fortior eſt.* quomodo & ſext. quod eſſet intelligendum de libro Theophraſti. ſed nihil mutandum. *Grut.*

12. *Cujus accuratè ſcripti de moribus libri dicuntur illi quidem eſſe Ariſtotelis: ſed non video, cur non potuerit patri ſimilis eſſe filius.*] Diogenes Laërtius in Eudoxi Cnidii Vita videtur ejus opinionis & judicii fuiſſe, ut ſcripti de Moribus libri Nicomacho tribuendi eſſent. Φησὶ δὲ αὐτὸν, inquit, Νικόμαχος ὁ Ἀριστοτέλους τὴν ἡδονὴν λέγειν τὸ ἀγαθόν. *Urſin.*

13. *Hujus Lyco, oratione locuples, &c.*] Sic legendum, non ut vulgò, *hujus Lyſias, oratione locuples, &c.* Hujus autem emendationis dux mihi fuit & quaſi ſignifer Franciſc. Fabricius Marcodurianus, qui, cùm ad me ſcripſiſſet cognoſcere licere ex Laërtio, Ly-

P. B. oratione locuples, rebus ipſis jejunior. concinnus deinde & elegans hujus Ariſto: ſed ea, quæ deſideratur à magno philoſopho, gravitas in eo non fuit. ſcripta ſanè & multa & polita: ſed neſcio quo pacto auctoritatem oratio non habet.

14 Prætereo multos, in his doctum hominem & ſuavem Hieronymum: quem jam cur Peripateticum appellem neſcio. ſummum enim bonum expoſuit vacuitatem doloris. qui autem de ſummo bono diſſentit, de tota philoſophiæ ratione diſſentit. [14] Critolaus imitari antiquos voluit: & quidem eſt gravitate proximus, & redundat oratio. attamen is quidem in patriis inſtitutis manet. Diodorus, ejus auditor, adjungit ad honeſtatem vacuitatem doloris. Hic quoque ſuus eſt: de ſummoque bono diſſentiens, dici verè Peripateticus non poteſt. Antiquorum autem ſententiam Antiochus noſter mihi videtur perſequi diligentiſſimè: quam eandem Ariſtotelis fuiſſe & Polemonis docet.

15 VI. FACIT igitur Lucius noſter prudenter, qui audire de ſummo bono potiſſimùm velit. hoc enim conſtituto in philoſophia conſtituta ſunt omnia. nam ceteris in rebus ſive prætermiſſum, ſive ignoratum eſt quippiam, non plus incommodi eſt quàm quanti quæque

Lyconem, non Lyſiam, Stratonis diſcipulum & auditorem fuiſſe: ego continuò iterum conſului hoc loco vett. codd. in eis reperi partim, *hujus Lyoratione*, partim, *hujus Lycoratione*: ex quibus ſcripturis, quamvis depravatis, apparet, vulgatam ſcripturam *Lyſias* eſſe rejiciendam; Lyconis nomen autem eſſe reponendum. Diogenis autem verba ſi quis fortè requiret, hæc ſunt in Stratone: Διεδέξατο αὐτῆ τὴν σχολὴν Στράτων, &c. id eſt, *Excepit autem ejus* (Theophraſti) *ſcholam Strato*, *&c.* Deinde in Lycone, Τοῦτον διεδέξατο Λύκων, Ἀστυάνακτος, Τρῳαδεὺς, φραστικὸς ἀνὴρ, &c. id eſt, *Hunc autem* (Stratonem) *ſuſcepit*, *ſeu excepit*, *Lyco*, *Aſtyanactis filius*, *Troadenſis*, *vir eloquens*, *&c.* ſequitur duabus paginis poſt, Τὸν δὲ Περίπατον καταλείπω τῶν γνωρίμων τοῖς βουλομένοις, Βούλωνι, Καλλίνῳ, Ἀρίστωνι, Ἀμφίωνι, Λύκωνι, Πύθωνι, &c. id eſt. *Peripatum autem relinquo ex iis, qui nobiles & clari ſunt, ſi qui volent; Buloni, Callino, Ariſtoni, Amphioni, Lyconi, Pythoni, &c.* Lambinus. *Hujus Lyſias & oratione.*] Lambinus ſuppoſuit *Lyco*, quod & adſcripſerat Scaliger: ſed noſtri manuſcripti nihil variant, niſi quod quartus non habeat *&*: quod & abeſſe poterat. nam ejus loco eſt in Maffæjano *ex*. Gruter.

14. *Critolaus imitari antiquos voluit.*] Verbum ultimum non exſtat in Pal. quart. & videtur ſanè ſubaudiri poſſe; niſi dicamus *imitari* poſitum pro *imitatur*; ut ſæpe bonis auctoribus. *Idem.*

15. Quo-

que earum rerum eſt, in quibus neglectum eſt aliquid. ſummum autem bonum ſi ignoretur, vivendi rationem ignorari neceſſe eſt. ex quo tantus error conſequitur, ut, quem in portum ſe recipiant ſcire non poſſint. cognitis autem rerum finibus, cùm intelligitur, quid ſit & bonorum extremum & malorum, inventa vitæ via eſt conformatioque omnium officiorum.

Eſt igitur, quò quidque referatur: ex quo, id quod 16
omnes expetunt, beatè vivendi ratio inveniri & comparari poteſt. quod quoniam in quo ſit magna diſſenſio eſt, Carneadea nobis adhibenda diviſio eſt, quá noſter P. CXXVIII.
Antiochus libenter uti ſolet. Ille igitur vidit, non modò quot fuiſſent adhuc philoſophorum de ſummo bono, ſed quot omninò eſſe poſſent ſententiæ. Negabat igitur ullam eſſe artem, quæ ipſa à ſe proficiſceretur. etenim ſemper illud extrà eſt, quod arte comprehenditur. nihil opus eſt exemplis hoc facere longius. eſt enim perſpicuum, nullam artem in ſe verſari, ſed eſſe aliud artem ipſam, aliud quod propoſitum ſit arti. r igitur, ut *alii.*
[15] Quonìam [r] ut medicina [s] valitudinis, navigationis gubernatio, ſic vivendi ars eſt prudentia: neceſſe eſt eam s valetud. *alii.*
quoque ab alia re eſſe conſtitutam & profectam.

[t] Conſtitit autem ferè inter omnes, id, in quo pru- 17 t Conſtat *alii.*
dentia verſaretur, & quod aſſequi vellet, aptum & accommodatum naturæ eſſe oportere, & tale, ut ipſum per ſe invitaret & alliceret appetitum animi: quem ὁρμὴν Græci vocant. Quid autem ſit, quod ita moveat, itaque à natura in primo ortu appetatur, non conſtat, deque eo eſt inter philoſophos, cùm ſummum bonum exquiritur, omnis diſſenſio. totius enim quæſtionis ejus, quæ habetur de finibus bonorum & malorum, cùm quæritur, in his quid ſit extremum & ultimum fons reperiendus eſt, in quo ſint prima invitamenta naturæ. quo invento, omnis ab eo, quaſi capite, de ſummo bono & malo diſputatio ducitur.

VII. VOLUPTATIS alii primum appetitum putant & primam depulſionem doloris: [16] alii cenſent primum aſci-

15. *Quoniam ut medicina valetudinis.*] Locus ſumtus ex libro 1. Ethic. ad Nicomachum: Ἰατρικῆς μὲν γὰρ ὑγίεια, ναυπηγικῆς δὲ πλοῖον. *Urſin.*

16. *Alii cenſent primum aſcitum doloris vacuitatem.*] *Non dolore,* pro *doloris vacuitatem*, habet antiquus liber. *Idem.* *Alii cenſent pri-*

aſcitum, doloris vacuitatem & primum declinatum;
18 dolorem. [17] Ab his alii, quæ prima ſecundùm naturam nominant, proficiſcuntur: in quibus numerant incolumitatem conſervationemque omnium partium, [v] valitudinem, ſenſus integros, doloris vacuitatem, vires, pulcritudinem ceteraque generis ejuſdem: quorum ſimilia ſunt prima in animis quaſi virtutum igniculi & ſemina. Ex his tribus cùm unum aliquod ſit, quo primùm natura moveatur vel ad appetendum, vel ad repellendum, nec quidquam omnino, præter hæc tria, poſſit eſſe: neceſſe eſt omnino officium aut fugiendi, aut ſequendi, ad eorum [x] aliquid referri; ut illa prudentia, quam artem vitæ eſſe diximus, in earum trium rerum aliqua verſetur, à qua totius vitæ ducat exordium.

P. B. v valetud. alii.

x aliquod alii.

19 Ex eo autem, quod ſtatuerit eſſe, quo primùm natura moveatur, exſiſtet etiam recti ratio atque honeſti, quæ cum uno aliquo ex tribus illis congruere poſſit, [y] ut aut id honeſtum ſit, facere omnia, aut voluptatis cauſâ, etiam ſi eam non conſequare, aut non dolendi, etiam ſi id aſſequi nequeas: aut eorum, quæ ſecundùm naturam, adipiſcendi. Ita fit, ut, quanta differentia eſt in principiis naturalibus, tanta ſit in finibus bonorum malorumque diſſimilitudo. Alii rurſus iiſdem à [z] principiis omne officium referunt aut ad voluptatem, aut ad non dolendum, aut ad prima illa ſecundùm naturam obtinenda.

y ut id hon. *Lamb.*

z princi- piis prof. *alii.*

20 Expoſitis jam igitur ſex de ſummo bono ſententiis, trium

primum adſcitum doloris vacuitatem.] *Doloris vacuitatem* è ſuo libro quidam induxerunt, & aſteriſci notam, quæ corruptum locum ſignificaret, è regione oppoſuerunt. nos ea verba conſervamus, quòd & ſententiam ſanè bonam efficiunt, neque in antiquis Maffæi, Sigonii, Tertii libris deſiderantur: ut omittam, quod libros ſuperioris noſtræ editionis tamen credendum eſt ad propoſitum aliquod ſcriptum exemplar fuiſſe impreſſos. *P. Manut.* *Alii cenſent primum aſcitum, doloris vacuitatem, & primum &c.*] Quatuor è Palatinis non admiſerunt, *doloris vacuitatem.* quartus numero habet id quidem, ſed tali poſitu: *Voluptatis alii primum appetitum putant & primam depulſionem doloris vacuitatem doloris, alii cenſent primum aſcitum, & primum &c.* Grut.

17. *Ab his alii, quæ prima &c.*] Lambinus, Brutus, alii, multa heic moliuntur, ſed ſuo remigio, non calami exaratorum codicum. itaque non eſt quod ipſorum conjecturis bonam chartam oneremus. *Idem.*

18. *Ne*

trium proximarum hi principes; voluptatis, Ariſtippus; non dolendi, Hieronymus; fruendi rebus iis, quas primas ſecundùm naturam eſſe diximus, Carneades, non ille quidem auctor, ſed defenſor, diſſerendi cauſa fuit. Superiores tres erant, quæ eſſe poſſent: quarum eſt una ſola defenſa, eaque vehementer. nam voluptatis cauſâ facere omnia, cùm, etiam ſi nihil [a] conſequamur, tamen ipſum illud conſilium ita faciendi, per ſe expetendum, & honeſtum, & ſolum bonum ſit, nemo dicit. ne vitationem quidem doloris ipſam per ſe quiſquam in rebus expetendis putavit, [18] ne ſi etiam evitare poſſet. At verò facere omnia, ut adipiſcamur quæ ſecundum naturam ſint, etiam ſi ea non aſſequamur, id eſſe & honeſtum, & ſolum per ſe expetendum, & ſolum bonum Stoici dicunt.

P. CXXIX.
a conſequatur *alii*.

VIII. SEX IGITUR hæ ſunt ſimplices de ſummo bonorum malorumque ſententiæ: duæ ſine patrono, quattuor defenſæ. junctæ autem & duplices expoſitiones ſummi boni tres omninò fuerunt: nec verò plures, ſi penitus rerum naturam videas, eſſe potuerunt. nam aut voluptas adjungi poteſt ad honeſtatem, ut Calliphoni [b] Dinomachoque placuit: aut doloris vacuitas, ut Diodoro: [c] aut prima naturæ, ut antiquis: quos eoſdem Academicos & Peripateticos nominamus. Sed quoniam non poſſunt omnia ſimul dici, hæc in præſentia nota eſſe debebunt, voluptatem ſemovendam eſſe: quando ad majora quædam, ut jam apparebit, nati ſumus. de vacuitate doloris eadem ferè dici ſolent, quæ de voluptate. quoniam igitur & de voluptate cum Torquato, & de honeſtate, in qua una omne bonum poneretur, cum Catone eſt diſputatum: primùm, quæ contra voluptatem dicta ſunt, eadem ferè [d] cadunt contra vacuitatem doloris. 21

b *alii* Clitomachoque.
c *alii* ut.
d quadrant *Lamb.* valent *alii*.

Nec verò alia ſunt quærenda contra Carneadeam illam ſententiam. quocumque enim modo ſummum bonum ſic exponitur, ut id vacet honeſtate: nec officia, nec virtutes in ea ratione, nec amicitiæ conſtare poſſunt. Conjunctio autem cum honeſtate vel voluptatis, vel non 22

P. B.

18. *Ne ſi etiam evitare poſſet.*] *Niſi etiam &c.* eſt in manuſcripto. *Urſin.* Lambinus legebat, *etiamſi eum vitare poſſet*, alii legunt, *nec ſi etiam eum vitare poſſet.*

19. *Quàm*

non dolendi, id ipſum honeſtum, quod amplecti vult, efficit turpe. ad eas enim res referre quæ agas: quarum una, ſi quis malo careat, in ſummo eum bono [e] dicat eſſe; altera verſetur in leviſſima parte naturæ, obſcurantis eſt omnem ſplendorem honeſtatis, ne dicam inquinantis. Reſtant Stoici, qui cùm à Peripateticis & Academicis omnia tranſtuliſſent, nominibus aliis eaſdem res ſecuti ſunt. Hos contra ſingulos dici eſt melius. ſed nunc, quod agimus. de illis cùm volemus.

e *alii* ducat *contra MSS.*

23 Democriti autem ſecuritas, quæ eſt animi tamquam tranquillitas, quam [f] appellant εὐθυμίαν, eò ſeparanda fuit ab hac diſputatione, quia iſta animi tranquillitas ea ipſa eſt beata vita. quærimus autem, non quæ ſit, ſed unde ſit. Jam exploſæ ejectæque ſententiæ Pyrrhonis, Ariſtonis, Herilli, quòd in hunc orbem, quem circumſcripſimus, incidere non poſſunt, adhibendæ omninò non fuerunt. nam cùm omnis hæc quæſtio de finibus, & quaſi de extremis bonorum & malorum, ab eo proficiſcatur, quod dicimus naturæ eſſe aptum & accommodatum, quodque ipſum per ſe primum appetatur: hoc totum & ii tollunt, qui in rebus iis, in quibus nihil, [g] quod non aut honeſtum, aut turpe ſit, negant eſſe ullam cauſam, cur aliud alii anteponatur, nec inter eas res quidquam omninò putant intereſſe: & Herillus, ſi ita ſenſit, nihil eſſe bonum, præter ſcientiam, omnem conſilii capiendi cauſam inventionemque officii ſuſtulit. Sic, excluſis ſententiis reliquorum, cùm præterea nulla eſſe poſſit, hæc antiquorum valeat neceſſe eſt.

f appellat *ed. vett.*

g quod non *Lamb. delet.*

IX. Ergo inſtituto veterum, quo etiam Stoici
24 utuntur, hinc capiamus exordium. Omne animal ſe ipſum diligit, [h] ac ſimul ut ortum eſt id agit, ut ſe conſervet, quòd hic ei primus ad omnem vitam tuendam appetitus à natura datur, ſe ut conſervet atque ita ſit affectum, ut optimè ſecundùm naturam affectum eſſe poſſit. Hanc initio conſtitutionem confuſam habet & incertam, ut tantummodò ſe tueatur, qualecumque ſit. ſed nec quid ſit, nec quid poſſit, nec quid ipſius natura ſit, intelligit. Cùm autem proceſſit paullum, & quatenus quidquid ſe attingat ad ſeque pertineat perſpicere cœpit, tum ſenſim incipit progredi ſeſeque agnoſcere & intelligere. quam ob cauſam [i] habet eum, quem

P. CXXX.

h & ſimul ac ort. *Ald. & alii.*

i habeat *conj. Lamb.*

quem diximus, animi appetitum: cœptatque & ea, quæ naturæ apta ſentit, appetere & propulſare contraria. ergo omni animali illud, quod appetit, poſitum eſt in eo, quod naturæ eſt accommodatum. ita finis bonorum exſiſtit, ſecundùm naturam vivere, ſic affectum, ut optimè affici poſſit, ad naturamque accommodatiſſimè.

Quoniam autem ſua cujusque animantis natura eſt, 25
neceſſe eſt quoque finem omnium hunc eſſe, ut natura expleatur. nihil enim prohibet, quædam eſſe & inter ſe animalibus reliquis & cum beſtiis homini communia, quoniam omnium eſt natura communis. ſed extrema illa & ſumma, quæ quærimus, inter animalium genera diſtincta & diſpertita ſunt, & ſua cuique propria, & ad id apta, quod cujusque natura deſiderat.

Quare cùm dicimus, omnibus animalibus extremum 26
eſſe, ſecundùm naturam vivere; non ita accipiendum eſt, quaſi dicamus, unum eſſe omnium extremum: ſed ut omnium artium rectè dici poteſt commune eſſe, ut in aliqua ſcientia verſetur, ſcientiam autem ſuam cujusque artis eſſe: ſic commune [k] animalium omnium ſecundùm naturam vivere, ſed naturas eſſe diverſas, ut aliud equo ſit natura, aliud bovi, aliud homini, & tamen in omnibus ſumma communis, & quidem non ſolùm in animalibus, ſed etiam in rebus omnibus iis, quas natura alit, auget & tuetur: in quibus videmus, ea, quæ gignuntur è terra, multa quodam modo efficere ipſa ſibi per ſe, quæ ad vivendum creſcendumque valeant, & [l] ſuo [m] genere perveniant ad extremum: ut jam liceat una comprehenſione omnia complecti; non dubitemque dicere, omnem naturam [n] eſſe conſervatricem ſui, idque habere propoſitum quaſi finem & extremum, ſe ut cuſtodiat [19] quàm in optimo ſui generis ſtatu: ut neceſſe ſit, omnium rerum, quæ naturâ vigeant, ſimilem eſſe finem, non eundem. ex quo intelligi debet, homini id eſſe in bonis ultimum, ſecundùm naturam vivere: quod ita interpretemur, vivere ex

P. B.
k eſſe anim. *conj. Lamb.*
l ſui generis *alii.*
m quæque in genere *Lamb.*
n ſervatricem eſſe ſui *MS.*

19. *Quàm in optimo ſui generis ſtatu.*] Lambinus & Aldus Nepos, *in quam optimo*. ſed prius illud eſt in edd. aliis omnibus, neque abeunt ab ea Pall. niſi quod ſec. *quaſi in opt.* quod mihi perplacet. *Gruter.*

ex hominis natura undique perfecta & nihil requirente.
27 Hæc igitur nobis explicanda ſunt: ſed ſi enodatiùs, vos ignoſcetis. hujus enim ætati, & huic, nunc hoc primum fortaſſe audienti, ſervire debemus. Ita prorſus, inquam. etſi ea quidem, quæ adhuc dixiſti, quamvis ad ætatem rectè iſto modo dicerentur.

X. Exposita igitur, inquit, terminatione rerum expetendarum, cur iſta ſe res ita habeat, ut dixi, deinceps demonſtrandum eſt. quamobrem ordiamur ab eo, quod primum poſui. [20] quod idem reapſe primum eſt, ut intelligamus, omne animal ſe ipſum diligere. quod quamquam dubitationem non habet (eſt enim infixum in ipſa natura, [o] comprehenditur ſuis cujusque ſenſibus, ſic, ut, contrà ſi quis dicere velit, non audiatur) tamen, nequid prætermittamus, rationes quoque, cur
28 hoc ita ſit, afferendas puto. Etſi quî poteſt intelligi aut cogitari, eſſe aliquod animal, quod ſe oderit? res enim concurrent contrariæ. nam cùm appetitus ille animi aliquid ad ſe trahere cœperit conſultò, quod ſibi obſit, quia ſit ſibi inimicus: cùm id ſuâ cauſâ faciet; & oderit [p] ſe, & ſimul diliget: quod fieri non poteſt. [21] neceſſe eſt quidem, ſi quis ſibi ipſi inimicus eſt, eum, quæ bona ſunt, mala putare: bona contrà, quæ mala: & quæ appetenda, fugere: & quæ fugienda, appetere: quæ ſine dubio vitæ ſunt everſio. neque enim, ſi nonnulli reperiuntur, qui aut laqueos, aut alia exitia quærant, aut, ut ille apud Terentium, qui decrevit *tantiſper ſe minus injuria ſua gnato facere*, (ut ait ipſe) *dum fiat miſer*, inimicus ipſe ſibi putandus eſt.
29 Sed alii dolore moventur, alii cupiditate: iracundiâ etiam multi efferuntur: & cùm in mala ſcientes [q] irruunt, tamen ſe optimè ſibi conſulere arbitrantur: itaque dicunt, nec dubitant,

Mihi ſic uſus eſt: tibi ut opus eſt facto, face:

velut, qui ipſi ſibi bellum indixiſſent, cruciari dies, no-

o comprehenditurque *alii*.
P. CXXXI.
p ſe ſimul & *conj. Lamb.*
q *ita Vict. alii* ruunt.

20. *Quod idem reapſe primum eſt.*] Eſt à Victorio, ne quis forte adſcribat Lambino. prius editi *re ab ſe*, quod adhuc in Pall. omnibus, niſi quod quint. *re à ſe*. Scaligeri vero vetus planè *reapſe*. Grut.

21. *Neceſſe eſt quidem, ſi quis.*] Pal. ſext. *neceſſe eſt que ſi quis.* at ſec. *neceſſe eſt æquè, ſi quis.* quod habuerim pro Tullii genuino. *Idem.* alii dederunt, *neceſſe eſt enim.*

22. In

noctes torqueri vellent: nec verò ſeſe ipſi accuſarent ob eam cauſam, quòd ſeſe malè rebus ſuis conſuluiſſe dicerent. eorum enim hæc eſt querela, qui ſibi cari ſunt ſeſeque diligunt. Quare, quotieſcunque dicetur malè de ſe quis mereri, ſibique eſſe inimicus atque hoſtis, vitam denique fugere, intelligatur aliquam ſubeſſe ejuſmodi cauſam, ut ex eo ipſo poſſit intelligi, ſibi quemque eſſe carum. Nec verò id ſatis eſt, neminem 30
eſſe, qui [r] ipſe ſe oderit: ſed illud quoque intelligendum [r ſe ipſe alii.] eſt, neminem eſſe, qui, quo modo ſe habeat, nihil ſua cenſeat intereſſe. tolletur enim appetitus animi, ſi, ut in iis rebus, inter quas nihil intereſt, neutram in [P. B.] partem propenſiores [s] ſimus, item in nobiſmetipſis, [s ſumus Lamb.] quemadmodum affecti ſimus, nihil noſtra arbitrabimur intereſſe.

XI. Atque etiam illud, ſi quis dicere velit, perabſurdum ſit: ita diligi à ſeſe [t] quemque, ut ea vis diligendi ad aliam rem quampiam referatur, non ad eum ipſum, qui ſeſe diligat. [t ita MSS. alii quemquam.] hoc cùm in amicitiis, cùm in officiis, cùm in virtutibus dicitur, quomodocumque dicitur, intelligi tamen quid dicatur poteſt. [22] in nobis autem ipſis ne intelligi quidem, ut propter aliam quampiam rem, verbi gratiâ, propter voluptatem, nos amemus. propter nos enim illam, non propter eam nosmetipſos diligimus. Quamquam quid eſt, quod magis 31
perſpicuum ſit, [v] non modò carum ſibi quemque, verùm etiam vehementer carum eſſe? [v quàm non alii.] quis eſt enim, aut quotus quisque, cui, mors cùm appropinquet,

Non refugiat timido ſanguen, atque [x] *exalbeſcat metu?* [x exalbeſcit MS.]

& ſi hoc quidem eſt in vitio, diſſolutionem naturæ tam valdè perhorreſcere: quod item eſt reprehendendum in dolore. ſed quia ferè ſic afficiuntur omnes, ſatis argumenti eſt, ab interitu [y] naturam abhorrere: idque quo magis quidam ita faciunt, ut jure etiam reprehendantur, hoc magis intelligendum eſt, hæc ipſa nimia in quibusdam futura non fuiſſe, niſi quædam eſſent modi- [y naturam deeſt in MS.]

ca

22. *In nobis autem ipſis ne intelligi quidem, ut propter &c.*] Sic quidem Aldus ſenior. ſed dubites tamen de ſinceritate. edidit enim poſtea Victorius, *in nobismet ipſis autem intelligi quidem propter*, ſine illo *ne* & *ut*, quod neque in ullo Pal. quorum quartus habet, *in nobismet autem ipſis intelligi, quod propter &c.* Gruter.

ca naturâ. nec verò dico eorum metum mortis, qui quia privari ſe vitæ bonis arbitrentur, aut quia quaſdam poſt mortem formidines extimeſcant, aut ſi metuant, ne cum dolore moriantur, idcirco mortem [z] fugiant: in parvis enim ſæpe, qui nihil eorum cogitant, ſi quando his ludentes minamur præcipitaturos alicunde, extimeſcunt. quinetiam feræ, inquit Pacuvius,

z fugiunt *Lamb.*

P.CXXXII. *Quibus abeſt ad præcavendum intelligendi aſtutia,*
[23] ſibi injecto terrore mortis horreſcunt.

32 Quis autem de ipſo ſapiente aliter exiſtimat? quinetiam cùm decreverit eſſe moriendum, tamen diſceſſu à ſuis atque ipſa relinquenda luce moveatur. Maximè autem in hoc quidem genere vis eſt perſpicua naturæ, cùm & mendicitatem multi perpetiantur, ut vivant: & angantur appropinquatione mortis confecti homines ſenectute: & ea perferant, quæ Philoctetam videmus in fabulis: qui cùm cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio ſagittarum;

Conſigebat tardus celeres, [24] ſtans volantes,

ut apud Attium eſt,

[a] Pinnarumque contextu corpori tegumenta faciebat.

a *Pennarumque* alii.

33 De hominum genere, aut omninò de animalium loquor; cùm arborum & ſtirpium eadem pænè natura ſit: ſive, ut doctiſſimis viris viſum eſt, major aliqua cauſa atque divinior hanc vim ingenuit: ſive hoc ita [b] ſit fortuitò. [25] videamus ea, quæ terra gignit, corticibus & radicibus valida ſervari; quod contingit animalibus ſenſuum diſtributione & quadam compactione mem-

b ſit *alii.*

23. *Sibi injecto terrore mortis horreſcunt.*] In margine libri cujuſdam reperi ſcriptum:

Terrore mortis iniecto horreſcunt ſibi.

Quod ita placet, ut vix me contineam, quin recipiam in contextum, & reciperem, ſi qua auctoritate tranſpoſitio iſta vocum nitatur, aut cujus ex ingenio eſſet profecta, ſcirem; nam omnes editiones, quas quidem ego conſului, & conſului præter Juntinam fere omnes, eodem plane modo, ſine ulla lectionum diſcrepantia, exhibent hunc locum. *Verburg.*

24. *Stans volanteis &c.*] Lambinus *volatileis*, ex Scaligeri conjectura, ſed ipſo nolente, ſi modo ſatis adſequor quæ ſcripſit Conjectaneis ad Varronem. edd certe ac mſſ. ſtant à vulgato. *Gruter.*

25 *Videamus ea, quæ &c.*] Aldus Nepos edidit, *videmus:* malè. pendent hæc enim à ſuperioribus, quod magis pateret, ſi additâ encliticâ legeretur, *videamusque.* Idem.

26. *Ipſa*

membrorum. qua quidem de re, quamquam aſſentior iis, qui hæc omnia regi naturâ putant; quæ ſi natura negligat, [26] ipſa eſſe non poſſint, tamen concedo, ut, qui de hoc diſſentiunt, exiſtiment quod velint, ac vel hoc intelligant, ſi quando naturam hominis dicam, hominem dicere me. nihil enim hoc differt. nam priùs poterit à ſe quiſque diſcedere quàm appetitum earum rerum, quæ ſibi conducant, amittere. Jure igitur graviſſimi philoſophi initium ſummi boni à natura petiverunt, & illum appetitum rerum, ad naturam accommodatarum, ingeneratum putaverunt omnibus, qui continentur ea commendatione naturæ, qua ſe ipſi diligunt. P. B.

XII. DEINCEPS videndum eſt, quoniam ſatis 34
apertum eſt, ſibi quemque naturâ eſſe carum, quæ ſit hominis natura. id eſt enim, de quo quærimus. [27] Atqui perſpicuum eſt, hominem è corpore animoque conſtare, cùm primæ ſint animi partes, ſecundæ corporis. deinde id quoque videmus, [c] & ita figuratum corpus, ut excellat aliis, animumque ita conſtitutum, ut & ſenſibus inſtructus ſit, & habeat præſtantiam mentis, cui tota hominis natura pareat, in qua ſit mirabilis quædam vis rationis, & cognitionis, & ſcientiæ virtutumque omnium. nam quæ corporis ſunt, ea nec auctoritatem cum animi partibus comparandam & cognitionem habent faciliorem. itaque ab his ordiamur.

c *Lamb. delet* &.

Corporis igitur noſtri partes, totaque figura, & for- 35
ma, & ſtatura, quàm apta ad naturam ſit apparet: neque eſt dubium, quin frons, oculi, aures & reliquæ partes, quales propriæ [d] ſunt hominis, intelligatur. ſed certè opus eſt ea valere & vigere, naturales motus uſuſque habere, ut nec abſit quid eorum; nec ægrum debilitatumve ſit. id enim natura deſiderat. Eſt [e] etiam actio quædam corporis, quæ motus & ſtatus naturæ con-

d ſint *alii.*

e enim *alii.*

26. *Ipſa eſſe non poſſint: tamen concedo &c.*] Eſt qui ita legendum hunc locum exiſtimet, *ipſa eſſe non poſſint; ita tamen concedo, ut qui de hoc diſſentiunt, vel exiſtiment quod velint, vel hoc intelligant.* Verburg.

27. *Atqui perſpicuum eſt hominem è corpore animoque conſtare.*] Reſpexit ad locum Ariſtotelis in 1. Politic. Τὸ δὲ ζῶον πρῶτον συνέστηκεν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, ὧν τὸ μὲν ἄρχον ἐστὶ φύσει, τὸ δὲ ἀρχόμενον. *Urſin.*

28. *Aſ-*

congruentes tenet: in quibus ſi peccetur diſtorti
depravatione quadam, aut motu ſtatuve deform
ſi aut manibus ingrediatur quis, aut non ante,
trò; fugere planè ſe ipſe, & hominem ex h
exuens naturam odiſſe videatur. Quamobrem
ſeſſiones quædam, & flexi fractique motus,
protervorum hominum aut mollium eſſe ſolent,
naturam ſunt: ut, etiam ſi animi vitio id even
men in corpore immutari hominis natura videa

36 Itaque è contrario moderati æquabileſque h
P. cxxxiii. [28] affectiones uſuſque corporis, apta eſſe ad
videntur. Jam verò animus non eſſe ſolùm, ſe
f ſuas hab. cujuſdam modi debet eſſe, ut & omnes partes ſ
alii. incolumes, & de virtutibus nulla deſit. g Atqui
g *alii* Atque. ſibus eſt ſua cujuſque virtus, ut ne quid impedi
minùs ſuo ſenſus quiſque munere fungatur in iis
celeriter expeditéque percipiendis, quæ ſubject
ſenſibus.

XIII. ANIMI autem, & ejus animi partis,
princeps eſt quæque mens nominatur, plures ſu
tutes, ſed duo prima genera: unum earum, qua
nerantur ſuapte natura, appellanturque non volu
alterum earum, quæ, in voluntate poſitæ, mag
prio nomine appellari ſolent: quarum eſt excel
animorum laude præſtantia. prioris generis eſt do
memoria: quæ ferè omnia appellantur uno inge
mine: eaſque virtutes qui habent, ingenioſi vo
alterum autem genus eſt magnarum verarumq
tutum, quas appellamus voluntarias, ut prud
temperantiam, fortitudinem, juſtitiam, &
ejuſdem generis. Et ſummatim quidem hæc e
corpore animoque dicenda. quibus quaſi infor
eſt, quod hominis natura poſtulet.

37 Ex quo perſpicuum eſt, quoniam ipſi à nobis
mur, omniaque & in animo & in corpore
velimus eſſe, ea nobis ipſa cara eſſe propter ſe
iis eſſe ad benè vivendum momenta maxima.
propoſita ſit conſervatio ſui, neceſſe eſt huic

28. *Affectiones uſuſque corporis.*] Eſt ab ed. Victorii, con
que omnes Pall prius cuſi, *effectiones*, quod malè ibat mu
actiones Paul. Manutius. *Gruter.*

quoque ſui caras eſſe, carioresque, quo perfectiores ſint & magis in ſuo genere laudabiles. ea enim vita expetitur, quæ ſit animi corporisque expleta virtutibus: in eoque ſummum bonum poni neceſſe eſt, quando- P. B. quidem id tale eſſe debet, ut rerum expetendarum ſit extremum. quo cognito, dubitari non poteſt, quin, cùm ipſi homines ſibi ſint per ſe & ſua ſponte cari, partes quoque & corporis, & animi, & earum rerum, quæ ſunt in utriusque motu & ſtatu, ſua caritate colantur & per ſe ipſæ appetantur.

Quibus expoſitis, facilis eſt conjectura, ea maximè 38
eſſe expetenda ex noſtris, quæ plurimum habent dignitatis: ut optimæ cujusque partis, quæ per ſe expetatur, virtus ſit expetenda maximè. Ita fiet, ut animi virtus corporis virtuti anteponatur, animique virtutes non voluntarias vincant virtutes voluntariæ: quæ quidem propriè virtutes appellantur, multumque excellunt, propterea quòd ex ratione gignuntur; qua nihil eſt in homine divinius. etenim omnium rerum, quas & creat natura, & tuetur, quæ aut ſine animo ſint, [29] aut non multo ſecus, earum ſummum bonum in corpore eſt: ut non inſcitè illud dictum videatur in ſue, [30] animam illi pecudi datam pro ſale, ne putiſceret.

XIV.

29. *Aut non multo ſecus.*] Sic Aldus ſenior. at Victorius ſuſtulit negativam; neque invenitur in ullo Palatinorum quàm ſexto. videtur tamen neceſſaria. *Grut.*

30. *Animam illi pecudi datam pro ſale, ne putreſceret.*] Dictum Chryſippi, ut ait Cicero libro II. de Natura Deorum. ſed Non. Marcellus a *putido putiſceret* deductum legit. *Camer.* *Datam pro ſale, ne putiſceret.*] Sic legendum cenſeo, *ne putiſceret*, ut legit Non. Marcellus in voce *putidum.* Nam libri omnes & vulgati & manuſct. habent, *putreſcêret.* mendoſè. ſic & lib. II. de Nat. D. *Sus verò quid habet præter eſcam? cui quidem, ne putiſceret, animam ipſam pro ſale datam dicit eſſe Chryſippus.* Præterea *animam* edendum curavi, rejecta vulgata lectione, *animum.* ſic enim eſt lib. II. de Nat. D. adde quod Varro lib. II. de Re Ruſtica *animam* dixit, non *animum*, de eadem re loquens. ſic enim ille: *Itaque iis animam datam eſſe proinde ac ſalem, quæ ſervaret carnem.* Lambin. *Animum illi pecudi datum pro ſale ne putreſceret.*] Varro lib. II. de Re Ruſt. *Suillum pecus donatum à natura dicunt ad epulandum. itaque his animam datam pro ſale, quæ ſervaret carnem.* Plin. lib. VIII. cap. 4. *Hoc maxime brutum, animamque ei pro ſale datam non illepidè exiſtimabatur.* Urſin. *Animam illi pecudi datam pro ſale ne putiſceret.*] Ita edidit Lambinus, neque aliter ſcribitur vox ultima apud Nonium. Vulgati tamen & Pall. omnes

pu-

XIV. SUNT AUTEM beſtiæ quædam, in quibus ineſt aliquid ſimile virtutis, ut in leonibus, ut in canibus, [h]ut in equis: in quibus non corporum ſolùm, ut in ſuibus, ſed etiam animorum aliqua ex parte motus quoſdam videmus. in homine autem ſumma omnis animi eſt, & in animo, rationis: ex qua virtus eſt, quæ rationis abſolutio definitur: quam etiam atque etiam explicandam putant.

h *ut deeſt in Vict.*

39 Earum etiam rerum, quas terra gignit, educatio quædam & perfectio eſt, non diſſimilis animantium. itaque & vivere vitem & mori dicimus: arboremque & novellam, & vetulam, & vigere, & ſeneſcere. ex quo non eſt alienum, ut animantibus, [31] ſic illis & apta quædam ad naturam aptare, & aliena; earumque augendarum & alendarum quandam cultricem eſſe, quæ ſit ſcientia atque ars agricolarum, quæ circumcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur, ut, quò natura ferat, eò poſſit ire: ut ipſæ vites, ſi loqui poſſint, ita ſe tractandas tuendaſque eſſe fateantur. & nunc quidem

Pag. CXXXIV.

putreſceret, item *animum datum.* Gruter. Hujus dicti auctorem Cicero facit Chryſippum, ut patet è loco à Camerario & Lambino è lib. II. de Natura Deorum allato, ſed Clemens Alex. libro II. Strom. Cleanthem nominat, ut obſervavit Junius Animadverſ. lib. VI. cap. 16. *Verburg.*

31. *Sic illis & apta quadam ad naturam putare & aliena.*] Sic reſtitui, libros manuſc. duces atque auctores ſecutus, in quibus verbum *amputare*, quod eſt in vulgatis, poſt vocem *aliena*, non comparet: *aptare*, quod eſt in vulg. deinceps legitur poſt, *ad naturam*, partim variè ſcriptum eſt, ut *optare*, *patare*, partim planè pro eo eſt *putare*, quod rectum eſt. hunc autem locum apparet à ſciolis eſſe corruptum, aut à doctis quidem illis, ſed partim plus nimio ſibi tribuentibus, partim non attendentibus, nondum hòc loco agi de putando, aut amputando; ſed infra non longè, ibi, *quæ circumcidat*, *amputet*, *&c.* quin ea ipſa verba, quæ debuerant eos admonere nihil hîc eſſe mutandum, illos homines minimè malos induxerunt, ut hunc locum depravarent, ut & innumerabiles alios depravarunt. *Lambinus.* *Apta quædam*, *ad naturam aptare*, *& aliena: earumque &c.*] Sic editus à Victorio, neque aliter Pal. quart. Aldus ſenior non habebat vocem, *aptare*, ejusque loco eſt in ceteris noſtris *amputareque aliena.* Lambinus obtruſit nobis, *naturam putare & aliena.* ſicque affirmat legi in mſſ. ſed quorum? ſuſpicer potius reſtituendum, *naturam autumare*, *& aliena*, ut illud *amputare*, item *aptare*, natum ſit ab altero illo minus frequentato Ciceroni. nam quid ineptius quàm hærere librarios in *putare* voce vulgatiſſima? vulgatur paſſim, *naturam aptare*, *& aliena amputare*, quod & ſecutus Aldus Nepos. *Gruter.*

32. *Non*

dem, quod eam tuetur, ut de vite potiſſimùm loquar,
eſt id extrinſecus. in ipſa enim parum magna vis eſt,
ut quàm optimè ſe habere poſſit, ſi nulla cultura adhi-
beatur.

At verò ſi ad vitem ſenſus acceſſerit, ut appetitum 40
quendam habeat, & per ſe ipſa moveatur, quid factu-
ram putas? an ea, quæ per vinitorem antea conſeque-
batur, [h] & per ſe ipſam curabit? ſed videsne acceſſuram i *alii*
ei curam, ut ſenſus quoque ſuos eorumque omnium etiam.
appetitum, &, ſi qua ſint ei membra adjuncta, tuea-
tur? ſic ad illa, quæ ſemper habuit, junget ea, quæ
poſtea acceſſerint: nec eundem finem habebit, quem
cultor ejus habebat: ſed volet ſecundùm eam naturam,
quæ poſtea ei adjuncta ſit, vivere. ita ſimilis erit &
finis boni, atque antea fuerat, nec idem tamen. non
enim jam ſtirpis bonum quæret, ſed animalis. quòd ſi
non ſenſus modò ei ſit datus, verùm etiam animus ho-
minis: [32] non neceſſe eſt, & illa priſtina manere, ut
tuenda? & inter hæc multo eſſe cariora, quæ acceſſe-
rint? animique optimam quamque partem cariſſimam?
in eaque expletione naturæ ſummi boni finem conſiſte-
re, cùm longè multumque præſtet mens atque ratio?
Sic & extremum omnium appetendorum, [33] atque du-
ctum à prima communitate naturæ, multis gradibus ad-
ſcendit, ut ad ſummum perveniret: quod cumulatur ex P. B.
integritate corporis & ex mentis ratione perfecta.

XV. Cùm igitur ea ſit, quam expoſui, forma 41
naturæ: ſi, ut initio dixi, ſimul atque ortus eſſet, ſe
quisque cognoſceret judicareque poſſet, quæ vis &
totius eſſet naturæ, & partium ſingularum, continuò
videret, quid eſſet hoc, quod quærimus, omnium re-
rum, quas expetimus, ſummum & ultimum: nec ulla
in re peccare poſſet. nunc verò à primo quidem mira-
biliter occulta natura eſt, nec perſpici, nec cognoſci
poteſt. progredientibus autem ætatibus, ſenſim tarde-
ve

32. *Non neceſſe eſt & illa priſtina manere, ut tuenda.*] Legendum ex manuſcripto, *nonne neceſſe eſt, & illa priſtina manere tuenda &c.* & paullo poſt, *ſic extremum omnium appetendum, &c.* Urſin.

33. *Atque ductum à prima communitate natura.*] Lambinus, deleto *atque*, emendaverat, *commendatione natura*, invitis, inquit, omnibus mſſ. & verum eſt de Pall. nihil etiam variant edd. forſan illud *atque* ſolummodò mutandum in *aquè*. Gruter.

34. Ne-

ve potiùs quaſi nosmetipſos cognoſcimus. itaque illa prima commendatio, quæ à natura noſtri facta eſt, nobis obſcura & incerta eſt: primusque appetitus ille animi tantum agit, ut ſalvi atque integri eſſe poſſimus. cùm autem diſpicere cœperimus & ſentire, quid ſimus, & quid animantibus ceteris differamus, tum ea ſequi incipimus, ad quæ nati ſumus.

42 Quam ſimilitudinem videmus in beſtiis. quæ primò, in quo loco natæ ſunt, ex eo ſe non commovent: deinde ſuo quæque appetitu movetur. ſerpere anguiculos, nare anaticulas, evolare merulas, cornibus uti videmus boves, [34] nepas aculeis: ſuam denique cuique naturam eſſe ad vivendum ducem. quæ ſimilitudo in genere etiam humano apparet. parvi enim primo ortu ſic jacent, tamquam omninò ſine animo ſint. cùm autem paullum firmitatis acceſſerit: & animo utuntur, & ſenſibus; connituntur que, ut ſeſe erigant & manibus utantur; & eos agnoſcunt, à quibus educantur: deinde æqualibus delectantur, libenterque ſe cum his congregant, dantque ſe ad ludendum: [35] fabellarumque auditione ducuntur: deque eo, quod ipſis ſuperat, aliis

P.CXXXV. gratificari volunt: animadvertuntque ea, quæ domi fiunt, curioſiùs, incipiuntque commentari aliquid & diſcere: & eorum, quos vident, volunt non ignorare nomina: quibusque [k] rebus cùm æqualibus decertant, ſi vincunt, [l] efferunt ſe lætitiâ: victi debilitantur animosque demittunt. quorum ſine cauſa fieri nihil putandum eſt.

k de rebus *Lamb.*

l efferuntur lætitiâ *conj. Lamb.*

43 Eſt enim naturâ ſic generata vis hominis, ut ad omnem virtutem percipiendam facta videatur: ob eamque cauſam parvi virtutum ſimulacris, quarum in ſe habent ſemina, ſine doctrina moventur. ſunt enim prima elementa naturæ: quibus auctis, [36] virtutis quaſi carmen effi-

34. *Nepas aculeis.*] Eſt ab editione Victorii, neque aliter Nonius [in *Nepa*]. ſicque alias legi annotatum ad Pal. quartum, ad illud vulgatum *veſpas*; quod miror adhuc hærere in Aldina poſteriore. etiam vetus Scaligeri liber agnoſcit *nepas*. Grut.

35. *Fabellarumque auditione.*] Profert hunc locum Nonius in voce *Fabellæ*, & in *Auditus*, & *Auditio*. Lamb.

36. *Virtutis quaſi carmen.*] Non tangit hoc Muretus aut quis alius, ut putaret vel ex elementis utique carmen effici, vel quale intelligi deberet virtutis carmen; quod ſane ſublimius (niſi malis ab-

efficitur. nam cùm ita nati factique ſimus, ut & agendi aliquid, & diligendi aliquos, & liberalitatis, & referendæ gratiæ principia in nobis contineremus, atque ad ſcientiam, prudentiam fortitudinemque aptos animos haberemus à contrariisque rebus alienos: non ſine cauſa eas, quas dixi, in pueris virtutum quaſi ſcintillulas videmus, è quibus accendi philoſophi ratio debet, ut eam, quaſi Deum, ducem ſubſequens, ad naturæ perveniat extremum. nam, ut ſæpe jam dixi, in infirma ætate imbecillaque mente vis naturæ per caliginem cernitur. cùm autem progrediens confirmatur animus, agnoſcit ille quidem naturæ vim, ſed ita, ut progredi poſſit longiùs, per ſe ſit tamen inchoata.

XVI. INTRANDUM eſt igitur in rerum naturam, 44
& penitus, quid ea poſtulet, pervidendum. aliter enim noſmetipſos noſſe non poſſumus. quod præceptum quia majus erat quàm ut ab homine videretur, idcirco aſſignatum eſt Deo. jubet igitur nos Pythius Apollo noſcere noſmetipſos. cognitio autem hæc eſt una, ut vim noſtri corporis animique norimus ſequamurque P. [illegible]
eam vitam, 37 quæ rebus ipſis perfruatur. Quoniam autem is animi appetitus à principio fuit, ut ea, quæ dixi, quàm perfectiſſima à natura haberemus: confitendum eſt, cùm id adepti ſimus, quod appetitum ſit, in eo quaſi ultimo conſiſtere naturam, atque id eſſe ſummum bonum: quod certè univerſum ſua ſponte ipſum expeti & propter ſe neceſſe eſt, quoniam antè demonſtratum eſt, etiam ſingulas ejus partes eſſe per ſe expetendas.

In enumerandis autem corporis commodis ſiquis præ- 45
termiſſam à nobis voluptatem putabit, in aliud tempus quæ-

abſurdius dicere) eſt quàm ut potuerim unquam hunc locum non vane commentans legere. Et, opinor, omnibus ignoratur ſententia hujus carminis, quum ſit nullum. Sed quum proxime præmiſerit Cicero ſemina virtutum haberi ab hominibus naſcentibus, ſubjicit, *quibus auctis virtutis quaſi germen efficitur*, quæ eſt palmaria reſtitutio patris, ut patet ex atramento, quo eam commiſit margini infimo exemplaris ſui, non multum ante mortem ad hanc veriſſimam lectionem progreſſi. *Gronov.*

37. *Quæ rebus ipſis perfruatur.*] Sic editio Victorii. nam Aldi, *perficiatur*, quomodo & Pall. omnes præter quart. in quo iſtud noſtrum, & ſext. in quo *perferatur*. malè. primo enim loco poſita non eſt ſollicitanda. *Gruter.*

quæſtio differatur. utrùm enim ſit voluptas in iis rebus, quas primas ſecundùm naturam eſſe diximus, necne ſit, ad id, quod agimus, nihil intereſt. ſi enim (ut mihi quidem videtur) non explet bona naturæ [m] voluptas, jure prætermiſſa eſt. ſin eſt in ea, quod quidam volunt, nihil impedit noſtram hanc comprehenſionem ſummi boni. quæ enim conſtituta ſunt prima naturæ, ad ea ſi voluptas acceſſerit, unum aliquod acceſſerit commodum corporis, neque eam conſtitutionem ſummi boni, quæ eſt propoſita, mutaverit.

[m] *Grut.* *delet* voluptas.

46 XVII. Et adhuc quidem ita nobis progreſſa ratio eſt, ut ea duceretur omnis à prima commendatione naturæ. nunc autem aliud jam argumentandi ſequamur genus, ut non ſolùm quia nos diligamus, ſed quia cujusque partis naturæ & in corpore & in animo ſua quæque vis ſit: [38] idcirco in his rebus ſumma, noſtra ſponte moveamur. Atque ut à corpore ordiar, videsne, [n] ut, ſi qua in membris prava, aut debilitata, aut imminuta ſint, occultent homines? ut etiam contendant & elaborent, ſi efficere poſſint, ut aut non appareat corporis vitium, aut quàm minimum appareat? multosque etiam dolores curationis cauſâ perferant? ut, ſi ipſe uſus membrorum non modò non major, verùm etiam minor futurus ſit, eorum tamen ſpecies ad naturam revertatur? etenim cùm omnes naturâ totos ſe expetendos putent, nec id ob aliam rem, ſed propter ipſos: neceſſe eſt ejus etiam partes propter ſe expeti, quod univerſum propter ſe expetatur.

[n] ut quaſi quæ. *MS.* ſi qua quæ *alius MS.*

*Pag. CXXXVI.

47 [39] Quid? in motu & in ſtatu corporis nihilne eſt, quod

38. *Idcirco in his rebus ſumma, noſtra ſponte moveamur.*] Non diſplicet quod eſt in Aldo Nep. *moveatur.* & ita aliàs lectum veteribus colligo ex nota marginali Pal. quarti. ibi enim adſcriptum, *vel moveamur.* ridiculè, cùm ita alioquin eſſet in contextu: ſed aberravit dextra librarii, voluitque expreſſum *moveatur:* quo admiſſo bellè heic quadrabit illud *ſumma*, vexatum & Lambino, & Bruto aliisque. *Grut.*

39. *Quod in motu & in ſtatu corporis.*] Legendum ſine dubio videtur, *Quid? in motu & in, &c.* Camer. *Quid? in motu & ſtatu corporis nihilne eſt, quod &c.*] Sic Aldi vetus impreſſio. nam junior, *nihil ineſt.* Vict. publicaverat, *expetatur, quod in motu & ſt. corp. nihil non eſt, quod*; quomodo plane Pal. quart. niſi quod inchoët novam periodum ab illo *Quod.* ceteri noſtri exprimunt, *quod in motu & ſtatu corporis nihil ineſt, quod,* præter ſec. qui deſtituitur illis, quod

ɔd o animadvertendum eſſe ipſa natura judicet? o non
:madmodum quis ambulet, ſedeat, qui ductus oris, anim. alii.
vultûs in quoque ſit: nihilne eſt in his rebus, quod
ıum libero aut indignum eſſe ducamus? nonne
ɔ dignos multos putamus, qui quodam motu aut ſta-
'identur naturæ legem & modum contempſiſſe?
quoniam hæc p deducuntur de corpore, quid eſt, p alii du-
non rectè pulcritudo etiam ipſa propter ſe expeten- cuntur. di-
lucatur? nam ſi pravitatem imminutionemque cor- cuntur
s propter ſe fugiendam putamus: cur non etiam, conj. Lamb.
ortaſſe magis, propter ſe formæ dignitatem ſequa-
'? &, ſi turpitudinem q fugiamus in ſtatu & motu q fugimus
ɔoris; quid eſt, cur pulcritudinem non ſequamur? conj. Lamb.
:e etiam r valitudinem, vires, vacuitatem doloris r valetud.
propter utilitatem ſolùm, ſed etiam ipſas propter ſe alii.
ɔetemus. quoniam enim natura ſuis omnibus ex- s alii ex-
i partibus vult, hunc ſtatum corporis per ſe ipſum petamus?
:tit, qui eſt maximè è natura: quæ tota perturba-
ſi aut ægrum corpus eſt, aut dolet, aut caret vi-
s.

VIII. VIDEAMUS animi partes; quarum eſt ad- 48
tus illuſtrior: quæ quo ſunt excelſiores, eo dant
ora indicia naturæ. Tantus eſt igitur innatus in
ɔis cognitionis amor & ſcientiæ, ut nemo dubitare P. B.
t, quin ad eas res hominum natura nullo emolu- t omnibus
to invitata rapiatur. Videmusne, ut pueri ne ver- alii.
ɔus quidem à contemplandis rebus perquirendisque
:reantur? ut pulſi requirant, & aliquid ſcire ſe gau-
t? ut aliis narrare geſtiant? ut pompa, ludis atque
nodi ſpectaculis teneantur, ob eamque rem vel fa-
ı & ſitim perferant? Quid v verò? Qui ingenuis v vero, qui
is atque artibus delectantur, nonne videmus eos Lamb.
x valitudinis, nec rei familiaris habere rationem? x valetud.
iaque perpeti, ipſa cognitione & ſcientia captos? alii.
&

n motu & ſtatu corporis. Gruter. Immo Victorius publicavit
pud Robertum Stephanum, quàm apud Juntam *expetatur,*
n motu & in ſtatu. Et ſic repetiit eam præpoſitionem quo-
lervagius. Immo ſic quoque membranaceus codex paternus.
ſæpius Ciceronis proprium eſſe jam oſtendimus. Utique pau-
:bis ante habemus *ſuæ partis natura & in corpore & in animo.*
t Lambinus aliique, & negligenter, ut patet, ſequutus eſt
ɪus. *Hinc repoſui. Gronov.*

& cum maximis curis & laboribus compenſare eam, quam ex diſcendo capiant, voluptatem?

49 Mihi quidem Homerus hujusmodi quiddam vidiſſe videtur in iis, quæ de Sirenum cantibus finxerit. neque enim vocum ſuavitate videntur aut novitate quadam & varietate cantandi revocare eos ſolitæ, qui prætervehebantur, ſed quia multa ſe ſcire profitebantur; ut homines ad earum ſaxa diſcendi cupiditate adhæreſcerent. ita enim invitant Ulyſſem: (nam verti, ut quædam Homeri, ſic iſtum ipſum locum)

O decus Argolicum, quin puppim flectis Ulyſſes,
Auribus [40] *ut noſtros poſſis agnoſcere cantus.*
Nam nemo hæc umquam eſt transvectus cærula curſu,
Quin priùs adſtiterit vocum dulcedine captus;
Pòſt variis avido ſatiatus pectore muſis,
Doctior ad patrias lapſus pervenerit oras.
Nos grave certamen belli [41] *cladem que canemus,*
Græcia quam Trojæ divino numine vexit;
Omniaque è latis [y] *regum veſtigia terris.*

y *rerum* Vict. & alii.

Pag. CXXXVII.

Vidit Homerus, probari fabulam non poſſe, ſi cantiunculis tantus vir irretitus teneretur. ſcientiam pollicentur: quam non erat mirum ſapientiæ cupido patriâ cariorem. atque omnia quidem ſcire, cujuscumque modi ſunt, cupere curioſorum: duci verò majorum rerum contemplatione ad cupiditatem ſcientiæ ſummorum virorum eſt putandum.

50 XIX. QUEM ENIM ardorem ſtudii cenſetis fuiſſe in Archimede, qui dum in pulvere quædam deſcribit attentiùs, ne patriam quidem captam eſſe ſenſerit? quantum Ariſtoxeni ingenium conſumptum videmus in muſicis? quo ſtudio Ariſtophanem putamus ætatem in litteris [z] duxiſſe? [42] quid de Pythagora? [43] quid de Platone

z traduxiſſe *conj. Lamb.*

40. *Ut noſtros poſſis agnoſcere cantus.*] *Cognoſcere* habet manuſcriptus: & ita magis placet ut legatur. *Urſin.* *Agnoſcere cantus.*] Sic malui cum Pall. & vett. edd. quam *cognoſcere*, uti ex uno mſ. Urſinus: quod miror potuiſſe eidem placere. *Gruter.* Locus Homeri eſt Iliad. K. ℣s. 544. & ſeqq.

41. *Clademque canemus.*] Victorius quidem *tenemus*: ſed contra edd. priores, omnesque mſſ. noſtros, quorum duo, quartus ſcilicet ac ſextus, habent præterea non *Nos*, ſed *Nunc*; quod arbitror veriſſimum. neque me movet quod nihil tale Homerus: Cicero enim attendit argumento ſuo. *Gruter.*

42. *Quid de Pythagora.*] Pythagoras in Ægyptum ad Chaldæos, in

ne [44] aut Democrito loquar, à quibus propter diſcendi cupiditatem videmus ultimas terras eſſe peragratas? quæ qui non vident, nihil umquam magna cognitione dignum amaverunt. Atque hoc loco, qui propter animi voluptates coli dicunt ea ſtudia, quæ dixi, non intelligunt idcirco eſſe ea propter ſe expetenda, quòd, [45] nulla utilitate objecta, delectentur animi, atque ipſâ ſcientiâ, [46] etiam ſi incommoda datura ſit, gaudeant.

Sed quid attinet de rebus tam apertis plura requirere? 51
ipſi enim quæramus à nobis, ſtellarum motus contemplationesque rerum cæleſtium, eorumque omnium, quæ naturæ obſcuritate occultantur, cognitiones, quemadmodum nos moveant: & quid hiſtoria delectet, quam ſolemus perſequi usque ad extremum: prætermiſſa repetimus, inchoata perſequimur. Nec verò ſum inſcius, eſſe utilitatem in hiſtoria, non modò voluptatem.

in Creta cum Epimenide in Idæum deſcendit antrum: in Ægypto quoque adyta ingreſſus eſt. *Muretus.*

43. *Quid de Platone.*] Plato Cyrenen in Africa, ubi audivit Theodorum mathem. in Italiam ad Pythagoreos, in Ægyptum ad ſacerdotes, decreverat & Magis Perſarum congredi, ſed impeditus eſt bellis. *Idem.*

44. *Aut Democrito.*] Democritus in Ægyptum, in Perſidem ad rubrum mare, in Indiam ad Gymnoſophiſtas, in Æthiopiam. *Idem.*

45. *Nulla utilitate objecta, delectentur animi.*] Non eſt temerarium, quod vox *objecta* non habeatur in Pall. quarto. forſan eſt παρέγγεαφον. *Gruter.*

46. *Etiam ſi incommodatura ſit.*] Sic legendum cenſeo, rejecta vulgata lectione, *etiam ſi incommoda datura ſit &c.* nam primùm hoc loquendi genus, *incommodum dare*, eſt inſolens. neque eſt quod quiſquam mihi dicat, *incommodum dare* æque eſſe tolerabile ut, *malum dare.* nam reſpondeo hoc eſſe uſitatum, illud non eſſe. deinde vett. codd. omnes, quos vidi, hoc loco vel lituram habent, *incommoda datura*, cum fœda litura in participio *datura*, ut facilè appareat initio ſcriptum fuiſſe, *incommodatura*, deinde poſtea ex duabus ultimis ſyllabis *tura* factum eſſe hoc modo *data*, pro *datura*, & ita ex *incommodatura* factum eſſe, *incommoda datura.* codd. Cujacii vero, & N. Clerici, & Memmii luculente & eadem manu, *incommodatura*, quam ſcripturam plane rectam & germanam Ciceronis arbitror. Utitur eodem verbo & in Quinctiana, ibi, *Ut cùm ipſi nihil alteri ſcientes incommodarint, nihil ipſe jure incommodi capere poſſit.* & Terent. Andr. *Magis id adeò mihi ut incommodet Quàm ut obſequatur gnato.* Lambinus. *Incommoda datura ſit.*] Lambinus, *incommodatura ſit*, ex mſſ. non malè, noſtri tamen mordicus retinent vulgatum. *Gruter.*

tem. Quid, cùm fictas fabulas, è quibus 47 utilitas nulla duci poteſt, cum voluptate legimus?

52 Quid, cùm volumus nomina eorum, qui quid geſſerint, nota nobis eſſe, parentes, patriam, multa præterea minimè neceſſaria? quid, quòd homines infimâ fortunâ, nulla ſpe rerum gerendarum, opifices denique, [a] delectentur hiſtoriâ? maximéque eos videre poſſumus res geſtas audire & legere velle, qui à ſpe gerendi abſunt, confecti ſenectute. Quocirca intelligi neceſſe eſt, in ipſis rebus, quæ diſcuntur & cognoſcuntur, invitamenta ineſſe, quibus ad diſcendum cognoſcendumque moveamur.

P. B.

a delectantur *Lamb.*

53 Ac veteres quidem philoſophi, in beatorum inſulis, fingunt, qualis naturâ ſit vita ſapientium, quos cura omni liberatos, nullum neceſſarium vitæ cultum aut paratum requirentes, nihil aliud eſſe acturos putant, niſi ut omne tempus in quærendo ac diſcendo in naturæ cognitione conſumant. nos autem non ſolùm beatæ vitæ iſtam oblectationem videmus, ſed etiam levamentum miſeriarum. itaque multi cùm in poteſtate eſſent hoſtium aut tyrannorum; multi [b] in cuſtodia, multi [b] in exſilio, dolorem ſuum doctrinæ ſtudiis levaverunt.

b cum in conj. *Lamb.*

54 Princeps hujus civitatis Phalereus Demetrius cùm [c] patriâ pulſus eſſet injuriâ, ad Ptolemæum ſe regem [d] Alexandriam contulit. qui cùm in hac ipſa philoſophia, ad quàm te hortamur, excelleret, Theophraſtique eſſet auditor, multa præclara in illo calamitoſo otio ſcripſit, non ad uſum aliquem ſuum, quo erat orbatus: ſed animi cultus ille erat ei quaſi quidam humanitatis cibus. Equidem è Cn. Aufidio, prætorio, erudito homine, oculis capto, ſæpe audiebam, cum ſe lucis magis quàm utilitatis deſiderio moveri diceret. ſomnum denique nobis, niſi requietem corporibus & medicinam quandam laboris afferret, contra naturam putaremus datum. aufert enim ſenſus actionemque tollit omnem. itaque, ſi aut requietem natura non quæreret, aut eam poſſet

c è patria *alii.*

d Alexandream *Urſin.*

47. *Utilitas nulla duci.*] Sic edd. priſcæ: juniores enim *dici*, ſed inepte, quamvis ſic quoque aliquot Pall. quorum & unus *elici*, quod malim, niſi arbitrarer *dici* natum ex *duci*, quod omnino reſtat in quart. *Gruter.*

48. Fa-

poſſet alia quadam ratione conſequi, [48] facilè pateremur; qui etiam nunc agendi aliquid diſcendique cauſâ propè contra naturam vigilias ſuſcipere ſoleamus.

Pag. CXXXVIII.

XX. SUNT AUTEM clariora, vel planè perſpicua 55
nec dubitanda indicia naturæ, maximè ſcilicet in homine, [e] ſed in omni animali, ut appetat animus aliquid agere ſemper, neque ulla conditione quietem ſempiternam poſſit pati. facile eſt hæc cernere in primis puerorum ætatulis. quamquam enim vereor, ne nimius in hoc genere videar: tamen omnes veteres philoſophi, maximè noſtri, ad incunabula accedunt, quòd in pueritia facillimè ſe arbitrentur naturæ [f] voluptatem poſſe cognoſcere. videmus igitur, [49] ut conquieſcere ne infantes quidem poſſint: cùm verò paullum [g] proceſſerint, luſionibus vel laborioſis delectantur, ut ne verberibus quidem deterreri poſſint. [50] eaque cupiditas agendi aliquid adoleſcit unà cum ætatibus. Itaque, ne ſi jucundiſſimis quidem nos ſomniis uſuros putemus, [51] Endymionis ſomnum nobis velimus dari: idque ſi accidat, mortis inſtar putemus.

e ſed & in conj. *Lamb.*

f voluntatem *Lamb.*

g ætate proceſſ. *Idem.*

Quin etiam inertiſſimos homines, neſcio qua ſingu- 56
lari nequitia præditos, videmus tamen & animo & corpore moveri ſemper, &, cùm re nulla impediantur neceſſaria, aut alveolum poſcere, aut quærere quempiam ludum, aut ſermonem aliquem requirere: cúmque non habeant ingenuas ex doctrina oblectationes, circulos aliquos & [h] ſemicirculos conſectari. ne beſtiæ quidem, quas delectationis cauſâ concludimus, cùm copioſiùs alantur quàm ſi eſſent liberæ, facilè patiuntur ſeſe

h ſeſſiunculas *Scal.*

48. *Facilè pateremur.*] Lambinus interjecit, *facilè nos eo carere pateremur*; ineptè & præter Pall. omnes editosque, nihil vulgata ſcriptione venuſtius. *Grut.*

49. *Ut conquieſcere ne infantes quidem poſſint.*] Ariſtoteles lib. VIII. Polit. Οὐ γὰρ δύναται τὸ νέον ἡσυχάζειν. *Urſin.*

50. *Eaque cupiditas agendi aliquid adoleſcit una cum ætatula.*] Ita eſt in manuſcripto, pro *ætatibus*: & paullo infra, *ſegnitie*, pro *nequitia*: quam lectionem notavit etiam Morelius. *Idem.*

51. *Endymionis ſomnum nobis velimus dari.*] Libri vulgati ferè omnes habent, *nolimus dari*: ſed codd. vett. Memm. & Huraltinus, & Clericanus, &c. *velimus dari.* utrocumque tamen modo legamus, eadem ſententia manet. hoc tantùm intereſt, quod ſi *nolimus* legamus, tum geminata magis negabit, hoc modò, *nolimus nobis Endymionis ſomnum dari, ſi jucundiſſimis quidem, &c.* Lambinus.

ſeſe contineri: motusque ſolutos & vagos, à natura ſibi tributos, requirunt.

57 Itaque, ut quisque optimè natus inſtitutusque eſt, eſſe omnino nolit in vita, ſi gerendis negotiis orbatus

P. B. poſſit paratiſſimis veſci voluptatibus. nam aut privatim aliquid gerere malunt: aut, qui altiore animo ſunt, capeſſunt rempublicam honoribus imperiisque adipiſcendis, aut totos ſe ad ſtudia doctrinæ conferunt. qua in vita, [52] tantum abeſt ut voluptates conſectentur, etiam curas, ſollicitudines, vigilias perferunt: optimaque parte hominis, quæ in nobis divina ducenda eſt, ingenii & mentis acie [i] fruuntur, nec [k] voluptatem requirentes, nec fugientes laborem. nec verò intermittunt aut admirationem earum rerum, quæ ſunt ab antiquis repertæ, aut inveſtigationem novarum: quo ſtudio cùm ſatiari non poſſunt, omnium ceterarum rerum obliti, nihil abjectum, nihil humile cogitant: tantaque eſt vis talibus in ſtudiis, ut eos etiam, qui ſibi alios propoſuerunt fines bonorum, quos utilitate aut voluptate dirigunt: tamen in rebus quærendis explicandisque naturis ætates conterere videamus.

i fruantur *alii.*
k *ita MSS. alii* voluptates.

58 XXI. Ergo hoc quidem apparet, nos ad agendum eſſe natos. actionum autem genera plura, ut obſcurentur etiam minora majoribus. maximæ autem ſunt, primùm, ut mihi quidem videtur, & iis, quorum nunc in ratione verſamur, [53] conſideratio cognitiove rerum cæleſtium & earum, quas à natura occultatas & latentes indagare ratio poteſt: deinde rerumpublicarum [54] adminiſtratio, aut adminiſtrandi ſciendique prudens,

52. *Tantum abeſt, ut voluptates conſectentur, &c.*] Sic locutus lib. II. *Tantum abeſt ut ſe indicet: perficiet etiam, ut dolere alte improbe facto videatur.* Et in Bruto: *Tantum aberat, M. Malidi, ut animos noſtros inflammares: ſomnum iſto loco vix tenebamus.* Hoc exemplis confirmandum putavi, ne quis legendum exiſtimaret, *ut etiam perferant*: quod omnino videtur uſitatius; verum nec hoc excludendum eſt loquendi genus. *P. Manut.*

53. *Conſideratio cognitioque rerum cæleſtium.*] Scaliger è veteri libro, *conſideratio cogitatione rerum*; & ipſi adlubeſcit, ut theoriam deſignet. *Gruter.*

54. *Adminiſtratio, aut adminiſtrandi ſciendique prudens &c.*] Paullo Manutio potius videtur *ſcientia*; *tum prudens.* quod reperit in veteri libro, exſtatque ſolum in Pal. ſexto, notæ alioquin protritæ libro. habet tamen etiam ad oram ſui Scaliger, tamquam probaret. *Idem.*

55. Vir-

prudens, temperata, fortis & juſta ratio, reliquæque virtutes & actiones virtutibus congruentes; quæ uno verbo complexi omnia, honeſta dicimus: ad quorum etiam cognitionem & uſum jam corroborati, natura ipſa præeunte deducimur. Omnium enim rerum principia parva ſunt, ſed ſuis progreſſionibus [l] uſa augentur: nec ſine cauſa: in primo enim ortu ineſt [m] teneritas & mollities quædam, ut nec res videre optimas, nec agere poſſint. virtutis enim beatæque vitæ, quæ duo maximè expetenda ſunt, ſeriùs lumen apparet: multò etiam ſeriùs, ut planè, qualia ſint, intelligantur. præclarè enim Plato. BEATUM, CUI ETIAM IN SENECTUTE CONTIGERIT, UT SAPIENTIAM VERASQUE OPINIONES ASSEQUI POSSIT.

l & uſu alii.

Pag. CXXXIX.

m temeritas Grut. & alii malè.

Quare, quoniam de primis naturæ commodis ſatis 59
dictum eſt, nunc de majoribus conſequentibusque videamus. Natura igitur corpus quidem hominis ſic & genuit, & formavit, ut alia in primo ortu perficeret, alia progrediente ætate fingeret; neque ſane multùm adjumentis externis & adventiciis uteretur. animum autem reliquis rebus ita perfecit ut corpus. ſenſibus enim ornavit ad res percipiendas idoneis, ut nihil, aut non multum adjumento ullo ad ſuam conformationem indigeret. quod autem in homine præſtantiſſimum atque optimum eſt, id deſeruit. etſi dedit talem mentem, quæ omnem virtutem jam accipere poſſet, ingenuitque ſine doctrina notitias parvas rerum maximarum, & quaſi inſtituit docere, & induxit in ea, quæ inerant, tamquam elementa virtutis. ſed [55] virtutem ipſam inchoavit: nihil ampliùs.

Itaque noſtrum eſt (quod noſtrum dico, artis eſt) ad 60
ea

55. *Virtutem ipſam inchoavit: nihil amplius.*] Genus loquendi, quo Cicero etiam alibi uſus eſt, ut Academ. lib. II. *Excepit, unum tantum ſcire ſe, nihil amplius.* & lib III. in Verrem: *Seſe ipſum abs te repetit, nihil amplius.* & in eundem lib. IV. *Hactenus reprehendat, ſi quis volet: nihil amplius.* & pro Flacco: *Qua diſputatione orationem refellam ejus, qui dicit, Dedimus, nihil amplius.* & ad Caſſium ep. I. lib. XII. *Adhuc ulta resp. ſuas injurias per vos, interitu tyranni: nihil amplius; ornamenta vero ſua quæ recuperavit?* Quibus adductus exemplis locum emendavi. Et Terent. Heaut. Act. IV. Sc. 3. Antea legebatur: *Virtutem ipſam inchoavit: nihil itaque amplius noſtrum eſt*; obſcurata, præpoſtero verborum ordine, ſententia. *P. Manut.* *Nihil amplius. itaque noſtrum eſt.*] Eſt ab emen-

ea principia, quæ accepimus, conſequentia exquirere; quoad ſit id, quod volumus, effectum: quod quidem pluris ſit haud paullo magisque ipſum propter ſe expetendum quàm aut ſenſus, aut corporis ea, quæ diximus: quibus tantum præſtat mentis excellens perfectio, ut vix cogitari poſſit, quid interſit. itaque omnis honos, omnis admiratio, omne ſtudium, ad virtutem & ad eas actiones, quæ virtuti ſunt conſentaneæ, refertur:
P. B. eaque omnia, quæ aut ita in animis ſunt, aut ita geruntur, uno nomine honeſta dicuntur. quorum omnium quæque ſint notitiæ, quæque ſignificentur rerum vocabulis, quæque cujusque vis & natura ſit, mox videbimus.

61 XXII. Hoc autem loco tantùm explicemus; [n] hæc, honeſta quæ dico, præterquàm quòd nosmetipſos diligamus, præterea ſuapte naturâ [o] per ſe eſſe expetenda. indicant pueri: in quibus, [56] ut in ſpeculis, natura cernitur. Quanta ſtudia decertantium ſunt? quanta ipſa certamina? ut illi efferuntur lætitiâ, cùm vicerint? ut pudet victos? ut ſe accuſari nolunt? quàm cupiunt laudari? quos illi labores non perferunt, ut æqualium principes ſint? quæ memoria eſt in his benè merentium? quæ referendæ gratiæ cupiditas? atque ea in optima quaque indole maximè apparent. in qua hæc honeſta, quæ intelligimus, à natura tamquam adumbrantur, ſed hæc in pueris expreſſa.

n *alii* hæc honeſta, quæ.
o & per *conj. Lamb.*

62 In iis verò ætatibus, quæ jam confirmatæ ſunt, quis eſt tam diſſimilis [p] homini, qui non moveatur & offenſione turpitudinis, & comprobatione honeſtatis? quis eſt, qui non oderit libidinoſam, protervam adoleſcentiam? quis contrà in illa ætate pudorem, conſtantiam, etiam ſi ſua nihil interſit, non tamen diligat? [57] quis Pullum

p hominis *Lamb.*

emendatione Paulli Manutii. prius enim legebatur paſſim. *Nihil itaque amplius noſtrum eſt*; quod & in Pall. niſi quod quart. *nihil ita amplius noſtrum eſt, quod iterum dico &c.* Gruter.

56. *Ut in ſpeculis, natura cernitur. quanta ſtudia &c.*] Noſter ille Scaliger ad oram libri ſui pinxit: *ſpeculis natura, cernitur quanta ſtud.* delicatè. *Idem.*

57. *Quis Pullum Numitorem.*] *Pulium* de *Publio* factum volunt, & verum eſſe *P. Numit.* Camerar. *Quis Paullum Numitorem.*] Opinor legendum *Pullum Numitorium*, de quo in lib. II. de Inventione ſic ſcribit: *Nam in ſenatu & in conſilio de Syphace diu deliberatum eſt & de Q. Numitorio Pullo apud L. Opimium, & ejus conſilium diu*

Pullum Numitorem, Fregellanum, proditorem, quamquam reipublicæ noſtræ profuit, non odit? quis urbis conſervatorem Codrum, quis Erechtei filias non maximè laudat? cui Tubuli nomen odio non eſt? quis Ariſtidem [q] non mortuum diligit? an obliviſcimur, quantopere [58] in audiendo in legendoque moveamur, cùm pie, cùm amicè, cùm magno animo aliquid factum cognoſcimus?

q mortuum non alii.

63 Quid loquar de nobis, qui ad laudem & ad decus nati, ſuſcepti, inſtituti ſumus? qui clamores vulgi atque imperitorum excitantur in theatris, cùm illa dicuntur?

P. CXL.

Ego ſum Oreſtes.

contraque ab altero,

Immò enimverò ego ſum, inquam, Oreſtes.

[59] Cùm autem etiam exitus ab utroque datur conturbato errantique regi: [60] ambo ergo unà vivere precamur. quoties hoc agitur quandove, niſi admirationibus maximis? Nemo eſt igitur, qui non hanc affectionem animi probet atque laudet: qua non modò utilitas nulla quæ-

diu dictum eſt. Livius Epitome LX. *L. Opimius Pr. Fregellanos, qui defecerant, in deditionem accepit.* Aſconius in oratione in L. Piſonem, *Notum eſt*, inquit, *Opimium in Pratura Fregellas cepiſſe, quo facto viſus eſt ceteros quoque nominis Latini ſocios malè animatos repreſſiſſe.* Urſin.

58. *In audiendo legendoque.*] Non invideo Grutero, quod ipſe elegerit ſtudioſe neſcio, an inquirere non amans acceperit. Mihi perplacet alterum, quod repoſui ex Victorio, quod etiam videbam in optimis membranis, quas reliquit pater; quum meæ quidem ſtent ab plebeja tribu. Illa repetitio præpoſitionis, illa grata transpoſitio conjunctionis procul dubio ſunt Tullianæ ſuavitatis. *Gronov.*

59. *Cum autem etiam exitus ab utroque datur conturbato errantique regi.*] Locus minus caſtigatus, neque auxiliantur membranæ noſtræ. Scaliger adlevit margini, *exitus utrique datur à conturbato erranteque rege.* Gruter.

60. *Ambos ergo unà vivere precamur. quoties hoc agitur, quandove, niſi &c.*] Lectio non ſana. nam Pall. tert. quart. quint. interſerunt. *agitur, & quandove.* ſextus præterea ſervat, *ambo ergo negantium precamur quoties hoc igitur eſt, quando igitur, niſi.* ſed & habet ad oram quartus, aliàs legi; *ambo ergo ſivi unam necem imprecantur. &c.* quod poſtremum proximum eſt vero. *Idem.* Etiam membrana paterna habet *ambo ergo ſunanegamū precamur quotiens hoc agitur & quando ne niſi.* Hinc admiſi τὸ *ambo*, ut paſſim Ciceroni placet ille accuſativus maſculinus. In poſtremis egregiè patet latere *Quoties hoc agitur, ecquandove, niſi admirationibus maximis?* In media parte hæreo. *Gronov.*

61. *Sa-*

quæritur, ſed contra utilitatem etiam conſervatur fides.

64 Talibus exemplis non fictæ ſolùm fabulæ verùm etiam hiſtoriæ refertæ ſunt, & quidem maximè noſtræ. Nos enim ad [61] ſacra Idæa accipienda optimum virum delegimus: [62] nos tutores miſimus regibus: noſtri imperatores pro ſalute patriæ ſua capita [r] voverunt: noſtri conſules regem inimiciſſimum, mœnibus jam appropinquantem, monuerunt, à veneno ut caveret: noſtra in republica & quæ per vim oblatum ſtuprum voluntaria morte lueret inventa eſt; & qui interficeret filiam, ne ſtupraretur: quæ quidem omnia, & innumerabilia præterea, quis eſt, qui non intelligat, & eos, qui fecerunt, dignitatis ſplendore ductos, immemores fuiſſe utilitatum ſuarum, [s] noſque, cùm ea [t] laudemus, nulla alia re, niſi honeſtate duci?

r devoverunt *alii.*

s & nos cont. *Lamb.*

t laudamus *idem.*

XXIII. QUIBUS rebus breviter expoſitis (nec enim ſum copiam, quam potui, quia dubitatio in re nulla erat, perſecutus) ſed his rebus concluditur profectò, & virtutes omnes, & honeſtum illud, quod ex his virtutibus exoritur & in his hæret, eſſe per ſe expetendum.

65 In omni autem honeſto, de quo loquimur, nihil eſt tam illuſtre, nec quod latiùs pateat quàm conjunctio inter homines hominum & quaſi quædam ſocietas & communicatio utilitatum, & ipſa caritas generis humani: quæ nata à primo ſatu, quo à procreatoribus nati diliguntur, & tota domus conjugio & ſtirpe conjungitur, ſerpit ſenſim foras cognationibus primùm, tum affinitatibus, deinde amicitiis; pòſt vicinitatibus; [v] tum civibus, & iis, qui publicè ſocii atque amici ſunt: deinde totius complexu gentis humanæ, quæ animi affectio ſuum cuique tribuens, atque hanc, quam dico, ſocietatem conjunctionis humanæ munificè & æquè tuens, juſtitia dicitur: cui adjunctæ ſunt pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas, quæque ſunt generis

P. R.

v cum civib. *alii.*

61. *Sacra Idæa accipienda.*] Reſtitui veterem ſcripturam auctori, jubentib. omnib. Pall. & hiſtoriâ ipſâ. recentius editi, *concipienda.* Gruter.

62. *Nos tutores miſimus regibus.*] Pertinent hæc ad argenteum denarium M. Lepidi, in cujus una parte turrita imago Ægypti ſignata eſt cum literis ALEXANDREA; in altera inſcriptio, M. LEPIDUS PONT. MAX. TUTOR REG. EX S. C. *Urſin.*

63. *Ex-*

neris ejusdem. atque hæc ita juſtitiæ propria ſunt, ut x ſunt *alii*,
x ſint virtutum reliquarum communia. *male.*

Nam cùm ſic hominis natura generata ſit, ut habeat 66
quiddam innatum quaſi civile atque populare, quod Græci πολιτικὸν vocant: quidquid aget quæque virtus, id à communitate, & ea, quam expoſui, caritate atque ſocietate humana non abhorrebit: viciſſimque juſtitia, ut ipſa ſe fundet uſu in ceteras virtutes, ſic illas expetet. ſervari enim juſtitia, niſi à forti viro, niſi à ſapiente non poteſt. Qualis eſt igitur omnis hæc, quam dico, conſpiratio y conſenſusque virtutum, tale eſt illud ipſum honeſtum: quandoquidem honeſtum aut ipſa virtus eſt, aut res geſta virtute. quibus in rebus vita conſentiens virtutibusque reſpondens, recta, & honeſta, & conſtans, & naturæ congruens exiſtimari poteſt.

y conſenſioque *alii.*

Atque hæc conjunctio confuſioque virtutum tamen 67
à philoſophis ratione quadam diſtinguitur. nam cùm ita copulatæ connexæque ſunt, ut omnes omnium participes ſint, nec alia ab alia poſſit ſeparari: z tamen proprium ſuum cujusque munus eſt, ut fortitudo in laboribus periculisque cernatur: temperantia in prætermittendis voluptatibus: prudentia in a delectu bonorum & malorum: juſtitia in ſuo cuique tribuendo. quando igitur ineſt in omni virtute cura quædam quaſi foras ſpectans aliosque appetens atque complectens, exſiſtit illud, ut amici, ut fratres, ut propinqui, ut affines, ut cives, ut omnes denique (quando unam ſocietatem hominum eſſe volumus) propter ſe expetendi ſint. atque eorum nihil eſt ejus generis, ut ſit in fine atque extremo bonorum.

P. CXLI.

z *ita MSS. alii* tum.

a dilectu *alii.*

Ita fit, ut duo genera propter ſe expetendorum re- 68
periantur: unum, quod eſt in iis, b in quibus completur illud extremum; quæ ſunt aut animi, aut corporis. hæc autem, quæ ſunt extrinſecus, id eſt, quæ neque in animo ſunt, neque in corpore, ut amici, ut parentes, ut liberi, ut propinqui, ut ipſa patria, ſunt illa quidem ſua ſponte cara, ſed eodem in genere, quo illa, non ſunt. nec verò quisquam ſummum bonum aſſequi umquam poſſet, ſi omnia illa, quæ ſunt extrà, quamquam expetenda, ſummo bono continerentur.

b in *alii delent.*

XXIV. QUO MODO igitur, inquies, verum eſſe 69
po-

poterit, omnia referri ad ſummum bonum, ſi amicitiæ, ſi propinquitates, ſi reliqua externa ſummo bono non [c] continentur? Hac videlicet ratione: quòd ea, quæ externa ſunt, iis tuemur officiis, quæ oriuntur à ſuo cujusque genere virtutis. nam & amici cultus, & parentis, & [d] qui officio fungitur, in eo ipſo prodeſt, quòd, ita fungi officio, in rectè factis eſt: quæ ſunt orta [e] virtutibus. quæ quidem ſapientes ſequuntur, utentes tamquam duce natura. non perfecti autem homines, & tamen ingeniis excellentibus præditi, [63] excitantur ſæpe gloriâ: quæ habet formam honeſtatis & ſimilitudinem. Quòd ſi ipſam honeſtatem undique perfectam & abſolutam, rem unam præclariſſimam omnium maximéque laudandam, penitus viderent? quonam gaudio complerentur, cùm tantopere ejus adumbrata opinione lætentur?

c contine- rentur *aut* contine- buntur *alii.*
d quoquo *ed. vet.*
e à virt. *Lamb.*
P. B.

70 Quem enim deditum voluptatibus, cupiditatum incendiis inflammatum, in iis potiendis, quæ acerrimè concupiviſſet, tantâ lætitiâ perfundi arbitramur, quantâ aut ſuperiorem Africanum Annibale victo: aut poſteriorem Karthagine everſa? [64] quem Tiberina diſſenſio, feſto

63. *Excitantur ſæpe gloriâ*] Eſt à Lambini conjectura, pro qua planè facit vetus Scaligeri & Pal. ſextus; partim etiam quartus, in quo *ſpe gloria*. Grut. Antea legebatur *ſpe gloriæ*.

64. *Quem Tiberina decurſio feſto illo die tanto gaudio affecit, &c.*] Meliores codices *diſſenſio*, non *decurſio*, habent. Sed quid prodeſt hoc animadvertiſſe, cum locus ſit adhuc corruptiſſimus? Quare rectè fuit in Aſulana editione, ut depravatus & mancus, notulâ ſignatus. agitur autem de re (ut opinor) obſcura & parum ab antiquis autoribus (quod ſciam) pertractata. Quid enim juxta Tiberim, quod tantopere delectaret gaudioque afficeret, gereretur, non mihi valde compertum eſt. Declaratur autem verbis Ciceronis, magnas omninò corporis voluptates eo loco capi ſolitas, & eas quidem certo quodam die, quem feſtum ob eam rem agebant. Exiſtimo ſanè poſſe fieri, ut aliquis, qui majore ſtudio diligentiaque ritus & mores antiquorum obſervarit, aliquid, quod hunc locum illuſtret, invenerit, & hæc cauſa fuit, cur adnotarem: propoſita enim hac quæſtione, aut qui hoc deprehenderit, alios docere animum inducet, aut aliquorum ingenia ad id inveſtigandum excitabuntur. Epigramma quoddam (ut quod ego hactenus indagavi in medium proferam) ſatis argutum & elegans, ſed parum integrum & purgatum Virgilii nomine legitur: in quo ſignificatur turpes quasdam & obſcœnas voluptates propè Tiberim exerceri ſolitas eſſe, ut de eadem fortaſſe re hìc intelligi debeat, quod tamen non adfirmo; nihil enim mihi de hoc compertum

tum eſt. verſus ejus epigrammatis, in quibus de obſcœno hoc luſu mentio fit, hi ſunt:

Non me vocabis pulchra per Cotyttia
Ad feriatos faſcinos:
Nec dein movere lumbos in rotulam
Prenſis videbo altaribus
Flavum propè Tiberim, & olentis nauticum
Vocare: ubi adpulſa rates
Stant in vadis, cœno retentæ ſordido,
Ma:râque luctantes aquâ.

Cotyttia autem ſacrificia fuiſſe à dea Cotye, quam Thraces præcipue colebant, à Politiano quondam declaratum eſt, cui nocturnis pervigilationibus operabantur. Fuerunt autem ea ab Athenienſibus recepta: neſcio tamen an Romæ quoque coli celebrarique ſint ſolita. Paulum autem Æmilium, ab expeditione contra Perſen Macedonum regem redeuntem, Romam Tiberi intraſſe cum omni pompa, tanquam ſi triumphum ageret, diligenter docet Plutarchus extrema parte ejus vitæ: quamvis locus ille mutilus fractusque ſit. *Victor.* *Quem Tiberina decurſio feſto illo die.*] Ven. *Diſſenſio*, falſò. Dies hic feſtus celebratus fuit VIII. Kal. Sext. ut Ovidius docuit Faſt. VI. his verſibus:

Quàm cito venerunt Fortunæ fortis honores
Poſt ſeptem luces Junius actus erit.
Ite, deam læti fortes celebrate Quirites:
In Tiberis ripa munera regis habet.
Pars pede, pars etiam celeri decurrite cymba,
Nec pudeat potos inde redire domum.
Ferte coronatæ juvenum convivia lyntres,
Multaque per medias vina bibantur aquas.
Plebs colit hanc: quia qui poſuit, de plebe fuiſſe
Fertur, & ex humili ſceptra tuliſſe loco.
Convenit & ſervis, ſerva quia Tullia ortus
Conſtituit dubiæ templa propinqua Deæ.

Hanc ædem marmore Cappadocico exſtruxiſſe, ait Plinius, Neronem, ſacratam à Servio rege, aurea domo complexum. lib. XXXVI. cap. 22. *Camerar.* *Quem Tiberina decurſio feſto illo die.*] Ovidii verſibus adductus ſum, ut pro *diſſenſio* legendum putarem, *decurſio*, hoc facilius quòd Maffæi ac Tertii veteres libri comprobant. erat autem feſtus ille dies, quem Romani in honorem Fortunæ celebrabant. unde Ovid. lib. VI. Faſt.

Ite, deam læti fortes celebrate Quirites:
In Tiberis ripa munera regis habet.
Pars pede, pars etiam celeri decurrite cymbâ,
Nec pudeat potos inde redire domum. P. Manut.

Tiberina decurſio.] Vide num huic loco conveniant Piſcatorii ludi, de quibus Feſtus meminit in voce *Piſcatorii*, aut ludi Μαιόμα, de quibus mentio eſt apud Suidam. *Urſin.* *Tiberina decurſio.*] Sic duo Paulli Manut. mſſ. cod. ſic Pal. quart. non *diſſenſio*, ut invenit in ſuis Victor. reſtatque in reliquis noſtris; ideoque excutiendum critico collegio. an *deſcenſio* fuit? *Gruter.* Dubito an Gruterus ex ſe id proferat. Nam membranæ paternæ habent aperte; *diſcenſio*. Sed meæ, *quem Tiberiana diſſenſio*. Gronov.

65. At-

feſto illo die, tanto gaudio affecit, quanto L. Paullum; cùm regem Perſen captum adduceret, eodem flumine invectum?

71 Agè nunc, Luci noſter, exſtrue animo altitudinem excellentiamque virtutum: jam non dubitabis, quin earum compotes homines, magno animo erectoque viventes, ſemper ſint beati: qui omnes motus fortunæ mutationesque rerum & temporum leves &[e] imbecilles fore intelligant, ſi in virtutis certamen venerint. illa enim, quæ ſunt à nobis bona corporis numerata, complent ea quidem beatiſſimam vitam, ſed ita, ut ſine illis poſſit beata vita exſiſtere. ita enim parvæ & exiguæ ſunt iſtæ acceſſiones bonorum, ut, quemadmodum ſtellæ in radio ſolis, ſic iſtæ in virtutum ſplendore ne cernantur quidem.

f *alii* imbecillos & *ita MSS.*

72 [65] Atque hoc, ut verè dicitur, parva eſſe ad beatè vivendum momenta iſta corporis commodorum; ſic nimis violentum eſt, nulla eſſe dicere. qui enim ſic diſputant, obliti mihi videntur, quæ ipſi [f]egerint principia naturæ. tribuendum igitur eſt his aliquid, dummodò, quantum tribuendum ſit, intelligas. Eſt tamen philoſophi, non tam glorioſa quàm vera quærentis, nec pro nihilo putare ea, quæ ſecundùm naturam illi ipſi glorioſi eſſe fatebantur, & videre tantam vim virtutis tantamque, ut ita dicam, auctoritatem honeſtatis, ut reliqua non illa quidem nulla, ſed ita parva ſint, ut nulla eſſe videantur. [66] Hæc eſt nec omnia ſpernentis præter virtutem & virtutem ipſam ſuis laudibus amplificantis oratio. denique hæc eſt undique completa & perfecta explicatio ſummi boni. hinc ceteri particulas

g fecerint *Lamb.*

P. CXLII.

65. *Atque hæc, ut vere dicitur, parva eſſe ad beate vivendum momenta iſta corporis commodorum.*] Cum dixerit, *hæc*, cur infert *iſta?* equidem poſtrema quatuor verba ſuſpicor non eſſe Ciceronis, ſed hominis leviter eruditi, qui verbum *hæc* putaret explicandum. Tertii liber habet, *commoda*, pro *commodorum*. P. Manut. *Atque hoc, ut verè dicitur.*] Eſt à 1 al. quart. & ſext. vulgati, *hæc.* neſcio tamen, an huic præferri debeat lectio Pal. ſec. in quo: *Atque hæc, ut verè dicitur, parva eſſe ad beatè vivendum momenta; ſic &c.* omiſſis intermediis. *Gruter.*

66. *Hæc eſt non omnia ſpernentis præter virtutem & virtutem ipſam ſuis laudibus amplificantis oratio. denique.* Si quis noſtrum librum hoc in loco cum aliis libris conferet, videbit, unius literæ muta-

las arripere conati, ſuam quisque videri voluit afferre ſententiam.

XXV. SÆPE ab Ariſtotele, à Theophraſto mirabiliter eſt laudata per ſe ipſa rerum ſcientia. hoc uno captus Herillus ſcientiam ſummum bonum eſſe defendit, nec rem ullam aliam per ſe expetendam. Multa ſunt dicta ab antiquis de contemnendis ac deſpiciendis rebus humanis. hoc unum Ariſto tenuit. præter vitia atque virtutes negavit rem eſſe ullam aut fugiendam aut expetendam. Poſitum eſt à noſtris in iis rebus, quæ ſecundùm naturam eſſent, non dolere. hoc Hieronymus ſummum bonum eſſe dixit. At verò Callipho & poſt eum Diodorus, cùm alter voluptatem adamaviſſet, alter vacuitatem doloris; neuter honeſtate carere potuit, quæ eſt à noſtris laudata maximè. 73

74 Quinetiam ipſi voluptarii diverticula [h] quærant, & virtutes [i] habeant in ore totos dies, voluptatemque primò duntaxat expeti [k] dicant: deinde 67 conſuetudine, quaſi alteram naturam, effici, quâ impulſi multa faciunt, nullam quærentes voluptatem. Stoici reſtant. hi quidem non unam aliquam aut [l] alteram à nobis, ſed totam ad ſe noſtram philoſophiam tranſtulerunt. atque, ut reliqui fures, 68 earum rerum, quas ceperunt, ſigna commutant: ſic illi, ut ſententiis noſtris pro ſuis uterentur, nomina, tamquam rerum notas, mutaverunt. Ita relinquitur ſola hæc diſciplina digna ſtudioſis ingenuarum artium, digna eruditis, digna claris viris, digna principibus, digna regibus.

h quærunt *Lamb.*
i habent *Idem.*
k dicunt *Idem.*
l alt. ſententiam *Idem.* P. B.

75 Quæ cùm dixiſſet paullumque inſtitiſſet, Quid eſt, in-

mutatio, & punctum, loco motum, quanto ſententiam effecerit aptiorem. *P. Manut.* *Hæc eſt nec omnia.*] Secutus ſum Lambini codd. quib. reſpondebant Pal. quart. ac ſext. nam Vict. *Hoc eſt non omnia &c. amplificantis. oratio denique &c.* P. Manut. *Hæc eſt non omnia &c. amplificantis oratio denique: hæc eſt &c.* uterque nimis coactè. *Gruter.*

67. *Conſuetudine quaſi alteram &c.*] Sic Victor. & Paul. Manut. item Aldus filius ex mſſ. quibus & noſtri aliquot accedunt. ſed tamen non aſperner quod eſt in iisdem Pall. melioribus, *conſuetudinem*, quod & in vetuſtè cuſis. *Idem.*

68. *Earum rerum, quas ceperunt.*] Muret. ait lib. IX. cap. 19. Variar. Lect. exſtare in lib. vett. *clepſerunt.* fieri poteſt. ſed cùm Pall. noſtri non diverterent à vulgato, nihil auſus ſui mutare. plus enim ſemel expertus ſum in Seneca Philoſopho Muret. habuiſſe libros ad patientiam usque ultimam obſequentes. *Idem.*

inquit? ſatisne vobis videor pro meo jure in veſtris auribus [m] commentatus? Et ego, Tu verò, inquam, Piſo, ut ſæpe aliàs, ſic hodie ita iſta noſſe viſus es, ut, ſi tui copia nobis ſemper fieret, non multùm Græcis ſupplicandum putarem. quod quidem eo probavi magis, quia memini, Staſeam Neapolitanum, doctorem illum tuum, nobilem ſanè Peripateticum, aliquanto iſta ſecus dicere ſolitum, aſſentientem iis, qui multum in fortuna ſecunda aut adverſa, multum in bonis aut malis corporis ponerent. Eſt ut dicis, inquit: ſed hæc ab Antiocho, noſtro familiari, dicuntur multò meliùs & fortiùs [69] quàm à Staſea dicebantur. quamquam ego non quæro, quid tibi à me probatum ſit, ſed huic Ciceroni noſtro, quem diſcipulum cupio à te abducere.

m commoratus *alii è conj.*

76 XXVI. Tum Lucius, Mihi verò iſta valde probata ſunt: quod item fratri puto. Tum mihi Piſo, Quid ergo? inquit, dasne adoleſcenti veniam? an eum diſcere ea mavis, quæ cùm præclarè didicerit, nihil ſciat? Ego verò [n] iſti, inquam, permitto. ſed nonne meminiſti, mihi licere probare iſta, quæ ſunt à te dicta? quis enim poteſt ea, quæ probabilia videantur ei, non probare? An verò, inquit, quiſquam poteſt probare, quod perceptum, quod comprehenſum, quod cognitum non habet? Non eſt iſta, inquam, Piſo, magna diſſenſio. nihil eſt enim aliud, quamobrem nihil percipi mihi poſſe videatur, niſi quòd percipiendi vis ita definitur à Stoicis, ut negent quidquam poſſe percipi, niſi tale verum, quale falſum eſſe non poſſit. itaque hæc cum illis eſt diſſenſio, cum Peripateticis nulla ſanè. ſed hæc omittamus; habent enim & bene longam & ſatis litigioſam diſputationem.

n iſti *alii non habent.*

P. CXLIII.

77 Illud mihi à te nimiùm feſtinanter dictum videtur, ſapientes omnes eſſe ſemper beatos. neſcio quo modo prætervolavit oratio. quod niſi ita efficitur: quæ Theophraſtus de fortuna, de dolore, de cruciatu corporis dixit, cum quibus conjungi beatam vitam nullo modo poſſe putavit, vereor ne vera ſint. nam illud vehementer repugnat, eundem & beatum eſſe & multis malis oppreſſum. hæc quo modo conveniant non ſanè intel-

69. *Quam à Staſea dicebantur.*] Et hæc omnia videri queant ab Interpretis adjectione. *Gruter.*

70. *Di-*

telligo. Utrùm igitur tibi non placet, inquit, virtutis tantam vim eſſe, ut ad beatè vivendum ſe ipſa contenta ſit? an, ſi id probas, ita fieri poſſe negas, ut ii, qui virtutis compotes ſint, etiam malis quibusdam affecti, beati ſint? Ego verò volo in virtute vim eſſe quàm maximam: ſed, quanta ſit, aliàs: nunc tantùm, poſſitne eſſe tanta, ſi quidquam extra virtutem habeatur in bonis.

Atqui, inquit, ſi Stoicis concedis, ut virtus ſola, ſi 78
adſit, vitam efficiat beatam: concedis etiam Peripateticis. quæ enim mala illi non audent appellare, aſpera autem, & incommoda, & [o] rejicienda, & aliena naturæ eſſe concedunt, ea nos mala dicimus, ſed exigua & porrò minima. Quare ſi poteſt eſſe beatus is, qui eſt in aſperis [p] rejiciendisque rebus, poteſt is quoque eſſe, qui eſt in parvis malis. Et ego, Piſo, inquam, ſi eſt quisquam, qui acutè in cauſis videre ſoleat, [q] quæ res agatur, is es profectò tu. quare attende, quæſo. nam adhuc, meo fortaſſe vitio, quid ego quæram non perſpicis. Iſtic ſum, inquit, exſpectoque quid ad id, quod quæram, reſpondeas.

[o] reicienda *MS.*

[p] reiciend. *MS.*

[q] qua de re agatur *Lamb.* P. B.

XXVII. Respondebo, me non quærere, in- 79
quam, hoc tempore, quid virtus poſſit efficere, ſed quid conſtanter dicatur, quid ipſum à ſe diſſentiat. Quo igitur, inquit, modo? Quia [r] cùm à Zenone, inquam, hoc magnificè, tamquam ex oraculo, editur: Virtus ad beate vivendum ſe ipſa contenta eſt. Quare, inquit? Reſpondet: Quia niſi quod honeſtum eſt, nullum eſt aliud bonum. Non quæro jam, verumne ſit: illud dico, ea, quæ dicat, præclarè inter ſe cohærere.

[r] cum delent *Sigon. & Manut.*

[70] Dixerit hoc idem Epicurus, Semper beatum eſſe 80
ſapientem: quod [s] quidem ſolet ebullire nonnumquam. quem quidem, cùm ſummis doloribus conficiatur, ait dicturum: Quàm ſuave eſt! quàm nihil curo! non pugnem cum homine, cur tantum habeat in natura boni. illud urgeam, non intelligere eum, quid ſibi dicendum ſit, cùm dolorem ſummum malum eſſe dixerit. Eadem nunc mea adverſùm te oratio eſt. dicis eadem omnia

[s] quidem *alii delent.*

70. *Dixerit hoc idem Epicurus.*] Lectionem hanc meliorem longè duxi illâ vulgatâ, *quidem Epic.* habebatur autem expreſſè in Pal. quarto & ſexto. *Gruter.*

omnia & bona & mala; quæ quidem dicunt; qui numquam philoſophum pictum, ut dicitur, viderunt, [t] valitudinem, vires, ſtaturam, formam, integritatem unguiculorum [v] omnium; deformitatem, morbum, [71] debilitatem, mala.

t valetud. *alii.*
v omnium bona *Lamb.*

81 [72] Jam illa externa, parcè tu quidem: ſed hæc, [x] cùm corporis bona ſint, eorum conficientia certè in bonis numerabis, amicos, liberos, propinquos, divitias, honores, opes. contra [y] hæc attende [z] me nihil [a] dicere: ſi iſta mala ſunt, in quæ poteſt incidere ſapiens, ſapientem eſſe, non eſſe ad beatè vivendum ſatis. Immò verò, inquit, ad beatiſſimè vivendum, parum eſt: ad beatè vero, ſatis. Animadverti, inquam, te iſto modo paulo antè ponere: & ſcio ab Antiocho noſtro dici ſic ſolere. ſed quid minùs probandum quàm eſſe aliquem beatum, nec ſatis beatum? Quod autem ſatis eſt, eò quidquid acceſſerit, nimium eſt: & nemo nimiùm beatus eſt: & nemo beato beatior.

x corporis cum bona *ed. vet.*
y hoc *MS.*
z non dic. *ed. vett.*
a videarne nihil *Lamb.*
P. CXLIV.

82 Ergo, inquit, tibi Q. Metellus, qui tres filios conſules vidit, è quibus unum etiam & cenſorem & triumphantem, quartum autem prætorem, eosque ſalvos reliquit, & tres filias nuptas, cùm ipſe conſul, cenſor etiam augurque fuiſſet & triumphaſſet: [b] ut ſapiens fuerit, nonne beatior quàm, ut item ſapiens fuerit, qui in poteſtate hoſtium, vigiliis & inediâ necatus eſt Regulus?

b modo ut *conj. Lamb.*

XXVIII. Quid me iſtud rogas, inquam? Stoicos roga. Quid igitur, inquit, eos reſponſuros putas? Nihilo

71. *Debilitatem, mala. Jam illa externa, parce tu quidem: ſed hæc &c.*] Ita diſtinguit etiam Aldus ſenior. ſed interim tamen aliam interpunctionem introduxerat Victorius; hanc nempe; *debilitatem, mala jam illa externa. Parcè tu quidem, ſed hæc &c.* quomodo item ferè Pall. omnes. Lambin. heic addit, demit, mutat, regium in morem. nos maluimus quædam ignorare. *Gruter.*

72. *Jam illa externa parcè tu quidem, ſed cùm corporis bona ſint.*] Hunc locum duabus vocibus in ordinem reſtitutis emendavi: quo facto jam ſententia planiſſima eſt. Jam illa externa (inquit) parcè tu quidem dicis bona: ſed tamem cùm hæc corporis, id eſt quæ ad corpus pertinent, bona appelles, eorum profectò conficientia, nempe externa, quæ ſunt fortunæ, in bonis numerabis. Licet etiam hæc poſteriora ſic legere, *ſed hæc corporis cùm bona ſint, eorum prof.* nam ſcriptura vulgata, à qua non diſcrepat antiqua, *ſed hæc cum corporis bona ſint*, vix tolerabilis eſt. *Lambin.*

73. Is

hilo beatiorem eſſe Metellum quàm Regulum. Inde
igitur, inquit, audiendum eſt. Tamen à propoſito 83
inquam, [c] aberravimus. non enim, inquam, quæro, [c] aberramus Grut.
quid verum, ſed quid cuique dicendum ſit. Utinam
quidem dicerent alium alio beatiorem! jam ruinas videres. in virtute enim ſola & in ipſo honeſto cùm ſit
bonum poſitum, cúmque nec virtus, ut placet illis,
nec honeſtum creſcat, idque bonum ſolum ſit, quo qui
potiatur, neceſſe eſt beatus ſit, cùm id augeri non poſſit, in quo uno poſitum eſt beatum eſſe: quî poteſt
eſſe quisquam alius alio beatior? videsne, ut hæc concinant? Et Hercule (fatendum eſt enim quod ſentio)
mirabilis eſt apud illos contextus rerum. reſpondent
extrema primis, media utrisque, omnia omnibus: quid
ſequatur, quid repugnet, vident. [d] in geometria prima [d] &, ut in Lamb.
ſi dederis, dandà ſunt omnia. concede nihil eſſe bonum, niſi quod honeſtum ſit: concedendum eſt, in
virtute ſola poſitam eſſe beatam vitam. Vide rurſus retro. dato hoc, dandum erit illud. quod veſtri non P. B.
item.

Tria genera bonorum. [e] procliviùs currit oratio: ve- 84
nit ad extremum: hæret in ſalebra: cupit enim dicere, [e] in procli-
Nihil poſſe ad beatam vitam deeſſe ſapienti. Honeſta vi Lamb.
oratio: Socratica, Platonis etiam. Audeo dicere, inquit. Non poteſt, niſi [f] retexueris illa: paupertas ſi [f] retexuerit conj. Lamb.
malum eſt, mendicus beatus eſſe nemo poteſt, quamvis
ſit ſapiens. At Zeno eum non beatum modò, ſed etiam
divitem dicere auſus eſt. Dolere, malum: [73] in crucem
qui agitur beatus eſſe non poteſt. Bonum, liberi: miſera orbitas. bonum, patria: miſerum exſilium. bonum, valitudo: miſerum, morbus. bonum, integritas
corporis: miſera debilitas. bonum, incolumis acies:
miſera cæcitas. quæ ſi poteſt ſingula conſolando levare,
univerſa quo modo ſuſtinebit? ſit enim idem cæcus, debilis, morbo graviſſimo affectus, exſul, orbus, egens,
torqueatur eculeo: quem hunc appellas Zeno? Beatum,
in-

73. *In crucem qui agitur.*] Sic proximè Pal. quart. nempe *in cruce qui angitur*; quod tamen diſplicuit & P. Manutio & Lambino; itaque & alterum in contextum receperunt, ſed tamen poſt Victorium, quem miror ab ipſis rarius conſultum. erat in Scaligerano, *in cruce qui agitur*. Gruter.

inquit. Etiam beatiſſimum? [74] Quippe, inquiet, cùm tam docuerim, gradus iſtam rem non habere quàm virtutem, in qua ſit etiam ipſum beatum.

85 Tibi hoc incredibile, quia beatiſſimum. quid tuum? credibile? ſi enim ad populum me vocas: eum, quia ita ſit affectus, beatum numquam probabis. ſi ad prudentes: alterum fortaſſe dubitabunt, ſitne tantum in virtute, ut ea præditi, vel in Phalaridis tauro beati ſint: alterum non dubitabunt, quin & Stoici convenientia ſibi dicant, & vos repugnantia. Theophraſti igitur, inquit, tibi liber ille placet de beata vita? Tamen aberramus à propoſito: &, ne longiùs; prorſus, inquam, Piſo, ſi iſta mala ſunt, placet.

86 Nonne igitur tibi videntur, inquit, mala? Id g quæres? inquam: in quo, utrum reſpondebo, verſes te huc atque illuc neceſſe eſt. Quo tandem modo, inquit? Quia ſi mala ſunt, is, qui erit in his, beatus non erit. ſi mala non ſunt, jacet omnis ratio Peripateticorum. Et ille ridens, Video, inquit, quid agas. ne diſcipulum abducam times. Tu vero, inquam, ducas licet, ſi ſequatur. erit enim mecum, ſi tecum erit.

g quæris, inquam *Lamb.*

P. CXLV.

XXIX. Audi igitur, inquit, Luci. [75] tecum enim, ut ait Theophraſtus, mihi inſtituenda oratio eſt. Omnis auctoritas philoſophiæ conſiſtit in beata vita comparanda. beatè enim vivendi cupiditate incenſi omnes ſumus.

87 Hoc mihi cum tuo fratre convenit. quare hoc videndum eſt, poſſitne nobis hoc ratio philoſophorum dare. pollicetur certè. niſi enim id faceret, cur Plato Ægyptum peragravit, ut à ſacerdotibus barbaris numeros & cæleſtia acciperet? cur pòſt Tarentum ad Archytam? cur ad ceteros Pythagoreos, Echecratem, Timæum, [76] Acrio-

74. *Quippe, inquiet, &c.*] Sunt edd. quæd. in quibus hæc & ſequentia paullo aliter leguntur, hoc modo, *Quippeni, inquiet, cum tam docuerim gradus iſtam rem non habere quam virtutem, in qua ſit etiam ipſum beatum?* Verburg.

75. *Tecum enim, ut ait Theophraſtus, mihi inſtituenda &c.*] Quis non videt, verborum ordinem hic eſſe perturbatum? Quomodo enim potuit Theophraſtus, qui multis annis, atque adeo ſeculis, ante Lucium Ciceronem natus eſt, de eo cogitare aut loqui? Sic igitur videtur legendum: *Tecum enim, Luci, mihi inſtituenda oratio eſt. Omnis auctoritas philoſophiæ, ut ait Theophraſtus, conſiſtit in beata vita comparanda. &c.* Lambin.

76. *Acrionem Locros.*] Quidam *Eurytum* reponunt, ſed male: ſunt

crionem Locros, ut, cùm Socratem expreſſiſſet, adjungeret Pythagoreorum diſciplinam, eaque, quæ Socrates repudiabat, addiſceret? cur ipſe Pythagoras & Ægyptum luſtravit, & Perſarum magos adiit? cur tantas regiones barbarorum pedibus obiit? tot maria transmiſit? cur hæc eadem Dèmocritus? 77 qui (verè falſone quæreremus) dicitur oculis ſe privaſſe: certè ut quàm [h] minimè animus à cogitationibus abduceretur, patrimonium neglexit: agros deſeruit incultos, quid quærens aliud, niſi beatam vitam? quam ſi etiam in rerum cognitione ponebat, tamen ex illa inveſtigatione naturæ conſequi volebat, ut eſſet bono animo. id enim ille ſummum bonum, εὐθυμίαν 78 & ſæpe ἀθαμβίαν appellat, id eſt, 79 animum terrore liberum.

Sed hæc etſi [i] præclarè, [k] nondum tamen & perpolita. pauca enim, neque ea ipſa enucleatè ab hoc, de virtute quidem, dicta. pòſt enim hæc in hac urbe primùm à Socrate quæri cœpta: deinde in hunc locum delata ſunt. 80 nec dubitatum, quin in virtute omnis, ut be- 88

h minimum *Lamb.*

P. B.

i præclara *Lamb.*

k necdum tamen perp. *Idem.*

fuit enim Eurytus Tarentinus, ut ex Diogene intelligitur, apud quem ſcriptum eſt: Τελευταῖοι γὰρ ἐγένοντο τῶν Πυθαγορείων, οὓς καὶ Ἀριστόξενος εἶδε, Ζενόφιλός τε ὁ Χαλκιδεὺς ἀπὸ Θρᾴκης, καὶ Φάντων ὁ Φλιάσιος, καὶ Ἐχεκράτης, καὶ Διοκλῆς, καὶ Πολύμναστος Φλιάσιοι· καὶ αὐτοὶ ἦσαν δὲ ἀκροαταὶ Φιλολάου καὶ Εὐρύτου τῶν Ταραντίνων. *Urſin.*

77. *Qui (verè falſone quæreremus)*] Gulielmius conjicit, *qui vera falſone quæreremus.* acutè. ſed non verè. refellit enim id vox *certè*, quæ ſequitur, innuitque dubium aliquod præceſſiſſe. Lamb. abjecit dictionem poſtremam, legitque, *verè falſove.* expeditè ſatis, ſed unde ei tale jus? Victorius ſanè uſurpare auſus non fuit, quamvis ſic quoque conjeciſſet; ut prodidit lib. xv. Var. Lect. cap. 9. *Gruter.*

78. *Et ſæpe ἀκακίαν.*] Lamb. editio habet ad oram ἀταραξίαν, ſed longè à veſtigiis literarum, quæ in Pall. nam plerique ſervant *achamiam*, quartus verò *athamiam*, ſextus *athambiam*. quod ultimum excutiant licet otioſiores. *Idem.* Membrana paterna *athabeam*, & ſuper vocalem *e* habet poſitum *i*. Itaque quum vulgatum illud ἀκακίαν in nullo ſit codice vetere, & ex Clementis lib. II. Στρωματ. conſtet Democritum præter voces εὐθυμίαν & εὐεστὼ uſum etiam voce ἀθαμβίη, atque ad hanc quoque vocem magis reſpiciat interpretatio ab Tullio addita; non potui dubitare, quin reponerem, quod res eſt. Nam & in hac infeliciter mox verſabatur Gulielmius. *Gronov.*

79. *Animum terrore liberum.*] Annotavit Gulielmius, legendum videri, *errore.* vix putem. P. Manutius totum iſtud habebat pro gloſſemate. *Gruter.*

80. *Nec dubitatum, quin.*] Veteres libri, *nec dubitant, quin.* fortaſſe

benè, ſic etiam beatè vivendi ſpes poneretur. quæ cùm Zeno didiciſſet à noſtris: ut [81] in actionibus præſcribi ſolet, de re eadem [l] fecit alio modo. Hoc tu nunc in illo probas. Scilicet vocabulis rerum mutatis, inconſtantiæ crimen ille effugit, nos effugere non poſſumus? Ille Metelli vitam negat beatiorem quàm Reguli: præponendam tamen: nec magis expetendam, ſed magis ſumendam: &, ſi optio eſſet, eligendam Metelli, [m] rejiciendam Reguli. Ego, quam ille præponendam & magis eligendam, beatiorem hanc appello: nec ullo minimo momento plus ei vitæ tribuo quàm Stoici.

l dixit conj. Lamb.

m reiciend. MS.

89 Quid intereſt, niſi quòd ego res notas notis verbis appello: illi nomina nova quærunt, quibus idem dicant? Ita quemadmodum in ſenatu ſemper eſt aliquis, qui interpretem poſtulet: ſic iſti nobis cum interprete audiendi ſunt. bonum appello, quidquid ſecundùm naturam eſt: quod contra, malum: nec ego ſolus: [82] ſed tu etiam,

taſſe, *nec dubitanter*, *quin.* vereor enim, ne minus notum, uſitatum tamen, loquendi genus indoctis hominibus depravandi occaſionem attulerit. ego Ciceronem video ita locutum ep. 3. lib. XII. Fam. *Ea dixit*, inquit, *de proditoribus patriæ*, *quæ dici deberent de proditoribus: de me quidem non dubitanter*, *quin omnia de meo conſilio & vos feciſſetis*, *& Canutius faceret*. P. Manut.

81. *In actionibus præſcribi.*] Sic ex antiquo libro & ex conſuetudine Juriſconſultorum, apud quos *præſcribere* eſt excipere, hoc modo: Si paret, eum centum debere, niſi cum eo pactus erit, judex eum condemnat. præſcribitur enim judici, ne condemnet, illa interpoſitione, niſi cum eo pactus erit. Quod autem ſequitur, *de re eadem fecit alio modo*, puto verbum *fecit* abundare. intelligitur enim non *fecit*, ſed *egit*: cum aliquis agere dicatur in judicio de eadem re alio modo, qui, furto ſuo recuperato, verbi gratia æſtimatione, repetit idem furtum ab eodem alio actionis genere. tunc enim dicitur de eadem re alio modo agere, quod vetant Juriſconſultorum formulæ. unde illud ep. 27. libro XIII. Fam. *Ut vos in veſtris formulis*, *ſic ego in epiſtolis*, *de eadem re alio modo.* A. Manut. *Præſcribi ſolet*, *de re eadem fecit alio modo.*] Conjecerat Lambinus, *fieri ſolet*, *de re eadem ſcripſit alio modo*; quod acriter carpit Petr. Faber lib. I. Semeſtr. cap. 21. ſed is in eo labitur, quòd autumat eſſe omnium codicum lectionem, *de re ead. dixit:* ita enim nullus de impreſſis, nullus de Palatinis, in quibus omnibus *fecit*; quod ſpurium meritò putat P. Manut. ſubintelligitque *egit.* quicum & ego ſentio & manus Scaligeri. *Gruter.*

82. *Sed tu etiam*, *Chryſippe*, *in foro*, *domi: in ſchola definis.*] Sic edendum curavi, & libros veteres, & rationem ſecutus. Hæc enim ſententia eſt, non ego ſolus bonum appello, quod ſecundum

etiam, Chryſippe, in foro, domi, in ſchola definis. Quid ergo? aliter homines, aliter philoſophos loqui [n]putes [83] oportere, quanti quidque ſit? aliter doctos & indoctos? ſed cùm conſtiterit inter doctos, quanti res quæque ſit, ſi homines eſſent, uſitatè loquerentur. dum res maneant, verba fingant arbitratu ſuo.

n putas *Lamb.*

XXX. SED VENIO ad inconſtantiæ crimen, ne ſæpius dicas, me aberrare: quam tu ponis in verbis; ego poſitam in re putabam. ſi ſatis erit hoc perceptum, in quo adjutores Stoicos optimos habemus, tantam vim eſſe virtutis, ut omnia, ſi ex altera parte ponantur, ne appareant quidem: cùm omnia, quæ illi commoda certè dicunt eſſe, & ſumenda, & eligenda, & præpoſita, quæ ita definiunt, ut ſatis magno æſtimanda ſint, hæc igitur cùm ego tot nominibus à Stoicis appellata, partim novis & commenticiis, ut iſta producta & reducta, partim idem ſignificantibus: quid enim intereſt, expetas, an eligas? mihi quidem etiam [o] lautius videtur, quod eligitur & ad quod [p] delectus adhibetur. ſed, cùm ego iſta bona omnia dixero, [84] tantùm refert quàm

90

P. CXLVI.

o laudatius *Ald. & alii.*

p dilectus *alii.*

dum naturam eſt: quod contra, malum: ſed etiam tu, Chryſippe, in foro cum civibus aliquid rei contrahens, domi loquens cum domeſticis & familiaribus; in ſchola vero, de Zenonis decretis & de ſummo bono diſputans, definis ita loqui. Vulgata lectio, *in foro, domi, in ſchola definis*, ferri non poteſt & clamat ſe eſſe corruptam. *Lambin.* Nec tamen Gruterus aut Gronovius obſecuti ſunt, neque ego obſequendum puto. Quam rationem quosve libros veteres Lambinus hic jactet neſcio, illud ſcio *definis* non eſſe mutandum, ſed è ſuperioribus petendum, Chryſippum eodem modo definire bonum, quod eſt ſecundum naturam; quod contra, malum. Verbi ὁρίζεσθαι uſus in talibus frequens eſt apud Græcos. *Verburg.*

83. *Oportere, quanti quidque ſit? aliter doctos & indoctos.*] Lambinus edidit fide mſſ. duorum; *oportere? Quanti quidque ſit, aliter docti & indocti:* ſicque etiam Pal. ſextus: ſed malè, propugnantque ceteri priorem lectionem, cui & ſententia eſt expeditiſſima. *Gruter.*

84. *Tantum refert quàm magna dicam: cum expetenda quàm valde.*] Hic quoque locus ſine ulla conjectura, ex plana & liquida antiquorum librorum ſcriptura, præclarè à me reſtitutus eſt. ſententia autem & concinna & plana eſt. Cum ego iſta omnia, quæ tu producta & præpoſita nominas, bona dixero, hoc tantum refert quàm magna bona dicam, cum expetenda appellavero, quæ tu eligenda: hoc tantum intereſt inter te & me, quàm valde expetenda dicam, quàm valde tu eligenda. *Lambin.*

quàm magna dicam: cùm expetenda, quàm valde: ſin autem nec expetenda ego magis quàm tu eligenda, nec illa pluris æſtimanda ego, qui bona, quàm tu, qui producta appellas: omnia iſta neceſſe eſt obſcurari, nec apparere & in virtutes, tamquam in ſolis radios, incurrere.

91 At enim, qua in vita eſt aliquid mali, ea eſſe beata non poteſt. Ne ſeges quidem igitur ſpicis uberibus & crebris, ſi avenam ipſam videris: nec mercatura quæſtuoſa, ſi in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit. [85] An hoc uſquequaque aliter in vita? & non ex maxima parte de tota judicabis? an dubium eſt, quin virtus ita maximam partem obtineat in rebus humanis, ut reliquas obruat? audebo igitur cætera, quæ ſecundùm naturam ſunt, bona appellare, nec fraudare ſuo veteri q nomine, quàm aliquid potiùs novum exquirere, virtutis autem amplitudinem quaſi in altera libræ lance ponere.

q nom. potius, quam aliquid nov. *Lamb.*

92 Terram, mihi crede, ea lanx & maria deprimet. ſemper enim ex eo, quod maximas partes continet latiſſiméque funditur, tota res appellatur. dicimus aliquem hilarè vivere. igitur, ſi ſemel triſtior effectus eſt, hilara vita amiſſa eſt? r At hoc in eo M. Craſſo, quem ſemel ait in vita riſiſſe Lucilius, non s contigit, ut ea re minùs ἀγέλαςος, ut ait idem, vocaretur. Polycratem Samium felicem appellant. nihil acciderat ei, quod nollet, niſi quòd anulum, quo delectabatur, in mare abjecerat. Ergo infelix una moleſtia: felix rurſus, cùm is ipſe anulus in præcordiis piſcis inventus eſt. Ille verò, ſi inſipiens, (quod certè, quoniam tyrannus) numquam beatus. ſi ſapiens: ne tum quidem miſer, cùm [86] ab

P. B. r An hoc *MS.* s contingit *alii.*

85. *An hac usquequaque, aliter in vita? & non &c.*] Sic habent omnes libri & manuſcr. & typis impreſſi, niſi quod interpunctio vitioſa eſt, & interrogationis nota deſideratur poſt, *aliter in vita?* neque nunc video, quare hîc quidquam mutatum ſit, quamvis olim aliter ſenſerim. hæc enim ſententia eſt, *an hoc usquequaque*, id eſt, in omni re, judicabis, nempe unumquodque eſſe appellandum ex majore parte, verbi gratia, bonum id dicimus, quod plus habet boni quàm mali; & id dulce dicimus, quod plus in ſe continet dulcedinis quàm amaroris, & ita de ceteris: aliter autem in vita ſe habere exiſtimabis, & non de tota vita ex majore parte vitæ judicabis? id eſt, non judicabis eam vitam beatam eſſe, in qua plus ſit boni quàm mali? *Lambinus.*

86. *Ab*

[86] ab Oroete prætore [t] Darei in crucem actus eſt. t Darii

XXXI. AT MULTIS malis affectus. Quis negat? alii. ſed ea mala virtutis magnitudine obruebantur. An ne 93
hoc quidem Peripateticis concedis, ut dicant, omnium virorum bonorum, id eſt, ſapientum omnibusque virtutibus ornatorum, vitam omnibus partibus plus habere ſemper boni quàm mali? quis hoc dicit? [87] Stoicis licet. minimè. ſed iſti ipſi, qui voluptate & dolore omnia metiuntur, nonne clamant, ſapienti plus ſemper adeſſe, quod velit, quàm quod nolit? Cùm tantum igitur in virtute ponant ii, qui ſe fatentur virtutis cauſa, [88] niſi ea voluptatem acciret, ne manum quidem verſuros fuiſſe: quid facere nos oportet, qui quamvis minimam animi præſtantiam omnibus bonis corporis anteire dicamus, ut ea ne in conſpectu quidem relinquantur? quis enim eſt, qui hæc cadere in ſapientem dicere audeat, ut, ſi fieri poſſit, virtutem in perpetuum [v] abjiciat, ut dolore omni liberetur? quis noſtrûm dixerit, quos non pudet ea, quæ Stoici aſpera dicunt, mala dicere, melius eſſe, turpiter aliquid facere cum voluptate, quàm honeſtè cum dolore? v abiciat MS.

Nobis Heracleotes ille Dionyſius flagitioſè deſciviſſe 94
videtur à Stoicis [89] propter oculorum dolorem. P. CXLVII.
[90] quis verò hoc didiciſſet à Zenone, non dolere, cùm do-

86. *Ab Oroete prætore Darii.*] Reſtituit ad hanc formam ex Herodoto Athenæoque P. Victorius lib. II. Var. Lect. cap. 4. vulgati *Oronte.* neque aliter Pall. *Grut.*

87. *Stoicus licet minime.*] Eodem argumento utitur in Tuſc. lib. v. Leg. *Stoici ſcilicet. Minime : ſed iſti &c.* Sic Heauton. *Minime : ſed erat hic anus &c.* Muretus. *Stoici ſcilicet.*] Sic olim reſtitui conjecturâ ductus. mendum videlicet à librariis ſcriptoribus commiſſum, qui, pro *Stoici ſcilicet*, fecerunt, *Stoiciſcilicet :* deinde ex hac vitioſa ſcriptura natum eſt, *Stoicis licet*, non minus vitioſum. Verumtamen, niſi nimis longe abeſſet ab antiqua ſcriptura, mallem legi, *Stoici ſoli ? Minime &c.* Quin hæc fortaſſe recta ſcriptura eſt, & non ita longe abeſt ab antiqua ſcriptura. nam ex *Stoici ſoli* factum *Stoiciſili :* hinc *Stoici ſcilicet*, aut *Stoicis licet.* Lambinus.

88. *Niſi ea voluptatem acciret.*] Pal. quart. *voluptatem maceret.* ſext. *voluntatem maceret.* ex eo ii, quibus dextræ pruriunt, facilè fecerint, *voluptate maderet.* ſed nos nihil movemus. *Gruter.*

89. *Propter oculorum dolorem.*] Aut, *oculorum*, depravatum eſt, aut Cicero ſibi non conſtat: nam Tuſc. II. Dionyſium hunc laborantem memorat. *P. Manut.*

90. *Quis verò hoc didiciſſet &c.*] Non abeunt ab hac ſcriptura Pall. adeo

doleret? illud audierat, nec tamen didicerat, malum illud non eſſe, quia turpe non eſſet, & [91] eſſet ferendum viro. Hic ſi Peripateticus fuiſſet, permanſiſſet, credo, in ſententia, quoniam dolorem dicunt malum eſſe. de aſperitate autem ejus fortiter ferenda præcipiunt eadem, quæ Stoici, & quidem Arceſilas tuus, etſi fuit in differendo pertinacior, tamen noſter fuit. erat enim Polemonis. is cùm arderet podagræ doloribus, [x] viſitaſſetque hominem Carneades, Epicuri perfamiliaris, & triſtis exiret: mane, quæſo, inquit, Carneade noſter: nihil illinc huc pervenit. oſtendit pedes & pectus. attamen hic mallet non dolere.

x viſiſſetque *conj. Lamb.*

95 XXXII. Hæc igitur eſt noſtra ratio, quæ tibi videtur inconſtans: cùm propter virtutis cæleſtem quandam & divinam, tantamque præſtantiam, ut, ubi virtus ſit, [92] resque magnæ, ſumendæ, [y] laudabilesque virtute geſtæ, ibi eſſe miſeria & ærumna non poſſit, tamen labor poſſit & moleſtia: non dubitem dicere, omnes ſapientes ſemper beatos eſſe, ſed tamen fieri poſſe, ut ſit alius alio beatior. Atqui iſte locus eſt, Piſo, tibi etiam atque etiam confirmandus, inquam. quem ſi tenueris, non modò meum Ciceronem, ſed etiam me ipſum abducas licebit.

y laudabiles, atque è virt. *conj. Lamb.*

96 Tum Quintus, Mihi quidem, inquit, ſatis hoc confirmatum videtur. lætor quidem, philoſophiam, cujus antea ſupellectilem pluris æſtimabam quàm poſſeſſiones reliquorum, ita mihi dives videbatur, ut ab ea petere poſſem, quidquid in ſtudiis noſtris concupiſſem: hanc igitur lætor etiam acutiorem repertam quàm ceteras: quod

adeò ut ambigam de Lambiniana, *quaſi verò &c.* quamvis affirmet eſſe à libris ſcriptis: præcipue cùm non etiam indicet quorum ſcripti illi fuerint, aut quo loco conſulti conſulendive. *Gruter.*

91. *Eſſet ferendum viro.*] Sententia poſtulat, *eſſe:* ut hoc dicatur: quod turpe non ſit, malum illud non eſſe ferendum viro. *P. Manut.*

92. *Resque magnæ, ſumendæ, laudabilesque virtute geſtæ.*] Ciceronem aliter ſcripſiſſe vel ſacramento, veterum more, contenderem. ſcripſit autem hoc fortaſſe: *Resque magnæ ſumméque laudabiles virtute geſtæ.* P. Manut. *Resque magnæ, ſumendæ laudabilesque.*] Paullus Manutius auſit vel ſacramento contendere, aliter ſcripſiſſe Ciceronem; ac forte inquit, *ſummeque laudabiles.* ſed impoſuit viro doctiſſimo vocabulum artis. alia enim erant apud Stoicos *expetenda*, alia *ſumenda*, de quibus ſæpius dictum libro IV. & nominatim fine capitis 8. addatur & cap. 10. lib. I. Acad. Quæſt. *Gruter.*

93. *Sed*

quod quidam ei deeſſe dicebant. [z] Non quàm noſtram quidem, inquit Pomponius jocans. ſed mehercule pergrata mihi oratio tua. quæ enim dici Latinè poſſe non arbitrabar, ea dicta ſunt à te, nec minùs planè quàm dicuntur à Græcis, [a] verbis aptis. 93 Sed tempus eſt, ſi videtur: & rectà quidem ad me. Quod cùm ille dixiſſet, & ſatis diſputatum videretur, in oppidum ad Pomponium perreximus [b] omnes.

z Num *A. Manut.* P. B.

a nec verbis minus apt. *Lamb.*

b omnes *ponit Lamb. ante* in.

93. *Sed tempus eſt, ſi videtur.*] Vocabulum *eſt* non exſtat in Pal. quarto. neque admodum eo opus. *Grut.*

P. CXLVIII.

M. TULLII CICERONIS

TUSCULANARUM DISPUTATIONUM

AD

M. BRUTUM

LIBER PRIMUS.

DE CONTEMNENDA MORTE.

ARGUMENTUM.

A Nomine villæ, quæ prius fuit Syllæ Dictatoris, haſce diſputationes, quinque libris & totidem diebus abſolutas, Tuſculanas Quæſtiones inſcripſit Cicero, in quibus Stoicorum dogmata auſteriora quæque maximè probantur. In hoc primo libro, diſputaturus de mortis contemptu, Brutum ſignificatione ſui de illo clari judicii ſibi conciliat, populumque Romanum, cujus virtutes & ingenia Græcis anteponit.

I. CUM

1. M. TULLII CICERONIS TUSCULANARUM QUÆSTIONUM AD M. BRUTUM LIBER.] Tuſculanæ Quæſtiones nomen invenere à vil-

1 I. CUm defenſionum laboribus ſenatoriiſque muneribus aut omnino aut magna ex parte eſſem aliquando liberatus, retuli me, Brute, te hortante maximè, ad ea ſtudia, quæ retenta animo, [a] remiſſa temporibus, longo intervallo intermiſſa revocavi: &, cùm omnium artium, quæ ad rectam vivendi viam pertinerent, ratio & diſciplina, [2] ſtudio ſapientiæ, quæ philoſophia dicitur,

a temporibus intermiſſa *MS.*

à villa Tuſculana, quondam Syllæ, tum quidem Ciceronis, ubi eſſent vel fingerentur habitæ. Villa ea fuit in agro ſuburbano, quâ admodum ſe delectatum ipſe multis in locis ſignificat. Sed hoc factum eſt exemplo poëtarum, qui fabulis ſuis indere nomina ſoliti eſſent, aut à perſonis (ex eo genere eſt Ciceronis Cato vel de Senectute) quo genere quaque explicatione fuerat multum antè Plato uſus. aut à re, ut ſunt Academicæ: quamquam hanc quoque appellationem à loco deductam rectè acceperimus, villæ Puteolanæ cognominis, quam Academiam vocarat Cicero; aut à loco, ut Tuſculanæ. *Camerarius.* Retinui vulgarem inſcriptionem, cùm Pall. omnes, ut & Gemblacenſis referant pro *Quæſtionum*, *Diſputationum*: & ſic infra ipſe appellat auctor de Fato cap. 2. *Atque hanc Academicorum contra propoſitum diſputandi conſuetudinem indicant te ſuſcepiſſe Tuſculanæ diſputationes.* Vide Tuſcul. v. initium. item finem: *quinque dierum diſputationes.* Illud *Quæſtionum* omninò Magiſtrorum eſt ſuppoſititium. Meo animo rectiſſimè excludatur, ut factitavit Aldus Manutius Nepos, cumque illo omnes, ut indico, mſſ. neque aliter Vaticani excerpta. Eadem cap. ſtatim primo legunt, *quia philoſophia Græcis & libris & doctorib. percipi non poſſet.* Si quid ſentio, non omninò plenè ac benè. *Gebhard.* *Tuſculanarum diſputationum.*] Vulgg. *quæſtionum*; nos autem cum Paullo & Aldo Manutiis illam inſcriptionem recepimus, idque gravibus de cauſſis; nam non modo hanc lectionem repræſentant MSS. Pall. Gemblac. Colon. verum etiam eo titulo hoſce libros inſignit Lactantius Div. Inſtit. lib. III. cap. 13. *Quod quidem*, inquit, *in Tuſculanis diſputationibus aperte profeſſus eſt Cicero*, & *M. Tullium ſecundo Tuſculanarum diſputationum libro* laudat Boëthius in Topica lib. v. p. 839. ed. Baſil. nec aliter ipſe ſcriptor lib. v. cap. 1. ac de Fato cap. 2. *Daviſius.* Obtemperavi quoque communi conſenſui MSStorum & auctorum, ipſiuſque adeo Ciceronis voluntati, quæ ex Gebhardi atque Daviſii adnotationibus patet.

2. *Studio ſapientiæ & philoſophiæ.*] Σοφίας ſive ſapientiæ nomen initio non erat certæ ac definitæ alicujus virtutis facultatiſve nomen, ſed ita commune, ut, quam quiſque artem exquiſitè præter ceteros calleret, in ea σοφὸς diceretur; ipſumque σοφίας nomen omnibus etiam utiliſſimorum opificum artibus tribueretur: quod vel ex Platonis Apologia vel ex Theage conſtat. ſed & Ariſtoteles lib.

tur, [b] contineretur; hoc mihi Latinis litteris illuſtrandum putavi: non quia philoſophia Græcis & [c] litteris & doctoribus percipi non poſſet: [d] ſed meum ſemper judicium [e] fuit, 3 omnia noſtros aut inveniſſe per ſe ſapien-

b continerentur & hoc *MS.*
c libris *MSS.*
d ſed quia meum *MS.*
e hoc fuit *MS.*

lib. VI. cap. 7. ad Nicomachum idem confirmat his verbis: *Τὴν δὲ σοφίαν ἐν ταῖς τέχναις τοῖς ἀκριβεστάτοις τὰς τέχνας ἀποδίδομεν· οἷον φειδίαν λιθουργὸν σοφὸν, καὶ Πολύκλειτον ἀνδριαντοποιόν· ἐνταῦτα μὲν οὖν οὐθὲν ἄλλο σημαίνοντες τὴν σοφίαν, ἢ ὅτι ἀρετὴ τέχνης ἐστιν.* atque hoc ſenſu videlicet Homerus illud protulit:

——— *ἐπεὶ σοφὸς ἤραρε τέκτων.*

idemque, Iliados O. fabrum id eſt *ναυτηγον* peritum deſcribens, *πᾶσαν σοφίαν* ei tribuit, ut & Heſiodus cytharœdo Lino. quin etiam ille cum Margiten ſuum, nullius artis peritum, ſignificare vellet, ita hoc expreſſiſſe traditur:

Τὸν δ' οὔ τ' ἂρ σκαπτῆρα θεοὶ θέσαν, οὔ τ' ἀροτῆρα,
Οὔ τ' ἄλλως τι σοφὸν· πάσης δ' ἡμάρτανε τέχνης.

& ſic de nauta imperito:

Οὔ τε τι ναυτιλίης σεσοφισμένον.

& Archilochus:

Τρίαιναν ἐσθλὴν καὶ κυβερνήτης σοφός.

Sed & Xenophon & Hieron è cibis exquiſitius apparatos ac conditos *σοφίσματα* vocavit. *σοφὰς* igitur aut *σοφιστὰς* vocabant eos, qui quacumque in re multum operæ ac ſtudii ponerent. *Τὰς*, ut ait Clemens in primo *Στρωμάτων*, *περὶ ὁτιοῦν πολυπράγμονας*, ut Euſtachius *ἅπαντας τοὺς τεχνίτας*. idcircoque Socrates, cum Theæteto diſputans, innuere videtur *τὴν σοφίαν ὐ διαφέρειν τῆς ἐπιστήμης*, & diſcere, nihil eſſe aliud quàm *περὶ ὃ μανθάνει τις, σοφώτερον γίνεσθαι.* Peculiare autem aliquando hoc nomen muſicorum fuit; eos enim omnium eſſe eruditiſſimos putabant. Cicero ipſe paulò infra: *Summam eruditionem Græci ſitam cenſebant in nervorum vocumque cantibus.* Athenæus lib. XIV. *Τὸ δὲ ὅλον ἔοικεν ἡ παλαιὰ τῶν Ἑλλήνων σοφία τῇ μουσικῇ μάλιστα εἶναι δεδομένη. καὶ διὰ τοῦτο τῶν μὲν θεῶν Ἀπόλλωνα, τῶν δὲ ἡμιθέων Ὀρφέα μουσικώτατον καὶ σοφώτατον ἔκρινον· καὶ πάντας τοὺς χρωμένους τῇ τέχνῃ ταύτῃ σοφιστὰς ἀπεκάλουν.* Jam verò apud antiquos muſici iidem erant & poëtæ. Cic. III. de Or. *Namque hi duo muſici, qui erant quondam iidem poëtæ, machinati ad voluptatem ſunt verſum atque cantum.* cum ergo muſici *σοφοὶ* ſive *σοφισταὶ* dicerentur, poëtæ quoque eodem nominis honore afficiebantur. Laërtius lib. I. *Οἱ δὲ σοφοὶ καὶ σοφισταὶ ἐκαλοῦντο, καὶ ου μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ποιηταὶ σοφισταὶ, καθ' ἃ καὶ κρατῖνος ἐν Ἀρχιλόχῳ τοὺς περὶ Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον ἐπαινῶν, οὕτως καλεῖ.* Atque hic videlicet *Ἀνάκρεων ὁ σοφὸς* in Phædro & poëta in Lyſide ſapientiæ patres ac duces, & à Cicerone in Miloniana homines ſapientiſſimi nominantur. *A. Manutius.*

3. *Omnia noſtros.*] Qui Romanorum ſcripta diligenter obſervant, facile intelligere poterunt, Ciceronem, Plinium, Varronem, T. Livium, C. Cæſarem, conjunxiſſe ſua ſcripta cum laude patriæ, & quoad potuerunt patriæ honores, gloriam & triumphum cohone-

pientiùs quàm Græcos; aut accepta ab illis feciſſe meliora, quæ quidem digna ſtatuiſſent, in quibus [f] elaborarent.

2 Nam mores & inſtituta vitæ reſque domeſticas ac familiares nos profectò & meliùs tuemur & lautiùs. rem verò publicam noſtri majores certè melioribus [g] temperaverunt & inſtitutis & legibus. Quid loquar de re militari? in qua cùm virtute noſtri multum valuerunt, tum plus etiam diſciplinâ. Jam illa, quæ naturâ, non litteris aſſecuti ſunt, [4] neque cum Græcia, neque ulla cum gente ſunt conferenda. Quæ enim tanta gravitas, quæ tanta conſtantia, magnitudo animi, probitas, fides, quæ tam excellens in omni genere virtus in ullis fuit, ut ſit cum majoribus noſtris comparanda?

3 Doctrinâ Græcia nos & omni litterarum genere ſuperabat. in quo erat facilè vincere non repugnantes. nam cùm apud Græcos antiquiſſimum [h] ſit è doctis genus [i] poëtarum, ſi quidem Homerus fuit & Heſiodus ante Romam conditam, Archilochus regnante Romulo; ſeriùs poëticam nos accepimus: [5] annis [k] enim ferè CCCCX. poſt Romam conditam Livius fabulam dedit, C. Claudio, Cæci filio, M. Tuditano, conſulibus, anno ante natum Ennium: [6] qui fuit major natu quàm Plautus [l] & Nævius.

II.

f nonnihil elabor. *MS.*

g temperarunt *alii.*

P. B.

h & doctiſſimum genus ſit *MS.*

i genus ſiq. poëtarum *MS. R.*

k enim *deeſt in MS.*

l & Nævius *deeſt in MS. R.*

neſtaſſe. volebant enim videre patriæ ſtudioſi. *A. Manut.*

4. *Neque cum Græcis, neque ullâ cum gente ſunt conferenda.*] Parum abeſt, quin probem quod eſt in Pall. ſecund. quint. Martin. Gembl. P. Vaticani Excerptis & Ulrichianis: *neque cum Græciâ, neque.* Imò genuinum ac germanum Ciceronis eſt, quod rectè recepit P. Vict. in Pal. pr. (ſicut erat fortè in aliis) conſpicitur, *neque cum Græciis*, unde vulgata lectio erupit. Ipſe paullo pòſt Tullius: *Græcia nos & omni litterarum genere ſuperabat.* In fine ferè primi capitis elegantior eſt collocatio Vatic. *Heſiodus Romam ante conditam.* Gebhard.

5. *Annis enim fere* DX. *poſt R. C. Livius fabulam dedit C. Claudio, Cæci filio, M. Tuditano Coſſ.*] In manuſcripto eſt IↃXIV. pro DX. facile autem librarius ex IↃXIII. tot enim anni numerantur ad conſulatum Centhonis & Tuditani, fecit IↃXIV. *Centhone* vero habet vetus liber, pro *Cæci filio*, &, *docuit*, pro, *dedit.* Urſin. In MS. Regio Luparenſi eſt CCCCX.

6. *Qui fuit major natu quàm Plautus & Nævius.*] Niſi forſan in re Chronologica lapſus eſt Cicero, pronomen relativum non ad Ennium, ſed ad Livium reſpicit: cum ex auctoribus pateat Nævium Ennio fuiſſe vetuſtiorem. Vide G. J. Voſſium de H. L. lib. I. cap. 2. *Daviſius.*

7. In

II. Serò igitur à noſtris poëtæ vel cogniti vel recepti. Quamquam eſt 7 in Originibus, ſolitos eſſe in epulis canere convivas ad tibicinem de clarorum hominum virtutibus. honorem tamen huic generi non fuiſſe declarat oratio Catonis, in qua objecit, ut probrum, [m] M. Nobiliori, quòd is in provinciam poëtas duxiſſet. m *alii* duxerat autem conſul ille in Ætoliam, ut ſcimus, En- Marco. nium. Quò minus [n] igitur honoris erat poëtis, eo mi- n *alii* nora ſtudia fuerunt. [8] nec tamen, ſiqui magnis ingeniis ergo. in eo genere exſtiterunt, non ſatis Græcorum gloriæ reſponderunt.

An cenſemus, ſi [o] Fabio, nobiliſſimo homini, laudi 4 datum eſſet, quòd pingeret, [9] non multos etiam apud o Marco nos futuros [10] Polycletos & Parrhaſios fuiſſe? Honos *MS.* alit

7. *In Originibus.*] Scilicet Porcii Catonis, de quibus voluminibus hæc Cic. in Br. *Jam vero Origines Catonis quem florem aut quod lumen eloquentiæ non habent?* Idem mox paulo in hanc ſententiam: *Utinam exſtarent illa carmina, quæ multis ſeculis ante ſuam ætatem in epulis eſſe cantitata à ſingulis convivis ait. De clarorum virorum laudibus in Originibus ſcriptum reliquit Cato.* Scriptionem Originum taxat Feſtus Pompejus tanquam mutilam, cum ait: *Originum libros quòd inſcripſit Cato, non ſatis plenum titulum propoſiti ſui videtur amplexus; quando prægravant ea, quæ ſunt rerum geſtarum populi Rom.* Beroaldus.

8. *Nec tamen, ſi qui magnis ingeniis in eo genere.*] Haud ſpernendum, quod injicit Vatic. *Nec tamen ſic, qui magn.* adjutus à Pal. ſecund. qui paullulâ mutatione, *Non tamen ſic, qui &c.* Gebhard.

9. *Non multos etiam apud nos futuros Polygnotos &c.*] Sic legendum, libris iis invitis, qui habent, *futuros Polycletos &c.* Nam Polycletus fuit ſtatuarum fictor, Polygnotus pictor, ut & Parrhaſius. *Lambin.*

10. *Polycletos & Parrhaſios.*] Polycleton fuiſſe nobilem ſtatuarium ſcimus, pictorem hoc nomine celebrem neminem comperimus. Quare vel mutatam ita ſcripturam à librariis de *Polygnoto*, vel eſſe *μνημονικὸν ἁμάρτημα*, vel neſcio quid dicemus. *Camerar.* Cum de patribus loquatur, malim, ut eſt in antiquo lib. *Polygnotos & Parrhaſios*; nam Polycletum ſtatuarium ignorat nemo. Polygnotum autem, picturâ clarum, Cicero ipſe in Br. Plinius, Quinctilianus, Plutarchus, Ælianus, Pauſanias, Ariſtoteles etiam in Arte Poët. nominat. *P. Manut.* Licet Polycletus à pleriſque ſcriptoribus ob artem ſtatuariam celebretur, tamen & picturâ fuit clarus. Scholiaſtes Luciani in Philoſ. Tom. II. pag. 35. Γραφεὺς ὁ Πολύκλειτος, ὥσπερ καὶ ὁ Εὐφράνωρ, καὶ πῶς ἀγαλματοποιὸς νῦν εἰσάγεται, θαυμάζω. At miranda potius eſt Græculi imperitia, qui Polycletum plaſten etiam fuiſſe ignoravit, cum id uno ore tradiderit antiquitas. Sed hoc mittamus, & quod volumus teſtimoniis firmemus. Ita

 ergo

alit artes, omneſque [p] incenduntur ad ſtudia gloriâ : ja-
centque ea ſemper, quæ apud [q] quoſque improbantur.
Summam eruditionem Græci ſitam cenſebant in nervo-
rum vocumque cantibus. igitur & Epaminondas, prin-
ceps, meo judicio, [r] Græciæ, fidibus præclarè ceciniſſe
dicitur: Themiſtoclesque aliquot antè [s] annos, cùm in
epulis [t] recuſaret lyram, habitus eſt indoctior. Ergo in
Græcia muſici floruerunt, diſcebantque id omnes, nec,
qui neſciebat, [v] ſatis [x] excultus doctrinâ putabatur. In
5 ſummo apud illos honore geometria fuit. itaque nihil
mathematicis illuſtrius. At nos metiendi ratiocinan-
dique [11] utilitate hujus artis terminavimus modum.

III. At contra oratorem celeriter complexi ſu-
mus: nec eum primò eruditum, aptum tamen ad di-
cendum: pòſt autem eruditum. nam Galbam, Afri-
canum, Lælium, doctos fuiſſe [y] traditum eſt : ſtudio-
ſum autem eum, qui [z] iis ætate [a] anteibat, Catonem:
pòſt verò Lepidum, [b] Carbonem, Gracchos : deinde
ita magnos noſtram ad ætatem, ut non multùm aut
nihil omnino Græcis [c] cederetur. Philoſophia jacuit uſ-
que ad hanc ætatem, nec [12] ullum habuit lumen lit-
tera-

p incendimur *MS.* & *ita Bentl.*
q quoſcunque *MS.*
P. CXLIX.
r Græcis *MS. R.*
s annis *alii.*
t *alii* recuſaſſet.
v ſatis *deeſt in MS.*
x eruditus *alius MS.*
y memoriæ traditum *alii.*
z hos *alii.*
a antecedebat *MS.*
b Catonem *MS. R.*
c cederemus *Lamb.*

ergo Tzetzes Chil. VIII. 320. Πολύκλειτος Ἀργεῖος ἦν πλάστης τε καὶ ζωγράφος, πολλὰ καὶ ζωγραφήσας καὶ ἀνδριαντουργήσας. Δύο δὲ τῶν αὐτοῦ ἔργων ὑπερτεροῦντα, Ζωγραφητὴν εἰκόνα τε φημὶ, καὶ ἀνδριάντα. Ὧν τὴν εἰκόνα ἔθοντο κανόνα ζωγραφίας, τὸν ἀνδριάντα πάλιν δὲ τῆς ἀνδριαντουργίας. Etſi igitur de pictoribus habeatur oratio, non neceſſum eſt, ut cum Joach. Camerario locum corruptum putemus, aut *Polygnotos & Parrhaſios* legamus, quamvis aliter ſtatuerint P. Manutius, D. Lambinus ac Fr. Fabricius, viri de litteris præclare meriti. *Daviſius.*

11. *Utilitate inſpecta.*] In Ven. non eſt, *Inſpecta :* & neſcio quo pacto. vacare plane videtur. Paulo poſt, *Philoſophia latuit.* Ven. *Jacuit :* idque, ut videtur, verum eſt: nam & ita paulo ante, *Jacentque ea ſemper, quæ apud quosque improbantur.* & Attic. II. *Tanto me dolore affecit, ut poſtea jacuerim.* Camer.

12. *Nec ullum habuit lumen literarum.*] Significat defuiſſe philoſophiæ eloquentiam. Epicuri vero æmuli hoc loco notantur, quos & alibi dicit minimè malos, ſed parum acutos eſſe. Jam Ariſtotelis hoc notum eſt: Αἰσχρὸν σιωπᾶν καὶ Ἰσοκράτην ἐᾶν λέγειν quem verſum de Tragœdia in illum Rhetorem interſerit. Sequitur figura ſermonis inuſitatiuscula *in quam exercitationem operam dedimus.* Simile autem eſt, vel quod dicimus *dare nomen in militiam*, vel, quod magis placet, *in poteſtatem eſſe*, & *in honorem*, & *in diſcrimen verſari*, Camerar.

13. *La-*

rum Latinarum: quæ illuſtranda & excitanda no-
:ſt, ut, ſi occupati profuimus aliquid civibus noſtris,
imus etiam, ſi poſſumus, otioſi.
ı quo eo magis nobis eſt elaborandum, quòd multi 6
eſſe [13] Latini libri dicuntur ſcripti inconſideratè ab
nis illis quidem viris, ſed non ſatis eruditis. [14] fieri
m poteſt, ut rectè quis ſentiat, & id, quod ſentit,
itè eloqui non poſſit. ſed mandare quemquam lit- [d]
cogitationes ſuas, qui eas nec diſponere, nec illu-
: poſſit, nec delectatione aliqua allicere lectorem,
inis eſt intemperanter abutentis & otio, & litteris.
ıe ſuos libros ipſi [e] legunt cum ſuis, nec quiſquam
git, præter eos, qui eandem licentiam ſcribendi
ıermıtti volunt. Quare [15] ſi aliquid Oratoriæ lau-
oltrâ attulimus induſtriâ, multo ſtudioſiùs philoſo-
fontes aperiemus, è quibus etiam illa manabant.
'. SED, UT [16] Ariſtoteles, vir ſummo ingenio, 7
ıtiæ copiâ, cùm motus eſſet Iſocratis rhetoris glo- [f]
dicere etiam [g] cœpit adoleſcentes docere, & pru-
am cum eloquentia jungere: ſic nobis placet nec
ıum dicendi ſtudium deponere, & in hac majore
eriore arte verſari. hanc enim perfectam philoſo-
n ſemper judicavi, quæ de maximis quæſtionibus
ıſè poſſet ornatéque dicere. in quam exercitatio-
ita nos ſtudioſè [h] operam dedimus, ut jam etiam
ıs [i] Græcorum more habere auderemus: ut nuper
poſt diſceſſum in Tuſculano, cùm eſſent [k] plures
.m familiares, tentavi, quid in eo genere poſſem.
im [l] antea declamitabam cauſas, quod nemo me
m diu-

d rectè *MS.*
e legent *MS.*
P. B.
f ſapientiæ *Lamb.* ſcientiâ, copiâ *alii.*
g *ita Bentl.* rectè.
h operam *delet Lamb.*
i Græco *MS.*
k complures *alii.*
l ante ea *ed. vet.*

Latini libri —— non ſatis eruditis.] Amafanium intelligit
ue nonnullos ex Epicuri grege, quos eo nomine perſtrinxit
Quæſt. lib. I. cap. 2. Adi & Tuſc. Diſput. lib. IV. cap. 3.
us.
Fieri autem poteſt.] Mallem, *ferri autem poteſt.* P. Manut.
Si aliquid Oratoriæ laudis noſtrâ attulimus induſtriâ.] Ita hunc
in Crepundiis reſtituimus, ex tribus Pall. accedit jam quart.
ıian. Gembl. Fabr. Pithœi. Vide ibidem nos. nam vulgò nihil
ſi aliquid oratoriæ laudi noſt. Gebhard. *Laudi* denuo revo-
Bentlejus, nulla neceſſitate, quum *laudis* ſecundo, *Oratoriâ*
:rtio caſu poſſit concipi, ut ſit *aliquid laudis attulimus Ora-*

Sed ut Ariſtoteles, vir ſummo ingenio, ſcientiæ copiâ.] Hæc duo
na verba non leguntur in manuſcripto. *Urſin.*

m diutiùs fecit: ſic hæc nunc mihi ſenilis eſt declamatio. Ponere jubebam, de quo quis n audire vellet: 17 ad id aut ſedens aut ambulans diſputabam.

> m ditius MS.
> n dubitare MS.

8 Itaque dierum quinque ſcholas, ut Græci appellant, in totidem libros contuli. fiebat autem ita, ut, cùm is, qui audire vellet, dixiſſet, quid ſibi videretur, tum ego contrà dicerem. hæc eſt enim, ut ſcis, vetus & Socratica ratio contra alterius opinionem diſſerendi. nam ita facillimè, quid veriſimillimum eſſet, inveniri poſſe Socrates arbitrabatur. ſed quo commodiùs diſputationes o noſtræ explicentur, ſic eas exponam, quaſi agatur res, non quaſi narretur. ergo ita naſcetur exordium.

> o noſtræ deeſt in aliis.

9 V. A. 18 MALUM mihi videtur eſſe mors. M. Iisne, qui

17. *Ad id aut ſedens aut ambulans diſputabam.*] Debetur mihi quoque hujus loci reſtitutio, ſed tamen præeunte Gulielmio. cùm enim ille in Fabrit. & Pithœan. codd. reperiſſet *at*, quod juxta in pr. text. quarto Pall. eſt, ingenioſè *ad* extricavit: ſed ut ſcripſi eſt in Pal. ſec. plura adduxi in Crepundiis. *Gebhard.* *Ad id aut ſedens aut ambulans diſputabam.*] Sic ex Pal. ſec. reſtituit Janus Gebhardus. cum plurimi MSS. habeant, *at id aut ſedens*; & has ſanè litteras in libris & inſcriptionibus confuſas eſſe notavit Pierius ad Virgilii Æn. IV. I. Sunt autem Codices, qui repræſentant, *ac id ſedens aut ambulans diſputabam*, nec hunc loquendi modum refugiunt Latini. Plautus Menæchm. Prol. vſ. 50. *Ut hanc rem vobis examuſſim diſputem.* Cicero Fam. lib. III. ep. 8. *Idque me arbitror Synnadis pro tribunali multis verbis diſputaviſſe.* Jure igitur merito Fr. Sanctius Min. lib. III. cap. 3. hoc verbum inter ea numeravit, quæ falſo neutra ſunt habita. *Daviſius.*

18. *Malum mihi videtur eſſe mors.*] Quis hîc ponat quæſtionem quæritur. Alii incertam eſſe perſonam exiſtimant, & *Auditorem* per *A.* quod in libb. vulgg. ſcriptum eſt, ſignificari volunt; alii, *Atticum*, in quibus eſt Lactantius lib. I. Inſtit. ut refert Adr. Turnebus lib. IX. cap. 18. ſed Lactantium falli puto, ut mox oſtendam. quod autem ad has litteras *A* & *M* attinet, quæ reperiuntur in libb. vulgg. earum nullum exſtat in MSS. veſtigium. Quod ſi adſcribendæ aut retinendæ ſunt, quod feci, ut ineptis gratum facerem, qui ab uſitatis, quantumvis abſurdis, diſcedi non putant oportere. per *A* malim *Adoleſcentem* intelligi quàm *Atticum*, aut *Auditorem.* Meam ſententiam comprobat id, quod eſt lib. II. non nimis longè à principio: *At tu adoleſcens, cùm id tibi paulò antè dixiſſes videri, rogatus à me, Etiamne majus quàm dedecus, &c.* & verba extrema ejusd. libri: *Sic faciamus, tuisque optimis ſtudiis obſequemur.* Non ſignificari *Atticum* autem declarant illa verba ex libro III. ferè in principio: *Ut enim in Academiam noſtram deſcendimus, inclinato jam in pomeridianum tempus die, popoſci eorum aliquem, qui aderant, cauſam diſſerenti &c.* Si At-

qui mortui ſunt, an iis, quibus moriendum [p] eſt? A. Utriſque. M. Eſt miſerum igitur, quoniam malum. A. Certè. M. Ergo & ii, quibus evenit jam, ut morerentur, & ii, quibus eventurum eſt, miſeri. A. Mihi ita videtur. M. Nemo ergo non miſer. A. Prorſus nemo. M. Et quidem, ſi tibi conſtare vis, omnes, [q] quicunque nati ſunt eruntve, non ſolùm [r] miſeri, ſed etiam ſemper miſeri. nam ſi ſolos eos diceres miſeros, quibus moriendum eſſet, neminem tu quidem eorum, qui viverent, exciperes: moriendum eſt enim omnibus: eſſet tamen [19] miſeriæ finis in morte. quoniam autem etiam mortui miſeri ſunt, in miſeriam naſcimur ſempiternam. neceſſe eſt enim, miſeros eſſe eos, qui [20] centum millibus annorum antè occiderunt, vel potiùs omnes, quicumque nati ſunt. A. Ita prorſus exiſtimo.

p eſt *non eſt in MS.* R.

P. CL.

q qui unquam *alii.*

r miſerrimi *MS.*

M. Dic, quæſo, num te illa terrent, [21] triceps apud in-

Atticus hâc litterâ ſignificaretur, non dixiſſet, *popoſci eorum aliquem*, ſed, *popoſci Atticum.* Jam per *M* licet per me ſignificetur *Marcus.* Omninò malim eſſe, ubi perſonarum loquentium mutationes fiunt, inania ſpatia relinqui: quemadmodum feceram in prima editione. Sed, ut dixi, nolui in me irritare malevolos & ineptos, ſatis alioqui ſua ſponte irritabiles, & maxime in re parvi momenti & propemodum ἀδιαφόρῳ. *Lambin.* *A. Malum mihi &c.*] Uterque Codex Norvic. Atticum collocutorem agnoſcit, nec aliter Joach. Camerarius, præeunte Lactantio Div. Inſtit. lib. I. cap. 15. ubi, poſtquam nonnulla ex hujuſce libri cap. 13. laudaverat, ita loquitur: *Teſtatus eſt videlicet Attici conſcientiam ex ipſis myſteriis intelligi poſſe, quòd omnes illi homines fuerunt, qui coluntur.* Immerito: Atticus enim tum temporis ſenex erat, juvenis autem ille, qui cum Cicerone diſputavit, ut patet ex lib. II. cap. 12. Hac igitur littera *Adoleſcentem* vel *Auditorem* incertum denotari cum aliis exiſtimo. *Daviſius.*

19. *Miſeriæ finis in morte.*] Sic Lucanus: *Mors ultima pœna eſt nec metuenda viris.* & Cæſar apud Salluſtium mortem cuncta mortalium mala diſſolvere, & ærumnarum requiem eſſe in miſeriis ac luctu, ſtatuit. & Ariſtoteles in Ethicis omnium tremendorum finem eſſe. *A. Manut.*

20. *Centum millibus annorum.*] Loqui videtur ſecundum eos, qui mundum neque genitum neque interiturum unquam fuiſſe prodiderunt; & ita homines ſemper fuiſſe, neque unquam niſi ex hominibus natos, atque eorum generi caput exordiumque nullum exſtitiſſe arbitrati ſunt. quæ opinio auctores habet Pythagoram, Architam omneſque adeo Pythagoricos. Ariſtoteles quoque Stagirites & Theophraſtus multique non ignobiles Peripatetici idem ſcripſerunt. *Beroaldus.*

21. *Triceps apud inferos.*] Septenarios duos hic quæſivit veteris ali-

inferos Cerberus, [22] Cocyti fremitus, [s]transvectio Acherontis, mento ſummam aquam attingens ſiti enectus Tantalus? num illud, quod Siſyphu' verſat

Saxum ſudans nitendo, neque proficit hilum?

fortaſſe etiam [t]inexorabiles judices, Minos & Rhadamanthus. apud quos nec te L. Craſſus defendet, nec M. Antonius, nec, quoniam apud Græcos judices res agetur, poteris [v]adhibere Demoſthenem: tibi ipſi pro te erit maximâ coronâ cauſa dicenda. Hæc fortaſſe metuis, & idcirco mortem cenſes eſſe ſempiternum malum.

VI. A. ADEONE me delirare cenſes, ut [x]iſta [y]eſſe credam? M. An tu hæc [z]non credis? A. Minimè verò. M. Malè hercule narras. A. [23] Cur? quæſo. M. [24] Quia diſertus eſſe poſſem, ſi contra iſta dicerem. A. Quis enim non in ejusmodi cauſa? aut quid nego-
11 tii eſt, hæc poëtarum & pictorum portenta [a]convincere? M. Atqui pleni ſunt libri [25] philoſophorum contra iſta ipſa differentium. A. Ineptè ſanè. quis eſt enim tam ex-

s travectio *alii.*
t nec inex. *MS.*
v habere *MS.*
x ita *alii.*
y eſſe *non habet ed. vet.*
z eſſe non *alii.*
a evincere *MS.*

alicujus poëtæ Guliel. ergò ſic ordinabat: *Triceps (apud inferis) Cerberus, Cocyti fremitus, Acherontis travectio,*

Mento ſummam aquam attingens, ſiti enectus Tantalus. Gebhard.

22. *Cocyti fremitus.*] De Cocyto, Acheronte, Letheo amne, Stygia palude, Phlegetonte reliquisque inferorum terriculamentis plurima Plato & poëtæ divulgarunt, omnibus notiſſima. Philoſophorum vetuſtiſſimi non aliud eſſe inferos dixerunt quàm corpora mortalium: hoc animæ ſepulchrum, hoc Plutonis concava, hoc inferos vocaverunt, & omnia, quæ illic eſſe credidit fabuloſa perſuaſio, in humanis corporibus aſſignare conati ſunt; oblivionis fluvium nihil aliud eſſe aſſerentes quàm errorem animæ oblivіſcentis majeſtatem vitæ prioris: conſimiliter Phlegetontem ardores irarum & cupiditatum eſſe putarunt; Acherontem quidquid feciſſe dixiſſeve usque ad triſtitiam humanæ varietatis more nos pœnitet; Cocytum quidquid homines in luctum lacrymasque compellit; Stygem quidquid inter ſe animos humanos in gurgite mergit odiorum. *Beroaldus.*

23. *Cur, quæſo?*] Hoc ab Auditoris perſona ad Marcum transtuli: illud autem, *Quia diſertus eſſe poſſem*, à Marco ad Auditorem: recténe an ſecus aliorum ſit judicium. *P. Manut.*

24. *Quia diſertus eſſe poſſem.*] Aſſerui lectionem in Crepundiis, *Quàm diſertus eſſe poſſem*, ex Pal. ſec. ſed quia neque editionem, neque ullum præterea codicem accedere video, non pertendo. *Gebhard.*

25. *Philoſophorum contra iſta ipſa differentium.*] Vulgg. *contra iſta ipſa philoſophorum differentium*, qui quidem verborum ordo inſuavis eſt præ eo, quem ex edit. Ven. A. D. 1491. recepimus. *Daviſius.*

26. Si

excors, quem iſta moveant? M. Si ergo apud inferos miſeri non ſunt, ne ſunt quidem apud inferos ulli. A. Ita prorſus exiſtimo. M. Ubi ergo ſunt ii, quos miſeros dicis? aut quem locum incolunt? [26] ſi enim ſunt, nusquam eſſe non poſſunt. A. Ego verò nusquam eſſe illos puto. M. Igitur ne eſſe quidem. A. Prorſus iſto modo: [b] & tamen miſeros ob id ipſum quidem, quia nulli ſunt. P. B.

b & tamen deeſt in MS.

12 M. Jam mallem Cerberum metueres quàm iſta tam inconſideratè diceres. A. [c] Quid tandem? M. Quem eſſe negas, eundem eſſe dicis. ubi eſt acumen tuum? cùm enim miſerum eſſe dicis, tum eum, qui non ſit, dicis eſſe. A. [27] Non ſum ita hebes, ut iſtuc dicam. M. Quid dicis igitur? A. Miſerum eſſe, verbi causâ, M. Craſſum, qui illas fortunas morte dimiſerit: [28] miſerum Cn. Pompejum, qui tantâ gloriâ, dignitate tanta ſit orbatus: omnes denique miſeros, qui hac luce careant. M. Revolveris eodem. ſint enim oportet, ſi miſeri ſunt. tu autem modò negabas eos eſſe, qui mortui eſſent. ſi igitur non ſunt, nihil poſſunt eſſe, ita ne miſeri quidem [d] ſunt. A. Non dico fortaſſe etiam, quod ſentio. nam iſtuc ipſum, non eſſe, cùm fueris, miſerrimum puto. M. Quid miſerius quàm omnino numquam fuiſſe? ita, qui nondum nati ſunt, miſeri jam ſunt, quia non ſunt: & nos ipſi, ſi poſt mortem mi-

c Qui Lamb. Bentl. alii.

d ſunt delet Bentl.

26. *Si enim ſunt, nusquam eſſe non poſſunt.*] In MS. Regio Luparenſi, ſive Bibliothecæ regis Galliæ, quem in hujus editionis margine deſignare ſoleo literis *MS.* R. eodem quidem modo legitur, diſtinctione mutata, quæ ponitur poſt *nusquam.* quod de nihilo non eſt. cogitent alii. Eſt autem iſte codex annorum circiter DCCC. memoratus a Salmaſio præfat. in Solinum. *Verburg.*

27. *Non ſum ita hebes, ut iſtuc dicam.*] Eſt lectio codicis Pithœani, quam aſſeruimus in Crepundiis ex primo quoque Pal. alluditque quart. quint. Ulrich. ſuo *iſtud.* Vulgò: *Ut iſta dicam.* Gebhard.

28. *Miſerum Cn. Pompejum, qui tantâ gloriâ ſit orbatus.*] Addit Victorius & Vatic. *dignitate tantâ.* ſed cum illud neque in Gulielmianis omnibus, neque Pall. Ulrich. atque adeo editione Aldi habeatur, excludendum exiſtimavi: neque magnopere illo opus. *Idem.* *Dignitate tanta.*] Hasce voces omiſit Janus Gebhardus; nos ex MSS. Vatic. Norvic. & edit. Ven. aliisque veteribus revocandas cenſuimus, licet exulare juſſerant etiam Paullus & Aldus Manutii: gloſſam enim non olent, at eas à nonnullis Codd. excluſit librariorum incuria. *Daviſius.*

 29. Ego

miſeri futuri ſumus, miſeri fuimus, antequàm nati. [29] ego autem non commemini, antequàm ſum natus, me miſerum. tu ſi meliore memoria es, velim ſcire, ecquid de te [e] recordare.

e recordere *alii*, & *MS.*

13 VII. A. ITA jocaris, quaſi ego dicam, eos [f] eſſe [g] miſeros, qui nati non [h] ſunt, & non eos miſeros, qui mortui [h] ſunt. M. Eſſe ergo eos dicis. A. Immò, quia non ſunt, cùm fuerint, [i] eos miſeros eſſe. M. Pugnantia te loqui non vides? quid enim tam pugnat, quàm non modò miſerum, ſed omnino quidquam eſſe, qui non ſit? an tu egreſſus portâ Capenâ, cùm Calatini, Scipionum, Serviliorum, Metellorum ſepulcra vides, miſeros putas illos? A. Quoniam me verbo premis, poſthac non ita dicam, miſeros eſſe, ſed tantùm, miſeros ob id ipſum, quia non ſunt. M. Non dicis igitur, miſer eſt M. Craſſus, ſed tantùm, miſer M. Craſſus.

f eſſe *deeſt in MS.* R.
g miſeros *delet Lamb.*
h ſint *idem MS.*
P. CLI.
i ideo *idem MS.*

14 A. [k] Ita plane. M. Quaſi non neceſſe ſit, quidquid iſto modo pronunties, id aut eſſe, aut non eſſe. an tu dialecticis ne imbutus quidem es? in primis enim hoc traditur: omne pronuntiatum (ſic enim mihi in præſentia occurrit, ut [l] appellarem ἀξίωμα· utàr pòſt [m] alio, [n] ſed ſi invenero melius) [30] id ergo eſt pronuntiatum, quod eſt verum aut falſum. cùm dicis igitur, miſer M. Craſſus: aut hoc dicis, miſer eſt M. Craſſus, ut poſſit judicari, verum id falſumne ſit: aut nihil dicis omnino. A. Agè, jam concedo non eſſe miſeros, qui mortui ſunt, quoniam extorſiſti, ut faterer, qui omnino non eſſent, eos ne miſeros quidem eſſe poſſe. quid? qui vivimus, cùm moriendum ſit, nonne miſeri ſumus? quæ enim poteſt in vita eſſe jucunditas, cùm dies & noctes cogitandum ſit, jam jamque eſſe moriendum?

k immo plane *MS.*
l appellem *alii.*
m alios vi inv. *MS.* R.
n ſed *alii non habent.*

VIII.

29. *Ego autem non commemini &c.*] Daviſius è codice Cantabrig. notat ibi legi: *Ego, antequam natus ſum, numquam memini, me miſerum fuiſſe.* Verburg.

30. *Id ergo eſt pronuntiatum, quod eſt verum aut falſum.*] Sic editio Victorii: quam lectionem quoque fatentur Pall. ſec. tert. Verùm quartus, Vatic. *quod eſt aut verum, aut falſum.* quintus: *quod eſt verum vel falſum.* & ſic quoque pr. ſed Vict. adjuvat Fabrit. & Pithoeanum. Vulgò, *quod aut verum aut falſum eſſe dicitur.* Gebhard. Margo Lambini habet è MS. quodam, *id ergo, quod eſt pronuntiatum, aut verum eſt aut falſum.*

31. Ex

VIII. M. [31] Ecquî ergo intelligis, quantum mali de humana conditione dejeceris? A. Quonam modo? M. Quia, ſi [o] mori etiam mortuis miſerum eſſet, infinitum quoddam & ſempiternum malum [p] haberemus in vita. [32] nunc video calcem: ad quem cùm ſit decur-

o mors *Bentl.* p haberemus. In vita nunc *Idem.*

31. *Ecqui ergo intelligis, quantum mali de humanâ conditione dejeceris.*] Hunc locum ſic exprimunt ferè omnes codd. Mſſ. partim etiam Vict. editio, nam illud *Ecqui* præ vulgato *ecquid* vindicant Gembl. Fabr. Pith. Pall. pr. tert. quartus. Jam *de* pro *ex* omnes Pall. itemque Fabr. Vatic. Ulrich. oſtentant: & veriſſimum eſt. Cicero enim ſæpiſſimè, *De ſtatu dejicere.* ſic infra Tuſcul. II. cap. 5. *Videsne igitur, quantum breviter admonitus de doloris terrore dejeceris?* Tetigi hunc locum quoque in Crepundiis. *Gebhard.*

32. *Nunc video calcem.*] Finem dicit & extremum: ut verticem pro ſummo poſuere. Epicharmi ſententia, expreſſa verſu Trochaico καταληκτικῷ, qui & quadrati & ſeptenarii dicuntur. Quem quidem quæramus Græcum, ſicubi forte reperire poſſimus. Epicharmum vero Siculum poëtam Comicum fuiſſe conſtat, perquàm doctum hominem, à quo etiam multa philoſophi ſumſerint. Quidam non civem Siciliæ, ſed colonum faciunt. Sed illud, *ut Siculi*, bifariam video accipi poſſe, ut vel augmentum vel diminutionem laudis habeat. Nam & Cicero Siculis ſales ac facetias tribuit in Verrinis & de Or. II. Et idem quadam fatetur non perbellè ab iis dicta, & Atticos non his, ſed ceteris omnibus Græcis antecellere in hoc genere ridiculorum & falſorum, dicit. Nota eſt etiam dos paraſitica Atticorum logorum, excluſis Siculis, tanquam improbis. *Camerar.* *Nunc video calcem.*] Ut aliquando verticem pro ſummo, ſic calcem hìc pro extremo poſitum intellige, ſeu fine, termino & meta, ſcilicet miſeriæ, doloris & metus, immo pro ipſa morte, ad quam cùm ſit decurſum, nihil ſit præterea extimeſcendum. Seneca lib. XIX. Epiſt. feminini oſtendit eſſe generis, & ait, quæ creta in circo ætate ſua dicebatur, ab antiquis calcem eſſe dictam. unde Cicero de Rep. *Ab ipſa calce ejus interpellatione revocati.* Non igitur, *Ad calcem pervenire* ab humano corpore ductum eſt. *A. Manut.* *Nunc video calcem: ad quem cum ſit decurſum.*] Turbant hanc lectionem duo optimi libri tert. & quart. in illo ſuperſcriptum, *video callem: ad quam.* Hic autem alludit unicâ tantum litera excuſſâ: *Vide calem: ad quam.* Ego cenſeo omninò nihil mutandum, licet quoque Vatican. habeat. *ad quam cùm ſit decurſ.* Gebhard. *Nunc video calcem, ad quam cum ſit decurſum.*] Vulgg. *ad quem*; ſed lectionem, a nobis receptam, exhibent optimi codices, contra quos niti non debuit Janus Gebhardus. Seneca Epiſt. 108. *Tanquam quod ait Cicero,* Quoniam ſumus ab ipſa calce, ejus interpellatione revocati: *hanc, quam nunc in circo cretam vocamus, calcem antiqui dicebant.* A. Gellius N. A. lib. XIV. cap. 3. *Curſusque eorum ad eandem virtutis calcem pergentium.* Genus etiam femininum agnoſcunt Nonius Marcellus cap. 3. & Valerius Probus Cathol. col. 1462. Daviſius.

 33. Emori

curſum, nihil ſit præterea extimeſcendum. ſed tu mihi videris Epicharmi, acuti, nec inſulſi hominis, ut Siculi, ſententiam ſequi. A. Quam? non enim novi. M. Dicam, ſi potero, Latinè. ſcis enim me Græcè loqui
P. B. in Latino ſermone non plus ſolere quàm in Græco Latinè. A. Et rectè quidem. ſed quæ tandem eſt Epicharmi iſta ſententia? M.

33 *Emori nolo: ſed me eſſe mortuum nihil æſtimo.*

q Graicum *MS.* r ſed & quon. *MS.*

A. Jam agnoſco q Græcum. r & quoniam coegiſti, ut concederem, qui mortui eſſent, eos miſeros non eſſe, perfice, ſi potes, ut ne moriendum quidem eſſe miſerum putem.

M.

33. *Emori nolo, ſed me eſſe mortuum nihil æſtimo.*] Græcum verſiculum Epicharmi, qui non valde diſſimilem ſententiam habet, repperi. An autem ſit, quem hic Cicero expreſſit, affirmare non audeo: nec tamen vehementer negaverim. is eſt apud Sex. Empiricum cap. quo diſſerit ὅτι τὸ περὶ τοὺς ποιητὰς καὶ συγγραφεῖς μέρος τῆς γραμματικῆς ἀσύστατόν ἐστιν. eſt autem ſermo de Epicuro: Τὸν δὲ θάνατον ὅτι οὐδὲν ἐστὶ πρὸς Ἐπίχαρμος αὐτῷ προσμεμήνυκεν εἰπὼν, ἀποθανεῖν ἢ τεθνᾶναι οὔ μοι διαφέρει. Poſterior certe pars non potuit elegantius aut fidelius reddi: priorum verborum intellectus aliquantum à Græca ſententia diverſus eſt. Potuit eam ſententiam Cicero magis amare, ut ſibi tunc aptiorem: nec enim tanta religione è Græco ille vertebat, quanta faciunt hujus ætatis interpretes, qui ita ſententiis & verbis ejus autoris, quem in Latinum convertunt, addicti & conſecrati ſunt, ut tantulum ab illis declinare nefas eſſe putent. & fortaſſe rectè in multis autoribus, quamvis non in omnibus: nec enim omnia eodem modo tractari debent. *Victor.* *Emori nolo: ſed me eſſe mortuum nihil æſtimo.*] Ita quatuor Pall. Vulgò, *nihili æſtimo*: melius planè quàm Victorius, *nihil exiſtimo.* *Nihili æſtimare eſt* ἀδιάφορον ποιεῖν: & ut ipſe Epicharmus loquitur. Ἀποθανεῖν ἢ θνάσκειν δ' οὔ μοι διαφέρει· & Catullus *unius æſtimare aſſis.* Idem eſt *Nihil æſtimare.* Gebhard. *Emori nolo &c.*] Epicharmi verſiculus exſtat apud Sextum Empiricum adv. Mathem. cap. XIII. pag. 54.

Ἀποθανεῖν ἢ τεθνᾶναι, οὔ μοι διαφέρει.

Hærent autem interpretes, unde factum, ut ex eo hunc ſenſum exſculpſerit Cicero. Nec mirum, cum locus ſit mendoſus. Legendum crediderim

Ἀπῇ θανεῖν· ἢ τεθνάν' οὔ μοι διαφέρει.

Abſit mori: eſſe mortuum refert nihil.

Hoc modo Jambicus fiet ſenarius. Penultima τοῦ τεθνάναι non erat circumflectenda, quippe quæ ſuâ naturâ ſit brevis. Theognis tamen ѵſ. 181.

Τεθνάναι, φίλε Κύρνε, πενιχρῷ βέλτερον ἀνδρί.

Repono τεθνάμεναι, id quod poſtulat verſus ratio. *Daviſius.*

M. 34 Jam iſtuc quidem nihil negotii eſt : ſed etiam 16
majora molior. A. Quo modo hoc nihil negotii eſt ?
aut quæ ſunt tandem iſta majora ? M. [s] Quia, quoniam
poſt mortem nihil eſt mali, ne mors quidem eſt malum:
cui proximum tempus eſt poſt mortem, in quo mali
nihil eſſe concedis : ita ne moriendum quidem eſſe
malum eſt. [t] id eſt enim, perveniendum eſſe ad id,
quod non eſſe malum confitemur. A. Uberiùs iſta
quæſo. hæc enim ſpinoſiora, priùs, ut confitear, me
cogunt, quàm ut aſſentiar. ſed quæ ſunt ea, quæ di-
cis te majora moliri ? M. 35 Ut doceam, ſi poſſim,
non modò malum non eſſe, ſed bonum etiam eſſe mor-
tem. A. 36 Non poſtulo id quidem, habeo tamen audi-
re. 37 ut enim non efficias quod vis, tamen, mors ut
malum non ſit, efficies. ſed nihil [v] te interpellabo.
continentem orationem audire malo. M. Quid ? ſi te 17
[x] rogavero aliquid, nonne reſpondebis ? A. 38 Super-
bum

[s] *ita Daviſ. è MS. alii* Quoniam ſi poſt.

[t] idem enim *MS. R.*

[v] te *abeſt à MS.*

[x] erogavero *MS.*

34. *Jam iſtuc quidem nihil negotii: ſed etiam majara molior.*] Quadrigam hanc verborum ultimorum abgregant tres Pall. ſecund. tert. quart. item Fab. & Pithœan. Ulrich. ſed cùm ſequentia requirere videantur, *quæ tandem ſunt iſta majora*; & repetatur in fine capitis, *ſed quæ ſunt ea, quæ dicis te majora moliri?* non ſum auſus obſecundari. *Gebhard.*

35. *Ut doceam, ſi poſſim, non modò malum non eſſe, ſed bonum etiam eſſe mortem.*] Elegantior mihi videtur collocatio Victorii, *non modo malum non eſſe mortem, ſed bonum etiam eſſe.* quò inclinat quintus repræſentando, *non modò malum non eſſe mortem, ſed bonum eſſe.* Sed quoniam vulgarem tuentur fere omnes Mſſ. non permiſi mihi aliquid novare. *Idem.*

36. *Non poſtulo id quidem; habeo tamen audire.*] Suus antiquitati honos habeatur ex antiquiſſimis libris Pall. & optimis. *Habeo* enim eſt *aveo:* ſicque ſecundus, tertius, quartus. eâdem facie reſtituit Cl. Gruterus Salluſtium, Epiſtolâ Catilinæ ad Catulum. quem vide. *Idem.*

37. *Ut enim efficias quodvis, tamen mors ut malum non ſit, non efficies.*] Aliter hunc locum concepi in Crepundiis ex Pal. pr. ſed cùm jam hanc lectionem Fabr. omniumque optimus Pal. quartus liberaliter ingerat, ut merum clarorem; ſpernere nefas duxi. Vulgò in omnibus edd. malè luxata ſunt: *Ut enim non efficias quod vis, tamen, mors ut malum non ſit, efficies*, quod ego non intelligo. *Idem.*

38. *Superbum.*] Qui non reſpondet interroganti *ſuperbus* ſignato verbo nominatur. Ob hoc dixit M. Tullius epiſtolâ quadam: *Partim ſuperbum te eſſe dicunt, quod nihil reſpondeas, partim contumelioſum, quod malè reſpondeas.* Et apud Livium ait nuntius Sexto Tarquinio, *patrem Tarquinium ſuperbiâ inſitâ ingenio nullam vocem emiſiſſe.*

ii. bum id quidem *y* eſt. ſed, niſi quid neceſſe erit, 39 malo ne roges.

IX. M. Geram tibi morem, & ea, quæ vis, ut potero, explicabo, nec tamen quaſi Pythius Apollo, certa ut ſint & fixa, quæ dixero: ſed ut homunculus unus è multis, probabilia conjecturâ ſequens. ultra enim quò progrediar, quàm ut [z] veri [a] videam ſimilia, non habeo. certà dicent ii, qui & percipi ea poſſe dicunt, & ſe ſapientes eſſe profitentur. A. Tu, ut videtur. nos ad audiendum parati ſumus.

z verisimilia videam *alii*, *&* *MS. R.*
P. CLII.
a dicam *alii.*

18 M. Mors igitur ipſa, quæ videtur notiſſima res eſſe, quid ſit primùm eſt videndum. ſunt enim, qui diſceſſum animi à corpore putent eſſe mortem. ſunt, qui nullum cenſeant fieri diſceſſum, ſed unà animum & corpus occidere, 40 animumque in corpore exſtingui. qui diſcedere animum cenſent, alii ſtatim diſſipari, alii diu permanere, alii ſemper. Quid ſit porrò ipſe animus, aut ubi, aut unde, magna diſſenſio eſt. aliis cor ipſum animus videtur: ex quo excordes, vecordes concordesque dicuntur: 41 & Naſica ille prudens, bis conſul, Corculum, &

Egre-

ſiſſe. apud eundem ait Hanno: *Si reticeam, aut ſuperbus aut obnoxius videar.* Beroaldus.

39. *Malo non roges.*] Sic uterque Codex Norvic. cum Petrenſi, nec aliter locutus eſt Cæſar lib. VII. B. G. cap. 17. *Præſtare omnes perferre acerbitates, quàm non civibus Romanis —— parentarent*, quem locum inanibus conjecturis fatigarunt Petr. Ciacconius & D. Voſſius, dum hic, *quam ut non parentarent*, ille, *quam non parentare*, legendum exiſtimat. Vulgg. *malo ne roges*, quod eſt à Correctoribus, qui alteram loquendi rationem non eſſe ſanam ſtatuerunt. *Daviſius.*

40. *Animumque cum corpore exſtingui.*] Hæc verba in veteribus quibusdam codicibus non inveniuntur: itaque merito amicus meus, homo doctiſſimus, è libro ſuo delebat, quaſi eſſent σχολιαστικὰ ab aliquo adjecta, qui voluerit præcedentem ſententiam παραφραστικῶς exponere. *Urſin.* *Animumque in corpore exſtingui.*] Ita quinque Pall. Mart. Gembl. Fab. Fith. Vatic. Ulr. & editio Victorii. rectè: nam animus ex Epicuri ſententiâ exſtinguitur ſtatim; corpus ſenſim extabeſcit, ſed vulgarem videtur ſtabilire Claudianus in IV. Conſul. Honorii Auguſti Panegyr. v. 233. *Illæ cum corpore lapſæ Intereunt &c.* quamvis ille alio dicat. *Gebhard.* *In* habet etiam MS. R.

41. *Et Naſica ille prudens.*] De hoc in Br. *Publium etiam Scipionem Naſicam, qui eſt corculum appellatus, qui etiam bis conſul & cenſor fuit, habitum eloquentem, majoris illius, qui ſacra acceperit,* *filium*

Egregie cordatus homo catus Æliu' Sextus.

Empedocles animum eſſe cenſet, [42] cordi ſuffuſum 19
ſanguinem. aliis pars quædam cerebri viſa eſt animi principatum tenere. aliis nec cor ipſum placet, nec cerebri quandam partem eſſe animum: ſed alii in corde, alii in cerebro dixerunt animi eſſe ſedem & locum. [43] animum

filium dicunt. Corculos & Catos Plinius lib. VII. vult apud Romanos intelligi, qui ſapientiâ præſtiterunt. ſed & corculum, quemadmodum animula præ ſe ferre videtur vehementiam & magnitudinem amoris & gratiæ. *A. Manut.*

42. *Cordi ſuffuſum ſanguinem.*] Immò dicebat Empedocles, cordi ſuffuſum ſanguinem eſſe animi ſedem. *Lambin.*

43. *Animum autem alii animam, ut ferè noſtri declarant nomen.*] Commaſculavi frontem, ut inducerem ex tot MſS. hanc lectionem, puta ſecund. tert. quart. quint. Pall. Mart. Gemb. Vatic. Fab. Pith. Vulgò; *Animum autem alii animam, ut ferè noſtri, declarant nominari.* Gebhard. *Animum autem alii animam.*] Ventum ſive aërem. Lactantius de Opif. Dei cap. 17. *Alii animam dixerunt eſſe ventum, unde anima vel animus nomen accepit, quòd Græcè ventus ἄνεμος dicitur.* Nec aliter Iſidorus Orig. lib. XI. cap. I. Infra cap. 11. *Si anima eſt, fortaſſe diſſipabitur*, ubi plures Codd. ex Gloſſemate repræſentant, *ſi aër eſt.* Ac cap. 19. *Junctùs ex anima tenui.* Illic etiam ſimili vitio Norvic. *aëre.* Acad. Quæſt. lib. II. cap. 39. *Utrum ſit ignis, an anima, an ſanguis?* Sic & alibi Noſter, ut etiam Lucretius, Virgilius aliique ſunt locuti. Vide Nonium Marcellum cap. 4. ac Servium ad Æn. VIII. 403. *Daviſius.* Bentlejus in emendationibus totum hoc, *& agere animam & efflare dicimus, & animoſos, & bene animatos, & ex animi ſententia; ipſe autem* delet, tanquam a mala manu in textum receptum, nulla ratione codicum MStorum habita, in quibus voces iſtæ leguntur, ut aliæ, quibus nulla movetur controverſia. Quid hoc rei eſt? an ita tractanda ſunt omnia, quæ non intelligimus, aut quæ videntur corrupta? Ne ipſe quidem Bentlejus, credo, id in aliis probaverit. Retinendæ ſunt igitur iſtæ voces ab illo damnatæ. Nec video quid tantopere vir celeberrimus de earum abſurditate queratur. Diſputatio eſt de animo & ſede animi, quam quidam ponunt in corde, &c. Romanos autem ſentire animum in anima, ſive oris halitu eſſe, vel inde patet, inquit Cicero, quod voces deductæ ab *anima* adhibentur ad ſignificandum id, quod animi, non animæ eſt proprium. Illud ut exemplis doceat, quoſdam loquendi modos profert, ut *agere animam*, & *efflare animam*, in quorum utroque vox *animam* habet vim τοῦ *animum*, ut & in pleriſque aliis, quæ affert, exemplis Huc etiam pertinet Lucretianum illud à Beroaldo jam ad hunc locum adductum:

Atque animam verbi cauſa cum dicere pergam,
Mortalem eſſe docens: animum quoque dicere credas,
Quatenus eſt unum inter ſe coniunctaque res eſt.

Ceterum locus perſanatus erit, ſi *nomine* legeris pro *nomen*, hoc modo:

mum autem alii animam, ut ferè [b]noſtri declarant nomine. nam & agere animam, & efflare dicimus, & animoſos, & bene animatos, & ex animi ſententia: ipſe autem animus ab anima dictus eſt. Zenoni Stoico animus ignis videtur.

Daviſ.

X. SED HÆC quidem, quæ dixi, 44 cor, cerebrum, animam, ignem, vulgò: reliqua ferè ſinguli, ut [c]multi antè [d]veteres. Proximè autem Ariſtoxenus, muſicus, idemque Philoſophus, 45 ipſius corporis intentionem quandam, velut in cantu & fidibus, quæ harmonia dicitur. ſi ex corporis totius natura & figura, varios motus cieri, tamquam in cantu ſonos. Hic ab artificio ſuo non receſſit, & tamen dixit aliquid, quod ipſum quale eſſet erat multo antè & dictum & explanatum à Platone. 46 Xenocrates animi figuram & quaſi

c multò *Bentl.*

d veteres, prox. *Idem.*

P. B.

modo: *Animum autem alii animam, ut fere noſtri declarant nomine. nam & agere &c.* quod autem Cicero ſubdit, *ipſe autem animus ab anima dictus eſt*, nihil cum ſuperioribus commune habet, ſed eſt aliud argumentum, quo firmat animum eſſe in anima; ſive eum propterea quod in anima ſedem habeat ab ea eſſe dictum. *Verburg.*

44. *Cor, ſanguinem, cerebrum.*] Addidi *ſanguinem* ex antiquo libro vel potius ex ipſo Cicerone. dixit enim proximè: *Empedocles animum eſſe cenſet cordi ſuffuſum ſanguinem.* infra verò, *ſi cor, aut ſanguis, aut cerebrum eſt animus.* &: *Ne tam vegeta mens aut in corde cerebrove, aut in Empedocleo ſanguine demerſa jaceat.* &: *Non eſt certè nec cordis, nec ſanguinis, nec cerebri.* In Lucullo etiam: *Utrum ſit ignis, an anima, an ſanguis?* P. Manut. *Cor, ſanguinem.*] Ultimam vocem addidi ex antiquo Codice, quem laudat Paullus Manutius. Ratio eſt in promptu; nam hanc ſententiam inter reliquas numeraverat Cicero, & eam quidem Critiæ tribuunt, præter Tertullianum ac Macrobium, Ariſtoteles de Anim. lib. I. cap. 2. & Nemeſius Nat. hom. pag. 38 *Daviſius.*

45. *Intentionem ipſius corporis quandam.*] De integritate verbi *intentionem* non liquet. intentio enim corporis cum harmonia quid habet ſimile? diceret, *incentionem*, congruebat magis. *P. Manut.* Merito ob hanc ſententiam à Daviſio reprehenſus eſt Manutius.

46. *Xenocrates animi figuram & quaſi corpus negavit eſſe, verum numerum dixit eſſe.*] Liber Sigonii: *Corpus negavit eſſe ullum, verum numerum dixit eſſe.* ego puto: *Corpus negavit eſſe ullum, numerum dixit eſſe.* nam *ullum* negligentiâ deſcribentium opinor in *verum* eſſe converſum. Præterea, cur *verum numerum* dicat? *Numerum* quidem ſatis eſt. Et in Lucullo: *An ut Xenocrates, mens nullo corpore?* P. Manut. *Et quaſi corpus negavit eſſe, verum numerum dixit eſſe.*] Liber Sigonii repræſentabat, *corpus negavit eſſe ullum, verum numerum dixit eſſe*, unde P. Manutius reponit, *corpus negavit eſſe*

ſi corpus negavit [e] eſſe, verùm numerum dixit eſſe, cujus vis, ut jam [f] anteà Pythagoræ viſum erat, in natura maxima eſſet. ejus doctor Plato triplicem finxit [g] animam: cujus principatum, id eſt rationem, in capite, ſicut in arce, poſuit: & duas partes [h] ſeparare voluit, iram & cupiditatem, quas locis diſcluſit; iram in pectore, cupiditatem [i] ſubter præcordia locavit.

Dicæarchus autem in eo ſermone, quem Corinthi habitum tribus libris exponit, doctorum hominum diſpu- 21
tantium, primo libro multos loquentes facit: duobus Pherecratem quendam Phthiotam ſenem, quem ait à Deucalione ortum, differentem inducit, nihil eſſe omnino animum, & hoc eſſe nomen totum inane, fruſtraque animalia & animantes appellari: neque in homine ineſſe animum, [k] vel animam, nec in beſtia: vimque omnem eam, quâ vel agamus quid, vel/ſentiamus, in omnibus corporibus vivis [l] æquabiliter eſſe [m] fuſam, nec ſeparabilem à corpore eſſe, quippe quæ nulla ſit, nec ſit quidquam, niſi corpus unum & ſimplex, ita figuratum, ut temperatione naturæ vigeat & ſentiat.

Ariſtoteles longè omnibus (Platonem ſemper excipio) præſtans & ingenio & diligentiâ, cùm quattuor [47] no- 22
ta illa genera principiorum eſſet complexus, è quibus omnia orirentur, quintam quandam naturam cenſet eſſe, è qua ſit mens. cogitare enim, & providere, & diſcere, & docere, & invenire aliquid, & tam multa alia, meminiſſe, amare, odiſſe, cupere, timere, angi, lætari: hæc & ſimilia eorum in horum quattuor
generum nullo ineſſe putat. quintum genus adhibet, P. CLIII.
vacans nomine: & ſic ipſum animum, [48] ἐντελεχίαν appel-

e eſſe verum, num MS. R.
f ante MSS.
g animi naturam MS.
animum. Bentl.
h parere MS.
i ſubtus MS.
k vel anim. deeſt in MS. & Bentl. delet.
l æqualiter MS.
m perfuſam MS.

eſſe ullum, numerum dixit eſſe, voculâ temere deletâ, quòd *verum* pro adjectivo, non, ut par erat, pro conjunctione habuit. *MS.* Norvic. exhibet, *& quaſi corpus negavit eſſe, illum vero numerum dixit eſſe*, quæ vera & elegans eſt lectio. *Daviſius.* Celeberr. Bentlejus in Emendationibus legit: *& quaſi corpus negavit eſſe ullum: merum numerum dixit eſſe.*

47. *Nota illa genera.*] Primam vocem, quam temere omiſerant D. Lambinus & Janus Gebhardus, ex MSto Petr. & editt. antiquis revocavi. Vult autem ignem, aquam, aërem & terram. Julius Firmicus de Error. Prof. Relig. pag. 1. *Quatuor elementa eſſe principia creaturarum nemo eſt qui dubitat, id eſt, ignem, aquam, aërem & terram.* Vide & inter alios Lactantium Div. Inſt. lib. II. cap. 12. *Daviſius.*

48. Ἐντελέχειαν.] Non eſt nomen quintæ illius ætheræ naturæ,

pellat novo nomine, quaſi quandam continuatam motionem & perennem.

XI.

ræ, quam fingit Ariſtoteles eſſe eorum, quæ interire & corrumpi non poſſint; ſed ἴδια ſint, cum in his tribus libris animæ naturam ἐντελέχειαν eſſe doceat, quod ipſum novum nomen uſurpavit illa de re. Quid autem illos moverit, ut Ciceronis rejicerent hanc interpretationem perennis & continuatæ motiónis, non video. Certe enim ἐνδελεχὲς, unde appellatio illa cadit, perennitatem & continuationem ſignificat: eamque vegetam & vigentem, quibus motus abeſſe nequit. propterea & Ariſtoteles Phyſicis corporibus attribuit ἐντελέχειαν, & oppoſuit τῇ δυνάμει, ut illius vita & vigor intelligeretur, quorum utrumque in motu eſt. ἐνδελεχῶ: dixit Plato cùm alibi, tum in Timæo. Et celebratur verſus proverbialis:

Πέτρην κοιλαίνει ῥανὶς ὕδατος ἐντελεχείη.

Quam ſententiam Ovidius alicubi & ante illum Lucretius dixit his verſibus:

Nam leviter quamvis crebro quod tunditur ictu,
Vincitur in longo ſpatio tamen atque labaſcit.
Nonne vides etiam guttas in ſaxa cadentes
Humoris longo ſpatio pertundere ſaxum?

Sed diſcrimen aliqui ſcriptionis opponunt. nam in hac ſignificatione δ, non τ, ſecundam ſyllabam incipere. quod eſt inane. Nihil enim ſignificationis diverſæ mutata litera affert. ſed ut τ in aliarum multarum locum, ita litteræ δ quoque hoc in verbo ſucceſſit. Quod ipſum & Lucianus in jocoſa ſua accuſatione fecit δ contra τ dicere. Ἐντελέχειαν, inquit, *abſtulit litera δ & ſic efferre poſtulat contra fas & jus omne.* Hoc ipſum explanatio Ariſtotelicæ ſententiæ, ſi à nobis afferri poſſet, niſique aliunde mallemus exſpectare, admodum confirmatura eſſet, ſic ſe habere, ut dixi. Interea tamen hoc, ut ſpero, conſequemur, ut quaſi ampliato reo non damnetur hic locus erroris, ſaltemque aliquis dicat, non liquere ſibi, ſi accedere nobis nolit. *Camerar.* Ἐντελέχειαν —— *perennem.*] Notat Dionyſ. Lambinus lapſum eſſe Ciceronem; ἐντελέχεια enim non eſt motio, ſed vis per ſe continenter & perpetuo movens, qualis eſt animus. Verum ipſo Tullio haud minus erravit vir doctiſſimus; nam Ariſtoteles omnem motum animo denegavit. Juſtinus Martyr Cohort. ad Græcos pag. 6. ed. Commel. Ἀριστοτέλης δὲ ἀκίνητον αὐτὴν (ψυχὴν) εἶναι φησὶν, πάσης κινήσεως προηγουμένην. Macrobius in Somn. Scip. lib. II. cap. 14. *Ariſtoteles vero adeo non adquieſcit, ut animam non ſolum ex ſe non moveri, ſed ne moveri quidem penitus conetur aſſerere.* Et, ne res quæſtioni ſit, ipſe Stagirita lib. I. de Anim. fuſe contra Platonicos diſputat, qui animæ motum tribuerunt. Hac voce, quantum aſſequor, nihil præter formam intellexit philoſophus, quæ corpus inanime reddit animatum ſeu vitæ particeps; ἐντελέχειαν autem nominavit οἷον τῇ ὕλῃ τὸ τέλειον ἐπεισάγουσαν, ut loquitur Æneas Gazæus in Theophr. pag. 376. Nemeſius de N. H. pag. 41. Οἱ μὲν ἄλλοι τὴν ψυχὴν εἶναι λέγουσιν οὐσίαν, Ἀριστοτέλης

δὲ

XI. NISI QUÆ me fortè fugiunt, hæ ſunt ferè omnium de animo ſententiæ. Democritum enim magnum quidem illum virum, ſed levibus & rotundis corpuſculis efficientem animum concurſu quodam fortuito, omittamus. nihil eſt enim apud iſtos, quod non atomorum turba conficiat.

Harum ſententiarum quæ vera ſit deus aliquis vide- 23
rit: quæ veriſimillima magna quæſtio eſt. utrùm igi-
tur [n] inter has ſententias dijudicare [o] malumus, an ad n inter
propoſitum redire? A. Cuperem equidem utrumque, ſi *delet Lamb.*
poſſet: ſed [p] eſt difficile [q] confundere. quare ſi, ut iſta o malis *MS.*
non differantur, liberari mortis metu poſſumus, id aga- p eſſe
mus. ſin id non poteſt, niſi hac quæſtione animorum *Bentl.*
explicata, nunc, ſi videtur, hoc: illud, aliàs. M. q non
Quod malle te intelligo, id puto eſſe commodius. effi- conf. *alii.* confutare
ciet enim ratio, ut quæcumque vera ſit earum ſenten- *MS.* confi-
tiarum, quas expoſui, mors aut malum non ſit, aut ſit tere *Bentl.*
bonum potiùs.

Nam ſi cor, aut ſanguis, aut cerebrum eſt animus, 24
certè, quoniam eſt corpus, interibit cum reliquo corpore: [49] ſi anima eſt fortaſſe, diſſipabitur: ſi ignis, extin-

δὲ καὶ Δεινάρχῳ ἀνέστιον. Vide lib. II. de Anim. cap. I. ac Chalcidium in Platonis Tim. p. 310. ſeqq. *Daviſius.*

49. *Si aër eſt, fortaſſe diſſipabitur.*] Sermo eſt de animo, id eſt περὶ ψυχῆς. Exponit autem varias diverſorum opiniones de ejus natura. Quamvis igitur ſententia eadem ſit: quia tamen alia, ab hac recepta, vetuſta eſt lectio, viſum eſt hoc non præterire. Pro *aër* enim *anima* eſt in manuſcriptis: quod ſanè ſincerum eſſe puto. animadverti enim in laceris illis partibus, quæ reſtant libri de Univerſitate, *animam* etiam pro *aëre* ſumptam eſſe: ſed hoc in antiquis exemplaribus perſpexi: nam in vulgaribus idem quod hic mendum inoleverat. In illis autem ſic legitur: *Quod tum eveniet, cùm illa, quæ ex igni, aqua, anima atque terra turbulenta & rationis expertia inſederint, ratione depulerit.* Capi autem ibi *animam* pro *aëre* dubium eſſe non poteſt, cum quatuor ea, quæ appellantur elementa, nominentur: ſed ex Græco præcipuè codice manifeſtum fit, ubi illa eodem ordine exponuntur: & non multo infrà in iiſdem: *Particulas ignis, & terræ, & aquæ, & animæ à mundo, quas rurſus redderent, mutuabantur.* Cum autem *aër* Græca vox ſit, quamvis uſu recepta pòſt fuerit à Latinis, veriſimile eſt ſuam etiam & propriam quandam eos habuiſſe, quâ illud elementum appellarent ante quàm hanc à Græcis mutuarentur. eam autem ego exiſtimo hanc fuiſſe, cujus fortaſſe vario multiplicique ſignificatu offenſi Græca uti maluerunt. Quamvis autem omnibus notum eſſe poſſit *aërem* Græcum nomen eſſe, ut tamen certius

ſtinguetur : 50 ſi eſt Ariſtoxeni harmonia, diſſolvetur. Quid de Dicæarcho dicam, qui nihil omninò animum [r] dicat eſſe ? His ſententiis omnibus nihil poſt mortem pertinere ad quemquam poteſt. pariter enim cum vita ſenſus amittitur. non ſentientis autem, nihil eſt, ullam in partem quod interſit. reliquorum ſententiæ ſpem afferunt, ſi te fortè hoc delectat, poſſe animos, cùm è corporibus exceſſerint, in cælum, quaſi in domicilium ſuum, pervenire. A. Me verò delectat: idque, primùm ita eſſe [s] velim: deinde, etiam ſi non ſit, mihi tamen perſuaderi velim.

r dicit *conj. Lamb.*

P. B. s velim *quad. edd. non habent.*

M. Quid tibi ergo operâ noſtrâ opus eſt ? num eloquentiâ Platonem ſuperare poſſumus ? evolve diligenter

25 ejus eum librum, qui eſt de animo : amplius quod deſideres nihil erit. A. Feci mehercule, & quidem ſæpius, ſed neſcio quo modo, dum lego, aſſentior: cùm [t] poſui librum, & mecum ipſe de immortalitate animorum cœpi cogitare, aſſenſio omnis illa [v] elabitur. M. Quid hoc? dasne aut manere animos poſt mortem, aut morte ipſa interire ? A. Do verò. M. Quid, ſi maneant? A. Beatos eſſe concedo. M. [x] Si intereant? A. Non eſſe miſeros, quoniam ne ſint quidem. [y] jam iſtuc, coacti à te, paullo antè conceſſimus. M. Quo modo igitur aut cur mortem malum tibi videri dicis, quæ aut beatos non efficiet, animis manentibus, aut non miſeros, ſenſu carentes?

t depoſui *MS.*

v illabitur *MS.* dilabitur *conj. Lamb.*

x Sin int. *MS.*

y nam *conj. Lamb.*

26 XII. A. EXPONE igitur, niſi moleſtum eſt, primùm

hoc ſit, docet Cicero lib. II. de Natura Deorum his verbis: *Principio enim terra ſita in media parte mundi, circumfuſa undique eſt hac animali ſpirabilique natura, cui nomen eſt aër.* Græcum illud quidem, ſed receptum tamen uſu a noſtris : tritum eſt enim pro Latino. Item in particula primi libri, quæ reſtat librorum Academicorum ad Varronem: *Itaque aër quoque* (*utitur enim pro Latino*) *ignis, aqua & terra prima.* Adeo autem jam tunc invaluit Græcum hujus elementi nomen, ut ſæpius Græco quàm Latino Romani uterentur: nunc autem Latinum adeò antiquatum eſt & inuſitatum, ut ferè ab omnibus ut ignotum repudietur & deleatur. *Animum* autem ſæpius quàm *animam* τὴν ψυχὴν appellari à Cicerone compertum eſt : & ſic in antiquis exemplaribus locus ille in IIII. de Natura Deorum legitur : *At enim quærit apud Xenophontem Socrates unde animum arripuerit, ſi nullus fuerit in mundo.* Victor.

50. *Si ex Ariſtoxeni harmonia.*] Vetus liber, *Si eſt, ut Ariſtoxeni harmonia,* Urſin.

51. An

mùm [z] animos, ſi potes, remanere poſt mortem: tum, ſi minùs id obtinebis: (eſt enim arduum) [a] docebis carere omni malo mortem. ego enim iſtuc ipſum vereor, ne malum ſit, non dico carere ſenſu, ſed carendum eſſe. M. [51] Auctoribus quidem ad iſtam ſententiam, [52] quam vis obtineri, uti optimis poſſumus; quod in omnibus cauſis & debet & ſolet valere plurimùm: & primùm quidem omni antiquitate; quæ quo propiùs aberat ab ortu & divina progenie, hoc meliùs ea fortaſſe, quæ erant vera, cernebat.

z ſi potes; animos *MS. R.*
a doce ſis *Gul. conj.*

Itaque unum illud erat inſitum [53] priſcis illis, quos [b] Caſcos appellat Ennius, eſſe in morte ſenſum, [54] neque exceſſu vitæ ſic deleri hominem, ut funditus interiret: 27

b Caſſos *MS. R.*

51. *Auctoribus quidem ad iſtam ſententiam, quam vis obtineri, uti optimis poſſumus.*] Codex Fabricianus, *quamvis obtineri difficilem, uti &c.* præclarè. Dixerat enim paullò ante: *ſi minus id obtinebis, eſt enim arduum.* Adeò ut, *obtineri difficilis*, dicatur uſitato in primis Horatio Helleniſmo, quæ difficulter obtinetur. Sententia ſic. Idem Horatius, *Facilis teneri.* Gebhard.

52. *Quam vis obtineri.*] Legendum puto *obtinere*, prout exhibent editt. Ven. & Steph. à qua non abeunt MSti, quibuscum eſt collata. Eorum alter repræſentat, *auctoritatibus quidem ad iſtam ſententiam, quam vis obtinere, obtinendam, uti &c.* quæ ſane lectio aurei ævi ſimplicitatem redolet. Codex Fabric. habet, *quamvis obtineri difficilem.* Helleniſmus eſt ſatis notus, quem, ſi plurium MSS. auctoritate niteretur, non repudiarem. *Daviſius.*

53. *Priſcis illis, quos Caſcos.*] *Priſcos* Ennius vocavit *Caſcos* illo verſu:

Quam primum Caſci populi genuere Latini.

Hac voce uſus eſt Papinius in Epigram. quod in adoleſcentem fecerat. *Ridiculum eſt*, inquit, *cum te Caſcum tua Caſca dicit.* Et Manilius, *Caſcum duxiſſe Caſcam non mirabile eſt.* id eſt, vetulam nupſiſſe ſeni. Vocem ipſam à Sabinis ad Oſcos defluxiſſe tradidit Varro. *A. Manut.* *Quos Caſcos appellat Ennius.*] Hieronymus ad Nitiam Tom. I. fol. 97. ad Froben. *Rudes illi Italiæ homines, quos Caſcos Ennius appellat.* Reſpiciunt Cicero ac Presbyter Stridonenſis ad verſum, quem profert Varro lib. VI. L. L. pag. 50. ubi ille, *Caſcum ſignificat vetus. Ejus origo Sabina, quæ uſque radices in Oſcam linguam egit. Caſcum vetus eſſe ſignificat Ennius, cum ait:*

Quam primum Caſci populi genuere Latini.

Ibidem oſtendit Romanorum doctiſſimus, Manilium & Papinium eadem voce uſos eſſe, quam etiam Feſtus explicat, ac adhibet A. Gellius, imitator veterum fidiſſimus. *Daviſ.*

54. *Neque exceſſu vitæ ſic deleri.*] Nihil mutant Mſſ. & edd. Alii tamen *neque exceſſu è vitâ.* alii *exceſſu hominum.* Sed *exceſſus vitæ* eſt, cum vita exit. *Gebhard.*

iret : idque cùm multis aliis rebus, [55] tum è pontificio jure & cæremoniis ſepulcrorum intelligi licet : quas
P. CLIV. maximis ingeniis præditi nec tantâ curâ coluiſſent, nec violatas tam inexpiabili religione ſanxiſſent, niſi [c] hæſiſſet in eorum mentibus, mortem non interitum eſſe omnia tollentem atque delentem, ſed quandam quaſi migrationem commutationemque vitæ, quæ in claris viris & fæminis dux in cælum ſoleret eſſe : in ceteris humi [d] & [e] retineretur & [f] permaneret tamen.

28 Ex hoc & noſtrorum opinione,

Romulus in cælo cum diis [g] *agit ævum*,

ut famæ aſſentiens dixit Ennius : & apud Græcos, indeque [h] perlapſus ad nos, & uſque ad Oceanum Hercules tantus & tam præſens habetur deus. hinc Liber [i] deus, [k] Semele natus, eademque famæ celebritate [56] Tyndaridæ fratres : qui non modò adjutores [57] in præ-

c hæreret *MS. R.*
d & *non eſt in MS. R.*
e retineret *ed. vett.*
f permaneret *aut* permanerent *edd. vett.*
g *genialibus ævum Degit.* Lamb.
h prolapſus *MS.*
i deus *non eſt in multis nec in MS. R.*
k de Semele *alii.*

55. *Tum è pontificio jure — ſanxiſſent.*] Eadem [illegible] Prudentii Cathem. Hymn. x. 53.

Quidquam ſibi ſaxa cavata,
Quid pulchra volunt monumenta?
Res quod niſi creditur illis
Non mortua, ſed data ſomno.

Ad rem ipſam quod attinet, *pontificio jure ſanctitudo ſepulcri*, ut ait Cicero apud Nonium v. *Sanctitudo.* Ac Phil. IX. pag. 2626. *Sepulcrorum ſanctitas in ipſo ſolo eſt, quod nulla vi moveri neque deleri poteſt.* Vide etiam lib. II. de Legg. cap. 22. Hinc eorum violatio peſſimum facinus habebatur, id quod eleganter docet Phædrus lib. I. Fab. 27. Seneca Epigr. IV.

Sacrilegas buſtis abſtinuere manus;

& Idas propter abreptam ab Apharei tumulo columnam fulmine percuſſus eſt, ut refert Theocritus Idyll. XXII, 207. non mirum igitur, ſi jure Romano graves pœnæ in iſtius ſceleris reos ſunt conſtitutæ, de quibus egit Jac. Gutherius Jur. Man. lib. III. cap. 25. *Daviſius.*

56. *Tyndaridæ fratres ——— perhibentur.*] Hoc ſæpius accidiſſe dicitur; ſed Noſter bellum Macedonicum, quo devictus eſt Perſes, præcipue reſpicit. Minutius Felix Octav. cap. 7. *Teſtes equeſtrium fratrum in lacu, ſicut oſtenderant, ſtatuæ conſecratæ, qui anheli, ſpumantibus equis atque fumantibus, de Perſe victoriam eadem die, qua fecerant, nuntiaverunt.* Latinus Pacatus Paneg. XII. cap. XXXIX. 4. *Credidere majores, Caſtoras geminos, albentibus equis & ſtellatis apicibus inſignes, pulverem cruoremque Theſſalicum, aquis Tiberis abluentes, & nuntiaſſe victoriam, & imputaſſe militiam.* His adde ſcriptores quos laudat Joan. Freinſhemius ad Flori lib. II. cap. 12. *Idem.*

57. *In præliis victoria &c.*] Rectè ſane vetus codex, ſiquidem is eſt

prœliis victoriæ populi Romani, ſed etiam nuntii fuiſſe perhibentur. Quid? Ino, Cadmi filia, nonne Leucothea nominata à Græcis, Matuta habetur à noſtris? quid? totum propè cælum, ne plures perſequar, nonne humano genere completum eſt?

XIII. SI VERÒ ſcrutari vetera, & ex his ea, quæ 29
ſcriptores Græciæ prodiderunt, eruere coner: ipſi illi, majorum gentium dii qui habentur, [l] hinc à nobis profecti in cælum reperientur. [m] 58 Quære, quorum demonſtrantur ſepulcra in Græcia: reminiſcere, quoniam es initiatus, quæ tradantur [n] 59 myſteriis: tum denique, quàm

l hinc nobis *MS.* R.
m Quæ quor. *MSS.*
n myſticis *MS.*

eſt uſpiam, nam citatur tantum in margine editionis Lambinianæ: *In prœliis populi Romani, ſed etiam victoria nuntii eſſe perhibentur.* Verburg.

58. *Quare, quorum demonſtr.*] Etiam invenio ita ſcriptum, *Quæ, quorum demonſtr.* non ſanè, ut mihi quidem videtur, inconvenienter. Ut autem de aliis taceamus, Jovis certe ſepulchrum Cretenſes oſtendere ſolitos, & ob hanc etiam cauſam mendacio infames fuiſſe accepimus. Etſi aliqui fuiſſe inſcriptionem hanc tradidere, *Μίνωος τοῦ διὸς τάφος*. & vetuſtate obliterato primo nomine remanſiſſe, *τοῦ διὸς τάφος*. Aliqui Picum fuiſſe quendam potentem & dominum totius Occidentis, qui Juppiter cognominaretur. Hunc, cum vixiſſet annis cxx. tradito regno filio ſuo Mercurio, mandaſſe corpus ſuum humari in inſula Creta. quod & factum & ita inſcriptum eſſe in monumento: *Ἐνθάδε κεῖται θανὼν Πῖκος καὶ ζεύς.* Myſteria autem in Græcia arcana quædam ſacra erant, quibus initiati certiora de divinis rebus tenere putabantur quàm vulgo ſciri utile eſſet. itaque myſteria enuntiare capite ſancitum fuit. Præcipua Eleuſinia Cereris & in Samothracia; ſed & alia alibi fuere. Confirmatam dicit deinceps hanc opinionem, remanentis vitæ apud imperitos, non ratione, ſed viſis quibusdam, quæ *φαντάσματα* dicuntur. Sequitur teſtimonium conſenſus omnium de immortalitate animorum. quod recitat primum comparatione firmatum. Maximum enim argumentum dicit eſſe, quod Dii ſint, quia nemo non eſſe ſentiat. ſimiliter & maximè probari immortalitatem animorum, conſenſione de hac omnium. deinde naturali cura & reſpectu poſteritatis. *Camer.*

59. *Myſteriis ſacris.*] Secluſa ſacra antiquitùs dicebantur, quæ Græci myſteria appellant, unde Myſtæ dicti ſacerdotes, ut apud Auſonium, & Senecam, & Papinium. Et Symmiſtæ conſacerdotes eisdemque ſacris initiati, qua dictione Apulejus, Sidonius, Hieronymus utuntur. In myſteriis autem tradebantur multa arcana, quæ in vulgus annuntianda non ſunt, cum, auctore Tertull. omnibus myſteriis ſilentii fides debeatur. Symbola quædam ſunt myſtica, quæ docent homines fuiſſe, qui pro Diis colebantur. Lege Euſebium in Præp. Evang. In ſacris Iſidis & Serapidis erat ſimulacrum, quod digito labiis impreſſo admonere videretur,

quàm hoc latè pateat, intelliges. Sed qui nondum ea, quæ multis pòſt annis tractari cœpiſſent, phyſica didiciſſent, tantum ſibi perſuaſerant, quantum naturâ admonente cognoverant: rationes & cauſas rerum non tenebant: viſis quibusdam ſæpe movebantur, hisque maximè nocturnis, [60] ut viderentur ii, qui vitâ exceſſerant, vivere.

30 [o] Ut porrò firmiſſimum hoc afferri videtur, cur deos eſſe credamus, [61] quòd nulla gens tam fera, nemo omnium tam ſit immanis, cujus mentem non imbuerit deorum opinio, multi de diis prava ſentiunt. id enim vitioſo more effici ſolet. omnes tamen eſſe vim & naturam divinam arbitrantur. nec verò id collocutio hominum aut conſenſus efficit: non inſtitutis opinio eſt confirmata, non legibus. Omni autem in re conſenſio omnium gentium lex naturæ putanda eſt. quis eſt igitur, qui ſuorum mortem primùm non eò lugeat, quòd eos orbatos vitæ commodis arbitretur? Tolle hanc opinionem: luctum ſuſtuleris. nemo enim mæret ſuo incommodo. dolent fortaſſe & anguntur: ſed illa lugubris [p] lamentatio fletusque mærens ex eo eſt, quòd eum, quem dileximus, vitæ [q] commodis privatum arbitramur, idque ſentire. Atque hæc ita ſentimus naturâ duce, nulla ratione nullâque doctrinâ.

P. B.

o At porro *Lamb.*

p ejulatio *alii.*

q commodo *MS.*

31 XIV. MAXIMUM verò argumentum eſt, naturam ipſam de immortalitate animorum tacitam judicare, [62] quòd omnibus curæ ſunt, & [r] maximè quidem, quæ poſt

r maximæ *Lamb.*

ut ſilentium fieret, quod ſignificat, ut inquit Auguſtinus, ut homines eos fuiſſe taceretur. Dicebatur autem monitor ille ſilentii deus Harpocrates, de quo idonei ſcriptores non pauca: de quo Catullianum eſt illud, *Factum me eſſe puta Harpocratem.* Beroald.

60. *Ut viderentur ii, qui vitâ exceſſerant, vivere.*] Scribendum, *ut viderentur eis, qui &c.* ita enim eſt in manuſcripto, & ita omnino videtur legendum. *Urſin.*

61. *Quod nulla gens tam fera, nemo omnium tam ſit immanis.*] *Nemo hominum* habet antiquus liber, pro, *omnium*, & ita paullo poſt, *& religione hominum conſecrata*, pro *omnium.* Idem.

62. *Quòd omnibus curæ ſunt, & maximè quidem.*] Si res mei arbitrii foret, totum hunc complexum orationis ex ſecundo Pal. refingerem. *Maximum verò argumentum eſt, naturam ipſam de immortalitate animorum tacitam judicare, quod omnibus curæ ſunt eorum maximè quidem, quæ poſt mortem futura ſint.* quæ per ſe liquidiſſima ſunt, ſed idem Codex pro *ſunt*, *ſit* exhibet. *Gebhard.*

63. U

poſt mortem futura ſint. *Serit arbores, quæ alteri ſæculo proſint*, [63] ut ait Statius in Synephebis: quid ſpectans, niſi etiam poſtera ſæcula ad ſe pertinere? Ergo arbores [s] ſeret diligens agricola, quarum adſpiciet baccam ipſe numquam: [64] vir magnus leges, inſtituta, [65] rempublicam non ſeret? Quid procreatio liberorum, quid propagatio nominis, quid [66] adoptiones filiorum, quid teſta-

s ſerit MS.

63. *Ut ait Statius in Synephebis.*] Pall. quatuor & Pithei omnes clare ad oculum, *Ennius.* ceterùm optimi duo libri Pal. quart. & Fabr. omninò abdicant. & videtur ejiciendum; modò revoces provocabulum *Ille* aut tale quid: aut referas ad ſequens *Agricola.* Gebhard. *Ut ait Statius in Synephebis.*] Cæcilium Statium dicit in Comœdia clarum. cui palmam dedit Vulcatius Sedigitus apud Gellium N. A. lib. xv. c. 24. de cujus etiam nomine videas licet lib. iv. cap. 20. Pall. quatuor & uterque Norvic. Ennii nomen præ ſe ferunt: Petrenſis à prima manu, cum aliis nonnullis, exhibet, *ut ait in Synephebis*, quam veram eſſe ſcripturam contendit Janus Gebhardus, modo pronomen *ille* vel tale quid revocetur, ut ſubaudiri poſſit *Agricola*; cui equidem non adſentior: nec iis etiam MSS. fidem habeo, in quibus eſt, *ut ait Ennius in Synephebis*; Ennium enim opus hoc titulo inſignitum ſcripſiſſe non conſtat; at Cæcilium in Synephebis laudat Nonius Marcellus v. *Collum* cap. 3. Præterea Cicero de Senect. cap. 7. hunc ipſum verſum ita profert:

Serit arbores, quæ alteri ſæculo proſint,

ut ait Statius noſter in Synephebis. Ubi codices nihil variant, quod receptam lectionem abunde tuetur; nec Janum Gruterum ſequor, qui lib. 1. N. D. cap. 6. ubi eadem fabula citatur, Statii nomen exterminat, licet in nonnullis libris omittatur, in aliis Plautus, in aliis Terentius exaretur. *Daviſius.*

64. *Vir magnus leges, inſtituta, Remp. conſeret.*] *Reip. condet* eſt in manuſcripto quodam libro, rectius aliquanto quàm in vulgatis, ſed non plene ſatisfacit. par pari autem melius reſponderet, *Ergo arbores ſeret diligens agricola, quarum aſpiciet baccam ipſe nunquam: vir magnus leges, inſtituta, quæ deſeret.* atque hæc mihi lectio optima videtur. *Urſin.*

65. *Remp. conſeret.*] Si eſt, ut videtur, argumentum à minori, dubitari non licet, quin Cicero ſcripſerit, *Non ſeret?* mutatio quidem in litteris ferè nulla, & ſententia quaſi jacens excitatur, ab interrogante enunciata. Ejuſdem generis illud: *Ergo miles facere poterit, doctus vir ſapienſque non poterit.* Et: *An Scythes Anacharſes potuit pro nihilo pecuniam ducere, noſtrates philoſophi non potuerunt?* Et alibi ſæpe. *P. Manut.* *Remp. non ſeret?*] Sic legendum, non, ut in libb. vulgg. *conſeret. non ſeret* enim habent omnes libb. vett. quos vidi, cum interrogationis nota. præterea aliquot libri ejuſdem notæ, *inſtituta, rempub.* ubi vulgg. habent *inſtituta reip.* quod probo. *Lambin.*

66. *Adoptationes filiorum.*] Sic recte MS. Norvic. & à prima manu Petrenſis. A. Gellius N. A. lib. v. cap. 19. *Quod per prætorem*

 fit,

ſtamentorum diligentia, quid ipſa ſepulcrorum monumenta, quid [t] elogia ſignificant, niſi nos futura etiam cogitare? Quid illud? [v] num dubitas, quin ſpecimen

32 naturæ capi deceat ex optima quaque natura? quæ eſt igitur melior in hominum genere natura quàm eorum, qui ſe natos ad homines juvandos, [x] tutandos, [y] conſervandos arbitrantur? abiit ad deos Hercules. numquam abiiſſet, niſi, cùm inter homines eſſet, eam ſibi viam muniviſſet. Vetera jam iſta & religione [z] omnium conſecrata.

t ellogia aut eclogia alii.
v non dub. MS.
P. CLV.
x tuendosque & MS.
y conſervandosque MS. R.
z hominum MS. omni alius MS.

XV. Quid in hac republica tot tantosque viros ob rempublicam interfectos cogitaſſe arbitramur? iisdemne ut finibus nomen ſuum, quibus vita, terminaretur? Nemo umquam ſine magna ſpe immortalitatis ſe

33 pro patria offerret ad mortem. Licuit eſſe otioſo Themiſtocli, licuit Epaminondæ, licuit, ne & vetera & externa quæram, mihi: ſed neſcio quomodo inhæret in mentibus quaſi ſæculorum quoddam augurium futurorum; idque in maximis ingeniis altiſſimisque animis & exſiſtit maximè, & apparet facillimè. quo quidem dempto, quis tam eſſet amens, qui ſemper in laboribus & periculis viveret? loquor de principibus.

34 Quid poëtæ? nonne poſt mortem nobilitari volunt? unde ergo illud?

[a] Adſpicite, ô cives, ſenis Ennii [b] imagini' formam.
[67] *Hic veſtrûm [c] panxit maxima facta patrum.*

Mercedem gloriæ flagitat ab iis, quorum patres affecerat gloriâ, idemque,

Nemo me lacrymis decoret, nec [d] funera [e] fletu
[f] Facit. cur? volito vivu' per ora virûm.

Sed quid poëtas? opifices poſt mortem [g] nobilitari volunt. quid enim [68] Phidias ſui ſimilem ſpeciem incluſit in

a Inſpicite MS.
b imaginis urnam MS.
c ita Bentl.
d funere MS.
e fletum MS. faxit MS.
f Cur? volito vivus docta per. MS.
g nominicati alii.

ſit, adoptatio dicitur. quod per populum, adrogatio. Tertullianus ad Nat, lib. II. cap. I. *Sed paſſiva & municipalis adoptatio eſt.* Vulgg. *adoptiones*; ſed nos verbum, quod in uſu rariſſimum eſſe notat Jac. Spiegelius, ex Codicibus reducendum putavimus. *Daviſ.*

67. *Hic veſtrûm pinxit maxima facta patrum.*] Ita legitur in quatuor Pall. Ulrich. quintus tantum antiquâ ſcripturâ *pinſit*, *ſ.* pro *x.* ut & Fab. Pith. *Pingere* eſt Poëtarum ποικίλλειν, δαιδάλλειν. vulgò *panxit.* Gebhard.

68. *Phidias ſui ſimilem ſpeciem incluſit in clypeo Minervæ.*] Hanc hiſtoriam ſic refert Auctor libri de Mundo cap. 6. Φασὶ δὲ καὶ τὸν ἀγαλματοποιὸν Φειδίαν κατασκευαζόμενον τὴν ἐν ἀκροπόλει Ἀθηνᾶν

in clypeo Minervæ, cùm inſcribere non liceret? [h] Quid — *h alii* Quid? noſtri.
noſtri philoſophi? nonne in his ipſis libris, quos ſcri-
bunt de contemnenda gloria, ſua nomina inſcribunt?

Quòd ſi omnium conſenſus naturæ vox eſt: omnes- 35
que, qui ubique ſunt, conſentiunt eſſe aliquid, quod
ad eos pertineat, [69] qui [i] vitâ ceſſerint: nobis quoque — P. B. *i* è vita *MS.*
idem exiſtimandum eſt. &, ſi, quorum aut ingenio
aut virtute animus excellit, eos arbitramur, quia natu- — *k* ſint *MS.* R.
râ optimâ [k] ſunt, cernere naturæ [l] vim maximè: veriſi- — *l* vim: maxime veriſ. *Id. MS.*
mile eſt, cùm optimus quisque maximè poſteritati ſer-
viat, eſſe aliquid, cujus is poſt mortem ſenſum ſit ha-
biturus.

XVI. SED UT deos eſſe naturâ opinamur, quales- 36
que ſint ratione cognoſcimus; ſic permanere animos
arbitramur conſenſu nationum omnium: qua in ſede
maneant qualesque ſint, ratione diſcendum eſt. cujus
ignoratio finxit inferos, easque formidines, quas tu
contemnere non ſine cauſa videbare. in terram enim
cadentibus corporibus, hisque humo tectis, è quo di-
ctum eſt humari, ſub terra cenſebant reliquam vitam
agi mortuorum. quam eorum opinionem magni erro-
res conſecuti ſunt: quos auxerunt poëtæ.

Frequens enim conſeſſus theatri, in quo ſunt mulier- 37
culæ & pueri, movetur audiens [70] tam grande car-
men:

[71] *Ad-*

νᾶν, ἐν μέσῃ τῇ ταύτης ἀσπίδι τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ἐντυπώσασθαι καὶ συνδῆσαι τῷ ἀγάλματι διά τινος ἀφανοῦς δημιουργίας· ὥστε ἐξ ἀνάγκης, εἴ τις βούλοιτο αὐτὸ περιαιρεῖν, τὸ σύμπαν ἄγαλμα λύειν τε καὶ συγχεῖν. Videri poterit Latina verſio apud Apulejum de Mundo pag. 187. ed. Lugd. Eodem reſpiciunt Valerius Maximus lib. III. cap. 14, 6. & Noſter de Orat. lib. II. cap. 17. *Daviſius.*

69. *Qui è vita ceſſerunt.*] *Exceſſerint*, pro *ceſſerunt*, habet manuſcriptus liber. *Urſin.* *Cum vitâ ceſſerint.*] Hanc lectionem nobis præſtat quinque Pall. concordia; & Fab. Pith. eſt verò *vitâ cedere*, ut *bonis cedere* ac ſimilia. Vulgò, *cùm è vita ceſſerunt.* ex gloſſâ. *Gebhard.*

70. *Tam grande carmen.*] Tragicum carmen, quod ſequitur, cujuscunque tandem poëtæ ſit, grande dicitur, propter grandem ſonum, quod neceſſariò fit, dum litera *a* octies aperto ore pronuntianda eſt, & propter frequentem ſibilum in pronuntiatione literæ *ſ*, ad quartam vicem repetitæ: ita etiam referuntur in ipſo carmine, quæ maximè afficere poſſint audientes. *A. Manut.*

71. Ad-

quam figuramque quærebant. inde 73 Home[r]
νεκυία· 74 inde ea, quam meus amicus Appius
μαντεία faciebat: inde in vicinia noſtra Averni lac

71. *Adſum atque advenio —— caligo inferum.*] Scopum
giſſe videntur interpretes, qui hosce verſiculos Ennianos e
tuerunt & ex Hecuba Euripidea liberius converſos; illam
fabulam ab Ennio tranſlatam fuiſſe patet ex A. Gellii N.
xi. cap. 4. & huic Triſticho Græci dramatis reſpondet in

Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
Λιπὼν, ἵν' Ἅιδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν.

Priorem verſum, quod fugit editores, ſic laudat Tzetzes
x, 162.

Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνά τε καὶ πύλας ἀφεὶς
Σκότου.

Verum concinnior multo & probior eſt recepta lectio,
præter MSStos ſervat etiam Lucianus Necyom. Tom. 1. pa[g]
Daviſius.

72. *Vix, viâ altâ atque arduâ.*] Nihil mutant omne[s]
Quartus; *Via altâ atque arduâ, viâ aliâ atque aliâ:* ut ap[paret]
locum valde affectum ſeu corruptum eſſe, cui ex conjectur[a]
dicâ ſuccurrebat Gulielmius, pro *vix via*, ariolando *invi[a]*
Gebhard.

73. *Νεκυία Homerica.*] Id eſt illa mortuorum fabula, q[uæ]
Od. Λ. Poſtea invenio ita alicubi ſcriptum, *ea, qua meus*
Appius νεκρομαντεῖα faciebat. atque ita ſanè fuerit paulo
& ſimiliter ψυχομαντεῖα pluraliter dixit in fine libri 1. d[e]
niſi quis malit, *faciebat νεκρομαντεία.* Hæc vox ſignificat

Unde animæ excitantur [o] *obſcura umbra , aperto oſtio*
[75] *Alti* [p] *Acherontis* , [q] *ſalſo ſanguine* , [76] *imagines mortuorum.*

[r] has tamen imagines loqui volunt : quod fieri nec ſine lingua , nec ſine palato , nec ſine faucium [s] laterumve & pulmonum vi & figura poteſt. nihil enim animo videre poterant : ad oculos omnia referebant.

Magni autem eſt ingenii , revocare mentem à ſenſi- 38
bus , & [t] cogitationem à conſuetudine abducere. itaque credo equidem [77] etiam alios tot ſæculis : [78] ſed , quod lit-

o *obſcura umbra* Bentl.
P. CLVI.
p *Acheruntis* alii.
q *fuſo* Bentl.
r has tam. im. *deeſt in MS.*
s laterum & pulm. *MS. R.*
t conſiderationem *MS.*

ſic , *Quæ meus amicus App. νεκρομαντεῖα fac.* Camerar. *Quæ meus Amicus Appius νεκρομαντεῖα faciebat.*] Ψυχομαντεῖα ſcriptum eſt in antiquo. Sed utrumque verbum putat Petr. Ciacconus abundare. *Urſin.* *Inde ea , quam meus amicus Appius νεκρομαντεῖα faciebat.*] Corruptè P. & A. Manutius, D. Lamb. ac Fr. Fabric. ediderunt, *inde ea, quæ meus amicus Appius νεκρομαντεῖα faciebat.* licet iis faveat MS. Norvic. niſi quod ille νεκυομαντεῖα repræſentet : νεκρομαντεῖον enim ſive νεκυομαντεῖον locum denotat , ubi reſponſa dant manes evocati. Vide Herodotum lib. v. cap. 92, 7. & Pollucem lib. I. cap. I. §. 17, 18. Reſcribendum credo , *inde ea , quæ meus amicus Appius νεκρομαντεῖα faciebat.* Adiſis lib. I. de Div. cap. 58. Alter è Norvic. ψυχομαντία, Petr. *neiyomantia*; ſed non opus eſt, nam utrumque dicitur. Heſychius. Νεκυομαντεία, νεκρομαντεία, ſeu per mortuos divinatio. Plinius Hiſt. Nat. xxxv. cap. II. *Athenis Necromantia Homeri.* ubi fruſtra *Necromantian* reponit P. Victor. Var. Lect. lib. v. cap. 15. *Daviſ.*

75. *Alti Acherontis ſalſo ſanguine. imagines mortuorum.*] Hæc Turnebi conjectura erat; eamque ſibi aſſerunt libri Mſſ. tert. Pal. ſic præterea Mart. Gembl. Pithæan. In Pal. quarto ita exſtat: *Alto ante Acherontis* , ut facilè poſſit emendari, *Alto amne Acherontis.* Ceterum legendum putarat propter verſum Gulielm. *Mortuorum imagines.* in Vaticano eſt: *Apertæ oſtio Alto.* Gebhard.

76. *Mortuorum imagines.*] Vulgg. *ſalſo ſanguine , imagines mortuorum*; ſed fide MSti Petrenſis & metri gratiâ voces tranſpoſuimus, quod etiam Jano Gulielmio ex conjectura placuit. Has εἴδωλα καμόντων vocat Homerus, *ſimulacra luce carentum* Lucretius lib. IV. pag. 423. & Virgilius Georg. IV, 472. non quod animas imaginibus ſpeculorum ſimiles poſuerint, quæ, quamvis noſtram referant ſpeciem , corporeæ naturæ expertes omnino ſunt , ut perperam Hieron. Columna in Ennii Fragm. p. 246. ſed quoniam *deprehenditur eſſe quoddam ſimulacrum , quod ad noſtri corporis effigiem inferos petit* , ut loquitur Servius. Vide virum illuſtrem Gilb. Cuperum in Apoth. Hom. pag. 20. ſeq. *Daviſius.*

77. *Etiam alios tot ſeculis de animis.*] Hoc totum , *diſputaſſe de animis* , quod erat in vulgg. non reperitur in libb. vett. & profecto , ſi quis altius perſpiciat attentiusque conſideret, videbit redundare. reperitur enim , ἀπὸ κοινοῦ, *dixiſſe animos &c.* Lambin.

78. Sed

litteris exſtet, [79] Pherecydes Syrius [v] primùm dixit, animos hominum eſſe ſempiternos: antiquus ſanè. fuit enim [80] meo regnante gentili. Hanc opinionem diſcipulus ejus Pythagoras maximè confirmavit: qui cùm Superbo regnante in Italiam veniſſet, tenuit magnam illam Græciam cùm [x] honore & diſciplinâ tum etiam auctoritate: multaque ſæcula poſtea ſic viguit Pythagoreorum nomen, ut nulli alii docti [y] viderentur.

v *Lamb. & Bentl.* primus.

x honore diſciplinæ *alii.* more & diſc. *Bentl.*

39 XVII. SED redeo ad antiquos. rationem illi ſententiæ ſuæ non ferè reddebant, niſi quid erat numeris aut deſcriptionibus explicandum. Platonem ferunt, ut Pythagoreos cognoſceret, [81] in Italiam veniſſe, [82] & in ea cùm

y ne crederentur *MS.*

78. *Sed quod literis exſtet probo.*] Ven. *Sed quod literis exſtat, Pherecydes Syrius:* idque eſſe verum judico. Non autem Syrus, ſed Syrius Pherecydes, ex inſula Syra, cujus & Ovid. lib. VII. meminit:

Florentemque Cythnon, Syron, planamque Seriphon.

Nam Syri, gens ut notum diverſis appellationibus deſtructa in Aſia. Qui tamen & ipſi Syrii ſunt Herodoto. *Camer.*

79. *Pherecydes Syrus.*] Apulejus in Floridis auctor eſt, Pherecydem, ex inſula Syro oriundum, primùm ſoluta oratione conſcribere auſum fuiſſe, repudiato verſuum nexu, quem Pythagoras magiſtrum coluit, qui infandi morbi putredine extinctus eſt: phtiriaſi enim, hoc eſt pediculari morbo, occubuit, qua morbi fœditate Sylla dictator, & Alcman poëta, & Mummius Juriſconſultus, & Eunus belli ſervilis dux obierunt. auctores Plin. & Plutarch. de obitu Pherecydis ſic ſcribit Q. Serenus:

Sed quis non paveat Pherecydis fata Tragœdi?
Qui nimio ſudore fluens, animalia tetra
Eduxit, turpi miſerum qui morte tulerunt.

Hic hauſto aquæ puteo præſenſiſſe fertur ac prædixiſſe terræmotum poſt diem tertium futurum, atque ita factum eſſe. Scribens ad Thalem Mileſium de morbo phtiriaſi, *Pediculis*, inquit, *operiebar totus: morbo autem invaleſcente neque medicorum quempiam, neque amicorum penitus admitto.* Beroald. *Pherecydes Syrus.*] Videtur ſcribendum *Syrius:* ſi quidem Σύρος νῆσος ἐστὶ Ἰωνικὴ, ut inquit Strabo lib. XII. à qua, τὸ ἐθνικὸν, Σύριος. *Urſin.* Reſcripſi igitur *Syrius*, quod etiam pluribus defendit Daviſius.

80. *Meo regnante gentili.*] Servio Tullio, Romanorum rege ſexto, qui ejuſdem Tulliorum generis fuit. Hinc Silius Italicus lib. VIII.

Tullius æratas reptabat in agmina turmas
Regia progenies & Tullo ſanguis ab alto.

Hoc igitur Tullio regnante Pherecydem Syrum vixiſſe oſtendit Cicero. *A. Manut.*

81. *In Italiam veniſſe & didiciſſe Pythagorea omnia.*] Non agnoſcunt vulgo inſerta illa verba; Et in eâ cùm alios multos, tùm Archi-

cùm alios multos, tum Archytam Timæumque cognoviſſe & didiciſſe Pythagorea omnia: primumque de animorum æternitate non ſolùm ſenſiſſe idem, quod [z] Pythagoras, ſed rationem etiam attuliſſe. quam, niſi quid dicis, prætermittamus, & hanc totam ſpem immortalitatis relinquamus. A. An tu, cùm me in [a] ſummam exſpectationem adduxeris, deſeris? errare mehercule malo cum Platone, quem tu quanti facias ſcio, & quem ex tuo ore admiror, quàm cum iſtis vera ſentire.

z Pythagoram *MS.* R.

a ſumma exſpectatione *MS.*

M. Macte virtute. ego enim ipſe cum eodem ipſo 40
non invitus erraverim. Num igitur [83] dubitamus, an, ſicut pleraque, ſic & hoc? quamquam hoc quidem minimè. perſuadent enim mathematici, terram in medio [b] mundo ſitam ad univerſi cæli [c] complexum quaſi puncti in-

P. B.

b mundi *aut* mundi loco *alii.*

c compreſſum *MS.*

tam Timæumque cognoviſſe, Pall. optimi tres. ſec. tert. quart. & videntur à prodigo. Ceterùm verba hæc ita concipit Vatic. *Platonem ferunt, qui ut Pythagoreos cognoſceret, in Italiam venit, didiciſſe Pythagorea omnia.* aliquo ex alio Ciceronis libro huc intruſa, ut ad hunc locum non ignorarentur. *Gebhard.*

82. *Et in ea cùm multos alios, tum Archytam Timæumque cognoviſſe.*] Has voces omittunt tres Pall. quorum auctoritate motus Janus Gebhardus eas delevit: nos retinendas cenſemus, cum nihil Cicerone indignum vel alienum à vero complectantur. Noſter de Fin. lib. v. cap. 29. *Cur Plato Ægyptum peragravit? —— cur poſt Tarentum ad Archytam? cur ad ceteros Pythagoreos, Echecratem, Timæum, Acrionem, Locros?* At ſecundum Macrobium Saturn. lib. I. cap. I. *Inclutum Dialogum Socrates habita cum Timæo diſputatione conſumit, quos conſtat eodem ſeculo non fuiſſe*; quare neceſſum eſt, ut plura veterum loca congerantur. Valerius Maximus lib. VIII. cap. 7, 3. extern. *Quo minus miror eum* (Platonem) *in Italiam tranſgreſſum, ut ab Archyta Tarenti, à Timæo & Arione* (legendum *Acrione*) *& Echecrate Locris Pythagoræ præcepta & inſtituta acciperet.* Hieronymus Apol. II. adv. Ruffinum Tom. III. fol. 112. C. ed. Froben. *Plato — ab Archyta Tarentino & Timæo Locrenſi Pythagoræ doctrinâ eruditus, elegantiam & leporem Socratis cum hujus miſcuit diſciplinis.* Hæc, niſi fallor, Saturnalium ſcriptorem refellunt, & lectionem, quam recepimus, abunde confirmant ſtabiliuntque. *Daviſius.*

83. *Dubitamus, an, ſicut pleraque, ſic & hoc?*] Ultimas tres voculas perperam omittunt MSſ. Petr. Cantab. & unus è Norvicenſibus. Alter, *Dubitamus, an, ſicut pleraque, ſub dubitatione accepimus, ſic & hoc?* Additamentum eſt ex Gloſſa. Edit. Ven. hoc modo interpungit. *Dubitamus? an ſicut pleraque ſic & hoc?* Quæ ſane diſtinctio exinde ortum habuit, quia neſciret Librarius verbum illud active poni, quod tamen alibi à Cicerone factum eſſe docuit Caſp. Scioppius ad Sanctii Minerv. lib. III. cap. 3. *Idem.*

84. Id

inſtar obtinere, quod κέντρον illi vocant: eam p
naturam eſſe quattuor omnia gignentium corporum
d diverſa MS. quaſi partita habeant inter ſe & [d] diviſa momenta:
rena & humida ſuopte nutu & ſuo pondere ad p
angulos in terram & in mare ferantur; reliquæ d
partes, una ignea, altera animalis, ut illæ ſuperiore
e mundi delet Lamb. medium locum [e] mundi gravitate ferantur & pond
ſic hæ [f] rurſum rectis lineis in cæleſtem locum ſub
f ita MS. alii ſurſum. lent, ſive ipſâ naturâ ſuperiora [g] appetente, ſive quò
g appetentes Lamb. gravioribus leviora naturâ repellantur. quæ cùm c
ſtent, perſpicuum debet eſſe, animos, cùm è cor
re exceſſerint, ſive illi ſint animales, [84] id eſt, ſpira
41 les, [85] ſive ignei, ſublimè ferri. Si verò aut nume
quidam ſit animus, quod ſubtiliter magis quàm dilu
h quam intell. MS. dè dicitur, aut quinta illa non nominata magis [h] quà
non intellecta natura: multò etiam integriora ac p
i hæc ferant MS. riora ſunt, ut à terra longiſſimè ſe [i] efferant. hom
igitur aliquid animus eſt, ne tam [k] vegeta mens aut
k vegetativa MS. corde cerebrove, aut in [l] Empedocleo ſanguine d
l Empedoclio alii. merſa jaceat.

XVIII. DICÆARCHUM [86] verò cum Ariſtoxe
æquali & condiſcipulo ſuo, [87] doctos ſanè homine
omittamus: quorum alter ne condoluiſſe quidem u
quam videtur, qui animum ſe habere non ſentiat: alt
m in MS. ita delectatur ſuis cantibus, ut eos etiam [m] ad hæc tran
ferre conetur. Harmoniam autem ex intervallis ſon
ru

84. *Id eſt ſpirabiles.*] Fortaſſe hoc etiam ſuppoſititium, ab interp tante proximum verbum *animalis* inculcatum. *P. Manut.*

85. *Sive ignei, ſublime ferri.*] Vetus codex habet, *in ſubli ferri*, quod magis placet, quia ſupra dixit, *in cæleſtem loc* Urſin.

86. *Dicæarchum cum Ariſtoxeno —— doctos ſane homines.*] Ha conſtructionem defendit optimorum ſcriptorum uſus, licet T Munckero ad Hygini Fab. VI. poëticam magis quàm pedeſtre orationem ſapere videatur. Hirtius Bell. Afric. cap. 52. *Juba c Labieno capti in poteſtatem Cæſaris veniſſent.* Corn. Nepos Phocio cap. 2. *Demoſthenes cum ceteris, qui bene de Rep. mereri exiſtimaba tur, plebiſcito in exſilium erant expulſi.* Sic etiam locuti ſunt Sall ſtius, Livius aliique, ut oſtenderunt Fr. Sanctius & Jac. Periz nius Min. lib. IV. cap. 10. *Daviſius.*

87. *Doctos ſanè homines omittamus.*] In optimo Pal. tertio emendatiſſimo erat, *amittamus*. Recte meo animo. *Amittere* enim e *amandare, ablegare*: & ut fermè *Amittere perſonam*, ita *omitte rem* dicimus. ſed hæc ſæpe confunduntur ab optimis auctoribu *Gebhard.*

XX. C

um noſſe poſſumus, quorum varia compoſitio etiam harmonias efficit plures: membrorum verò ſitus & figura corporis, vacans animo, quam poſſit harmoniam efficere non video: ſed hic quidem, quamvis eruditus P. CLVII. ſit, ſicut eſt, hæc magiſtro concedat Ariſtoteli: [88] canere ipſe doceat. bene enim illo proverbio Græcorum præcipitur,

[89] *Quam quisque norit artem, in hac ſe exerceat.*

Illam verò funditus ejiciamus individuorum corporum 42 [n] levium & rotundorum concurſionem fortuitam: quam n lævium tamen Democritus [o] concalefactam & ſpirabilem, id *Daviſ.* eſt animalem, eſſe [p] voluit. is autem animus, qui, ſi o calefactam eſt horum quattuor generum, [q] ex quibus omnia con- *MS.* ſtare dicuntur, ex inflammata anima conſtat, ut potiſſi- p vult mùm videri video Panætio, ſuperiora capeſſat neceſſe *MSS.* eſt. nihil enim habent hæc duo genera proni, & ſupera q unde ſemper petunt. [90] ita, ſive diſſipantur procul à terris, omn. *Nonius.* ex id evenit: ſive permanent & conſervant habitum ſuum, aliquo, hoc etiam magis neceſſe eſt ferantur ad cælum, & ab ex quib. his perrumpatur & dividatur craſſus hic & concretus *Lamb.* aër, qui eſt terræ proximus. calidior eſt enim, vel potiùs ardentior animus quàm eſt hic aër, quem mo- r ex terr. dò dixi craſſum atque concretum. quod ex eo ſciri *alii.* poteſt, quia corpora noſtra, [r] terreno principiorum ge- s conferta nere [s] confecta, ardore animi concaleſcunt. *Gul.* perfecta *alii.*

XIX. [t] ACCEDIT, [v] ut eo faciliùs animus evadat 43 ex hoc aëre, quem ſæpe jam [x] appello, eumque per- t Accidit rumpat, quòd nihil eſt animo velocius; nulla eſt cele- *MS. R.* ritas, quæ poſſit cum animi celeritate contendere. qui ſi v cur permanet incorruptus ſuique ſimilis: neceſſe eſt ita fe- *Lamb.* ra- x appello craſſum *alii.*

88. *Canere ipſe doceat.*] Ariſtoxenum irridet commonetque, ut de anima non loquatur, ſed id Ariſtoteli magiſtro relinquat: oblectetur ipſe ſane cantu, juxta illud Horatianum: *Quæ medicorum ſunt tractant medici, tractant fabrilia fabri.* Beroald.

89. *Quam quisque norit artem.*] Verſus eſt ex Ariſtophane translatus, nec ab iis, qui proverbia collegerunt, animadverſus:

Ἔρδοι τὶς ἣν ἂν ἕκαστος εἰδείη τέχνην. *Urſin.*

90. *Ita ſive diſſipantur, procul à terris id evenit.*] Turbat hic edit. Ven. A. D. 1491. exhibens, *ita id evenit, ſive diſſipantur procul à terris.* Vulgg. *Ita, ſive diſſipantur procul à terris, id evenit*; nos autem ex re ipſa & MSto Petrenſi vitioſam interpunctionem ſuſtulimus, licet omnes, quas vidimus, editiones maculaverat. *Daviſius.*

91. Aſtra

ratur, ut penetret & dividat omne cælum hoc; in quo nubes, imbres ventique coguntur: quod & humidum & caliginoſum eſt, propter exhalationes terræ. quam regionem cùm ſuperavit animus, naturamque ſui
P. B. ſimilem contigit & agnovit: junctus ex anima tenui, & ex ardore ſolis temperato, ignibus inſiſtit & finem
y ſe hæc fer. MS. altiùs [y] ſe efferendi facit. cùm enim ſui ſimilem & levitatem & calorem adeptus, tamquam paribus examinatus ponderibus, nullam in partem movetur, eaque ei demum naturalis eſt ſedes, cùm ad ſui ſimilem penetravit, in quo nulla re egens aletur & ſuſtentabitur iiſdem rebus, quibus [91] aſtra ſuſtentantur & aluntur.

44 Cumque corporis facibus inflammari ſoleamus ad omnes ferè cupiditates, eoque magis incendi, quòd iis æmulemur, qui ea habeant, quæ nos habere cupiamus:
z erim. tum, cum conj. Lamb. profectò beati [z] erimus, cùm, corporibus relictis, & cupiditatum & æmulationum erimus expertes: quodque nunc facimus: cùm laxati curis ſumus, ut ſpectare aliquid velimus & viſere, id multò tum faciemus liberiùs: totoſque nos in contemplandis rebus perſpiciendiſque ponemus, propterea, quòd & naturâ inest
a In ment. Lamb. [a] mentibus noſtris inſatiabilis quædam cupiditas veri videndi: & oræ ipſæ locorum illorum, quò pervenerimus, quo faciliorem nobis cognitionem rerum cæleſtium, eo majorem cognoſcendi cupiditatem dabunt.

45 Hæc enim pulcritudo etiam in terris [b] [92] patritam illam &

b patriam MS. R.

91. *Aſtra ſuſtentantur.*] Stellas animantes eſſe rationabiles eccleſiaſtici doctores affirmant, quæ vanitati ſubjecti eſſe dicuntur, quia corporibus indutæ ſunt. Philoſophi tradunt, & maximè Platonici, ſtellas ali humore terreno & paſci, quas igneas eſſe opinantur, unde à poëta aſtrorum ignes dicti: cui ſententiæ adſtipulatur illud Lucani:

Nec non Oceano paſci Phœbumque polumque
Credimus.

Ariſtoteles verò in II. Meteororum deridet eos perinde ac vaniloquos, quicunque exiſtimaverunt, ſolem & ſydera humore paſci: aut ergo Philoſophicè intelligimus aſtra ſuſtentari alimento humecto, aut Theologicè nutriri *θεωρίᾳ*, id eſt ſpeculatione divinitatis, & Deo frui. ſecundùm Auguſtinum animi noſtri vacabunt Dei laudibus; Deum videbunt & amabunt; amabunt & laudabunt; hic erit animorum cibus & nutricatio. *Beroald.*

92. *Patritam illam & avitam.*] Rectè *patritam*, non autem *patriam*, ut ante legebatur. Id Nonii teſtimonio comprobatur, qui in verbo *Patrita* hunc locum recitat, & affert præterea exemplum è Varrone. *P. Manut.*

93. *Argu*

& avitam (ut ait Theophraſtus) philoſophiam, cognitionis cupiditate incenſam, excitavit. præcipuè verò fruentur eâ, qui tum etiam, cùm has terras incolentes circumfuſi erant caligine, tamen acie mentis diſpicere cupiebant.

XX. Etenim ſi nunc aliquid aſſequi ſe putant, qui oſtium Ponti [c] viderunt, & eas anguſtias, per quas penetravit ea, quæ eſt nominata c viderint *Bentl.*

93 *Argo, quia Argivi in ea*, [d] *delecti viri*, d *dilecti* Lamb.

Vecti, petebant pellem inauratam arietis;

aut ii, qui Oceani freta illa [e] viderunt, P. CLVIII.

Europam Libyamque rapax ubi dividit unda: e viderint *Bentl.*

quod tandem ſpectaculum fore putamus, cùm totam terram [f] contueri licebit, ejusque [g] cùm ſitum, formam, [h] circumſcriptionem, tum & habitabiles regiones, & rurſum omni cultu propter vim frigoris aut caloris vacantes?

f contui *MS.*
g complexum *MS.*
h circumſpectionem *MS.*

Nos enim ne nunc quidem oculis cernimus ea, quæ videmus. neque enim eſt ullus ſenſus in corpore, ſed, ut non ſolùm phyſici docent, verùm etiam medici, qui iſta aperta & patefecta viderunt, viæ quaſi quædam ſunt ad oculos, ad aures, ad nares à ſede animi perforatæ. itaque ſæpe aut cogitatione aut aliqua vi morbi impediti, apertis atque integris & oculis & auribus, nec videmus, 94 nec audimus: ut facilè intelligi poſſit, 95 ani- 46

93. *Argo —— arietis.*] Ennii ſunt verſus ex hisce Euripideis initio Medeæ deſumti:

—— Μύτ' ἐρετμῶσαι χέρας
'Ανδρῶν ἀρίςων, οἳ τὸ πάγχρυσον δέρας
Πελίᾳ μετῆλθον.

Sed Cicero vacillante memoria eos videtur paullulum immutaſſe, nam à ſcriptore ad Herennium lib. II. p. 13. & Priſciano de Metris Comicis col. 1325. ita proferuntur:

Argo, qua vecti Argivi, delecti viri,
Petebant illam pellem inauratam arietis.

ubi pronomen δεικτικῶς eſt accipiendum, ut fruſtra ſint D. Lambinus ac Hier. Columna ad Fragm. p. 200. quibus placuit, *petebant villo pellem inaurato arietis.* Temere etiam alius vir doctus in priore verſu legebat, *Argivis electi viri*; hac enim ratione loca vel ſaniſſima violentas Criticorum manus patientur. *Daviſius.*

94. *Nec audimus.*] Plinius in hanc ſententiam ſic ſcribit in II. Nat. Hiſt. *Animo videmus; animo cernimus; oculi, ſeu vaſa quadam, viſibilem ejus partem accipiunt atque transmittunt: ſic magna cogitatio* ob-

95 animum & videre & audire, non eas partes, quæ
96 quaſi feneſtræ ſunt animi: quibus tamen ſentire nihil queat mens, niſi id agat & adſit. Quid, quòd eadem mente res diſſimillimas comprehendimus, ut colorem, ſaporem, calorem, odorem, ſonum? quæ numquam quinque nuntiis animus cognoſceret, niſi ad eum omnia referrentur, [i] & is omnium judex ſolus eſſet. Atque ea profectò tum multo puriora & dilucidiora cernentur, cùm, quò natura fert, liber animus pervenerit.

i & idem omn. *alii.*

47 Nam nunc quidem, quamquam foramina illa, quæ patent ad animum à corpore, callidiſſimo artificio natura fabricata eſt, tamen terrenis concretisque corporibus ſunt interſepta quodammodo. cùm autem nihil erit præter animum. nulla res objecta impediet, quò minùs [k] percipiat, quale quidque ſit.

k perſpiciat *MS.*

XXI. QUAMVIS copioſè hæc diceremus, ſi reſpoſtularet, quàm multa, quàm varia, [l] quanta ſpectacula animus in locis cæleſtibus eſſet habiturus. Quæ quidem

l quanta *deeſt in Vict.* P. B.

48 cogitans, ſoleo [m] ſæpe mirari nonnullorum inſolentiam philoſophorum, qui naturæ cognitionem admirantur, ejusque inventori & principi gratias exſultantes agunt, eumque venerantur, ut deum. Liberatos enim ſe per eum dicunt graviſſimis dominis, [n] terrore ſempiterno & diurno ac nocturno metu. quo [n] terrore? quo metu? quæ eſt anus tam delira, quæ timeat iſta, quæ vos videlicet, ſi phyſica non didiciſſetis, timeretis?

m ſæpenumero *MS. R.*

n errore *Bentl.*

[o] 97 *Acheruntia templa, alta Orci, pallida*

P Leti,

o *Acheruſia* alii.

obcæcat abducto intus viſu: ſic in morbo comitiali aperti nihil cernunt animo caligante. Beroald.

95. *Animum & videre & audire.*] Videtur reſpexiſſe ad Menandri ſententiam, quæ circumfertur, Νοῦς ὁρᾷ, καὶ νοῦς ἀκούει. *Urſin.*

96. *Quaſi feneſtræ.*] Mens videt, mens audit, ut Philoſophi aſſerunt, quæ per oculos & aures, quaſi per feneſtras, tranſmittit vim videndi & audiendi. hinc ait Lactantius in libro de Opificio: *Verius & manifeſtius eſt mentem eſſe, qua per oculos transſpiciat, quaſi per feneſtras, lucente vitro aut ſpeculari lapide obductas.* Plin. oppidò quàm decenter fingit, uſurpat, ſive novat verbum *feneſtrare*, quaſi per feneſtras aperire; ſic enim inquit: *Media oculorum cornea feneſtravit pupilla.* Hieronymus, ſcribens contra Jovinianum, *Per quinque ſenſus*, inquit, *quaſi per quasdam feneſtras, vitiorum ad animam introitus eſt.* Hinc illud Propheticum: *Mors intravit per feneſtras veſtras.* Beroald.

97. *Acherontia* ——— *loca.*] Si, quod eruditis mihique perquam credibile videtur, hi verſus ſunt ex Ennii Andromacha deſumti, quo-

p *Leti*, 98 *obnubila*, *obſita tenebris* q *loca*. — p *Lato* MS. q *loco* alius MS.

Non pudet philoſophum in eo gloriari, quòd hæc non timeat, & quòd falſa èſſe cognoverit? ex quo intelligi poteſt, quàm acuti naturâ ſint, qui hæc ſine doctrina credituri fuerint.

Præclarum autem neſcio quid adepti ſunt, quòd di- 49
dicerunt, ſe, cùm tempus mortis veniſſet, totos eſſe perituros. r quod ut ſit (nihil enim pugno) quid habet iſta res, aut lætabile autglorioſum? nec tamen mihi ſanè quidquam occurrit, cur non Pythagoræ ſit & Platonis vera ſententia. ut enim rationem Plato nullam afferret (vide quid homini tribuam) ipſa auctoritate me frangeret. tot autem rationes attulit, ut velle ceteris, ſibi certè perſuaſiſſe videatur. — r quod ita ſit *MS. R.* quod ut ita ſit *alii*.

XXII. Sed plurimi contrà nituntur, animosque, 50
quaſi capite damnatos, morte multant, neque aliud eſt quid-

quorum priorem hoc modo laudat Varro L. L. lib. vi. pag. 47.

Acheruſia templa alta Orci ſalvete infera;

dubio procul ſcripſit Poëta,

Acheruſia templa alta Orci ſalvete infera,
Pallida Lethes obnubila tenebris loca,

ut ſint Jambici ſenarii. Nunc ſingula videamus, quo melius emendationis noſtræ ratio conſtet. Et *Acheruſia* quidem legimus, Varronis ac MSStorum Vatic. & Norvic. fide nixi. Sic Lucretius lib. i. pag. 25.

Etſi præterea tamen eſſe Acheruſia templa
Ennius æternis exponit verſibus ——

Iterum lib. iii. pag. 289.

At contra nuſquam apparent Acheruſia templa.

Vide etiam pag. 296. Verum, inquies, unde factum, ut binæ voces in omnibus Ciceronis exemplaribus omittantur? Non id arbitror librariorum vitio contigiſſe, ſed ipſe Tullius eas, utpote quæ nihil ad rem ſuam facerent, ſciens ac volens prætermiſit. Igitur apud illum ſic diſtingue:

Acheruſia templa alta Orci —
Pallida Lethes, obnubila tenebris loca.

Pallida Lethes diſertim exhibet MS. Norvic. & carminis lex efflagitat; idem tamen Codex cum aliis multis habet *nubila*, repugnat vero metrum, niſi *Lethæa* ſcribas. *Obſita* germano conſenſu exterminant univerſi. Hunc locum aliter tentat G. J. Voſſius Caſtig. in Ennii Fragm. pag. 18. quem vide. *Daviſius.*

98. *Obnubila*, *obſita tenebris loca*,] Quinque Pall. ut & Fabr. Gembl Mart. Pith. *Nubila tenebris loca*, emoto illo *obſita*. quod tamen in hac ut editione ſolicitarem non indulſi; defendente aut ſaltem retentante Victorio. Vatican. *Leto nubila tenebris loco*. & prius, *Acheruſia*, Gebhard.

quidquam, cur incredibilis his animorum videatur æternitas, niſi quòd nequeunt, qualis animus ſit vacans corpore, intelligere & cogitatione comprehendere. Quaſi verò intelligant, qualis ſit in ipſo corpore, quæ conformatio, quæ magnitudo, qui locus: [s] ut, ſi jam poſſent in homine uno cerni omnia, quæ nunc tecta ſunt, caſurusne in conſpectum videatur animus: an tanta ſit ejus tenuitas, ut fugiat aciem.

s aut *Lamb.*

p. CXLIX.

51 Hæc reputent iſti, qui negant, animum ſine corpore ſe intelligere poſſe. videbunt, quem in ipſo corpore intelligant. mihi quidem, naturam animi intuenti, multò difficilior occurrit cogitatio multóque obſcurior, qualis animus in corpore ſit, tamquam alienæ [t] domui, quàm qualis, cùm exierit & in liberum cælum, [v] quaſi [x] domum ſuam, venerit. [y] niſi enim, quod numquam vidimus, id quale ſit, intelligere non poſſumus, certè, & deum ipſum, & divinum animum, corpore liberatum, [z] cogitatione complecti non poſſumus. Dicæarchus quidem & Ariſtoxenus, quia difficilis erat animi, quid aut qualis eſſet intelligentia, nullum omninò animum eſſe dixerunt.

t domi *Lamb.* domuis *Daviſ.*

v tamquam *MS.*

x in domum *alii.*

y *ita MSS.* *aut* non enim. *alii* ſi.

52 Eſt illud quidem vel maximum, animo ipſo animum videre: & nimirum hanc habet vim præceptum Apollinis, quo monet, ut ſe quiſque noſcat. non enim, credo, id præcipit, ut membra noſtra aut ſtaturam figuramve noſcamus: neque nos corpora ſumus: neque ego tibi [a] hæc dicens corpori tuo dico. cùm igitur, noſce te, dicit, hoc dicit, noſce animum tuum. nam corpus quidem quaſi vas eſt aut aliquod animi receptaculum. ab animo tuo quidquid agitur, id agitur à te. hunc igitur noſſe, niſi divinum eſſet, non eſſet hoc acrioris cujusdam animi præceptum, ſic, 99 ut tributum deo

z cognitione *MS.* & *Manut.*

a dicens hoc *Gebb.* & *alii.*

99. *Ut tributum Deo ſit. hoc eſt, ſe ipſum poſſe cognoſcere.*] Frigidum & planè ſupervacaneum: itaque puto eſſe tollendum, ut gloſſam. Cum hæc jam edidiſſem, ſcripſit ad me vir doctiſſimus & integerrimæ vitæ, Germanus Genuenſis, monachus S. Benedicti, conjecturam noſtram veteris libri teſtimonio comprobari. *P. Manut.* *Sic ut tributum Deo ſit, hoc eſt ſeipſum poſſe cognoſcere.*] Quinque voces poſtremas Gloſſematis damnant Paullus Manutius & D. Lambinus. Refragatur Janus Gebhardus, doctiſſimo viro hic & ubique nimis quàm par erat iniquus: ſi enim vulgata lectio recte ſe habeat, naſo careat neceſſe eſt, qui Gloſſam non olet; ea re variantes lectiones videamus. Colon. *Sic ut tributum Deo*

deo ſit. hoc eſt, ſe ipſum poſſe cognoſcere. Sed ſi, 53
qualis ſit animus, ipſe animus [b] neſciet: dic, quæſo, ne eſſe quidem ſe ſciet? ne moveri quidem ſe? ex quo illa [c] ratio nata eſt Platonis, quæ à Socrate eſt in Phædro explicata, à me autem poſita eſt in ſexto libro de Republica.

XXIII. [1] QUOD *ſemper movetur* [d] *æternum eſt. quod autem motum affert alicui, quodque ipſum agitatur aliunde, quando finem habet motus, vivendi* [e] *habeat neceſſe eſt. ſolum igitur, quod ſe ipſum movet, quia numquam* [f] *deſeritur à ſe, numquam ne moveri quidem deſinit; quinetiam ceteris, quæ moventur, hic fons, hoc principium eſt movendi. principii autem nulla eſt origo.* *Nam* 54
è principio oriuntur omnia: ipſum autem nulla ex re alia naſci poteſt. nec enim eſſet [g] *principium, quod* [h] *gigneretur aliunde. quod ſi numquam oritur, ne occidit quidem umquam. nam principium exſtinctum nec ipſum* [i] *ab alio renaſcetur,* [k] *nec* [l] *à ſe aliud* [m] *creabit, ſiquidem neceſſe eſt à principio oriri omnia. ita fit, ut motûs principium ex eo ſit, quod ipſum à ſe movetur. id autem nec naſci poteſt, nec mori: vel* [n] *concidat omne cælum,* [2] *omniſque natura conſiſtat neceſſe eſt, nec vim ullam nanciſcatur,* 3 *qua*

b *ita MS.* R. *alii* neſciat.
c ratiocinatio eſt *MS.*
d *id ætern.* alii. *& ætern.* MS. P. B.
e *quoque finem hab.* alii.
f *definitur* conj. Lamb.
g *id princ.* MS.
h *naſceretur* MS.
i *ab alia re naſc.* Daviſ.
k *neque aliud procreat.* MS.
l *ex ſe* MS.
m *recreabit* MS.
n *occidat* MS.

Deo ſit hoc ipſum, ſe poſſe cognoſcere. Ex quo commode refingi poſſit, *ſic ut tributum à Deo ſit hoc, ipſum ſe poſſe cognoſcere.* Norvic. unus, *Sic ut tributum Deo ſcilicet hoc eſt ſeipſum poſſe cognoſcere.* Alter: *ſic ut tributum à Deo ſit hoc &c.* Cantab. exulante prima verborum biga, *tributum à Deo hoc, ſeipſum poſſe cognoſcere.* Petrenſ. *Tributum à Deo ſcilicet, ſeipſum poſſe cognoſcere*, quo modo ſi legatur, ſenſus eſt rei congruus. Scribe igitur, *non eſſet hoc acrioris cujusdam animi præceptum. Tributum a Deo ſcilicet ſeipſum poſſe cognoſcere*, niſi forte prior illa, quam dixi, ſcriptura magis arrideat, ac mihi quidem non diſplicet. *Daviſ.*

1. *Quod ſemper movetur æternum eſt.*] Huc reſpicit Servius ad Virgilii Æn. VI, 727. *Ut Cicero dicit in Tuſculanis, æternum eſt, quicquid in æterno motu eſt.* Memoriæ vitio ſenſum potius quàm verba laudavit, id quod optimis auctoribus non rarò contigit. Sic Lactantius Div. Inſtit. lib. VII. cap. 2. *Nihil enim Tullius ait eſſe, quod ſit manibus humanis laboratum, quod non aliquando ad interitum redigatur, vel injuriâ hominum, vel ipſa confectrice rerum omnium vetuſtate.* At verba Ciceronis ita ſe habent orat. pro M. Marcello cap. 4. *Nihil eſt opere aut manu factum, quod aliquando non conficiat & conſumat vetuſtas.* Eodem modo Patres S. Scripturam paſſim in teſtimonium vocant, ut multis exemplis oſtendit Jo. Croius Obſerv. ad N. T. cap. 18. ſeqq. *Idem.*

2. *Omniſque natura conſiſtat neceſſe eſt.*] Sic ed. Vict. MSſ. adeoque omnes.

[3] *quæ primò impulſa moveatur.* [4] *Cùm pateat igitur, æternum id eſſe, quod ſe ipſum moveat, quis eſt, qui hanc naturam animis eſſe tributam neget? inanimum eſt enim*
o *animatum* alii. *omne, quod pulſu agitatur externo.* [5] *quod autem eſt* [o] *animal, id motu cietur interiore & ſuo. nam hæc eſt propria natura animi atque vis. quæ ſi eſt una ex omnibus,*
p *ipſa* Bentl. *bus, quæ ſe* [p] *ipſam ſemper moveat, neque nata certè eſt & æterna eſt.*

55 Licet concurrant plebeji omnes philoſophi, (ſic enim ii, qui à Platone & Socrate & ab ea familia diſſident, appellandi videntur) non modò nihil umquam tam eleganter explicabunt, ſed ne hoc quidem ipſum, quàm ſubtiliter concluſum ſit, intelligent. Sentit igitur animus ſe moveri: quod cùm ſentit, illud unà ſentit, ſe vi ſuâ, non alienâ moveri: nec accidere poſſe,
P. CLX. ut ipſe umquam à ſe deſeratur. ex quo efficitur æter-
q ſim MS. R. nitas: niſi quid habes ad hæc. A. Ego verò facilè [q] ſum paſſus, ne in mentem quidem mihi aliquid contrà venire: ita iſti faveo ſententiæ.

56 XXIV. M. QUID illa tandem? num leviora cenſes? quæ declarant ineſſe in animis hominum divina quædam: quæ ſi cernerem quemadmodum naſci poſſent, etiam,

omnes. Alii tamen, inter quos Muretus lib. VIII. Var. cap. 3. *Omniſque terra & conſiſtant.* Gebhard.

3. *Quæ primò impulſa moveatur.*] Sic Vatic. Pall. pr. tert. quintus. nam quart. *impulſo.* Fabr. vulgò, *quâ primo impulſu mov.* Alii ex conjectura, *quâ primò impulſa moveantur.* idem.

4. *Cum pareat igitur æternum id eſſe.*] Sic legendum, libris omnibus repugnantibus. nam primùm ſic legitur apud Platonem in codd. MSS. Ἀθανάτου δὲ πεφασμένου τοῦ ὑφ' ἑαυτοῦ κινουμένου. id eſt, *Cum appareat*, ſeu *apparuerit*, *id eſſe immortale*, *quod à ſeipſo movetur.* Deinde, *pareat*, pro *appareat*, nemo, qui bene Latinè loquitur, umquam dixit; &, qui ita loquuntur, barbare loquuntur. itaque reponendum eſt hoc loco, *pareat*, quo verbo utebantur veteres cùm multis aliis in rebus, tum in actionibus & judiciis, ut, *Si pareat Titum mihi debere centum &c.* mendoſè autem hîc operarii hæc olim ſeparaverant à verbis Platonis, cùm pertineant & continuentur usque ad illa, *licet concurrant*, *&c.* Lambin.

5. *Quod autem & animale.*] Vulgg. *animatum.* Gebhardus ex Codd. *animal.* & ſic è noſtris Petr nam Cantab. hanc verborum quadrigam prorſus omittit. Macrobius in Somn. Scip. lib. II. c. 13. *Quod autem eſt anima.* perperam. MS. autem Norvic. lectionem ſequimur, quæ Platonis ἔμψυχον apte reſpondet. Daviſ.

6. Nam

etiam, quemadmodum interirent, viderem. [6] nam ſanguinem, bilem, pituitam, oſſa, nervos, venas, omnem denique membrorum & totius corporis figuram videor poſſe dicere, unde concreta & quo modo facta ſint. [r] animum ipſum, ſi nihil eſſet in eo, niſi id, ut per eum viveremus, tam naturâ putarem hominis vitam ſuſtentari quàm vitis, quàm arboris. hæc enim etiam dicimus vivere. item ſi nihil haberet animus hominis, niſi ut appeteret [7] aut [s] refugeret, id quoque eſſet ei commune cum beſtiis.

r Animo ipſo ſi *Lamb.* præterea anim. *Camer.* per anim. *Gebh.*

s fugeret *MS.*

57 Habet primùm memoriam, & eam infinitam, rerum innumerabilium. quam quidem Plato recordationem eſſe vult ſuperioris vitæ. nam in illo libro, qui inſcribitur Menon, puſionem quendam Socrates interrogat quædam geometrica de [t] dimenſione quadrati. ad ea ſic ille [v] reſpondet, ut puer: & tamen ita faciles interrogationes ſunt, ut gradatim reſpondens [x] eodem perveniat, quaſi geometrica didiciſſet. ex quo effici vult Socrates, ut diſcere nihil aliud ſit, niſi recordari. quem locum multò

t diviſione *MS.*

v reſpondit *alii.*

x eò *alii.* ad ea *MS.*

6. *Nam ſanguinem, bilem &c.*] Dionyſ. Lambino legendum videtur, *nam ſanguis, bilis, pituita, oſſa, nervi, venæ, omnis denique membrorum & totius corporis figura.* Illi equidem non adſentior, cum tales conſtructiones in optimis quibusque ſcriptoribus inveniri probe norim. Plautus Capteiv. Prol. vſ. 1. *Hos, quos videtis ſtare, hic captivos duos, Illi, qui aſtant, hi ſtant ambo, non ſedent.* Idem Act. I. Sc. II, 1. *Iſtos captivos duos, Here, quos emi de præda, de quæſtoribus, Iis indito catenas ſingularias.* Nihil apud eum frequentius. Virgilius Æn. I. 573.

Urbem, quam ſtatuo, veſtra eſt.

Ubi Servius, poſtquam nonnulla loco explicando parum idonea congeſſit, ita pergit: *Hoc ſchema de antiquioribus ſumtum poſſumus accipere: ait enim Cato in legem Voconiam: Agrum, quem vir habet, tollitur.* Et Terentius: *Eunuchum, quem dediſti nobis, quas turbas dedit.* Vide J. F. Gronovium ad Senecæ Benef. lib. IV. cap. 32. *Daviſ.*

7. *Aut fugeret.*] Sic edendum curavi ex noſtris omnibus & Pall. ac ita ſæpe locutus eſt Cicero. Ita Plautus Aſin. Act. I. Sc. III. 60. *Quod nolebam atque vetueram de induſtria fugiebatis.* Porcius Latro Declam. in Catil. c. 12. *Quam* (tempeſtatem) *illi fugere facillime licuiſſet.* Nec aliter Græci. Epictetus Enchir. cap. 20. Ὅστις οὖν ἐλεύθερος εἶναι βούλεται, μήτε θελέτω τι, μήτε φευγέτω τι τῶν ἐπ᾽ ἄλλοις. Iterum cap. 38. Πέφυκε γὰρ πρὸς τοῦτο πᾶν ζῶον — τὰ αἴτια αὐτῶν (βλαβερῶν) φεύγειν καὶ ἐκτρέπεσθαι. Vulgg. *aut refugeret*, quam lectionem à ſecunda manu exhibet Petrenſis. *Idem.*

multò etiam accuratiùs explicat in eo ſermone, quem habuit eo ipſo die, quo exceſſit è vita: docet enim, quemvis, qui omnium rerum rudis eſſe videatur, benè interroganti reſpondentem, declarare, ſe non tum illa diſcere, ſed reminiſcendo recognoſcere, nec verò fieri ullo modo poſſe, ut à pueris tot rerum atque tantarum inſitas & quaſi conſignatas in animis notiones, quas ἐννοίας vocant, haberemus, niſi animus, antequàm [y] in corpus intraviſſet, in rerum cognitione viguiſſet.

P. B.

y corpus intraſſet *alii.*

58 Cúmque nihil eſſet, ut omnibus locis à Platone diſſeritur, (nihil enim ille putat eſſe, quod oriatur & intereat, idque ſolum eſſe, quod ſemper tale ſit, qualem ideam appellat ille, nos ſpeciem) non potuit animus [z] hæc in corpore incluſus [a] agnoſcere, [b] cognita attulit. ex quo tam multarum rerum cognitionis admiratio tollitur: neque ea planè videt animus, [8] cùm tam repentè in inſolitum tamque perturbatum domicilium immigravit, ſed cùm ſe collegit atque recreavit, tum agnoſcit illa reminiſcendo.

z hoc *Vict.*
a cognoſcere *Lamb. coni.*
b ſed cogn. *MS.*

59 Ita nihil aliud eſt diſcere, niſi recordari. ego autem majore etiam quodam modo memoriam admiror. quid eſt enim illud, [c] quo meminimus? aut [9] quam habet vim? [10] aut unde naturam? non quæro, quantâ memoriâ

c quod *MSS.*

8. *Cum repente in tam inſolitum.*] Lambinus edidit, *cum tam repente in tam inſolitum*, nec aliter Cantabr. Gebhardus & recentiores, *cum tam repente in inſolitum*. quibus an ulli faveant Codices neſcio. Nos autem Mſſtos Norvic. Petrenſ. ac editt. Ven. 1491. & Victor. ſecuti ſumus. *Daviſius.*

9. *Quam habet vim? aut unde naturam?*] Mendum ſuſpicatus Paullus Manutius reponit, *aut undenam?* Veteres enim librarii ita *naturam* ſcribebant. D. Lambinus cum Fr. Fabricio corrigunt, *aut unde natam?* quam lectionem à prima manu exhibet MS. Petrenſis. Reliqui omnes vulgatam retinent, nec cauſſam video cur mutetur, cum *vim* & *naturam* ſæpe conjungat Cicero. Supra cap. 23. *Nam hæc eſt propria natura animi atque vis.* lib. I. de Fin. cap. 16. *Semper alit aliquid tum vi ſua atque natura, quod tranquillet animos.* De Orat. lib. II. cap. 38. *Acie mentis rerum omnium vim naturamque viderat.* Sic & alibi; ſed hæc id, quod volumus, ſatis efficiunt. *Idem.*

10. *Aut unde naturam?*] Contracta ſcribendi ratio imperitis hominibus occaſionem præbuit veteres libros ſæpenumero corrumpendi. cujus generis multa notavimus & correximus: hic primùm mendi ſuſpicionem mihi attulit, *naturam*, quod ſupervacaneum

moriâ [11] Simonides fuiſſe dicatur, [12] quantâ Theodectes, quantâ is, qui à Pyrrho legatus ad ſenatum eſt miſſus, [13] Cyneas, quantâ nuper [14] Charmadas, quantâ, qui modò fuit, [15] Scepſius Metrodorus, quantâ [16] noſter Hor-

videtur, cùm proximè dixerit, *vim.* deinde, cum ad conjecturam confugiſſem, facile vidi, nulla omninò mutatione, ex *undenam* (ſic enim puto corrigendum) fieri potuiſſe errorem, creante ſimilitudine, *unde naturam.* Naturam enim ita ſæpe veteres librarii ſcribebant, *Nā.* in noſtro libro mendoſè impreſſum, *Aut unde?* P. Manut.

11. *Simonides*] Hic memoriæ artem primus oſtendiſſe dicitur. *A. Manut.*

12. *Quanta Theodectes.*] Hic ſemel auditos quamlibet multos verſus protinus dicitur reddidiſſe. Diſcipulus fuit Ariſtotelis, cui Oratoriæ artis libros donavit, ut eos tanquam ſuos ederet. poſtea moleſtè ferens titulum ſuæ gloriæ alii ceſſiſſe. condidit volumen aliud, quo teſtatus eſt quædam ſibi planius dicta eſſe in libris Theodectis. *Beroald.* *Theodectes*] Ariſtotelis diſcipulus, qui tantâ memoriâ fuit, ut ſemel auditos verſus, quamlibet multos, protinus reddidiſſe dicatur, & multarum etiam rerum oblivionem exoptaſſe. *A. Manut.*

13. *Cyneas.*] Hic poſtero die quàm ingreſſus Romam fuerat & equeſtrem ordinem & ſenatum propriis nominibus ſalutavit. auctores Plinius, Solinus, Seneca; de quo Cynea Cyneæque eloquentia ſatis multa Plutarchus in Pyrrho *Beroald.* *Cyneas.*] Auctores ſunt Plinius, Solinus & Seneca, Cyneam, poſtero die quàm ingreſſus Romam fuerat, & equeſtrem ordinem & ſenatum nomine quemque ſuo perſalutaſſe. De ejus vero eloquentia ſatis multa Plutarchus in Pyrrho. *A Manut.*

14. *Carneades.*] Neſcio an hic ſit ille Carneades famigeratus, homo omnium in dicendo acerrimus & copioſiſſimus, quo argumentante quid veri eſſet haud facile diſcerni poſſet; qui in illa nobili Athenienſium legatione miſſus Romam legatus diſputavit de juſtitia copioſe, ſed diſputationem ſuam poſtridie contraria diſputatione ſubvertit, dicens pro injuſtitia contra juſtitiam. Hujus in diſſerendo ea fuit vis, id acumen, ut apud Lucilium diſſerens Neptunus de re difficillima, oſtendat non poſſe illud explicari, nec ſi Carneadem ipſum arcus remittat. Ut autem dubitem, an de hoc Carneade, ſingulari memoria prædito, intelligendum ſit, facit verbum illud *nuper:* nam ſatis conſtat Carneadem, de quo diximus, fuiſſe temporibus Catonis Cenſorii, qui annis non paucis Ciceronem anteceſſit. Apud Plinium mentio eſt cujuſdam Charmidæ, Græci hominis, memoria ſingulari præcellentis, qui legentis modo repræſentabat volumina bibliothecarum, de quo ſatis congruenter hoc in loco intelligere poſſemus. verba ſunt aperta & ſimplicia. *Beroald.* *Carneades.*] Carneadem atque Metrodorum in II. de Or. cùm divinâ prope eſſent memoriâ, arte tamen illius uſos præclarè ſcribit. *A. Manut.*

15. *Scepſius Metrodorus.*] Ars memoriæ conſumata fuit à Metro-

Hortenſius: de communi [d] omnium memoria loc
& eorum maximè, qui in aliquo majore ſtudio &
verſantur: quorum quanta mens ſit difficilè eſt
mare, ita multa meminerunt.

60 XXV. [e] QUORSUS igitur hæc ſpectat oratio? q
illa vis, & [f] unde, intelligendum puto. non eſt
nec cordis, nec ſanguinis, nec cerebri, nec at
rum. [g] anima ſit [h] animus, [i] ignisve, neſcio: ne
pudet, ut iſtos, fateri neſcire quod neſciam. illu
ulla alia de re obſcura affirmare poſſem, ſive an
ſive ignis ſit animus, eum [k] jurarem eſſe divinum.
[l] enim obſecro te, terrane tibi, aut hoc nebulo
caliginoſo cælo aut ſata aut [m] concreta videtur
vis memoriæ? ſi, quid ſit hoc, non vides: at,
ſit, vides. ſi ne id quidem: at, quantum ſit, pr
vides.

61 Quid igitur? utrùm capacitatem aliquam [n] in
putamus eſſe, quò tamquam in aliquod vas ea
meminimus, infundantur? abſurdum id quidem
enim fundus aut quæ talis animi figura intelligi p
aut quæ tanta omninò capacitas? an imprimi qu
ram animum putamus & memoriam eſſe ſigna
rerum in mente veſtigia? quæ poſſunt verborum
rerum ipſarum eſſe veſtigia? quæ porrò tam im
magnitudo, quæ illa tam multa poſſit effingere? [o]
illa vis, quæ tandem eſt, quæ inveſtigat oc

d hominum *alii.*
e *alii* Quorſum.
f unde ſit *alii.*
g an anima ſit ignisne *Bentl.*
P. CLXI.
h animus *deeſt in MSS.*
i ignisne *Lamb.*
k jurare me e. d. non opus eſt *Gul.*
l enim *Lamb.*
m concretus is *Bent.*
n animum put. *conj. Lamb.*
o Quid? illa *Lamb.*

doro Scepſio, ut nihil non eiſdem verbis redderetur auditu
autem Scepſis civitas Phrygiæ, quam quidam Æneæ regiar
tradunt. Et Scepſi fuerant Demetrius grammaticus & hic
dorus, qui novo quodam dicendi genere uſus multos de
propter famam vero, quanquam pauper erat, clarum tam
jugium apud Carthaginenſes eſt aſſecutus: mox apud Mith
ſuit in honore maximo & exiſtimatione. *Beroald.*

16. *Noſter Hortenſius.*] In Lucullo memoria quædam di
rerum, in Hortenſio verborum, de quo Cicero in Brut
fert: *Primum memoria tanta, quantam in nullo cognoviſſe*
tror, ut quæ ſecum commentatus eſſet, ea ſine ſcripto verb
redderet, quibus excogitaviſſet. Memoriam Hortenſii Qui
& Seneca concelebrant, qui ſedens olim totum diem in
omnes res venales, & pretia, & emptores ordine ſuo re
argentariis recognoſcentibus, ita ut in nullo falleretur.
foro Rom. rex cauſarum ob eloquentiam dictus eſt, & al
æmulus Ciceronis exiſtimatus, cujus tamen ſcripta intra
fuerunt. *Beroald.*

quæ inventio atque excogitatio dicitur? ex hacne tibi terrena mortalique natura & caduca concreta ea videtur?

Aut p qui primus, quod ſummæ ſapientiæ Pythagoræ 62
viſum eſt, omnibus rebus impoſuit nomina? aut qui p quis *alii*,
diſſipatos homines congregavit & ad ſocietatem vitæ *& ita in*
convocavit? aut qui ſonos vocis, qui infiniti videban- *ſeqq.*
tur, paucis litterarum notis terminavit? aut qui [17] errantium ſtellarum curſus, progreſſiones, inſtitutiones notavit? omnes magni: etiam ſuperiores, qui fruges, qui veſtitum, qui tecta, qui cultum vitæ, qui præſidia contra feras invenerunt: à quibus manſuefacti & exculti à neceſſariis artificiis ad elegantiora defluximus. [18] nam & auribus oblectatio magna parta eſt, inventa & temperata varietate & naturâ ſonorum: & aſtra
ſuſpeximus, q tum ea, quæ ſunt infixa certis locis, tum q *alii*
illa non re, ſed vocabulo errantia. quorum converſio- cum.
nes omneſque [19] motus qui animo vidit, is docuit, ſi-

17. *Errantium ſtellarum curſus, progreſſiones, inſtitiones.*] Ex duabus dictionibus, *curſus*, *progreſſiones*, feci conjecturam legendum eſſe, *inſtitiones*, non, ut antea, *inſtitutiones*, ut ſimilibus & convenientibus utatur verbis. Sunt autem correctiones quædam, quarum etſi ratio non explicatur, tamen quibus judicium eſt paulò ſubtilius, facile, cur factæ ſint ipſi per ſe intelligunt. rudibus autem, & tardis, & iis, qui ſibi omnia minutatim concidi, omniaque tanquam manſa à nutrice inſeri in os volunt, ego quidem, ut ſatisfaciam, non laboro. *P. Manut.* *Progreſſiones, inſtitutiones.*] *Inſtitiones* reponit Paullus Manutius, eumque ſequuntur Lambinus, Sturmius & Fabricius, ac, ut videtur, meritò: licet enim Codices nihil varient, minime capio, quem locum hic habere poſſint *inſtitutiones*. Alteram vocem ſicco pede prætereunt interpretes, cum tamen eandem poteſtatem obtineat, ac *curſus*, nec ταυτολόγος putandus ſit Cicero. MS. Norvic. exhibet, *prægreſſiones*. Scribendum, *regreſſiones*; nam Planetas nunc ſtare, nunc regredi, nunc præcurrere videri cuivis eſt notiſſimum. *Daviſ.*

18. *Nam & auribus oblectatio magna parta eſt, inventa & temperata.*] Emendationis hujus primi ſumus Architecti in Crepundiis noſtris ex Palat. prim. & tertio codice optimo: accedit jam nihil illo deterior quartus; in ſupervacuum quoque quintus, ut nihil dubii relinquatur eſſe omninò genuinam. in Vaticano unicâ ſyllabâ amplius: *magna parta eſt, inventaque & temperata*. Vulgò, *Oblectatio magna ex parte eſt inventa & temperata, &c.* Quidam ex vet. cod. *Oblectatio magna partem eſt inventa & temperata.* adjuvant hæc noſtra Pal. ſec. Fabr. Pith. delentes *ex*. Gebhard.

19. *Motus qui animus vidit.*] Inſolens locutio, *Animus docuit, ſuum animum ſimilem eſſe ſummi opificis.* Figura eſſet uſitata, *Ani-*

P. B. ſimilem animum ſuum ejus eſſe, qui ea fabricatus eſſet in cælo.

63 Nam cùm Archimedes lunæ, ſolis, quinque errantium motus in ſphæram illigavit, effecit idem, quod ille, qui in Timæo mundum ædificavit Platonis deus, ut tarditate & celeritate diſſimillimos motus una regeret converſio. Quod ſi [r] in hoc mundo fieri ſine deo non poteſt, ne in ſphæra quidem eosdem motus Archimedes ſine divino ingenio potuiſſet imitari.

r hoc in mundo *Bentl.*

64 XXVI. MIHI VERÒ ne hæc quidem notiora & illuſtriora carere vi divina videntur, ut ego [20] aut poëtam grave plenumque carmen ſine cæleſti aliquo mentis inſtinctu putem fundere, aut eloquentiam ſine quadam vi majore fluere, abundantem ſonantibus verbis uberibusque ſententiis. Philoſophia verò, omnium mater artium, quid eſt aliud, niſi, ut Plato [s] ait, donum, ut ego, inventum deorum? Hæc nos primùm ad illorum cultum, deinde ad jus hominum, quod ſitum eſt in generis humani ſocietate, tùm ad modeſtiam magnitudinemque animi erudivit: eademque ab animo, tamquam ab oculis, caliginem [t] diſpulit, ut omnia ſupera, infera, prima, ultima, media videremus.

s ait *deeſt in MS.*

t *alii* depulit *aut* expulit.

65 Prorſus hæc divina mihi videtur vis, quæ tot res efficiat & tantas. quid eſt enim memoria rerum & verborum? quid porrò inventio? profectò id, quo [v] nec in deo quidquam majus intelligi poteſt. non enim ambroſia deos, aut nectare, [x] aut [y] Juventate pocula miniſtrante, lætari arbitror: nec Homerum audio, qui Ganymedem à diis raptum ait propter formam, [21] ut Jovi

v ne *MS.* R.

x aut *delet Bentl.*

y *alii multi* Juventute.

Animus docuit, ſe ſimilem eſſe ſummi opificis. tollamus igitur mendum & legamus ex Maſtxi libro: *Motus qui animo vidit.* P. Manut.

20. *Haud poëtam.*] Sic emendavi fide Mſti Norvic. & ipſo ſenſu poſtulante. Vulgg. *aut Poëtam*; quod mendum non modo cunctas editt. ſed etiam è noſtris Cantab. & Petrenſ. pervaſerat. Exempla non diſſimilia videſis apud Janum Rutgerſium Venuſ. Lect. c. XIV. *Daviſius.*

21. *Ut Jovi bibere miniſtraret.*] Vulgg. *pocula miniſtraret.* Lectionem à me retentam aſſerunt quinque Pall. quatuor Gulielm. Vatic. uterque Norvic. Cantab. & Petrenſ. Sic Servius ad Virgilii Æn. 1, 28. *Remota Hebe, filia Junonis, quæ Jovi bibere miniſtrabat.* Terentius Andr. Act. III. Sc. II, 4. *Quod juſſi ei dare bibere.* Ubi Donatus: *Conſuetudine magis quam ratione dixit pro dare ei potionem.* Lucilius in ſexto, *Date bibere ab ſummo.* Plautus Curcul. Act. I. Sc.

Jovi [z] bibere miniſtraret. non juſta cauſa, cur [22] Laomedonti tanta fieret injuria. fingebat hæc Homerus, & humana ad deos transferebat. [23] divina mallem ad nos. [24] quæ autem divina? vigere, ſapere, invenire, meminiſſe. Ergo [a] animus, [b] qui, ut ego dico, divinus eſt, ut Euripides audet dicere, deus: & quidem ſi deus aut anima aut ignis eſt, idem eſt animus hominis. nam ut illa natura cæleſtis & terrâ vacat & humore: ſic utriusque harum rerum humanus animus eſt expers. ſin autem eſt quinta quædam natura ab Ariſtotele [c] inducta: [d] primùm hæc & deorum eſt & animorum.

XXVII. HANC NOS ſententiam ſecuti, his ipſis verbis in Conſolatione [e] hæc expreſſimus: *Animorum nulla in terris origo inveniri poteſt: nihil enim eſt in animis mixtum atque concretum, aut quod ex terra natum atque* [f] *fictum eſſe videatur.* [g] *nihil ne aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum. his enim in naturis nihil ineſt, quod vim memoriæ, mentis, cogitationis habeat, quod & præterita teneat, & futura provideat, & complecti poſſit præſentia: quæ ſola divina ſunt. nec invenietur umquam, unde ad hominem venire poſſint, niſi à deo. ſingularis eſt igitur quædam natura atque vis animi, ſejuncta ab his uſitatis notisque naturis. Ita quidquid eſt illud, quod ſentit, quod ſapit,* [25] *quod* [h] *vult,* [i] *quod*

z *alii* pocula min.
P. CLXII.
a animusque, ut *Daviſ.*
b qui *Lamb.* *delet.*
c inducta primùm: hæc *Lamb.* & *Bentl.*
d pariter *conj.*
66
e hoc MS. R.
f *factum* MS.
g *nihilque aut* MS. *Nihilve* Lactan.
h *vivit* MS.

Sc. 1, 28. *Ita tuum conferto amare ſemper.* Plura conduximus ad Minucii Felicis Octav. cap. 33. *Daviſius.*

22. *Laomedonti tanta fieret injuria.*] *Troi*, pro *Laomedonti*, erat ſcribendum: ſed fuit Ciceronis μνημονικὸν ἁμάρτημα. *Urſin.*

23. *Divina mallem ad nos.*] Ariſtoteles lib. I. Eth. ad Nicomachum. Καὶ ἐκ τῶν περὶ τοὺς θεοὺς ἐπαίνων· γελοῖοι γὰρ φαίνονται πρὸς ἡμᾶς ἀναφερόμενοι. *Idem.*

24. *Quæ autem divina.*] Hoc ſuſpendendum eſt cum interrogatione, ut quæ ſequuntur affirmativè dici intelligamus: *Ergo animus Deus.* In hanc ſententiam Virgilius:

An ſua cuique Deus ſit dira cupido.

Igitur, ut Apuleji verbis utar, & bona cupido animi deus bonus eſt: & animus humanus, etiam nunc in corpore ſitus, dæmon nuncupatur. Antiqui animum, à corpore ſejugatum, *manem deum* nuncupant. *Beroald.*

25. *Quod vult, quod viget.*] MSS. Vatic. uterque Norvic. & Petrenſ. exhibent, *quod vivit, quod viget*; In quinque Pall. Fabric. Pith. eſt, *quod vult, vivit, quod viget*: Legendum puto, *quod vult, quod vivit, quod viget.* Omiſſioni cauſſam dedit vocum inter ſe ſimilitudo. *Daviſ.*

26. Ut

[i] *quod viget, cæleſte & divinum eſt, ob eamque rem æternum ſit neceſſe eſt. Nec verò deus ipſe, qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi poteſt, niſi mens ſoluta quædam & libera, ſegregata ab omni* [k] *concretione mortali, omnia ſentiens & movens, ipſaque prædita motu ſempiterno.*

i quod deeſt in alio MS.
k congregatione MS.

67 Hoc è genere atque eadem è natura eſt humana mens.

XXVIII. Ubi igitur aut qualis eſt iſta mens? Ubi tua, aut qualis? poteſne dicere? an, ſi omnia ad intelligendum non habeo, quæ habere vellem, ne iis quidem, quæ habeo, mihi per te uti licebit? non valet tantum animus, ut [l] ſe ipſum ipſe videat. at, ut oculus, ſic animus ſe non videns [m] alia cernit. non videt autem, quod minimum eſt, formam ſuam. fortaſſe: quamquam id quoque: ſed relinquamus: vim certè, ſagacitatem, memoriam, motum, celeritatem videt. Hæc magna, hæc divina, hæc ſempiterna ſunt. qua facie quidem ſit, aut ubi habitet, ne quærendum quidem eſt. [26] ut, cum videmus ſpeciem primùm candoremque cæli.

P. B.
l ſeſe ipſe *alii.*
m omnia *MS.*

68 Deinde converſionis celeritatem tantam, quantam cogitare non poſſumus; tum viciſſitudines dierum atque noctium, commutationesque temporum [n] quadripartitas, ad [o] maturitatem frugum & ad [p] temperationem corporum aptas, eorumque omnium moderatorem & ducem ſolem lunamque accretione & [q] diminutione luminis, quaſi [r] faſtorum notantem & [27] ſignificantem dies;

n quadripert. *alii.*
o maturationem. *MS.*
p temperationes *MS.*
q deminut. *Lamb.*
r fatorum *MS.*

26. *Ut, cum videmus.*] Longam hyperbaton: nam deſcendendum eſt usque ad illum locum. hæc igitur & alia mortalia cùm cernimus, poſſumusne dubitare? eſt autem ſenſus, cum videmus pulchritudinem mundi & converſionem, & viciſſitudines temporum, & motus ſtellarum ordinatiſſimos. proculdubio credimus mundo præeſſe aliquem moderatorem: ſic animum noſtrum, quamvis eum non videmus, tamen ex operibus ejus agnoſcimus, divinum eſſe & immortalem, & quaſi quendam deum. conſimilia ſcribuntur à Lactantio. *Beroald.*

27. *Signantem dies.*] Vulgg. *Significantem*; nos autem è MSto Norvic. veram & elegantem ſcripturam Ciceroni reſtituimus. Nonius Marcellus cap. IV. *Signare eſt deſignare, oſtendere.* Virgilius Æn. II, 697. de Stella:

Cernimus Idæâ claram ſe condere ſilvâ
Signantemque vias.

Manilius lib. I, 594.

Et per quinque notat ſignantes tempora fines.

Ac lib. II, 794.

dies; tum in eodem orbe, in XII. partes diſtributo, quinque ſtellas ferri, eosdem curſus conſtantiſſimè ſervantes, diſparibus inter ſe motibus, nocturnamque cæli formam [s] undique ſideribus ornatam; tum globum terræ eminentem è mari, fixum in medio mundi univerſi loco, duabus oris diſtantibus habitabilem & cultum: quarum altera, quam nos incolimus, [t] ſub axe poſita ad ſtellas ſeptem, unde

Horriſer
Aquilonis ſtridor gelidas molitur nives:

altera Auſtralis, ignota nobis, [28] quam vocant Græci *ἀντίχθονα.*

[s] mundique MS.

[t] hinc Accii verba inchoat Bentl.

Ceteras partes incultas, quòd aut frigore rigeant, aut urantur calore: hic autem, ubi habitamus, non intermittit ſuo tempore 69

Cælum [v] *miteſcere, arbores frondeſcere,*
[29] *Vites latiſcere, pampinis pubeſcere,*
Rami [x] *baccarum ubertate* [y] *incurviſcere,*
Segetes largiri fruges, florere omnia,
[30] *Fontes ſcatere, herbis prata conveſtirier:*

tum multitudinem pecudum, [z] partim ad veſcendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim ad corpora veſtienda: hominemque ipſum quaſi contem-

[v] *niteſcere* alii.

[x] *bacarum* Lamb.

[y] *incurveſcere* alii.

P. CLXIII.

[z] *decem ſeqq. voces deſunt. in MS.*

Tertius excelſi ſignat faſtigia cæli.

Vide etiam lib. IV, 712. *Daviſius.*

28. *Quam vocant Græci ἀντέζωνα.*] Nusquam, quod meminerim, hæc vox reperitur; itaque placet Petro Ciaccono, ut pro ea *ἀντίχθονα* reponatur. Plutarch. lib. III. de Placitis Philoſophorum cap. IX. Θάλης καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ μίαν εἶναι τὴν γῆν· Ἱκέτης ὁ Πυθαγόρειος, δύο: ταύτην, καὶ τὴν ἀντίχθονα. & Ptolemæus, Plinius, Mela & alii ejus oræ incolas Antichthonas appellant. *Urſin.*

29. *Vites latiſcere.*] Itidem hîc ſum ſecutus Pal. pr. in tertio tale quiddam fuiſſe ſubjicit raſura: & omninò accedit quartus, in quo hujus verbi gloſſa *lætificare.* Manut. nimis licentioſè hæc interpolat legendo & edendo: *Vites lætificas pampini pubeſcere.* Dixi de his aliquid in Crepundiis. *Gebhard.*

30. *Fontes ſcatere, herbis prata conveſtirier.*] Hic *ſcatere* pronuntiandum eſt mediâ corruptâ, ut Anapæſtus fiat, *ſcater' her.* alioqui verſus claudicabit. Hic & Lucretius libro V. *Largiſluum fontem ſcatere atque erumpere lumen.* & infra in eodem libro: *Et partim plano ſcatere atque erumpere campo.* Plautus etiam, opinor in Caſſina, *olere* protulit mediâ contractâ: *Non omnes poſſunt olere unguenta exotica.* P. Manut.

31. *Nunc*

templatorem cæli ac deorum ipſorumque cultorem: atque hominis utilitati agros omnes & maria [a] parentia.

70 XXIX. HÆC IGITUR & [b] alia innumerabilia cùm cernimus, poſſumusne dubitare, quin his præſit aliquis [c] vel effector, ſi hæc nata ſunt, ut Platoni videtur: vel, ſi ſemper fuerint, ut Ariſtoteli placet, moderator tanti operis & muneris? Sic mentem hominis, quamvis eam non videas, ut deum non vides, tamen ut deum agnoſcis ex operibus ejus, ſic ex memoria rerum, & inventione, & celeritate motûs omnique pulcritudine virtutis vim [d] divinam mentis agnoſcito. In quo igitur loco eſt? credo equidem in capite: & cur credam, [e] afferre poſſum: [f] ſed aliàs: [g] [31] nunc ubi ubi ſit animus, certè quidem in te eſt. Quæ eſt ei natura? Propria puto & ſua. ſed fac igneam, fac [h] ſpirabilem: nihil ad id, de quo agimus. Illud modò videto, ut deum noris, etſi [i] ignores & locum & faciem, ſic animum tibi tuum notum eſſe oportere, etiam ſi [k] ejus ignores & locum & formam.

71 In animi autem cognitione dubitare non poſſumus, niſi planè in phyſicis plumbei ſumus, quin nihil ſit animus admixtum, [32] nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. quod cùm ita ſit, certè nec ſecerni, nec dividi, nec diſcerpi, nec diſtrahi

a patentia *MS.*
b talia *Gul.*
c conditor vel *Steph.*
d divinæ *Lamb.*
e rationem afferre *MS.*
f ſed de hoc aliàs. *alii.*
g nunc *deeſt in aliis.*
h ſpiritabilem *MS.*
i ejus ignores locum *MS. R.*
k ejus *deeſt in MS. R.*

31. *Nunc ubi ubi ſit animus.*] Vulgg. *nunc ubi ſit animus:* Tres Pall. Norvic. Cantab. & Petrenſ. *Sed aliàs ubi ſit animus.* His omnibus concinnior eſt ſcriptura, quam ex Manut. & Victor. recepimus. Plautus Aſin. Act. II. Sc. II, 21. *Perii ego oppidò, niſi Libanum invenio jam, ubi ubi eſt gentium.* Idem Caſin. Act. III. Sc. IV, 3. *Ubi ubi ſunt, duplici damno dominos multant.* Terentius Eunuch. Act II. Sc. III, 4. *Ubi ubi eſt, diu celari non poteſt.* Sic iterum Act. V. Sc. IX, 12. *Daviſ.*

32. *Nihil concretum.*] Donatus *concretum* id dici ait, quod ex minutiis multis in unam cogitur maſſam. quod ſimplex eſt, id individuum eſt; individui autem nulla eſt diſtractio, nulla ſeparatio, alioqui individui nomen amitteret. Simplex eſt animus, & conſequenter individuus, & ob id ab interitu remotus, cum interitus ſit ſeparatio quædam, ex eo dictus, quòd eat medius inter animam & corpus. Meritò dixit Servius ignem cœleſtem eſſe æternum, quia ſimplex eſt. omnia enim ſyntheta, id eſt compoſita, exitum ſortiuntur. *Si homo* (ut inquit Galenus in lib. de Elementis) *ſimplex & unum foret, non doleret, & conſequenter non interiret. ſequela enim doloris eſt mors, quoniam nullum ſit corpus, quod deleri poſſit & mori non poſſit.* Beroald.

33. *Iis*

hi poteſt: nec interire igitur. eſt enim interitus quaſi diſceſſus & [l] ſecretio ac [m] direptus earum partium, quæ ante interitum [n] junctione aliqua tenebantur. his & talibus [o] rationibus adductus Socrates, nec [p] patronum quæſivit ad judicium capitis, nec judicibus ſupplex fuit: adhibuitque liberam contumaciam, à magnitudine animi [q] ductam, non à ſuperbia: & ſupremo vitæ die de hoc ipſo multa diſſeruit, & paucis antè diebus, cùm facilè poſſet educi è cuſtodia, noluit: & [r] cùm pænè in manu jam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita eſt, ut non ad mortem trudi, verùm in cælum videretur aſcendere.

XXX. ITA ENIM cenſebat, itaque diſſeruit; duas 72
eſſe vias duplicesque curſus animorum è corpore excedentium. nam qui ſe [s] humanis vitiis contaminaviſſent, [t] & ſe totos libidinibus [v] dediſſent, quibus cæcati [x] velut domeſticis vitiis atque flagitiis ſe [y] inquinaviſſent, vel [z] republicâ violandâ fraudes inexpiabiles concepiſſent, [33] iis devium quoddam iter eſſe, ſecluſum à concilio deorum. qui autem ſe integros caſtosque [a] ſervaviſſent, quibusque fuiſſet minima cum corporibus contagio, ſeſeque ab his [b] ſemper [c] ſevocaſſent, eſſentque in corporibus humanis vitam imitati deorum: his ad illos, à quibus eſſent profecti, reditum facilem patere.

Itaque commemorat, ut [d] cygni, qui non ſine cauſa Apollini dicati ſunt, ſed quòd ab eo divinationem habere videantur, [34] quâ providentes quid in morte boni ſit, 73
cum cantu & voluptate moriantur: ſic omnibus & bonis & doctis eſſe faciendum. nec verò de hoc quisquam dubitare poſſet, niſi idem nobis accideret, diligenter de animo cogitantibus, quod iis ſæpe uſu [e] venit, [35] qui

l ſegregatio *MS.* P. B.
m diremtus *Lamb. Manut.*
n victione *Lamb.*
o rationibus *non eſt in MSS.*
p patrocinium *MS.*
q inductam *Vict. & alii.*
r cum *non eſt in MS. qui & tenens.*
s immanibus *Bentl.*
t aut *Idem.*
v dedidiſſent *Vict.*
x vel dom. ſtupris *Idem.*
y inquinaſſent *alii.*
z in rep. *alii.*
a ſervaſſent *alii.*
b per ſe avoc. *MS.*
c ſevocaviſſent *MS.*
d cygnis *Lamb.*
e evenit *MS.*

33. *Iis devium quoddam iter eſſe, ſecluſum.*] Sic indicavi legendum in Crepundiis, ex tribus prioribus Pall. accedunt jam duo poſteriores ac Victorii editio, ubi totum ſic habetur, ut & in Fabr. Pith. codd. Vulgò ineptiſſimè, *Iis demum quoddam &c.* Gebhard.

34. *Quâ providentes*] Conſtructio videtur claudicare. Ven. 1491. & uterque Manutius repræſentant, *quia providentes*, unde Syntaxis durior fit & confragoſior. Reſcribendum puto, *quaſi providentes.* D. ſane Lambinus in his lectionem receptam ſequutus paullo antea reponit, *ut cygnis*, ſed vulgatam tuetur Servius ad Virgilii Æn. 1, ℣. 393. ac æque lenis eſt ea, quam fecimus, Medicina. *Daviſ.*

35 qui cùm acriter oculis deficientem ſolem intuerentur, ut adſpectum omnino amitterent: ſic mentis acies [f] ſeipſam intuens nonnumquam hebeſcit; ob eamque cauſam contemplandi diligentiam amittimus. Itaque dubitans, circumſpectans, hæſitans, 36 multa adverſa revertens, 37 tam-

f ſe ipſa Lamb.

P. CLXIV.

35. *Qui acribus oculis deficientem ſolem intuerentur.*] Sic edendum curavi, libris omnibus invitis, duces ſequutus Lucretium, Virgilium, ipſum Ciceronem. Lucretius. lib. III. *Cum ferviſcit & ex oculis micat acribus ardor.* Virgil. lib. XII. *Scintillæ abſiſtunt, oculis micat acribus ardor.* M. Tullius pro Plancio: *Populum Rom. aures hebetiores, oculos acriores & acutiores habere.* Sic autem eſſe apud Lucretium legendum, non, *micat acrius ardor*, vidit & Paſſeratius. *Lambin.* *Qui cùm acriter oculis deficientem ſolem.*] Ita Vict. editio. Ceterum locus valde turbatus, principe auctore Lambino, contra omnes libros hoc modo reſcribente: *Qui acribus oculis deficientem ſolem.* In omnibus libris *Cum* vel *quem* apparet, in Mariniano, *Deficientibus.* Unde Gulielmius, *Cum qui acriter oculis deficientibus.* Gebhard.

36. *Multa adverſa revertens, tamquam in rate, in mari immenſa noſtra vehitur ratio.*] Legendum, *tamquam in rate in mari &c.* hoc primum quemadmodum habent libb. vett. & docet Adr. Turneb. lib. x. Adverſ. & ita juſſeram olim excudi, *reverens* autem rejeci, ut ſuppoſitum. *revertens*, ut rectum & auctoritate libb. MSS. comprobatum, probavi, quam lectionem idem Turnebus tuetur & explicat eruditè. Præterea *ratio* legendum, ut & edendum curavi, non, *oratio*. ſignificat enim, noſtræ mentis aciem & rationem in hoc mundo vehi, tanquam qui in rate vehitur, in mari immenſo. de oratione non loquitur. *Lambin.* *Multa adverſa revertens, tamquam in rate, in mari immenſo, noſtra vehitur oratio.*] Corrigunt contra auctoritatem veterum librorum publicorum & capſariorum, *tanquam ratis:* ſed cum in rate navigare in vaſto mari ſit periculoſum nec tutum, quid habent, quod in antiqua ſcriptura culpare poſſint? *Multa* autem *adverſa revertens* rationem quandam loquendi priſcam & poëticam olet. Demonſtratur autem æſtus hac locutione eorum, qui eò ſæpius, unde degreſſi ſunt, redeunt ſua per veſtigia, quòd eos cœpti itineris aut viæ pœniteat. Itaque retro adverſique revertuntur. *Multa* igitur intelligo, ut & in Enniano apud Ciceronem lib. I. de Divin. verſu,

Quanquam multa manus ad cæli cærula templa
Tendebam lachrymans.

Loquitur enim Veſtalis, quæ ſæpe ſe dicit tetendiſſe manus ad cœlum. Quarè *multa adverſa revertitur oratio*, quæ retro redit ſæpe, & adverſum ſe fertur, pedem in contrarium refert, contraque id, quod affirmavit loquutaque eſt, pronunciat, atque adverſum tendit & mutat ſententiam in diverſum. Hæc Ciceroni explicando congeſſit Hadr. Turnebus Adverſ. lib. x. cap. 14. Jam noſtrorum Codicum variantes lectiones videamus. Petrenſ. *tanquam invite in mari univerſo.* Edit. Ven. 1491. *tanquam rate in mari immenſo.* Cantabr. *tanquam rates in mari univerſo*, cum quo faci

[37] tamquam in rate, in mari immenſo, noſtra vehetur [g] oratio. *g ratio Lamb.*

Sed hæc & vetera & à Græcis. Cato autem ſic 74
abiit è vita, ut [h] cauſam moriendi nactum ſe eſſe gauderet. *h cauſas MS.*
Vetat enim dominans ille in nobis deus, injuſſu
hinc nos ſuo [i] demigrare. cùm verò cauſam juſtam deus *i remigrare alii.*
ipſe dederit, ut tunc Socrati, nunc Catoni, ſæpe multis, [k] næ ille, medius fidius, vir ſapiens, lætus ex his *k ne MS. R.*
tenebris in lucem illam exceſſerit, nec tamen illa [l] vincla carceris ruperit. *l vincula alii.*
leges enim vetant. ſed tamquam à
magiſtratu, aut ab aliqua poteſtate legitima, ſic à deo
evocatus atque [m] emiſſus exierit. tota enim philoſophorum vita, ut ait idem, commentatio mortis eſt. *m amiſſ. alii.*

XXXI. NAM QUID aliud agimus, cùm à volupta- 75
te, id eſt, à corpore, cùm à re familiari, quæ eſt miniſtra & famula corporis, cùm à republica, cùm à
negotio omni ſevocamus animum? quid, inquam, tum
agimus, niſi animum ad ſeipſum [n] advocamus, ſecum *n avocamus alii evocamus MS.*
eſſe cogimus, maximéque à corpore abducimus? ſecernere autem à corpore animum, [38] nec [o] quidquam aliud
eſt *o quidquam deeſt in MS.*

cit MS. Fabric. niſi quod ultimam vocem, prout in vulgatis eſt, repræſentet. Forte legi poſſit, *haſitans multa, ac verſa, revertens, tanquam rates in mari immenſo, noſtra vehitur ratio. Ratio*, prout cum D. Lambino ſcribimus, rati in Oceano jactatæ comparatur. Sic Catullus Epig. xxv.

Et inſolenter æſtues, veluti minuta magno
Deprenſa navis in mari, veſaniente vento.

Rates eſt *ratis*. Varro in Scaligeri Catal. lib. I. Tit. I.

Menippos ille, nobilis quondam canes.

Vide & Chariſium Inſt. Grammat. lib. I. coll. 100, 118. *Davſ.*

37. *Tanquam in rate in mari immenſo.*] Obſecutus ſum majori conſenſui Mſſ. cum Turnebo ac Lambino facientium. Paſſeratius volebat, *Tanquam rati in mare.* Pall. tres priores, *Tamquam in rate in mare im.* ſi autoritas ſequeretur, legerem, *Tanquam rates in mari immenſo*, prout eſt in Fab. & tertio ad marginem. Videtur omninò aliquem ex vett. poëtam reſipiſcere. *Rates* autem pro *Ratis*, ut *Canes* taliaque. Lucilius, *Laniorum immanis canes ut &c.* Gebhard.

38. *Nequicquam aliud eſt.*] *Nequicquam* pro *nihil* non probo: non enim fert Latini ſermonis conſuetudo. *Nihil quidquam aliud eſt* habet Maffæi liber. placet: ſic enim locutus eſt Terentius in Adelphis: *Nihil quidquam vidi lætius.* & Plautus in Merc. *Nihil, Charine, te quidem quidquam pudet.* P. Manut. *Nec quidquam aliud eſt.*] Sic habent plerique MSS. Manutius aſſeverat, in codd. Maffæi ſcriptum reperiri, *nihil quidquam.* omnes vulgg. habent, *nequicquam aliud eſt &c.* quod Turnebus retinet & interpretatur, *non*

 quid-

eſt quàm emori diſcere. quare hoc commentemur, mihi crede, disjungamusque nos à corporibus, id eſt, [p] conſueſcamus mori. Hoc &, dum erimus in terris, erit illi cæleſti vitæ ſimile: &, cùm illuc ex his [q] vinculis emiſſi feremur, minùs tardabitur curſus animorum. nam qui in compedibus corporis ſemper fuerunt, etiam [r] cùm ſoluti ſunt tardiùs ingrediuntur, ut ii, qui ferro vincti multos annos fuerunt. quò cùm venerimus, tum [s] denique vivemus. Nam hæc quidem vita mors eſt: quam lamentari poſſem, [t] ſi liberet.

76 A. Satis [v] quidem tu in Conſolatione es lamentatus: quam cùm lego, nihil malo, quàm has res relinquere; his [x] verò modò auditis, multo magis. M. Veniet tempus, & quidem celeriter, & ſive [y] retractabis, ſive [z] properabis. volat enim ætas. tantum autem abeſt ab eo, ut malum mors [a] ſit, quod tibi dudum videbatur, ut verear, ne homini nihil ſit non malum aliud certè, [b] ſed nihil bonum aliud potiùs: ſi quidem vel dii ipſi, vel cum diis futuri ſumus. A. Quid refert? adſunt enim, qui hæc non probent. M. 39 Ego autem numquam ita te

p diſcamus *MS.*
q vinclis *MS.*
r cum *deeſt in MS.*
s demum *MS.*
t ſi nobis lib. *MS.*
P. B.
v tu quidem *alii.*
x vero auditis *alii.*
y retardabis *Lamb.*
z optemperabis *Bentl.*
a non ſit *MS.*
b *alii* ſed bonum.

quidquam. Ego, *nec quidquam*, reponendum cenſeo; & ita reperi ſcriptum in cod. Memmiano, & Huraltino, & Danielis. *nec quidquam* autem valet *non quidquam.* nam *nec* pro *non* uſurpabant veteres: ut, *furtum nec manifeſtum*, *nec opinatò*, *nec erit*, *nec rectè*, pro, *non manifeſtum*, *non opinatò*, *non erit*, *non rectè*. vide Feſtum. Quod ſi quis dicat, etiam *ne* poſuiſſe veteres pro *non*, reſpondebo, illud eſſe obſcurum & controverſum, aut certè minus uſitatum & antiquum: hoc perſpicuum eſſe, & conſtare inter omnes, & uſitatiſſimum eſſe. Quare *nec quidquam* probo, *ne quicquam* non item. quamquam neque improbo, neque damno. *Lambin.*

39. *Ego autem nunquam ita te in hoc ſermone dimittam ulla uti ratione, ut mors tibi videri malum poſſit.*] Neque ſenſus neque locutio placet. quid enim ſibi vult, *nunquam te in hoc ſermone dimittam ulla uti ratione?* quis verò unquam ſic locutus eſt, *nunquam te dimittam ulla uti ratione?* verbum *dimitto* & Latinum eſt & veteribus uſitatum, neque eodem modo ſemper, ſed variè, cum infinito autem nunquam. itaque etſi nihil immutavi, ne facerem id, quod faciendum non eſt, ut mihi plus tribuerem quàm libris MSS. tamen non dubito, quin ita legendum & diſtinguendum ſit: *Ego autem nunquam ita te in hoc ſermone dimittam, ulla uti ratione mors tibi videri malum poſſit.* Cum autem erroris originem quærerem, hanc reperi, quod particulam illam *uti*, quæ hoc loco adjunctiva conjunctio eſt, lector opinatus infinitivum eſſe modum, à verbo *utor*, cum ſuperiore membro conjunxit. & ut hoc imperitè, ita illud impudenter, quod *ut* addidit de ſuo, ut adverbium *ita* haberet

te in hoc ſermone dimittam ulla uti ratione, ut mors tibi videri malum poſſit.

A. Quî poteſt; cùm iſta cognoverim? M. Quî poſſit, 77
rogas? catervæ veniunt contrà dicentium, non ſolùm Epicureorum, quos equidem non deſpicio, ſed neſcio quo modo doctiſſimus quisque 40 contemnit: acerrimè autem deliciæ meæ, Dicæarchus, contra hanc immortalitatem diſſeruit. is enim tres libros ſcripſit, qui Leſbiaci vocantur, quòd Mytilenis ſermo [c] habetur, in quibus vult efficere, animos eſſe mortales. Stoici autem 41 uſuram nobis largiuntur, 42 tamquam cornicibus: diu manſuros ajunt animos, ſemper negant.

c habitus ſit *MS.*

XXXII.

beret quò referretur; cum *uti* pro *ut* eſſe poſitum non intelligeret. *P. Manut.*

40. *Contemnit.*] Abeſt, &, opinor, rectè, hoc verbum ab antiquo lib. ut illud, *Doctiſſimus quisque*, ſpectet ad verbum *diſſeruit*. Idem.

41. *Uſuram nobis largiuntur, tanquam cornicibus.*] Cornicum vivacitas à multis auctoribus celebratur. Heſiodus apud Plutarchum de Orac. defect. pag. 415.

Ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη.

Latine ſic reddit Auſonius Eidyll. XVIII, 3.

Hos (viros) *novies ſuperat vivendo garrula cornix.*

Vide & Plinium Hiſt. Nat. lib. VII. cap. 48. Hinc *cornicum ſæcla vetuſta* memorat Lucretius lib. V. pag. 694. & cornix Horatio lib. III. Od. XVII, 13. *annoſa* dicitur, quò reſpexit Iſidorus Orig. lib. XII. cap. 7. Plura ſuppeditabit vir Cl. Joan. Clericus ad Pedonis Albinovani Eleg. II, 117. *Daviſius.*

42. *Tanquam Cornicibus.*] Maro, vel quisquam interpres fuit, explicavit rem propoſita hominis ætate annorum XCII. his verſibus:

Per binos deciesque novem ſuperexit in annos
Juſta ſeneſcentum quos implet vita virorum.
Hos novies ſuperat vivendo garrula cornix,
Et quater egreditur cornicis ſecula cervus.
Alipedem cervum ter vincit corvus, & illum
Multiplicat novies phœnix, reparabilis ales,
Quam vos perpetuo decies prævertitis ævo
Nymphæ Hamadryades, quarum longiſſima vita eſt.
Hi cohibent fines vivacia fata animantum,
Cetera ſecreti novit Deus arbiter ævi.

Sed nimia quanta ſumma annorum de his exire prudentioribus viſum. itaque ætatis nomine annum intellexere, ut eſſet vita longiſſima. Nympharum annorum novies millium ſeptingentorum & viginti. cum quibus ſi jam alias ſummas multiplicemus, quantum immenſitatis exiturum ſit facile potes animadvertere. hi autem ætatem ſic accepere, ut unum eſſe numerum & cadum vini di-

d malis, ut videtur *MS. R.*

XXXII. Num vis igitur audire, cur, etiam ſi ita ſit, mors tamen non ſit in [d] malis? A. Ut videtur: ſed me nemo de immortalitate depellet. M. Laudo id qui-
78 dem: etſi nihil [e] animis oportet confidere. movemur enim ſæpe aliquo acutè concluſo: 43 labamus mutamusque ſententiam clarioribus etiam in rebus. in his eſt enim aliqua obſcuritas. id igitur ſi acciderit, ſimus armati. A. Sanè quidem: ſed, ne accidat, providebo. M. Num quid igitur eſt cauſæ, [f] quin amicos noſtros Stoicos dimittamus; eos dico, qui ajunt animos manere, è corpore cùm exceſſerint, ſed non ſemper? A. Iſtos verò: qui, quod tota in hac cauſa difficillimum eſt, ſuſcipiant, poſſe animum manere corpore vacantem: illud autem, quod non modò facile ad credendum eſt, 44 ſed eo conceſſo, quod volunt, conſequens, id certè non dant, ut, cùm diu permanſerit, ne intereat. M. Bene reprehendis: & ſe iſto modo res habet.

e *alii* nimis *& ſic Bentl. Gul.* animi.

f cur *MS.*

P. CLXV.

79 Credamus igitur Panætio, à Platone ſuo diſſentienti. quem enim omnibus locis divinum, quem ſapientiſſimum, quem ſanctiſſimum, quem Homerum philoſophorum appellat, hujus hanc unam ſententiam de immortalitate animorum non probat. vult enim, quod nemo negat, quidquid natum ſit interire: naſci autem animos, quod declarat eorum ſimilitudo qui procreantur: quæ etiam in ingeniis, non ſolùm in corporibus appareat. alteram [g] autem affert rationem: nihil eſſe, [h] quod doleat, quin id ægrum eſſe quoque poſſit: quod autem in morbum cadat, id etiam interiturum: dolere autem animos: ergo etiam interire.

g vero *MS.*

h quum *Steph.*

80 XXXIII. Hæc refelli poſſunt. ſunt enim ignorantis, cùm de æternitate animorum dicatur, de mente dici, quæ omni turbido motu ſemper vacet, non de partibus

dicimus: ipſum quod metimur, non quo metimur. Verùm de his quisque ſentiat quod voluerit. *Camerar.*

43. *Labamus mutamusque ſententiam clarioribus etiam in rebus: in his eſt enim aliqua obſcuritas.*] Fortè rectius hoc modo: *Labamus mutamusque ſententiam, clarioribus etiam in rebus ineſt aliqua obſcuritas.*. P. Manut.

44. *Sed eo conceſſo, quod volunt conſequens, id certè non dant.*] Quinque Pall. & Fab. Vatic. *idcirco non dant*, vel, *iccirco*. legendum putem, *idcirco non dant*. quid hoc ſit alibi dicimus. *Gebhard.* In MS. R. Lupareníi etiam eſt, *idcirco non dant.*

45. *Ni-*

bus iis, in quibus ægritudines, iræ libidineſque verſentur: quas is, contra quem hæc [i] dicantur, ſemotas à mente & diſcluſas putat. [k] Jam ſimilitudo magis apparet in beſtiis: quarum animi ſunt rationis expertes. hominum [l] autem ſimilitudo in corporum figura magis exſtat: & ipſi animi, magni refert, quali in corpore locati ſint. multa enim è corpore exiſtunt, quæ acuant mentem: multa, quæ obtundant. Ariſtoteles quidem ait, omnes ingenioſos melancholicos eſſe: ut ego me tardiorem eſſe non moleſtè feram. enumerat multos: idque quaſi conſtet, rationem, cur ita fiat, affert. Quòd ſi tanta vis eſt ad habitum mentis in iis, quæ gignuntur in corpore: (ea ſunt autem, quæcumque ſunt, quæ ſimilitudinem faciant) [45] nihil neceſſitatis affert, [46] cur naſcatur animi ſimilitudo.

i dicuntur *alii.* k Nam *alii.* l item *conj. Lamb.* P. B.

81 Omitto [m] ſimilitudines. [47] vellem adeſſe [n] poſſet Panætius. vixit cum Africano. quærerem ex eo, cujus ſuorum ſimilis fuiſſet [48] Africani fratris nepos, [o] facie vel patris; vitâ omnium perditorum ita ſimilis, ut eſſet facilè [p] deterrimus. cujus etiam ſimilis, P. Craſſi, & ſapientis, & eloquentis, [q] & primi hominis, nepos, multorumque aliorum virorum clarorum, quos nihil at-

m ſimilitudinem *MS* diſſimilitudinem *Bentl.* n ſi poſſ. *MS.* o facie patris *Vict.* p teterrimus *Idem & alii.* q & primi *in aliis deeſt.*

45. *Nihil neceſſitatis affert, cur naſcatur animi ſimilitudo.*] Locus hic fœdè corruptus erat, vitioſa interpunctione & unius literæ detractione, quem ſanè feliciter, præfiſcinè, interpunctione mutata & litera *n* redditâ, reſtitui. Sic autem habent libri omnes vulgati, *nihil neceſſitatis affers, cur naſcatur animi ſimilitudo, &c.* nulla ſententia. nunc autem, ut à me editus eſt, optima ſententia eſt; nihil neceſſitatis, inquit, affert ſimilitudo procreatorum, quare naſcantur animi, quia ſimilitudo ex corpore proficiſcitur. *Lambin.*

46. *Cur naſcatur animi ſimilitudo.*] Jactat D. Lambinus ſe reſtituiſſe, *cur naſcantur animi, ſimilitudo*; ſed non erat, cur ob eam emendationem ſuperbiret vir doctiſſimus; ita enim jam dudum correxerat P. Manutius, quod verbulo notaſſe candidi fuit ingenii. codd. omnes cùm noſtri tum aliorum vulg. lectionem conſtanter exhibent; nec male quidem, ſi modo, virgulâ immiſſâ, legas, *cur naſcatur, animi ſimilitudo.* Daviſ.

47. *Vellem adeſſe poſſet Panætius; vixit cum Africano. quærerem ex eo.*] Aliter in manuſcripto legitur hic locus: *vellem adeſſet Panætius: quærerem.* Urſin.

48. *Africani fratris nepos*] Filius Q. Fabii Allobrogici, nepos Q. Fabii Æmiliani, qui frater Africani fuit: uterque enim Pauli Æmilii filius; & alter ab Africani majoris filio, alter à Q. Fabio Maximo, Verrucoſſi filio, eſt adoptatus. *A. Manut.*

 49. *Mi-*

attinet nominare, nepotes & filii. Sed quid agimus? oblitine ſumus, hoc nunc nobis eſſe propoſitum, cùm ſatis de æternitate dixiſſemus, ne ſi interirent quidem animi, quidquam mali eſſe in morte? A. Ego verò memineram: ſed te de æternitate dicentem aberrare [r] à propoſito facilè patiebar.

r à *deeſt in aliis.*

82 XXXIV. M. Video te [s] altè ſpectare & velle in cælum [49] migrare. A. Spero fore, ut contingat id nobis. ſed fac, ut iſti volunt, animos non remanere poſt mortem. video nos, ſi ita ſit, privari ſpe beatioris vitæ. M. Mali verò quid affert iſta ſententia? [t] fac enim ſic animum interire, ut corpus. [v] num igitur aliquis dolor, aut omnino poſt mortem ſenſus in corpore eſt? nemo id quidem dicit: [x] etſi Democritum inſimulat Epicurus: [y] Democritici negant. ne in animo quidem igitur ſenſus remanet. ipſe enim nuſquam eſt. ubi igitur malum eſt? quoniam nihil tertium [z] eſt. [a] an, quoniam ipſe animi diſceſſus à corpore non fit ſine dolore? ut credam ita eſſe, quàm eſt [b] id exiguum! & falſum eſſe arbitror: & fit plerumque ſine ſenſu: nonnumquam etiam cum voluptate: totumque hoc [c] leve eſt, qualecumque eſt.

s alta *alii.*
t fac ſic anim. *alii.*
v nunc *MS.*
x quia ſi *MS.*
y ſtatim Democ. *MS.*
z eſt *deeſt in aliis.*
a an ipſe *Lamb.*
b id ad exig. *Gebh.*

83 Fit enim ad punctum temporis. illud angit, vel potiùs excruciat, diſceſſus ab omnibus iis, quæ ſunt bona in vita. Vide, ne à malis dici veriùs poſſit. quid ego nunc lugeam vitam hominum? verè [d] & jure poſſum. ſed quid neceſſe eſt, cùm id agam, ne poſt mortem miſeros nos putemus fore, etiam vitam efficere deplorando miſeriorem? fecimus hoc in eo libro, in quo noſmetipſos, quantum potuimus, conſolati ſumus. à malis igitur mors abducit, non à bonis, verum ſi quærimus. [e] Hoc quidem à Cyrenaico Hegeſia ſic copioſè diſputatur, ut is à rege Ptolemæo prohibitus eſſe dicatur illa in ſcholis dicere, [f] quò multi, his auditis, mortem ſibi ipſi [g] conſciſcerent.

P. CLXVI.
c breve *Bentl.*
d id & *Daviſ.*
e Equidem hoc *MS. R.* Et quidem *alius MS.*

84 [50] Callimachi quidem epigramma in [51] Ambraciotam Cleom-

f quod *alii.*
g conſciſcent *MS.*

49. *Migrare. A. Spero, &c.*] Elegantius, ſi, notis literarum, quibus perſonæ ſignificantur, inductis, continuata oratione ita legatur: *Migrare: ſpero fore, ut contingat id nobis: ſed fac, ut iſti volunt, animos non remanere poſt mortem. video nos, ſi ita ſit, privari ſpe beatioris vitæ: mali vero &c.* P. Manut.

50. *Callimachi quidem Epigramma in Ambraciotam Cleombrotum eſt.*]

eombrotum eſt : quem ait, cùm nihil ei accidiſſet verſi, è muro ſe in mare abjeciſſe, lecto Platonis li-o. 52 ejus autem, quem dixi, Hegeſiæ liber eſt, ἀποκαρτερῶν, quod h à vita quidam per inediam diſcedens h è vita *Lamb.* de vita *Gul.*

] Epigramma Callimachi xxiv. ſic ſe habet:

Εἴπας. Ἥλιε, χαῖρε, Κλεόμβροτος ὡ Ἀμβρακιώτης
Ἥλατ' ἀφ' ὑψηλοῦ τείχεος εἰς ἀΐδην·
Ἄξιον οὐδὲν ἰδὼν θανάτου κακὸν, ἀλλὰ Πλάτωνος
Ἓν τὸ περὶ ψυχῆς γράμμ' ἀναλεξάμενος.

ctantius Div. Inſtit. lib. III. cap. 18. *Quid Ambraciotes ille, qui, s eundem librum* (Phædonem) *perlegiſſet, præcipitem ſe dedit, nul-s aliam ob cauſſam niſi quod Platoni credidit.* Sed divini illius iloſophi mentem aſſecutus non eſt iſte Cleombrotus, nam Pla-mortem tantum philoſophicam intelligit, quæ fit, *cum anima* *mc in corpore conſtituta corporeas illecebras, philoſophia docente, temnit*, ut fuſe docet Macrobius in Somn. Scip. I. cap. 13. Am-monius in Porphyrii Iſag. pag. 3. Κλεόμβροτός τις ὀνόματι, ἐγκύ-ς τῷ τοῦ Πλάτωνος Φαίδωνι καὶ ὅτι δεῖ μὲν τὸν φιλόσοφον θά-τον μελετᾶν γνοὺς, ἀνελθὼν ἐπὶ τοῦ τείχους ἑαυτὸν κατεκρήμνισε. on puto neceſſum eſſe, ut cum viro maximo ibi legamus ἐγκύς-: τῷ τοῦ Πλάτωνος Φαίδωνι· ἐγκύψας enim eſt *diligenter ac ſe-o incumbens.* Sic Origenes in Philoſophumenis Tom. x. Antiq. æc. pag. 289. Δρυΐδαι οἱ ἐν Κελτοῖς, τῇ Πυθαγορείῳ φιλοσοφίᾳ :' ἄκρον ἐγκύψαντες. Eodem ſenſu ὡς τὸ πολὺ εἰς βιβλίον ἐπι-υφότα dixit Lucianus in Hermot. Tom. I. pag. 505. *Daviſius.*

:I. *Ambraciotam Cleombrotum.*] Ab Ambracia, Epiri urbe, olim :rhi regia, ut inquit Livius. Cleombroti hujus meminit etiam idius in Ibin & Lactantius Firm. lib. III. *A. Manut.*

:2. *Ejus autem, quem dixi, Egeſiæ liber eſt ἀποκαρτερώτατος.*] tuſta lectio, ἀποκαρτερῶν, quam genuinam eſſe puto. nam etiam erpretatio Ciceronis ipſi egregiè reſpondet, quæ nullo modo ſi fallor) alteri lectioni accommodari poteſt. Is eſt enim ἀπο-τερῶν, qui à cibo abſtinet & per inediam vitam finit. Plut. in icle: Καὶ μὴν τοιγε λέγουσιν τὸν Ἀναξαγόραν αὐτὸν ἀσχολουμένου ικλέους κεῖσθαι συγκεκαλυμμένον ἤδη γηραιὸν ἀποκαρτεροῦντα. m Symp. 856. Διὸ καὶ πολὺν ζῶσιν χρόνον ἔνιοι τῶν ἀποκαρτε-των ἂν ὕδωρ μόνον λαμβάνωσιν. Callimachi autem epigramma, quo paulò ſuprà loquitur, eſt apud Hammonium in commen-is in libellum Porphyrii. Inquit enim: Κλεόμβροτος γάρ τις κατι ἐγκύψας τῷ τοῦ Πλάτωνος Φαίδωνι καὶ ὅτι μὲν δεῖ τὸν ὅσοφον θάνατον μελετᾶν γνοὺς: οὕτω δὲ τρόπῳ δεῖ μὴ γνοὺς, ιθὼν ἐπὶ τεῖχους ἑαυτὸν κατεκρήμνισε: τούτου μαρτύριον ὁ εἰς ὁ τὸ Ἀμβρακιωτὸν μειράκιον ἐκθέμενος ἐπίγραμμα ποιητὴς ὶ γάρ,

Εἴπας ἥλιε χαῖρε Κλεόμβροτος Ἀμβρακιώτης,
Ἥλατ' ἀφ' ὑψηλοῦ τείχεος εἰς ἀΐδου
Ἄξιον οὐδὲν ἰδὼν θανάτου κακὸν, ἀλλὰ Πλάτωνος
Ἓν τὸ περὶ ψυχῆς γράμμ' ἀναλεξάμενος. *Victor.*

3. Ἀποκαρτερώτατος.] Nos aliquando vulgatæ ſcriptioni inhæ-

 rentes

dens revocatur ab amicis: quibus reſpondens, vitæ humanæ [i] enumerat incommoda: poſſem id facere, etſi minùs quàm ille, qui omnino vivere expedire nemini putat. [k] Mitto alios. etiamne nobis expedit, qui & domeſticis & forenſibus ſolatiis ornamentisque privati, certè, ſi antè occidiſſemus, mors nos à malis, non à bönis abſtraxiſſet?

85 XXXV. SIT IGITUR aliquis, qui nihil mali habeat, nullum à fortuna vulnus acceperit. 54 Metellus ille honoratus quattuor filiis: at quinquaginta Priamus; [l] quibus [m] ſeptem & decem, [n] juſta uxore natis. in utroque [o] eandem habuit fortuna poteſtatem: [p] ſed uſa in altero eſt. Metellum enim multi filii, filiæ, nepotes, neptes in rogum impoſuerunt: 55 Priamum [q] tanta progenie orbatum, cùm 56 in aram confugiſſet, hoſtilis manus interemit. Hic ſi vivis filiis incolumi regno occidiſſet,

i narrat *MS.*
k Omitto *alii.*
l è quibus decem & ſept. *Daviſ.*
m ſeptemdecim *MS.* R. P. B.
n è juſta *alii.*
o tandem *MS.*
p ſecluſa *Gebh.*
q ita *MS.* R. *alii* autem tanta.

rentes fecimus, ἀποκαρτερώσαντ@. in Ven. autem eſt, ἀποκαρτερῶν. *Camer.*

54. *Metellus.*] Inter rara felicitatis humanæ exempla numeratur eſt Qu. Metellus, qui à primo originis die ad ultimum usque mortis tempus nunquam ceſſante fortunæ faventis indulgentiâ ad ſummum vitæ beatæ cumulum perveniſſe traditur. Nam præter honores ampliſſimos cognomenque Macedonici à quatuor filiis illatus eſt rogo, uno prætore, tribus conſularibus, duobus triumphalibus, uno cenſorio. qui cum ſex liberos relinqueret, undecim nepotes reliquit: nurus vero generosque & omnes, qui ſe patris appellatione ſalutarent, viginti ſeptem. cum interim nullum funus, nullus gemitus, nulla cauſa triſtitiæ interveniret. Vix in cœlo talem ſtatum reperire poſſemus. Denique ſpatio ultimæ ſenectutis defunctus, lenique genere mortis inter oſcula complexusque chariſſimorum pignorum exſpiravit. de hoc M. Tullius in v. de Fin. Plinius & Valerius meminerunt. *Beroald.*

55. *Priamum autem tanta progenie orbatum, cum in aram confugiſſet, hoſtis manus interemit.*] Ariſtoteles lib. I. Eth. ad Nic. Καὶ ἐνδέχεται τὸν μάλιςα εὐθηνοῦντα μεγάλαις συμφοραῖς περιπεσεῖν ἐπὶ γήρως, καθάπερ ἐν τοῖς ἡρωικοῖς περὶ Πριάμου μυθεύεται. *Urſin.*

56. *In aram confugiſſet.*] Scilicet Jovis Hercei, de qua ait Virgilius:

> *Ingens ara fuit juxtaque veterrima laurus,*
> *Incumbens aræ.*

de hoc ſcripſit Ovidius:

> *Cui nihil Hercei profuit ara Jovis.*

Hercum autem appellant, quem etiam penetrale vocabant, qui in-

Aſtante 57 *ope barbarica*,
58 *Tectis cœlatis*, *laqueatis*,

utrùm tandem à bonis, an à malis [r] diſceſſiſſet? tum profectò videretur à bonis. At certè ei meliùs eveniſſet, nec tam flebiliter illa canerentur,

Hæc omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam [s] *evitari*,
Jovis aram ſanguine turpari.

r diſceſſiſſet tum? *Gul.*
s *eripi* ed. vet. *eripienis* MS.

59 Quaſi verò iſta vi quidquam tum potuerit ei melius accidere. quod ſi antè [t] accidiſſet, [v] tamen eventum omnino amiſiſſet; hoc autem tempore ſenſum malorum amiſit.

t occidiſſet *alii.*
v *Daviſ. diſtinguit poſt* tamen.

Pompejo noſtro familiari, cùm graviter ægrotaret Nea- 86

intra conſeptum domûs cujusque colebatur. Græcis enim ἕρκος *ſeptum clauſtrum*que nominatur. *Beroald.*

57. *Ope Barbarica.*] Oſtenditur maxima opulentia Barbarorum, id eſt Aſiatica. ut Maro:

Barbarico poſtes auro ſpoliisque ſuperbi.

Vitam evitari vetuſtè dixit pro interimi: Jovis autem aram Hercei ſignificat, id eſt in atrio præſidentis; de qua Ovidius:

Cui nihil Hercei profuit ara Jovis.

Quod ſequitur: *Quaſi vero iſtâ vel quicquam tum potuerit ei melius accidere*, aut intelligemus *marte*, aut legemus, *poſt iſta.* Pompeji ægrotationis cum periculo annuæ ad Att. meminit. & horum etiam votorum: *Municipia vero adeunt, nec ſimulant, ut cum de illo ægroto vota faciebant.* Eventus vero civilis belli triſtiſſ. Pompejo quaſi capita exponit, quæ hiſtoria eſt notiſſima. *Camerar.*

58. *Tectis cælatis*, *laqueatis.*] Hic & lib. III. cap. 19. repono, *lacuatis*, ut habet Servius ad Æn. I, 726. ubi ſic ait: *Legitur & lacuaribus. Cicero Tuſculanarum, Tectis cælatis, lacuatis.* Ita ſane antiquitùs ſcribebant, cum *lacus* hujusce vocis ſit origo, quemadmodum tradit doctiſſimus Grammaticus, ex quo ſua deſcripſit Iſidorus Orig. lib. XIV. cap. 8. ac lib. XIX. cap. 12. *Daviſius.*

59. *Quaſi vero iſta vel quicquam.*] Qui Viterbi Epiſcopus fuit, Petrus Craſſus, vir bene doctus & ingenio præſtans, putabat eſſe legendum: *Quaſi verò iſta vi quicquam*, eamque conjecturam in ſuo libro ſcripſerat, quam ego vel diſſentientibus libb. MSS. valde probo. Error inde natus eſt, quod *vei* pro *vi* veteres ſcribebant; de quo Politianus in Miſcell. unde in librum de Univerſitate idem mendum irrepſit, ubi legendum eſt, *Vi cum eadem conjunxit*, non, *vel cum eadem conjunxit.* P. Manut. *Iſta vi.*] Vulgg. *iſta, vel*, nullo prorſus ſenſu. Ut edidimus, ita dudum correxerant Paullus Manutius, Henr. Stephanus Caſtig. p. 103. D. Lambinus, alii. Verſus à noſtro laudatos ex Ennii Hecuba deſumptos putat Petr. Scriverius. Perperam; illos enim ſibi vindicat poëtæ Andromacha, id quod patet ex Tuſc. Diſput. lib. III. cap. 22. & ſic olim recte ſtatuerat Hier. Columna ad Fragm. pag. 237. *Daviſ.*

60. *Co-*

Neapoli, meliùs eſt factum. [60] coronati Neapolitani fuerunt: nimirum etiam Puteolani vulgò ex oppidis publicè [x] gratulabantur. Ineptum ſanè negotium & Græculum: ſed tamen fortunatum. Utrùm igitur, ſi tum eſſet èxſtinctus, à bonis rebus, an à malis diſceſſiſſet? Certè à miſeris. non enim cum ſocero bellum geſſiſſet, non imparatus arma ſumpſiſſet: nòn domum reliquiſſet: non ex Italia fugiſſet: non, exercitu amiſſo, nudus in ſervorum ferrum & manus incidiſſet: [61] non liberi defleti: non fortunæ omnes à victoribus [y] poſſiderentur. [z] qui, ſi mortem tum obiſſet, in ampliſſimis fortunis occidiſſet. is propagatione vitæ quot, quantas, quàm incredibiles hauſit calamitates?

[x] ei gratul. *Lamb.*
[y] poſſeſſæ *Daviſ.* poſſeſſæ eſſent *alii.*
[z] quod ſi *MS.*

XXXVI. HÆC MORTE effugiuntur, etiam ſi non evenerint, tamen quia poſſunt evenire. ſed homines ea ſibi accidere poſſe non cogitant. Metelli ſperat ſibi quiſque fortunam: proinde quaſi aut plures [a] fortunati ſint quàm infelices, aut certi quidquam ſit in rebus humanis, aut ſperare ſit prudentius quàm timere. Sed
87 hoc ipſum concedatur, bonis rebus homines morte privari: ergo etiam carere mortuos vitæ commodis, idque eſſe miſerum. certè ita dicant neceſſe eſt. An poteſt is, qui non [b] eſt, re ulla carere? [63] triſte enim eſt nomen ipſum carendi, quia [c] ſubjicitur hæc vis: habuit, non habet: deſiderat, requirit, indiget. [d] opinor, hæc incommoda ſunt carentis. caret oculis, odioſa cæcitas; li-

[a] felices *alii.*
P. CLXVII.
[b] eſt quis *MS. unde Gebh.* quid.
[c] ſubjicitur *MS. R.*
[d] hæc, opinor *MS. R.*

60. *Coronati Neapolitani fuerunt: nimirum etiam Puteolani vulgo ex oppidis.*] Ita omnes libri, præter Gemb. *paſſim* antè *vulgo* inſerentem; unde Gulielmius ariolabatur: *fuerint nimium: etiam Puteolani; paſſim vulgò ex opp.* Gebhard.

61. *Non liberi defleti.*] Antiquus liber manuſcriptus habet, *deleti*, quod minus placet: placeret magis *ejecti*, ſcilicet a fortunis. *Urſin.*

62. *Triſte nomen carendi.*] *Carere*, ut mox docet, ſignificat egere eo, quod habere velis. ineſt enim velle & deſiderare in carendo. Carere in bono dicitur, non in malo. & proprie carere videtur eſſe de his commodis, quæ olim poſſedimus, quibus indigemus: ergo mortuus dici non poteſt carere commodis vitæ, cum non ſit, & in eo nullus ſit ſenſus. *Beroald.*

63. *Niſi cum ſic, tanquam in febre, dicitur, &c.*] Jam olim in quibusdam libris antiquis, poſt *in febre*, repereram hæc verba, *quâ carere jucundum eſt:* ſed quia judicaram ea eſſe aliena, quod æquè & nunc judico, nonſolum rejeceram, ſed ne digna quidem, quæ lectori indicarentur, æſtimaram. *Lambin.*

64. *Regno*

liberis, orbitas. valet hoc in vivis: mortuorum autem non modò vitæ commodis, ſed ne vitâ quidem ipſâ quiſquam caret. de mortuis loquor, qui nulli ſunt. nos, qui ſumus, num [e] aut ſi cornibus caremus, aut [f] pennis, ſit qui [g] id dixerit? certè nemo. quid ita? quia cùm id non habeas, quod tibi nec uſu, nec naturâ ſit aptum, non careas, etiam ſi ſentias te non habere.

Hoc premendum etiam atque etiam eſt argumentum, 88
confirmato illo, de quo, ſi mortales animi ſunt, dubitare non poſſumus, quin tantus interitus in morte ſit, ut ne minima quidem [h] ſuſpicio ſenſûs relinquatur. hoc igitur probè ſtabilito & fixo illud excutiendum eſt, ut ſciatur, quid ſit carere, ne relinquatur aliquid erroris in verbo. Carere igitur hoc ſignificat, egere eo, quod habere velis. ineſt enim velle in carendo, [64] niſi cùm ſic, tanquam in febri, dicitur, alia quadam notione verbi. dicitur enim alio modo etiam carere, cùm aliquid non habeas & non habere te ſentias, etiam ſi id facilè patiare. carere [i] enim [k] in morte non dicitur. [l] nec enim eſſet dolendum. dicitur illud bono carere, quod eſt malum. ſed ne vivus quidem bono caret, ſi eo non indiget: ſed in vivo intelligi tamen poteſt, [65] regno [m] carere: dici autem hoc in te ſatis ſubtiliter non poteſt: poſſet in Tarquinio: cùm regno eſſet expulſus. at in mortuo ne intelligi quidem [n] poteſt. carere enim ſentientis eſt: nec ſenſus in mortuo: ne carere quidem igitur in mortuo eſt. Quamquam quid opus eſt in hoc philoſophari, cùm rem non magnopere philoſophiâ 89
egere videamus?

XXXVII. Quoties non modò ductores noſtri, ſed univerſi etiam exercitus [66] ad non dubiam mortem con-

e & ſi *alii.*
f pinnis *MS.*
g id *delet Lamb.*
h ſuſpicione *MS.*
i enim *deeſt in MS. R.*
k malo, id non *Victor. P. B.*
l neque *MS.* non *alii.*
m te carere *MS. R.*
n poteſt *delet Daviſ.*

64. *Regno carere.*] Qui privatus eſt, nec unquam regnavit, ſatis rectè dici non poteſt *carere regno*, cùm id elocutionis genus pertineat propriè & ſignificanter ad eos, qui olim fuerunt reges, & poſtea regno expulſi fuerunt: quod accidit Tarquinio Superbo, qui ex Romano imperio exactus eſt, unde, qui aliquando regnavit, & deinde regnum amiſit, ſignificanter dicere poteſt ſe regno carere, cùm in eum, qui ſemper privatus vixit, id verbum cadere non poſſit. *Beroald.*

65. *Ad non dubiam mortem concurrerunt.*] *Cucurrerunt* magis placet, ut eſt in antiquo. *Urſin.*

66. *Cum Pyrrho nepos,*] Licet plerique ſcriptores patrem tantum &

concurrerunt? quæ quidem ſi timeretur, non L. Brutus arcens eum reditu tyrannum, quem ipſe expulerat, in prœlio concidiſſet: non cum Latinis decertans pater Decius, cum Etruſcis filius, ° cum Pyrrho nepos, ſe hoſtium telis objeciſſent: non uno bello pro patria cadentes Scipiones Hiſpania vidiſſet, Paullum & Geminum Cannæ, Venuſia Marcellum, Latini Albinum, Lucani Gracchum. num quis horum miſer hodie? Ne tum quidem poſt ſpiritum extremum: nec enim poteſt eſſe miſer quiſquam ſenſu [67] perempto. Ad id ipſum odioſum eſt, ſine ſenſu eſſe.

° etiam cum *alii.*

90 Odioſum, ſi id eſſet carere. cùm verò perſpicuum ſit, nihil poſſe in eo eſſe, qui ipſe non ſit: quid poteſt eſſe in eo odioſum, qui nec careat, nec ſentiat? quamquam hoc quidem nimis ſæpe. ſed eò, quòd in hoc ineſt omnis animi contractio, ex metu mortis. qui enim ſatis viderit, id quod eſt luce clarius, animo & corpore conſumpto, totoque animante deleto & facto interitu univerſo, illud animal, quod fuerit, factum eſſe nihil, is planè perſpiciet, inter [68] Hippocentaurum, qui

& filium ſe pro patria devoviſſe memorent, qua de re præter Hiſtoricos vide Servium ad Virgilii Æn. VI, 825. & Scholiaſten Juvenalis ad Satyr. VIII, 254. Noſter tamen de Fin. lib. II. cap. 19. de nepote ſic loquitur: *Neque porro ex eo natus, cum Pyrrho bellum gerens conſul cecidiſſet in prœlio, ſeque è continenti genere tertiam victimam Reip. præbuiſſet.* Ac cum Cicerone quidem facit Zonaras Annal. lib. VIII. cap. 5. *Daviſ.*

67. *Perempto. ad id ipſum odioſum eſt, ſine ſenſu eſſe odioſum.*] Ita habet Manutius, quod poteſt defendi. Non enim ſemper contradicit Auditor Marco, ſed aliquando ipſe ſibi Marcus objicit. Sed longe melius habet meus liber manuſcriptus: *Perempto. A. at id ipſum odioſum eſt ſine ſenſu eſſe. M. odioſum.* Quid autem opus eſt dialogo, ſi quis velit ſibi objicere? *Urſin.*

68. *Hippocentaurum.*] Quidam Hippocentauros volunt filios eſſe Centaurorum, quod & Diodorus memorat. Fabula ex eo nata, quòd primi equitare auſi ſint; veluti ἵππος, id eſt equus & homo copulati eſſent. Apud Xenophontem ait Chryſantas, ſe ex omnibus animantibus maximè diligere Hippocentauros, ſi modo fuerunt: quippe qui tum prudentiâ hominis uterentur manuumque artificio, tum haberent equi velocitatem & vires. Lucretius argumentatur, Centauros eſſe non poſſe compactos ex naturis diſſimilibus; quo conceſſo conſectarium eſt, nec Hippocentauros fuiſſe, utpote ex Centauris progenitos. Claudius Cæſar ſcribit, Hippocentaurum in Theſſalia natum eodem die interiſſe, tanquam ἡμερόβιον, id eſt vitæ dialis. Plinius refert, ſe vidiſſe Hippocen-

tau-

qui numquam fuerit, & regem Agamemnonem, nihil intereſſe: nec pluris nunc facere M. Camillum hoc civile bellum quàm ego illo vivo fecerim Romam captam. Cur igitur & Camillus doleret, ſi hæc poſt trecentos & quinquaginta ferè annos eventura putaret, & p ego cur doleam, ſi ad decem millia annorum 69 gentem aliquam urbem noſtram potituram putem? quia tanta caritas patriæ eſt, ut eam non ſenſu noſtro, ſed ſalute ipſius metiamur. P.CLXVIII. p *ita Daviſ. alii* ego doleam.

91 XXXVIII. ITAQUE non deterret ſapientem mors, quæ propter incertos caſus quotidie imminet, propter brevitatem vitæ numquam longè poteſt abeſſe, quo minùs in omne tempus reipublicæ ſuisque conſulat, q & poſteritatem ipſam, cujus ſenſum habiturus non ſit, ad ſe putet pertinere. Quare licet etiam mortalem eſſe animum judicantem, æterna moliri, non gloriæ cupiditate, quam ſenſurus non ſit, ſed virtutis, quam neceſſariò gloria, etiam ſi tu id non agas, conſequatur. natura verò ſic ſe habet, ut, quo modo initium nobis rerum omnium ortus noſter afferat, ſic exitum mors; ut nihil pertinuit ad nos ante ortum, ſic nihil poſt mortem pertinebit. in quo quid poteſt eſſe mali, cùm 70 mors nec ad vivos pertineat, nec ad mortuos? alteri nulli ſunt, alteros non r attingit. q ut *MS.* R. r *alii* attinget.

92 Quam qui leviorem faciunt, ſomni ſimillimam volunt eſſe. quaſi verò quiſquam ita nonaginta annos velit vivere, ut, cùm ſexaginta confecerit, reliquos dormiat. 71 ne ſues quidem id velint, non modò ipſe. Endymion

taurum in melle allatum Claudio principi ex Ægypto. *Beroald.*

69. *Gentem aliquam urbem noſtram potituram.*] MS. Norvic. *petituram.* Petrenſis, *urbe noſtra potituram*, eoque modo ediderunt uterque Manutius ac Deſ. Eraſmus: memores nempe non erant, accuſativum caſum huic verbo adjungi poſſe. Scriptor Bell. Hiſpan. cap. 13. *Oppidum potiri poſſe ſe ſperarent.* Hirtius Bell. Afric. cap. 87. *Poſtquam caſtra non potuerant potiri.* Sic alibi paſſim loquuntur præſtantiſſimi ſcriptores, ut oſtendimus ad illius libri cap. 36. Vide & G. J. Voſſium de Conſtruct. cap. 22. *Daviſ.*

70. *Mors nec ad vivos pertineat, nec ad mortuos?*] Eleganter mihi videretur illud *pertineat* ſubaudiri, cum principe Pal. qui eo deſtituitur. *Gebhard.*

71. *Ne ſues quidem id velint. Endym.*] In libb. vulgg. poſt *id velint* ſequuntur deinceps hæc, *non modo ipſe.* ea ego funditus delenda cenſeo. non ſunt enim Ciceronis, ſed aliena & ex annotatione aliqua nata. *Lambin.* *Ne ſues quidem id velint, non modo ipſe.*]

dymion verò, ſi fabulas audire volumus, 72 neſcio [s] quando in Latmo obdormivit, qui eſt mons Cariæ. nondum, opinor, eſt experrectus. num igitur eum curare cenſes, cùm Luna laboret, à qua conſopitus putatur, ut eum dormientem [t] oſcularetur? quid curet autem, qui ne ſentit quidem? habes ſomnum imaginem mortis, eamque quotidie induis. Et dubitas, quin ſenſus in morte nullus ſit, 73 cùm in ejus ſimulacro videas eſſe nullum ſenſum?

s quam *MS.*

t oſculetur *MS.*

93 XXXIX. PELLANTUR ergo iſtæ ineptiæ pænè aniles, ante tempus mori miſerum eſſe. quod tandem tempus? naturæne? At ea quidem dedit uſuram vitæ, tamquam pecuniæ, nulla præſtituta die. Quid eſt igitur, quod querare, ſi repetit, cùm vult? ea enim conditione acceperas. Iidem, ſi puer parvus occidit, æquo animo ferendum putant: ſi verò in cunis, ne querendum quidem. Atqui ab hoc acerbiùs exegit natura, quod dederat. Nondum guſtaverat, inquiunt, vitæ ſuavitatem: hic autem jam ſperabat magna, quibus frui cœperat. [v] At id quidem ipſum in ceteris rebus melius putatur, aliquam partem quàm nullam attingere, cur in vita ſecus? Quamquam non [x] malè ait Callimachus, multò ſæpius lacrymaſſe Priamum quàm Troilum. eorum autem, qui exacta ætate moriuntur, fortuna laudatur.

P. B.

v Ad *MS.* R.

x malè Call. *Lamb.*

94 Cur? 74 nam, reor, nullis, ſi vita longior daretur, poſſet eſſe jucundior. Nihil eſt enim profectò homini prudentiâ dulcius, quam, ut cetera auferat, affert certè ſenectus. Quæ verò ætas longa eſt? aut quid omninò homini longum? nonne modò pueros, modò ado-

ipſe.] MS. Petrenſ. corruptè repræſentat, *neſciens quidem id velint*; ſed ille, ut & omnes noſtri, tres voculas poſteriores retinent, nec cauſa fuit, cur D. Lambin. & Fr. Fabr. eas in ſpongiam juberent incumbere. *Daviſ.*

72. *Neſcio quando in Latmo obdormivit.*] Adverbium *quando* Antonius Auguſtinus mutat in *quo modo*: & illa verba, quæ ſequuntur, *Qui eſt mons Cariæ*, putat eſſe ſcholium Grammatici alicujus. *Urſin.*

73. *Cum in ejus ſimulacro videas nullum eſſe ſenſum.*] Abeſt vox *ſenſum* ab antiquo, & recte, ut opinor. *Idem.*

74. *Nam, reor, nullis, ſi vita longior daretur.*] Ita Lambinus: ita Fabricius duoque Pall. tert. quint. Vulgò, *Nam, reor, non illis, ſi vita long.* Gebhard.

75. *Omnia*

adoleſcentes, in curſu, à tergo inſequens, nec opinantes aſſecuta eſt ſenectus? ſed quia ultrà nihil habemus, hoc longum [y]ducimus. [75] omnia iſta, perinde ut cuique data ſunt, [76] pro rata parte à vita aut longa aut brevia [z] dicuntur. [77] Apud Hypanim fluvium, qui ab Europæ parte in Pontum influit, Ariſtoteles ait beſtiolas quaſdam naſci, quæ unum diem vivant. ex his igitur, horâ octavâ quæ mortua eſt, provecta ætate mortua eſt: quæ verò occidente ſole, decrepita: eo magis, ſi etiam ſolſtitiali die. confer noſtram longiſſimam ætatem cum æternitate, in eadem propemodum brevitate, qua illæ beſtiolæ, reperiemur.

y dicimus *MS.*

z addicuntur *MS.*

XL. CONTEMNAMUS igitur omnes ineptias: (quod enim 95 P. CLXIX.

75. *Omnia iſta perinde ut cuique data ſunt, pro rata parte aut longa aut brevia dicuntur.*] Legebatur antea, *pro rata parte à vita longa.* nos, ſenſum ſecuti, *aut longa* correximus, adjuti nonnihil à lib. Maffæi MS. in quo legitur, *aut ita:* ex quo ſum adductus, ut, dictione *ita* in alium locum translata, ſic legendum opinarer: *Omnia iſta, perinde ut cuique data ſunt, ita pro rata parte aut longa aut brevia dicuntur.* P. Manur.

76. *Pro rata parte aut longa aut brevia dicuntur.*] Poſt vocem *parte* in manuſcripto legitur *avita:* quod verbum mendoſum eſt, & pro eo reponendum fortaſſe, *in vita.* Urſin. *Pro rata parte à vita aut longa aut brevia dicuntur.*] Secuti ſumus Victorium, obſequentes habentem Pall. pr. tert. quart. quint. Ceterum Grutero videbatur illud *pro rata parte* gloſſa. Vulgò omittunt *à vita.* Lambinus, *pro rata parte ita aut longa.* Gebhard. *Pro rata parte à vita longa aut brevia dicuntur.*] Vulgg. repudiant *à vita*, cum quibus facit MS. Petrenſ. Legebat Paullus Manutius, quem D. Lambinus eſt ſecutus, *pro rata parte ita aut longa &c.* ac ita Norv. unus, niſi quod particulam disjunctivam omittat. Verum eam, quam recepi, lectionem exhibent plerique Codices, nec, ut puto, rejectaneam habebunt ii, qui in animum revocabunt, *vitam* pro *hominibus* interdum uſurpari. Phædrus Frol. lib. I, 4. *Et quod prudenti vitam conſilio monet*; ubi plura J. F. Gronovius. Cicero Offic. lib. I. cap. 44. *Propter neceſſitatem vitæ — initam eſſe cum hominibus communitatem.* Arnobius lib. II. p. 26. ed. Prior. *Inops vita & multarum indigens rerum, fortuita conſpiciens &c.* Sic βίος apud Græcos, ut docet Iſ. Caſaubonus ad Athenæi lib. XV. c. 5. *Daviſ.*

77. *Apud Hypanim.*] De hoc Propertius:

Quantum Hypanis Veneto diſſidet Eridano.

Ex magna Scythiæ palude profluit, quæ, ut ait Herodotus IV. Hiſt. vocatur mater Hypanis. fit amarus ob fonticulum, qui eum influit, in tantum, ut ejus aquæ fiant inguſtabiles. hunc Solinus ait principem eſſe amnium Scythicorum. *Beroald.*

enim levius huic levitati nomen imponam ?) totamque vim bene vivendi in animi robore ac magnitudine, & in omnium rerum humanarum contemptione ac deſpicientia, & in omni virtute ponamus. nam nunc quidem cogitationibus [a] moleſtiſſimis effæminamur, ut, ſi antè mors adventet quàm Chaldæorum promiſſa conſecuti ſumus, ſpoliati magnis quibusdam bonis, illuſi deſtitutique videamur.

a molliſſimis *alii.*

96 Quòd ſi exſpectando & deſiderando [78] pendemus animis, cruciamur, angimur: prô dii immortales! [79] quàm iter illud jucundum eſſe debet, quo confecto, nulla reliqua cura, nulla ſollicitudo futura ſit! quàm me delectat Theramenes! quàm elato animo eſt! etſi enim flemus, cùm legimus, tamen non miſerabiliter vir clarus emoritur. [80] qui cùm conjectus in carcerem tri-

78. *Pendemus animis.*] *Animi* rectius in Manuſcripto. *Urſin.*

79. *Quàm optabiliter iter illud jucundum.*] Alii, *Ineundum.* Veteri, *Quàm iter illud jucundum eſſe debet ?* Camer. *Quàm optabiliter illud iter ineundum eſſe debet.*] Quis hoc modo loquitur? *debet eſſe ineundum* nemo certe dixerit: & illud, *ineundum eſt*, *iniri debet*, *inire nos decet*, Latinè dixeris. Monere lectorem volui, ut, cum in ſcriptos libros inciderit, hunc locum diligenter inſpiciat. *P. Manut.* *Quàm illud iter jucundum eſſe debet.*] Quid eſt hâc ſcripturâ, quæ in omnibus libb. MSS. legitur, planius? quid eâdem elegantius, maxime ſi cum vulgata conferetur? quæ talis eſt, *quàm optabiliter iter illud jucundum eſſe debet, quo conf.* Nam profectò olet manum audaculi emendatoris, ſeu veriùs corruptoris, qui de ſuo addidit, *optabiliter*, cùm fortè, pro *jucundum*, *ineundum* legiſſet, aut etiam ex voce *jucundum* fecit *ineundum*: & ita totum hunc locum contaminavit. *Lambin.* *Quam illud iter jucundum eſſe debet.*] Dudum ante Lambinum, qui tamen tanquam princeps in hac emendatione triumphat, ſic edidit Victorius. & ſic habetur ad verbum in Pall. ſec. tert. quarto. Pith. in primo ac quinto, *nobis* amplius. vulgo, *quam optabiliter iter illud ineundum eſt.* Gebhard. E vulgata lectione concinnavit celeb. Bentlejus, *quam optabile iter illud & jucundum eſſe debet.*

80. *Qui cum conjectus in carcerem triginta juſſu tyrannorum, venenum, ut ſitiens, obbibiſſet.*] Cuncti veteres codices *obduxiſſet* habent: quin & Germani ita quoque & ipſi adnotant, ut qui ex aliquo antiquo exemplari id hauſerint. Tanta eſt autem varietas hujus verbi ſignificationum, ut mirum etiam videri non debeat, hîc, pro *celeriter abſorbuiſſet*, ut puto, poſitum eſſe. cur enim credendum facile ſit omnibus libris idem mendum inſediſſe? aliis autem fortaſſe locis eandem vim habere verbum id invenietur. nam libro XVI. ad Atticum neſcio quid ſimile omnino ſonat, cum inquit: VIII. *Calend. igitur ad Sicam, ibi tanquam domi mea* ſi-

ſcilicet: itaque obduxi poſterum diem. Tantopere enim ſe ibi delectatum eſſe, & tam commodè dicit manſiſſe, ut poſterum etiam diem penè contra voluntatem ſuam ibi conſumpſerit. omnino exiſtimo locum ita legi debere, & hanc rectam eſſe lectionem: olet enim ea quiddam ſincerum prorſus & elegans, quamvis apertè vim & rationem ejus explanare non poſſim. [Ad confirmandam tamen caſtigationem, quam ego minus fortaſſe lentè ac faſtidioſè probavi, valent hæc duo optimorum auctorum exempla, qui & ipſi eo verbo eodem ſignificatu uſi ſunt. Horat. lib. I. Odar. *Hic innocentis pocula Leſbii Duces ſub umbra.* Plaut. Amphitr. Merc. *Cadus erat vini, inde implevi cirneam.* Sol. *Ingreſſus 'ſt jam.* Merc. *Eam ego, ut matre fuerat natum, vini eduxi meri.*] Hic autem miſerabilis Theramenis exitus accuratè narratur à Xenophonte lib. II. de Rebus Græcorum, nam & ille hominem admiratur, qui tam forti & læto animo de vita diſceſſerit, ut jocari etiam in extremo ſpiritu potuerit. Quare non inutile eſſe arbitror, cùm eundem locum ambo hi præclariſſimi autores diligenter pertractent, verba hic Xenophontis apponere, quæ ſunt hæc: Καὶ ἐπείγε ἀποθνήσκειν ἀναγκαζόμενος τὸ κώνιον ἔπιεν τὸ λειπόμενον ἔφασαν ἀποκοτταβίσαντα εἰπεῖν αὐτον, κριτίᾳ τοῦτ' ἔστω τῷ καλῷ καὶ τοῦτο μὲν ὀυκ ἀγνοῶ ὅτι ταῦτα ἀποφθέγματα ὀυκ ἀξιόλογα, ἐκεῖνο δὲ κρίνω τοῦ ἀνδρὸς ἀγαθὸν τὸ τοῦ θανάτου παρεστηκότος μήτε τὸ φρόνιμον μήτε τὸ παιγνιῶδες ἀπολιπεῖν ἐκ τῆς ψυχῆς. Quod autem Græci uno verbo comprehendunt τῷ ἀποκοτταβίζειν ſcilicet (nam propter hoc etiam non incommodum fuiſſe puto hos locos contuliſſe) Cicero ipſe coactus eſt pluribus verbis exprimere. Erat autem luſus quidam in conviviis Græcorum, quem κότταβον appellabant, talis; Collocabant vas in medio, & reliquum vini quod erat in poculo, cùm biberant, ita in illud projiciebant, ut magnum ſonum ederet. Pleni ſunt Græcorum libri hujus nominis & moris. Athenæus libro X. Δειπνοσοφιστῶν à Siculis hoc genus luſûs fluxiſſe tradit; inquit enim: Ἦσαν δὲ τῶν δὲ ἀκράτων ἐπιχύσεις, ὡς φησι Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ μέθης, ὀυ παλαιαὶ, ἀλλ' ἦν ἀπ' ἀρχῆς τὸ μὲν σπένδειν ἀποδεδομένον τοῖς θεοῖς, ὁ δὲ κότταβος τοῖς ἐρωμένοις: ἐχρῶντο γὰρ ἐπιμελῶς τῷ κοτταβίζειν ὄντος τοῦ παιγνίου Σικελικοῦ καθάπερ καὶ ὁ ἀνακρέων ὁ τήϊος πεποίηκε Σικελικὸν κότταβον ἀγκύλῃ παίζων. ἀγκύλην autem poculi genus fuiſſe, ad hunc luſum exercendum accommodatum, docet Heſychius, qui etiam exponit quantâ induſtriâ & artificio id facerent; inquit enim: *Qui cottabos ejiciebant, dextram manum curvabant, in orbem ipſam quammaxime fieri poterat decenter formantes: ob hoc tanquam ob præclaram & honeſtam quampiam rem ſibi placentes.* Libabant igitur à primo hoc merum pueris, quos amabant: unde Theramenes (ut opinor) inquit, *Pulchro hoc Critiæ propino.* nam Athenæus citat etiam eo loco Pindarum, qui ἀγάθων. δὲ καλῷ κότταβον dixit: quamvis Cicero videtur aliter hunc locum intellexiſſe, cùm morem eum exponens dicat: *Græci enim in conviviis ſolent nominare cui poculum tradituri ſint.* Sed ſi attentè conſideres Xenophontis & Pindari verba, & primum ortum hujus luſûs, à Theophraſto traditum, non inelegantius fortaſſe putabis alluſiſſe Theramenem ad antiquam conſuetudinem amoribus & deliciis ſuis hoc merum libandi. Cur enim & Theramenes ipſe & Pindarus καλῷ ad-

triginta juſſu tyrannorum, [81] venenum ut ſitiens obduxiſſet, [82] reliquum ſic è poculo ejecit, ut id reſonaret; [83] quo ſonitu reddito, arridens, *Propino*, inquit, *hoc* b *poculo Critiæ* MS. [b] *pulcro Critiæ*, qui in eum fuerat tæterrimus. Græci enim in conviviis ſolent nominare, cui poculum tradituri ſint. Luſit vir egregius extremo ſpiritu, cùm jam præcordiis conceptam mortem contineret: [84] veréque ei, qui venenum præbuerat, mortem eſt eam auguratus,
97 tus, [85] quæ brevi conſecuta eſt. Quis hanc animi maximi æquitatem in ipſa morte laudaret, ſi mortem
c enim in *MS. R.* malum judicaret? Vadit [c] in eundem carcerem atque in eundem paucis pòſt annis ſcyphum Socrates, eodem
d judicandum MS. *unde Daviſ.* judicantum. ſcelere [d] judicum, quo tyrannorum, Theramenes. quæ eſt igitur ejus oratio, [86] qua facit eum Plato uſum apud judices, jam morte multatum?

XLI.

addidiſſent, niſi hoc innuere voluiſſent. *Victor.*

81. *Venenum, ut ſitiens, obduxiſſet.*] Sic eſſe legendum jam pridem admonuit P. Victorius, idque ex auctoritate librorum veterum, quibuscum omnes noſtri conſentiunt & conſpirant. *obduxiſſet* autem, id eſt exſorbuiſſet, ebibiſſet. Horat. Oda. III. lib. III. *Illum ego lucidas Inire ſedes, ducere nectaris Succos, & adſcribi quietis Ordinibus patiar deorum.* Lambin.

82. *Reliquum ſic è poculo ejecit, ut id reſonaret.*] Hoc Græcis uno verbo dicitur ἀποκοτταβίζειν, vel κοτταβίζειν. Vide Suidam & Pollucem lib. VI. §. 109. quibus addi poſſunt, quæ habet Juſtus Lipſius Antiq. Lect. lib. III. p. 385. *Daviſ.*

83. *Quo ſonitu reddito arridens.*] Ita Victorius, ita Pith. Pall. ſecund. quart. quint. mihi magis placeret lectio tertii Pal. *quod ſonitu reddito arridens.* quò alludit etiam primus, *quōd ſonitu reddito arridetis.* ut innuat levaſſe poculum & vultu ridibundo adſpexiſſe. Vulgò, *quo ſonitu reddito ridens.* Gebhard.

84. *Veréque ei, qui venenum præbuerat.*] Retinui vulgatum, etiam ſi *præbiberat* erat in Pall. tert. quarto, libris optimis. quam etiam in Gryphiano reperiſſe teſtatur Mich. Brutus. quid? ſi quis *præbuverat* aut *præbuerat* malit? à *præbuo* vel *præbueo*, quod eſt *præbibo.* Idem.

85. *Quæ brevi conſecuta.*] Thraſybulus extorris patriâ exſulque magnificentiſſimum factum aggreſſus eſt, liberare ſcilicet aſſerereque Athenas à ſervitute triginta tyrannorum. Itaque adunatis exſulibus Atticam regionem ingreſſus, occupatoque caſtello conflixit adverſus tyrannos proſpero prælio, qui victi in urbem refugerunt. mox iterato præliantur: quo ſecundo prælio cecidit Critias, dux ſæviſſimus tyrannorum. tunc Victor Thraſybulus, libertate recuperata, legem illam oblivionis tulit, quæ Græco vocabulo dicitur ἀμνηστία, de qua in libro Annotationum & in Commentariis Tranquilli ſatis multa. *Beroald.*

86. *Qua facit eum Plato uſum apud judices.*] Quæ ſequuntur extant

XLI. MAGNA *me*, inquit, *ſpes tenet, judices, bene mihi evenire, quòd mittar ad mortem. neceſſe eſt enim,* P. B.
ſit alterum de duobus; ut aut ſenſus omnino omnes mors auferat, aut in alium quendam locum ex his locis morte migretur. quamobrem, ſive ſenſus exſtinguitur, morsque ei ſomno ſimilis eſt, qui nonnumquam, etiam [87] *ſine viſis ſomniorum,* [e] *placatiſſimam quietem affert: dii boni! quid* [e] *pacatiſſimam* MSS.
lucri eſt emori? aut quàm multi dies reperiri poſſunt, qui [f] *ſi ſim.* Bentl.
tali nocti anteponantur, cui [f] *ſimilis futura eſt perpetuitas omnis conſequentis temporis? quis me beatior? Sin vera* 98
ſunt, quæ dicuntur, migrationem eſſe mortem in eas oras, quas, qui è vita exceſſerunt, incolunt: id multo jam beatius eſt, te, cùm ab iis, qui ſe judicum numero haberi volunt, evaſeris, ad eos venire, qui verè judices appellentur, Minoëm, Rhadamanthum, Æacum, Triptolemum: convenireque eos, qui juſtè & cum fide vixerint. hæc peregrinatio mediocris vobis videri poteſt? ut verò colloqui cum Orpheo, Muſæo, Homero, Heſiodo liceat, [88] *quanti tandem æſtimatis? equidem ſæpe emori, ſi fieri poſſet, vellem, ut ea, quæ dico, mihi liceret* [g] *invenire.* [g] *evenire* MS.
quanta delectatione [h] *autem afficerer, cùm Palamedem, cùm Ajacem, cùm alios, judicio iniquorum circumventos,* [h] *animi* MS.
convenirem? tentarem etiam ſummi regis, qui maximas copias duxit ad Trojam, & Ulyxi Siſyphique prudentiam: nec ob eam rem, cùm hæc exquirerem, ſicut hîc faciebam, capite damnarer. ne vos quidem judices, ii, qui me abſolviſtis, mortem timueritis.

Nec

ſtant in Apologia pag. 368. ed. Lugdun. *Daviſ.*

87. *Sine viſis ſomniorum.*] Pal. tert. *ſine luſis ſomniorum.* Ven. 1491. *ſine niſis ſomniorum*, quod mendum videtur Typographicum. MS. Norvic. exhibet, *ſine viſis oculorum*; ſed receptam lectionem tuentur Platonis Græca Apolog. pag. 308. G. Ἐπειδάν τις καθεύδων μηδ' ὄναρ μηδὲν ὁρᾷ, eamque ceteri Codices confirmant ſtabiliuntque. *Idem.*

88. *Quanti tandem æſtimatis? Equidem ſæpe emori.*] In MSto Norvic. eſt, *quanti tandem exiſtimatis emori? Equidem ſæpe emori*, unde eleganter & ἐμφατικῶς, mutata diſtinctione, legi poſſit, *quanti tandem exiſtimatis?* (nam hæc verba confuſa eſſe docuimus ad Cæſaris lib. III. B. C. cap. 102.) *Emori, equidem ſæpe emori, ſi fieri poſſet, vellem.* Simpliciter tamen Plato Apolog. pag. 369. B. Ἐγὼ μὲν γὰρ πολλάκις ἐθέλω τεθνάναι. ex quibus verbis non infirmum receptæ ſcripturæ ſubeſt adminiculum, præſertim cum eam tueantur omnes Codices præter Ven. aliasque editt. veteres, in quibus per-

 ye-

99 *Nec enim cuiquam bono mali quidquam evenire poteſt,*
nec vivo, nec mortuo: nec umquam ejus res à diis immor-
talibus negligentur. nec mihi ipſi hoc accidit fortuitò. nec
verò ego iis, à quibus accuſatus, aut à quibus conde-
R. CLXX. *mnatus ſum, habeo quod ſuccenſeam, niſi quòd mihi noce-*
re ſe crediderunt. [89] & hæc quidem hoc modo. nihil
autem melius æſtimo. *Sed tempus eſt*, inquit, *jam hinc*
abire me, ut moriar; vos, ut vitam agatis. utrum au-
tem ſit melius dii immortales ſciunt: hominem quidem
ſcire arbitror neminem.

XLII. NÆ EGO haud paullo hunc animum malim
quàm eorum omnium fortunas, qui de hoc judicave-
runt. etſi, quod præter deos negat ſcire quemquam,
id ſcit ipſe, utrum melius ſit. nam dixit antè. ſed
100 ſuum illud, nihil ut affirmet, tenet ad extremum. Nos
autem teneamus, ut nihil cenſeamus eſſe malum, quod
ſit à natura datum omnibus. intelligamusque, ſi mors
malum ſit, eſſe ſempiternum malum. nam vitæ miſe-
ræ mors finis eſſe videtur. [90] mortis, ſi eſt miſera, fi-
nis eſſe nullus poteſt. Sed quid ego Socratem, aut
Theramenem, præſtantes viros virtutis & ſapientiæ
gloriâ, commemoro, cùm Lacedæmonius quidam,
cujus ne nomen quidem proditum eſt, mortem tant-
opere contempſerit, ut, cùm ad eam duceretur,
[91] damnatus ab Ephoris, & eſſet vultu hilari atque læ-
to,

peram legitur, *equidem ſæpe mori*, initiali litera vocis ultimæ ob finalem præcedentis intercepta. *Daviſ.*

89. *Et hoc quidem hoc modo: nihil autem melius æſtimo.*] Ex antiquo libro Maffæi legendum puto: *Et hæc quidem hoc modo: nihil autem melius extremo:* ut hoc totum non ex Socratis oratione ſit, ſed à Cicerone per interpoſitionem prolatum: nam neque in Platonis Apologia hæc ſunt, & dictio illa *inquit*, quæ ſubſequitur, ideo videtur eſſe illata, ut quaſi interruptum ſuperioris orationis filum contexeret. Sic & in alio libro ſcripto ſcriptum eſſe ſcripſit ad me idem Germanus monachus. *P. Manut.*

90. *Mors ſi eſt miſera, finis eſſe nullus poteſt.*] Omnes & mſſ. noſtri & editio Lambini, *mortis, ſi eſt miſera, finis eſſe nullus poteſt.* quod etiam eſt in mſſ. Suffridi. *Gebhard.* Bentlejus legit: *Mortis, ſi eſt miſerum, finis eſſe &c.*

91. *Damnatus ab Ephoris.*] Apud Lacedæmonios tales fermè erant Ephori, quales apud Romanos Tribuni plebis; qui à Theopompo ſic appoſiti regibus ſunt, ut apud Romanos conſulibus tribuni. Satis conſtat, ab Ephoris reges alios ejectos fuiſſe, alios interemptos. Olim pro miniſtris regum fuerant; paulatim deinde,

to, dixiſſetque ei quidam inimicus, Contemnisne leges
Lycurgi? reſponderit, Ego verò illi maximam gratiam
habeo, qui me eâ pœnâ multaverit, quam ſine mutua-
tione & [92] ſine [i] verſura poſſem diſſolvere. O virum [i] uſura
Spartâ dignum! ut mihi quidem, qui tam magno ani- *MS.*
mo fuerit, innocens damnatus eſſe videatur.

Tales innumerabiles noſtra civitas tulit. Sed quid du- 101
ces & principes nominem, cùm legiones ſcribat Cato
ſæpe alacres in eum locum profectas, unde redituras ſe
non [k] arbitrarentur? Pari animo Lacedæmonii in Ther- [k] arbitrabantur *MS.*
mopylis occiderunt, [93] in quo Simonides:

> [94] *Dic hoſpes Spartæ, nos te hîc vidiſſe jacentes,*
> *Dum ſanctis patriæ legibus obſequimur.* P. B.

Quid

de, omnem potentiam in ſe transferentes, ad id licentiæ pervenerunt, ut ſeorſum à rege magiſtratum proprium conſtituerint, nomine Ἐφορίαν. Ἔφορος Græce *Præſes* & *Epiſcopus* dicitur, ἐφορία *tutela*. De Ephoris multa Hiſtorici, plurima Plutarchus. *Beroald.*

92. *Sine verſura.*] *Verſuram facere* dicitur, qui æs alienum ex ære alieno ſolvit, tanquam vertat creditorem. Cic. in orat. pro Cælio: *Nulli ſumtus, nulla jactura, nulla verſura.* Seneca: *Ab Epicuro verſura facienda eſt*, quod ſignificat mutationem ſententiæ faciendam eſſe ab Epicuro: & in hoc ſignificatu frequenter invenies apud ſcriptores idoneos. Dicitur etiam quis *verſuram facere*, ut ait Donatus, cùm minore fœnore acceptam pecuniam majore occupat. Proverbiale eſt illud apud Senecam: *Domi (quod ajunt) verſura fit, & velut luſorium nomen ſtat, tranſit.* Ideo autem Lacedæmonius Theſtamenes hoc dixit, quia mulctatus erat pœnâ mortis, quam poterat ſuo capite diſſolvere: quòd ſi multa pecuniaria fuiſſet, opus erat mutatione aut verſura. *Idem.*

93. *In quos Simonides.*] *In* præpoſitio hic accipitur in bonam partem, pro, in quorum laudem. ut de Or. lib. II. *Multa in Caſtorem ſcripta & Pollucem.* & de Nat. D. lib. I. *Catulus dilexit Roſcium: in quem etiam illud eſt ejus, conſtiteram exorientem Auroram fortè ſalutans, &c.* De Sen. etiam, *In quem*, inquit, *illud elogium, unicum plurimæ conſentiunt gentes populi primarium fuiſſe virum.* His exemplis adducti ſumus, ut *in quos* emendaremus, cum *in quo* antea legeretur. *P. Manut.*

94. *Dic, hoſpes Spartæ, &c.*] Græcos Simonidis verſus, quos Cicero ſic interpretatus eſt, legimus in oratione quadam Lycurgi adverſus Leocratem. ſunt autem hi:

> Ὦ ξεῖν᾽ ἄγγειλον Λακεδαιμονίοις ὅτι τῇδε
> Κείμεθα τοῖς κείνων πειθόμενοι νομίμοις.

Sed & in volumine Epigrammatum ſunt, quamvis paulum immutati, in verbis quæ ſequuntur, *Quid ille dux Leonidas dicit?* vereor ne mendum ſit: nam manuſcripti codices *Leonidas* non habent, ſed pro illa vocem parum ſinceram (ut arbitror) *ſemidea* ſcilicet,

 è qua

Leonida^l Daviſ.
m Prandete, ait ô fortes Laced. Bentl.

Quid ille dux [l] Leonidas dicit? [m] 95 Pergite animo forti, Lacedæmonii: 96 hodie apud inferos fortaſſe cenabimus. fuit hæc gens fortis, dum Lycurgi leges vigebant. è qui-

è qua ſanè ego nihil elicere ulla ratione potui, quod hic accommodatum videretur: nec tamen occulere volui hanc omnium, quos vidi, paulo antiquiorum librorum, licet inquinatam lectionem. nam & per ſe recepta verba non parum mihi ſuſpecta ſunt. ſi enim proprium nomen ponere voluiſſet, non dixiſſet (ut opinor) *ille dux*. cum autem ſic loquatur, videtur potius illum deſcribere & innuere voluiſſe quàm nominare. quare adpoſitum potuit tertium illud nomen eſſe, quo certius Leonidas ſignificaretur: ſæpe enim claras & illuſtres perſonas ſic innuit Cicero. Non poterat autem obſcurum eſſe, quem intelligeret ex ejus dicto, quod ſubjungit à plurimis autoribus celebrato, in quibus Plutarchus ſic illud exponit in libello, quo Spartanorum apophthegmata complexus eſt, *Τοῖς δὲ στρατιώταις παρήγγειλεν ἀριστοποιεῖσθαι, ὡς ἐν ᾅδου δειπνοποιησομένους*, Eſt omnino quiddam, quod fortaſſe exprimere neſcio, quod me valde dubitare facit, ne locus contaminatus ſit, cui accedit veterum librorum fides non parvi apud me ponderis. Sæpe enim, & illi, quamvis depravati ſint, quum valde diſſonant ab impreſſis, argumento eſſe poſſunt, vitium aliquod ſubeſſe in vulgata lectione, quamvis ea plana prima ſpecie videatur. An meritò hæc ſuſpicio mihi orta ſit eruditiores cenſebunt. *Victor.* *Dic hoſpes — obſequimur.*] Græci verſus apud Suidam v. *Λεωνίδης* hoc modo leguntur:

Ὦ ξεῖν', ἀγγέλλειν Λακεδαιμονίοις, ὅτι τῇδε
Κείμεθα, τοῖς κείνων ῥήμασι πειθόμενοι.

Ac poſteriorem ſane verſum eodem modo retulit Herodotus lib. VII. cap. 228. Vitioſe quidem, ut oſtendit ipſa Ciceronis verſio. Reponi debet:

Ὦ ξεῖν', ἄγγειλον Λακεδαιμονίοις, ὅτι τῇδε
Κείμεθα, τοῖς κείνων πειθόμενοι νομίμοις.

quemadmodum exſtant Anthol. lib. III. cap. 5. & apud Lycurgum orat. *κατὰ Λεωκράτους*. pag. 146. ed. Aldin. *Daviſ.*

95. *Pergite animo forti.*] Vereor, ne Græcum verbum, *Ἀριστοποιεῖσθαι*, parum intellexerit Cicero noſter. nam id valet *prandere*, non, ut Cicero videtur accepiſſe, *fortiter agere*, utitur autem hoc verbo Plutarchus in Lacon. ubi hoc Leonidæ facinus narrat Iſidorus etiam Etymo. lib. XX. cap. 2. *Unde*, inquit, *illud ducis alloquium: Prandeamus, tanquam ad inferos cenaturi.* A. Manut.

96. *Hodie apud inferos fortaſſe cenabimus.*] Cum apud Græcos ſcriptores, qui hoc Leonidæ dictum celebrarunt, reperiatur ſcriptum *ἀριστήσομεν*, quod eſt *prandebimus*, non eſt cur quisquam Ciceronem reprehendat, qui verterit *cenabimus*: reſpexit enim (ut opinor) ad Romanorum morem, qui ſoliti erant cena uti pro prandio. itaque concenationes alibi appellavit ea convivia, quæ Græci *συμπόσια*, ſive, ut certius dicam, *σύνδειπνα* nominarunt. *Urſin.*

97. Qu

quibus unus, cùm Perſes hoſtis in colloquio dixiſſet glorians, Solem præ jaculorum multitudine & ſagittarum non videbitis. In umbra, inquit, igitur pugnabimus. Viros commemoro. qualis tandem Lacæna? quæ cùm 102
filium in prœlium miſiſſet, & interfectum audiſſet, *Idcirco*, inquit, [n] *genueram, ut eſſet* [97] *qui pro patria mortem non dubitaret occumbere.* n eum gen. MS.

XLIII. [98] ESTO: FORTES & duri Spartiatæ: magnam habet vim reipublicæ diſciplina. quid? Cyrenæum Theodorum, philoſophum [o] non ignobilem, nonne miramur? cui cùm Lyſimachus rex crucem minaretur, *Iſtis quaſo*, inquit, *iſta horribilia minitare purpuratis tuis*: [99] *Theodori quidem nihil intereſt*, [1] *humine, an ſublimè putreſcat.* cujus hoc dicto admoneor, ut aliquid etiam de humatione & ſepultura dicendum exiſtimem: rem non difficilem, iis præſertim cognitis, quæ de nihil ſentiendo paullo antè dicta ſunt. de qua Socrates quidem quid ſenſerit, apparet in eo libro, in quo moritur: de quo jam tam multa diximus. o nobilem MS.

Cùm enim de immortalitate animorum diſputaviſſet, 103
& jam moriendi tempus urgeret, rogatus à Critone, quemadmodum ſepeliri vellet, [2] *Multam verò*, inquit, *ope-*

97. *Qui pro patriâ mortem non dubitaret occumbere.*] Inſtiti vulgatis editionibus, cum quibus conſpirat hîc Victorius: licet vet. cod. itemque. Pith. Fab. & tres priores Pall. ac Vatic. *morte occumbere*, unde Lamb. *morti occumbere.* quintus denique planè omittit τὸ *mortem.* Gebhard.

98. *Eſto. fortes & duri Spartiatæ.*] Et hîc vulgatæ cum Manutio ſubſcripſimus. Victorius: *eſto fortes & duri Spartiatæ.* ſed quinque Pall. *Eſtote fortes.* Idem. *Fortis & durus Spartiata* MS. Cantabr.

99. *Theodori quidem nihil intereſt, humine an ſublime putreſcat.*] Græce: Καὶ τί Θεοδώρῳ μέλει, πότερον ὑπὲρ γῆν, ἢ ὑπὸ γῆς σήπεται. Vide Petr. Victorium Var. Lect. lib. XIII. cap. 13. Ea ſic expreſſit Seneca de Tranq. animi cap. 14. *O te ineptum, ſi putas intereſſe, ſupra terram an infra putreſcam.* Ciceronem ſequitur Valerius Maximus lib. VI. cap. 11, 3. extern. *Daviſ.*

1. *Humine an ſublime putr.*] Sic habent omnes libri & MSS. & impreſſi. neque video, cur quidquam mutandum ſit. nam *ſublimè* adverbium eſt, ſignificans hîc quietem in loco: interdum motum ad locum. de quo in commentat. Lucretianis. *Lambin.*

2. *Multam vero &c.*] Hæc Latine reddita ſunt ex Platonis Phædone pag. 401. ed. Lugd. Adi ſis etiam Ælianum V. H. lib. I. cap. 16. & Stobæum Serm. CXXII. pag. 614. *Daviſ.*

 3. *Pre-*

operam, amici, fruſtra conſumpſi. Critoni enim noſtri p me quidq. MS. R. *non perſuaſi me hinc avolaturum, neque* [p] *quidquam mei relicturum. verumtamen, Crito, ſi me aſſequi potueris, aut ſicubi nactus eris, ut tibi videbitur, ſepelito. ſed, mihi crede, nemo me veſtrûm, cùm hinc exceſſero, con-* P. CLXXI. *ſequitur.* Præclarè [q] id quidem, qui & amico permiſerit, q *is* MS. Idem. & ſe oſtenderit de hoc toto genere nihil laborare.

104 Durior Diogenes, & id quidem ſentiens, ſed, ut Cynicus, aſperiùs, [3] projici ſe juſſit inhumatum. tum amici, Volucribusne & feris? Minimè verò, inquit: r prope *alii.* ſed bacillum [r] propter me, quo abigam, ponitote. Qui poteris? illi. non enim ſenties. Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit, nihil ſentienti? Præclarè Anaxagoras: qui cùm Lampſaci moreretur, quærentibus ami- s ei *non eſt in MSS.* cis, velletne Clazomenas in patriam, ſi quid [s] ei accidiſſet, [t] auferri: nihil neceſſe eſt, inquit. undique t *ita Daviſ. alii* afferri. *Pith.* conferri. enim ad inferos tantundem viæ eſt. Totaque de ratione humationis unum tenendum eſt: ad corpus illam pertinere, ſive occiderit animus, ſive vigeat. in corpore autem perſpicuum eſt, vel exſtincto animo, vel elapſo, nullum reſidere ſenſum.

105 XLIV. Sed plena errorum ſunt omnia. trahit Hectorem, ad currum religatum, Achilles: lacerari eum & ſentire, v putat, credo. *ed. vet.* [v] credo, putat. ergo hic ulciſcitur, ut quidem ſibi videtur. At illa ſicut acerbiſſimam rem x mœret *deeſt in MS.* [x] mœret:

> [4] *Vidi videre quod me paſſa ægerrimè,*
> *Hectorem* y *curru quadr.* Bentl. cum MSS. [y] *quadrijugo curru raptarier.*

quem

3. *Projici ſe inhumatum.*] Cynica ſecta (quæ à canibus, quorum mores imitatur, nomen traxit) exploſa eſt veluti aſpera nimis & inverecunda: cujus principes fuerunt Hercules, Antiſthenes & Diogenes; qui (ut inquit Hieronymus) 'Ημερόβιος vulgò appellatus eſt, quaſi diarii victus cibum in diem poſcens. Obiit ferme nonagenarius, cum bovis crudum pedem comediſſet. alii dicunt, eum continuiſſe ſpiritum atque ita expiraſſe. alii, cùm polypum canibus dividere voluiſſet, morſum in cruris nervo accepiſſe atque ex eo defunctum eſſe. Ajunt quidam, illum cùm moreretur mandaſſe, ut cadaver ſuum inſepultum projiceretur, ut omnes beſtiæ participes ipſius eſſent. In tumulo Diogenis erecta fuit columna, in cujus apice canis ex lapide ſculptus viſebatur, ad Cynicum philoſophum ſignificandum. *B.roald.*

4. *Vidi, videre quod me paſſa ægerrime.*] Ven. 1491. *Vide videre quod me paſſa ſunt ægerrime*; editor, ſi per Typographum licuiſſet, voluit, *ſum ægerrime*, quemadmodum etiam Del. [Eraſmus. Alii, vidi,

quem Hectorem? aut quamdiu ille erit Hector? melìùs Accius & aliquando ſapiens Achilles, Immo enimverò corpus Priamo reddidi, Hectorem abſtuli. Non igitur Hectora traxiſti, ſed corpus, quod fuerat Hectoris.

Ecce alius exoritur è terra, qui matrem dormire non ſinat. 106

Mater, te appello, [z] tu quæ curam ſomno [a] ſuſpenſo levas, z *tu* delet Bentl.
Neque te mei [b] miſeret: ſurge & ſepeli [c] natum.

Hæc cùm preſſis & flebilibus modis, qui totis theatris mæſtitiam inferant, [d] concinuntur; difficile eſt, non eos, qui inhumati ſunt, miſeros judicare: a *ſuſpenſam* Idem. b *miſeretur* Idem.

— priùs quàm feræ volucresque: P. B.

metuit, ne laceratis membris minùs bene utatur: ne combuſtis, non extimeſcit. c *natûm tuum* Idem. d conciuntur *alii.*

[e] 5 *Heu relliquias [f] ſemiaſſi regis, denudatis oſſibus,*
[g] *Per terram ſanie delibutas fœdè divexarier.* e *Neu* Bentl.

Non intelligo, quid metuat, cum tam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam. Tenendum eſt igitur, nihil curandum eſſe poſt mortem, 6 cùm multi inimicos etiam mor- 107 f *ſemieſas* Idem. g *Tetra ſanie* Idem.

vidi, videreque me paſſi ſunt ægerrime. Hier. Columna ad Ennii Fragm. pag. 239. reponit, *Vidi, videreque paſſa ſum ægerrime;* verum divinare nequeo, unde factum, ut vir doctiſſimus vulgatam lectionem corruptam exiſtimarit; illa enim MSStis nititur & metri leges ſervat, in quas peccant reliquæ conjecturæ. *Daviſ.*

5. *Heu relliquias.*] Uterque Norvic. Petrenſ. & Ven. 1491. *Neu relliquias*; rectène an ſecus tum demum intelligemus, cum verſus his connexi lucem videbunt. Mirum vero Ciceronem hosce *ſeptenarios* vocaſſe; cum ſint Jambici Tetrametri, ut recte notarunt J. C. Scaliger Poët. lib. VII. pag. 358. & G. J. Voſſius ad Fragm. Tragic. pag. 30. D. Lambinus, ut Tullium culpâ liberaret, octonarios reponit: at vero omnes ubique Codices refragantur, optimique ſcriptores erroribus ſunt obnoxii. *Idem.*

6. *Cùm multi inimicos etiam mortuos pœniantur.*] Ita inprimendum curavi, quia etiam ſic Lambinus è veteri codice, nec aliter Gembl. Gryph. Vatic. denique Pall. omnium optimus: quali nempe formâ reſtituit & Langius Officiorum lib. I. cap. 43. p. *Gebhard.* *Multi inimicos etiam mortuos pœniuntur.*] Norvic. unus, *ſepeliant*, quod inane: Petrenſ. *puniunt.* Nonius Marcellus v. *puniuntur* cap. VII. hunc locum ſic laudat; *multi inimicos & mortuos puniuntur*, unde legi poſſit, *multi inimicos, &* (hoc eſt, *etiam*) *mortuos, pœniuntur*; nam antiqua forma eſt retinenda, quam ſervant MSS. Lambin. Gemblac. Gryph. Vatic. Palat. & Norvic. alter, eamque aliis in locis Tullio reddiderunt viri eruditi. *Daviſ.* Bentlejus pro *multi* reponit *ſtulti*.

7. *Hæc*

ratio minùs perficiet, ut mortem negligere p
at vita acta perficiat, ut ſatis ſuperque vixi
mur. quamquam enim ſenſus abierit, tamen
& propriis bonis & laudis, & gloriæ, quan
x habet in ſe *MS.* R. ſentiant, mortui non carent. Etſi enim nihil x
beat gloria, cur expetatur, tamen virtutem t
umbra ſequitur. verùm multitudinis judicium
ſi quando eſt, magis laudandum eſt quàm illi
rem beati.

110 XLVI. NON POSSUM autem dicere, quo
do hoc accipiatur, Lycurgum, Solonem, l
publicæ diſciplinæ carere gloriâ: Themiſtocle
P. B. minondam, bellicæ virtutis. Ante enim 14 Sa
ipſam Neptunus obruet quàm Salaminii tropæ
riam: priuſque Bœotia Leuctra tollentur quàn
Leuctricæ gloria. multo autem tardiùs fama de
rium, Fabricium, Calatinum, 15 duo Scipion
Africanos, Maximum, Marcellum, Paullum
nem, Lælium, innumerabiles alios. quorum ſi
nem aliquam qui arripuerit, non eam fama p
ſed vera bonorum laude metiens, fidenti anim
y *alii* refert. y res feret, gradietur ad mortem. in qua aut
bonum, aut nullum malum eſſe cognovimus:
verò ſuis rebus volet etiam mori. non enim
z eſt quàm *MS.* mulus bonorum jucundus z eſſe poteſt quàm
deceſſio.

111 Hanc ſententiam ſignificare videtur Laconis
qui, cum Rhodius Diagoras, Olympionices
uno die duo ſuos filios victores Olympiæ vidiſſ
ſit ad ſenem, & gratulatus, *Morere, Diagora*

14. *Salaminem ipſum.*] Norvic. *Salaminem ipſam:* M
mina ipſam; reliqui vulgatam lectionem retinent, & ve
nam ex quarto Græcorum caſu primum ſæpe fecen
Juſtinus lib. 11. cap. 7. *De proprietate Salaminæ inſulæ
interitum armis dimicatum fuerat.* Cl. Mamertinus Pan
IX, 3. *In miſerandam ruinam conciderat Eleuſina.* Pari m
cius Severus Hiſt. Sacr. lib. 11. cap. 9. *Marathonam*, ca
lemaidam, ac Dial. I. cap. 23. *Thebaidam* dixit, quem
mere ſollicitat Joan. Voſſius, ut exempla, quæ pr
confirmant. *Daviſ.*

15. *Duos Scipiones, duos Africanos.*] Gembl. ſec. tert
lius, *duo Scipiones, duo Africanos.* & ſic Vaticani Excer
ctori inſolens. *Gebhard.*

›meſticos. nobile autem genus canum illud ſcimus ſe. ſed pro ſua quisque facultate parat, à quibus lanie- .r: eamque optimam illi eſſe cenſent ſepulturam. per- ıulta alia colligit Chryſippus, ut eſt in omni [t]hiſtoria ıriofus. ſed ita tætra ſunt quædam, ut ea fugiat & :formidet oratio. Totus igitur hic locus eſt conte- ınendus in nobis, non negligendus in noſtris: ita tamen, : mortuorum corpora nihil [v]ſentire vivi ſentiamus.

t memoria *Daviſ.*

v *alii* ſentire ſentiamus.

Quantum autem conſuetudini famæque dandum ſit, l curent vivi, ſed ita, ut intelligant, nihil ad mortuos ertinere. ſed profectò mors tum æquiſſimo animo op- etitur; cùm ſuis ſe laudibus vita occidens conſolari oteſt. [10]nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectæ erfecto functus eſt munere. multa [11] mihi ipſi ad mor- ɛm tempeſtiva fuerunt: [12]quæ utinam potuiſſem obi- e! nihil enim jam acquirebatur: cumulata erant officia itæ: [13]cùm fortunà bella reſtabant. quare, ſi ipſa ratio 109

itterarumque ductum ſpectabunt, noſtram conjecturam, niſi fal- or, meliorem deprehendent. *Daviſ.*

10. *Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectæ perfecto functus eſt nunere.*] Totum hoc rejicit Ant. Auguſtinus, quod arbitratur pri- num ab inepto aliquo Grammatico in margine libri, ad ſignan- lam Ciceronis ſententiam, eſſe notatum, deinde in ſeriem ab im- ›erito librario fuiſſe receptum. *Urſin.*

11. *Mihi ad mortem tempeſtiva.*] In 1. Phil. in hanc ſententiam ic ſcribit: *Mihi vero ſatis eſt quod vixi, vel ad ætatem, vel ad loriam.* Idem alibi: *Negant poſſe mortem immaturam eſſe conſulari: uanto nunc*, inquit, *verius negabo ſeni? Mihi vero, P. C. jam etiam ›ptanda mors eſt, perfuncto rebus eis, quas adeptus ſum quasque egi.* Minimè omittendum eſt ſcitum illud declamatoris Ceſtii, quod ob elegantiam concinnitatemque ſententiæ habendum eſt in ore & in ›ectore. ſic enim inquit: *Si ad deſiderium populi reſpicis, Cicero, quando perieris, parum vixiſti: ſi ad res geſtas, ſatis vixiſti: ſi ad injurias fortunæ & præſentem reip. ſtatum, nimium diu vixiſti: ſi ad memoriam operum tuorum: ſemper victurus es.* Beroald.

12. *Quæ utinam potuiſſem obire.*] Equidem haud inficior, hanc lectionem ab omnibus MSS. ſervari, probam tamen eſſe mihi non perſuadeo. Lubens reſcripſerim, *quam* (mortem) *utinam po- tuiſſem obire.* Cicero de Orat. lib. III. cap. 29. *Sitne honeſtum glo- ria cauſſâ mortem obire.* Idem in Bruto p. 267. *Qu. Marcio, Cn. Servilio Coſſ. mortem obiit Ennius.* Plautus Aul. Prol. ✠. 15. *Poſt- quam is obiit mortem, qui mihi id aurum credidit.* Daviſ.

13. *Cùm fortuna bella reſtabant.*] Ita legendum produxi in Cre- pundiis ex optimo Pal. tertio. accedit ei bonitate geminus germa- nus quart. vulgò: *cùm fortunâ bella reſtabant.* Gebhard. Ego vul- gatam cum Bentlejo revocare nullus dubitavi.

14. *Sa-*

proferre de morte, nec verò ea fingere ipſi, ſed Herodoto auctore aliiſque pluribus. [19] Primùm Argiæ ſacerdotis, Cleobis & [e] Biton filii, prædicantur. nota fabula eſt: cùm enim illam ad [20] ſolemne & ſtatum ſacrificium curru vehi jus eſſet, ſatis longè ab oppido ad fanum, morarenturque jumenta: tunc juvenes ii, quos modò nominavi, veſte poſita corpora oleo perunxerunt: ad jugum acceſſerunt. ita ſacerdos advecta in fanum, cùm currus eſſet ductus à filiis, precata à dea dicitur, [21] ut illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari poſſet à deo: pòſt epulatos cum matre adoleſcentes, ſomno ſe dediſſe, mane inventos eſſe mortuos.

e Bito *Daviſ.*

114 [22] Simili precatione Trophonius & Agamedes uſi dicuntur: qui, cùm Apollini Delphis templum exædifica-

19. *Primum Agriæ Sacerdotis.*] Agriam Sacerdotem Græcâ formâ dixit τὴν Ἀργείαν· Latinius enim erat *Argivam.* Hiſtoria quidem, ſive fabula (quid enim refert?) legitur in I. lib. Herodoti pereleganter recitata à Solone apud Crœſum Agameden & Trophonium, cùm interiorem ædem templi Delphici mirabili opere de quinque lapidibus, ut fertur, exſtruxiſſent, mercedem, ait Pindarus (ut Plutarchus recenſet) ab Apolline, cui opera navata eſſet, petiiſſe. eum juſſiſſe opperiri dies ſeptem, poſt quos mercedem ipſos eſſe meritam accepturos: interea lætis animis epulantes indulgere genio. Hoc cùm feciſſent, ſeptimæ diei nocte conſopitos, in quiete mortuos fuiſſe. Quo quidem loco vides dierum numerum non convenire, ſive à librario mutatum, ſive decepto Cicerone. *Camerar.*

20. *Solenne & ſtatum ſacrificium.*] *Statum* lego, non *ſtatutum.* ut habent aliquot impreſſi libri. ſic & in oratione de Har. Reſp. *Statas ſolenneſque cerimonias.* & Livius lib. XL. *Proficiſcuntur ab Theſſalonica Æniam ad ſtatum ſacrificium.* manavit autem latius hoc mendum, ut in veterum libris ſæpe, pro *ſtatum*, legatur. *ſtatutum.* Exempla, ne ſatietatem habeat prolixitas, omitto. *P. Manut.* *Solemne* ἑορτὴν, Herodotus. *Solemne*, quod ſingulis annis eſt ſtatum: quod deſignatam horam & tempus habet, hoc *ſtatum* dicitur. *A. Manut.*

21. *Ut illis præmium daret.*] Petrenſ. à pr. manu, *ut illis præmii daretur.* Pith. & Pal. quint. *ut illis præmii daret:* Norvic. *ut illud præmium daret:* Reponendum credo, *ut illud præmii daret pro pietate*, non *de pietate*, ut exhibet Ven. 1491. *Daviſ.*

22. *Simili precatione Trophonius & Agamedes.*] Plutarchi verba, quæ leguntur apud Stobæum faciunt ad hunc locum: Τροφώνιος καὶ Ἀγαμήδης, ποιήσαντες ἐν Δελφοῖς ναὸν, ᾔτουν παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος τὸν μισθὸν, ὁ δὲ αὐτοῖς δώσειν ἔφη τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ, καὶ ταύτῃ ἀπέθανον. ἔτι δὲ Κλέοβις καὶ Βίτων Κυδίππας τῆς μη-

τη-

ſſent; venerantes deum, petierunt mercedem non am quidem operis & laboris ſui, nihil certi, ſed l eſſet optimum homini. quibus Apollo ſe id datu- oſtendit poſt ejus diei diem tertium: qui ut illuxit, :ui ſunt reperti. Judicaviſſe deum dicunt, & eum em deum, cui reliqui dii conceſſiſſent, [23] ut præter ·os divinaret. P. B.

LVIII. Affertur etiam de Sileno fabella quæ- : qui cùm à Mida captus eſſet, hoc ei muneris pro niſſione dediſſe ſcribitur; docuiſſe regem, non homini longè optimum eſſe; proximum autem, n primùm mori.

uâ eſt ſententiâ [24] in [f] Creſphonte uſus Euripides. 115

[25] *Nam nos decebat cœtus celebrantis domum,*

Lu-

[f] Theſiphone *aut* Theſiphonte *MS.*

ἰυτῶν ἐυξαμένης τῇ ἥρᾳ δοῦναι τοῖς παισὶν, ὅπερ ἂν εἴη κάλ- , ὅτι ἑαυτὲς ὑποζευξαντας τὴν μητέρα εἰς τὸ ἱερὸν ἀνήγαγον, ἰον παραχρῆμα κατέστρεψαν. Urſin.

Ut præter ceteros divinaret. Affertur.] Ita edendum curavi; ı illo ſpurio, ab aliquo inepto intruſo; *mortem eſſe optimum ho-* ſi conſideres, nihil huc pertinent. certè in Pall. omnibus & hujus rei neque volam neque veſtigium conſpicio. *Gebhard.*

In Creſphonte Euripides.] Inter Tragicos poëtas Græcos egre- ſt Euripides vi & ſermone, & ſententiarum crebritate ora- ıs comparandus, in cujus gloriam Macedones, apud quos us erat, prædicaverunt hoc carmen:

Nulla ætate tua, o Euripides, monumenta peribunt.

:ripſit inter reliquá tragœdiam, titulo Creſphontem, à no- adoleſcentis, cujus in II. Rhet. ad Her. mentionem fieri 'avimus, ubi uſurpantur verba vel Euripidis ex Creſphonte, ıtini poëtæ ab Euripide mutuantis, quæ ſunt hæc:

Injuriâ abs te afficior indignâ, pater:
Nam ſi improbum eſſe Creſphontem exiſtimabas,
Cur me hujus locabas nuptiis? ſin eſt probus,
Cur talem invitam invitum cogis linquere? Beroald.

Nam nos decebat, &c.] Quia Creſiphontes fabula Euripidis, ıltæ aliæ ejuſdem ita ſapientis poëtæ, ut ſcenicus Philóſo- 'ulgò appellatus ſit, vetuſtate & hominum negligentiâ per- ıon injucundum fore arbitror, ſi Græcos ejus verſus, quibus 'ententiam expreſſit, adpoſuero, inventos à me apud Sex. :icum, lib. III. cap. Τίς ἐστιν ἡ λεγομένη τέχνη περὶ βίον. im inquit: Ἔνιοι δὲ καὶ βέλτιον εἶναι τὸ ἀποθανεῖν τοῦ ζῆν ὑπολαμβάνουσιν· ὁ γοῦν Εὐριπίδης φησὶν·

Ἀλλ' ἐσχρῆν ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους
Τὸν φύντα θρηνεῖν, εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά·
Τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ κακῶν πεπαυμένον
Χαίροντας ευφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων.

σεως ἄριστον γὰρ πᾶσι καὶ πάσαις τὸ μὴ γενέσθαι· τὸ μέντο
τοῦτο καὶ τὸ πρῶτον τῶν ἄλλων ἀνυστὸν δεύτερον δὲ γενομέν
θανεῖν ὡς τάχιστα. Sed & conſequentem fabulam de Eliſi
næo (à patria autem ita ille appellatus eſt : nam Terina u
in agro Crotonienſi) in eodem commentario Plutarchus
narrat. Quarè, ne longior ſim, eam omittam. poteſt ,
ligentius ipſam explicatam videre vult, ibi eam legere. t
tùm verſiculos , quos Cicero & ipſe verſibus reddit , adp
etſi mendoſiores ſunt (niſi fallor) in excuſis Plutarchi co
Sunt autem hi :

Ἦ που νήπιε ἠλύθε φρένες ἀνδρῶν
Εὐθύνοος κεῖται μοιριδίῳ θανάτῳ,
Οὐκ ἦν γὰρ ζώειν καλὸν αὐτῷ οὔτε γονεῦσιν.

Exiſtimo autem *leto* ſine diphthongo in ipſorum interpr
ſcribi debere, ut, *Potitur leto* , mortuus eſt ſignificet.
autem fatorum : quia mors illa fatalis fuerit, & non præte
ram præterque fatum , quemadmodum ille ſuſpicabatur.
expreſſiſſe Ciceronem credendum eſt verba hæc poſterioris
κεῖται μοιριδίῳ θανάτῳ. *Victor. Nam nos decebat cœtus cele
domum Lugere &c.*] Sic edendum curavimus , nam prava ir
ctione decepti D. Lambinus & Fr. Fabricius repoſueran
nos decebat cœtu celebrantes domum , *Lugere :* Petr. autem Vi
Rob. Stephanus ac Jan. Gebhardus exhibent , *nam nos de
tus celebrantis domum* , *Lugere* ; ſed ea ſane ſcriptura Græ
reſpondet , quæ ſic leguntur apud Clementem Strom.
pag. 315.

Ἔδει γὰρ ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους
Τὸν φύντα θρηνεῖν εἰς ὅσ᾽ ἔρχεται κακά·
Τὸν δ᾽ αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον,
Χαίροντας, εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων.

Lugere, ubi eſſet aliquis in lucem editus,
Humana vita varia reputantis mala:
At, qui labores morte finiſſet gravis,
[g] *Hunc* [h] [26] *omnes amicos laude & lætitiâ exequi.*

Simile quiddam eſt in conſolatione Crantoris: [27] ait enim Terinæum quendam Eliſium, cùm graviter filii mortem mæreret, veniſſe in Pſychomantium, quærentem quæ fuiſſet tantæ calamitatis cauſa: huic in tabellis [i] tris hujusmodi verſiculos datos:

Ignaris homines in vita mentibus errant:
[28] *Euthynous potitur fatorum munere, letho.*
Sic fuit utilius finiri ipſique tibique.

His & talibus auctoribus uſi [29] confirmant, cauſam 116
[30] rebus à diis immortalibus judicatam. [31] Alcidamus

k qui-

g alii non habent *Hunc.*
h omni *Daviſ.*
i *alii* tres *aut* treis.

26. *Omnes amicos laude & lætitia exequi.*] Et hic & ſuperiores proximi verſus omnes ſenarii ſunt Jambici. quòd ſi legatur, ut quidam volunt, *Hunc omnes amicos laude & lætitia exequi*, ſyllaba abundabit. *P. Manut.*

27. *Ait enim Terinæum quendam Eliſium.*] Ita Victorius, cui ſecundas facit Andreas Schottus in Nodis lib. II. cap. II. Vaticani Excerpta, *Tirenæum*. Sed omnes fere mſſ. diſcrepant. Fabr. Pall. pr. quart. *Termaneum*, ſec. *Therameneum*, tert. *Terbinæum*, Gemb. *Terinænæum*, Mart. *Trinaneum*. Gebhard.

28. *Eythymus potitur fatorum munere læto.*] Magis placet, ut eſt in manuſcripto, *Eythynous potitur fatorum numine, letho.* Urſin. *Euthynous potitur, fatorum munere, letho.*] Sic legendum, non ut vulgò:

Euthynous potitur fatorum munere læto.

Sententia autem hæc eſt: *Euthynous potitur letho*, id eſt, mortem obiit, *fatorum munere*, id eſt, fatorum beneficio. *Lambin.* *Fatorum munere, letho.*] Ita debet ſcribi, ut dudum annotavit Turneb. Adv. lib. x. cap. 18. & ferè ita Membranæ. pro *læto*, *leto* Mart. Gembl. Fabr. Vulgo, *numine læto*, perperam. *Gebhard.* Cum vulgatis facit MS. Luparenſis.

29. *Confirmant cauſam, rebus à diis immortalibus judicatam.*] Tò *rebus* delet quart. Pal. ceterùm Gulielm. ex conject. legi volebat, *tot rebus.* Gebhard. Indigna Ciceroniano lectore conjectura, ut plene patebit, ſi inſpexeris Obſervationes paternas lib. III. cap. 6. *Gronov.*

30. *Rebus à Diis immortalibus judicatam.*] Scriberem libentius, *judicatis*, ut habet manuſcriptus. *Urſin.*

31. *Alcidamus quidam Rhetor antiquus in primis nobilis.*] *Alcidamas* ſcribendum eſt, auctoribus Græcis ſcriptoribus & vetere quoque Alcidamantis imagine ex marmore, cui ſubſcriptum eſt, ΑΛΚΙΔΑΜΑC. *Urſin.* *Alcidamas quidam.*] Vulgg. *Alcidamus.* Petrenſ. *Alchimadus.* Norvic. *Alcidamaus.* Leg. *Alcidamas*, &

Fabulam autem de Sileno capto à Mida Rege Ariſtoteles multis verbis expoſuit in libro, cui titulus erat Eudemus, vel de Animo, quem totum locum Plutarchus accepit in Conſolatione ad Apollonium: poſtremam tantum hîc ejus partem adfigam. nam & valde hic apta & egregiè ab eo narrata eſt: Τοῦτο μὲν ἐκεῖνα τῷ Μίδᾳ λέγουσι δήπου Μίδᾳ τὴν ἧτταν ὡς ἔλαβε τὸν σειληνὸν διερωτῶντι, καὶ πυνθανομένῳ τίποτ' ἐστὶ τὸ βέλτιστον τοῖς ἀνθρώποις καὶ τί τὸ πάντων αἱρετώτατον, τὸ μὲν πρῶτον οὐδὲν ἐθέλειν εἰπεῖν ἀλλὰ σιωπᾶν ἀῤῥήτως: ἐπειδὴ δέποτε μόλις πᾶσαν μηχανὴν μηχανώμενος προσηγάγετο φθέγξασθαί τι πρὸς αὐτὸν οὕτως ἀναγκαζόμενον εἰπεῖν· δαίμονος ἐπιπόνου καὶ τύχης χαλεπῆς ἐφήμερον σπέρμα, τί με βιάζεσθε λέγειν ἃ ὑμῖν ἄμεινον μὴ γνῶναι, μετ' ἀγνοίας γὰρ τῶν οἰκείων κακῶν ἀλυπότατος ὁ βίος ἀνθρώποις δὲ πάμπαν οὐκ ἔστι γενέσθαι τὸ πάντων ἄριστον, οὐδὲ μετασχεῖν τῆς τοῦ βελτίστου φύσεως ἄριστον γὰρ πᾶσι καὶ πάσαις τὸ μὴ γενέσθαι τὸ μέντοι μετὰ τοῦτο καὶ τὸ πρῶτον τῶν ἄλλων ἀνυστὸν δεύτερον δὲ γενομένους ἀποθανεῖν ὡς τάχιστα. Sed & conſequentem fabulam de Eliſio Terinæo (à patria autem ita ille appellatus eſt: nam Terina urbs fuit in agro Crotonienſi) in eodem commentario Plutarchus prolixè narrat. Quarè, ne longior ſim, eam omittam. poteſt, qui diligentius ipſam explicatam videre vult, ibi eam legere. tres tantùm verſiculos, quos Cicero & ipſe verſibus reddit, adponam: etſi mendoſiores ſunt (niſi fallor) in excuſis Plutarchi codicibus. Sunt autem hi:

> Ἦ που νήπιοι ἠλύσιοι φρένας ἀνδρῶν
> Ἐυθύνοος κεῖται μοιροδίῳ θανάτῳ,
> Οὐκ ἦν γὰρ ζώειν καλὸν αὐτῷ οὔτε γονεῦσιν.

Exiſtimo autem *leto* ſine diphthongo in ipſorum interpretatione ſcribi debere, ut, *Potitur leto*, mortuus eſt ſignificet. Munere autem fatorum: quia mors illa fatalis fuerit, & non præter naturam præterque fatum, quemadmodum ille ſuſpicabatur. nam ſic expreſſiſſe Ciceronem credendum eſt verba hæc poſterioris verſus, κεῖται μοιριδίῳ θανάτῳ. *Victor. Nam nos decebat cœtus celebrantes, domum Lugere &c.*] Sic edendum curavimus, nam prava interpunctione decepti D. Lambinus & Fr. Fabricius repoſuerant, *Nam nos decebat cœtu celebrantes domum, Lugere:* Petr. autem Victorius, Rob. Stephanus ac Jan. Gebhardus exhibent, *nam nos decebat cœtus celebrantis domum, Lugere*; ſed ea ſane ſcriptura Græcis non reſpondet, quæ ſic leguntur apud Clementem Strom. lib. III. pag. 315.

> Ἔδει γὰρ ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους
> Τὸν φύντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά·
> Τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον,
> Χαίροντας, εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων.

Stobæus Serm. CXIX. pag. 603. legit Ἐχρῆν μὲν ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους Τὸν ζῶντα θρηνεῖν &c. Hac varietate monitus, emendabo locum Joſephi Ant. Jud. lib. XII. cap. 2. Συμβέβηκε δ' αὐτὰ καὶ ἀμελέστερον ἢ ΕΧΕΙ σεσημάνθαι. Corruptè. V. C. Joan. Clericus Art. Crit. P. III. S. I. C. II. 5. reponit ἢ ΕΧΡΗΝ, melius ἢ ΕΔΕΙ σεσημάνθαι. Hæc obiter. Eosdem verſus laudant etiam Sextus Empiricus, Theodoritus Therap. V. p 71. aliique. *Daviſ.*

26. *Omnis*

Lugere, ubi eſſet aliquis in lucem editus,
Humana vita varia reputantis mala:
At, qui labores morte finiſſet gravis,
[g] *Hunc* [h] [26] *omnes amicos laude & lætitiâ exequi.*

[g] alii non habent *Hunc.* [h] omni *Daviſ.*

Simile quiddam eſt in conſolatione Crantoris: [27] ait enim Terinæum quendam Eliſium, cùm graviter filii mortem mæreret, veniſſe in Pſychomantium, quærentem quæ fuiſſet tantæ calamitatis cauſa: huic in tabellis [i] tris hujusmodi verſiculos datos:

[i] *alii* tres *aut* treis.

Ignaris homines in vita mentibus errant:
[28] *Euthynous potitur fatorum munere, letho.*
Sic fuit utilius finiri ipſique tibique.

His & talibus auctoribus uſi [29] confirmant, cauſam 116
[30] rebus à diis immortalibus judicatam. [31] Alcidamus [k] qui-

26. *Omnes amicos laude & lætitia exequi.*] Et hic & ſuperiores proximi verſus omnes ſenarii ſunt Jambici. quòd ſi legatur, ut quidam volunt, *Hunc omnes amicos laude & lætitia exequi*, ſyllaba abundabit. *P. Manut.*

27. *Ait enim Terinæum quendam Eliſium.*] Ita Victorius, cui ſecundas facit Andreas Schottus in Nodis lib. II. cap. II. Vaticani Excerpta, *Tirenæum.* Sed omnes fere mſſ. diſcrepant. Fabr. Pall. pr. quart. *Termaneum*, ſec. *Therameneum*, tert. *Terbinæum*, Gemb. *Terinænæum*, Mart. *Trinaneum.* Gebhard.

28. *Eythymus potitur fatorum munere lato.*] Magis placet, ut eſt in manuſcripto, *Eythynous potitur fatorum numine, letho.* Urſin. *Euthynous potitur, fatorum munere, letho.*] Sic legendum, non ut vulgò:

Euthynous potitur fatorum munere lato.

Sententia autem hæc eſt: *Euthynous potitur letho*, id eſt, mortem obiit, *fatorum munere*, id eſt, fatorum beneficio. *Lambin.* *Fatorum munere, letho.*] Ita debet ſcribi, ut dudum annotavit Turneb. Adv. lib. x. cap. 18. & ferè ita Membranæ. pro *lato*, *leto* Mart. Gembl. Fabr. Vulgo, *numine lato*, perperam. *Gebhard.* Cum vulgatis facit MS. Luparenſis.

29. *Confirmant cauſam, rebus à diis immortalibus judicatam.*] Tò *rebus* delet quart. Pal. ceterùm Gulielm. ex conject. legi volebat, *tot rebus.* Gebhard. Indigna Ciceroniano lectore conjectura, ut plene patebit, ſi inſpexeris Obſervationes paternas lib. III. cap. 6. *Gronov.*

30. *Rebus à Diis immortalibus judicatam.*] Scriberem libentius, *judicatis*, ut habet manuſcriptus. *Urſin.*

31. *Alcidamus quidam Rhetor antiquus in primis nobilis.*] *Alcidamas* ſcribendum eſt, auctoribus Græcis ſcriptoribus & vetere quoque Alcidamantis imagine ex marmore, cui ſubſcriptum eſt, ΑΛΚΙΔΑΜΑC. *Urſin.* *Alcidamas quidam.*] Vulgg. *Alcidamus.* Petrenſ. *Alchimadus.* Norvic. *Alcidamaus.* Leg. *Alcidamas*, & ſic

k quidem *Bentl.*

[k]quidam, rhetor antiquus, in primis nobilis, ſcripſit etiam laudationem mortis, quæ conſtat ex enumeratione humanorum malorum. cui rationes eæ, quæ exquiſitiùs à philoſophis colliguntur, defuerunt, ubertas orationis non defuit. claræ verò mortes pro patria oppetitæ, non ſolùm glorioſæ rhetoribus, ſed etiam beatæ videri ſolent. 32 repetunt ab Erichtheo: cujus etiam

P. CLXXIV. l oppetiverunt *Bentl.*

filiæ cupidè mortem [l]expetiverunt pro vita civium: Codrum, qui ſe in medios immiſit hoſtes, veſte famulari, ne poſſet agnoſci, ſi eſſet ornatu regio: quòd oraculum erat datum, ſi rex interfectus eſſet, victrices Athenas fore. 33 Menœceus non prætermittitur: qui oraculo edito

ſic olim conjecerat D. Lambinus, quem audire debebant recentiores. Tzetzes. Chil. XI, 746.

> Ὡς Ἀλκιδάμας ἔγραψεν ἐγκώμιον θανάτε
> Ὁ Ἐλαΐτης σύγχρονος ὑπάρχων Ἰσοκράτει.

Ejus meminit Suidas, ejusque nomen præ ſe fert oratio, quæ eſt inter Henr. Stephan. Orat. Græc. pag. 184. *Daviſ.*

32. *Repetunt ab Erichtheo*] *Erechtheo* ſcribendum ex Apollodoro, qui lib. IV. ita de hac re narrat: Ἐρεχθεῖ δὲ ὑπὲρ Ἀθηναίων νίκης χρωμένῳ ἔχρησεν ὁ θεὸς κατορθώσειν τὸν πόλεμον, ἐὰν μίαν τῶν θυγατέρων σφάξῃ, καὶ σφάξαντος αὐτοῦ τὴν νεωτάτην, καὶ αἱ λοιπαὶ ἑαυτὰς κατέσφαξαν· ἐποιήσαντο γὰρ συνωμοσίαν ἀλλήλαις συναπολέσθαι. *Menæceus* etiam paulo poſt, pro *Menæcheus*, ex eodem ſcriptore corrigendum. Ex eo autem, quod ſupra dixit Cicero, tres verſiculos Elyſio in tabellis fuiſſe datos, colligere poſſumus, reſponſa in tabellis ab oraculo dari ſolita fuiſſe: quod confirmatur hujuſmodi quâdam apud me antiquiſſimâ tabellâ ex ære, in qua inciſum eſt, *Nunc me rogitas, nunc conſulis: tempus abit jam.* Urſin.

33. *Menœceus.*] Luculentis verſibus in X. Thebaidos copioſè graphicéque perſcribit Stat. Pap. quemadmodum in bello Thebano Tireſias fatidicus dixit, ad Thebas liberandas depoſci à fatis noviſſimum generis viperei. tunc Menœceus, Creonis filius, vitam devovit pro patriæ ſalute, ſibique ferro mortem conſcivit:

> *Seque ſuper medias acies nondum enſe remiſſo*
> *Jecit, & in ſævos cadere eſt conatus Achivos.*

De hoc ait Satyrographus:

> *Quantum dilexit Thebas, ſi Græcia vera,*
> *Menœceus.*

Lactantius quoque in III. inquit: *Nam illi, qui pro ſalute civium voluntariæ ſe neci obtulerunt, ſicut Thebis Menœceus, Athenis Codrus, Romæ Curtius.* Beroald. *Menœceus verè.*] Lambinus ita emendavit, quod video confirmari ab Pith. Pall. tert. quinto, Vaticani Excerptis. Sed Schottus ex Cod. *Menoxius.* Vulgò, *Menecheus.* Gebhard. Daviſius, ſuadentibus Codd. delevit *verò*, quem ſequor.

34. Me-

edito largitus eſt patriæ ſuum ſanguinem. Iphigenia Aulide duci ſe immolandam jubet, ut hoſtium [m] ſanguis eliciatur ſuo.

m *ſanguis deeſt in MS.*

XLIX. VENIUNT inde ad [n] propiora. Harmodius in ore, & Ariſtogiton, Lacedæmonius Leonidas, Thebanus Epaminondas vigent. [o] noſtros vero non norunt: quos enumerare [p] longum eſt: ita ſunt multi, quibus videmus optabiles mortes fuiſſe cum gloria. 117 Quæ cùm ita ſint, magnâ tamen eloquentiâ eſt utendum, atque ita velut ſuperiore è loco concionandum, ut homines mortem vel optare incipiant, vel certè timere deſiſtant. nam ſi ſupremus ille dies non exſtinctionem, ſed commutationem affert loci, quid optabilius? ſin autem perimit ac delet omnino, quid melius quàm in mediis vitæ laboribus obdormiſcere, & ita conniventem ſomno conſopiri ſempiterno? quod ſi fiat, [34] melior Ennii quàm Solonis oratio. Hic enim noſter,

n *proprio-ra MS. R.*
o *noſtros non alii.*
p *alii magnum.*

Nemo me lacrymis decoret, inquit, *nec funera fletu*
Faxit.

At verò ſapiens ille,

Mors mea ne careat lacrymis: linquamus amicis
Mærorem, ut celebrent funera cum gemitu.

Nos verò, ſi quid tale acciderit, ut à deo denuntiatum videatur, ut exeamus è vita, 118 læti & agentes gratias pareamus, emittique nos è cuſtodia & levari vinculis arbitremur, ut aut in æternam [35] & planè in noſtram domum remigremus, aut omni ſenſu moleſtiaque careamus: ſin autem nihil denuntiabitur, eo tamen ſimus animo, ut horribilem [q] illum diem aliis nobis fauſtum putemus, nihilque in malis ducamus, quod ſit vel à diis immortalibus, vel à natura parente omnium conſtitutum. non enim temerè nec fortuitò [r] ſati & creati ſumus, ſed profectò fuit quædam vis, quæ generi conſuleret humano: nec id gigneret, aut aleret, [36] quod, cùm exanclaviſſet omnes labores, tum incideret

P. B.
q *illum illum Fabr.*
r *facti MS.*

34. *Melior Ennii quàm Solonis oratio.*] *Melius Ennii quàm Solonis elogium* eſt in manuſcripto. *Urſin.*

35. *Et planè in noſtram domum remigremus.*] Mart. Fabr. Pith. Vatic. tert. Pal. *plenè:* unde ex conjecturâ Gulielm. *panè.* quod viſitur in primo. *Gebhard.*

36. *Quod cum exantlaviſſet omnes, &c.*] Profert hunc locum Nonius. ſed legit, *exanclaviſſet.* ego, *exantlaviſſet*, probo hoc loco, quo-

ret in mortis malum ſempiternum: portum potiùs paratum nobis & [s] perfugium putemus.

119 Quò utinam 37 velis paſſis pervehi liceat! ſin [t] reſtantibus

s profug. *Victor.*

t *alii* reſtantibus.

quomodo habent aliquot libri MSS. *exanclaviſſet* tamen non damno. eſt enim verbum ab anculando, quod valet miniſtrare & miniſteria laborioſa ſubire: ex quo ancilla dicta eſt. Quocirca *exanclare labores*, pro *ſubire labores*, videtur etiam pulchrè & eleganter dictum. *Lambin.* *Quod cum exanclaviſſet omnes labores.*] Ita quinque Pall. etiam Nonius. vulgò *exantlaviſſet.* Dudum, ut ſcripſimus, legendum docuit Muretus. porrò codex Pith. *exaudaviſſet.* quod ſi preſſius literarum ductum rimeris, eodem recidit: unde tamen evolvit Gulielmius, *exſudaviſſet.* Gebhard. *Exantlaviſſet omnes labores.*] MS. Pith. *exaudaviſſet*, unde Janus Gulielmius ingenio potius quàm judicio litans reponit, *exſudaviſſet.* Vulgg. *exanclaviſſet*, illamque lectionem exhibet Nonius cap. II. pag. 544. Adi & cap. IV. pag. 650. Idem verbum *exhauriendi* ſignificatu agnoſcit Feſtus, defenditque pro virili M. A. Muretus lib. XIII. V. L. cap. 17. ad ineptam Etymologiam ea re confugiens, quæ ridenda magis videtur quàm referenda. De hoc vocabulo diſſeruit G. J. Voſſius in Etymol. cujus ſcrinia non compilabo; meam tantum opinionem paucis efferam. Ubicunque id vocis, ſive propria *exhauriendi*, ſive metaphorica *tolerandi* poteſtate viſitur, ſcribendum, ut edidimus; non enim ab *anculando*, ſed ἀπὸ τοῦ ἀντλεῖν deducitur, quemadmodum teſtantur veteres, & è ſequentibus clare poteſt intelligi. Henr. quidem Stephanus Caſtig. in Cicer. pag. 35. veriverbium ἀπὸ τοῦ ἐξαναντλᾶν petit, & ἐξαντλεῖν πόνους Græcè dici non exiſtimat. Qua in re graviter lapſus eſt vir doctiſſimus. Theophilus ad Autol. lib. II. pag. 102. ed. Pariſ. Διὰ δὲ τῆς παρακοῆς ὁ ἄνθρωπος ΕΞΗΝΤΛΗΣΕ πόνον, ὀδύνην, λύπην. Menander inter Γνωμικὰ pag. 175. Βίον Ὡς οἰκτρὸν ἐξαντλοῦσιν, οἱ τὰ φρούρια Τηροῦντες. Similiter Latini. Livius XXI. cap. 21. *Per totum tempus biemis, quies inter* LABORES *aut jam* EXHAUSTOS, *aut mox* EXHAURIENDOS, *renovavit corpora animosque ad omnia de integro patienda.* Ovidius Art. Amand. lib. I, 771.

Pars ſuperat cœpti, pars eſt exhauſta laboris.

Et Metam. XII, 161.

Inque vices adita atque exhauſta pericula ſæpe
Commemorare juvat ——

Eodem ſenſu *bella exhauſta* memorat Virgilius Æn. IV, 14. *Daviſ.*

37. *Velis paſſis.*] Id eſt, ocyſſimo curſu & feſtinata celeritate. translatio ſumpta à navigantibus, qui velis expanſis ac plenis portum ſubeunt volitantes. *Paſſa vela* dicimus expanſa, diſtenta, explicata, vento tumentia ac plena. A verbo *pando paſſum* veteres dixiſſe, non *panſum*, & *expaſſum*, A. Gellius Serviusque teſtantur. *Capillo paſſo* eſſe mulieres dicuntur, quaſi porrecto & expanſo: & *paſſis manibus* dicimus, quod ſignificat diductis atque diſtentis. Plautus dixit *diſpeſſis manibus* pro eo, quod eſt diſpaſſis diſtentiſque. Tertullianus tamen *oppanſum velum* dixit, pro

tibus ventis rejiciemur, tamen eodem paullo tardiùs referamur neceſſe eſt. Quod autem omnibus neceſſe eſt, idne miſerum eſſe uni poteſt? Habes epilogum, nequid prætermiſſum aut relictum putes. A. Ego verò. & quidem fecit etiam iſte me epilogus firmiorem. M. Optimè, inquam. ſed nunc quidem valitudini tribuamus aliquid. cras autem & quot dies erimus in Tuſculano, agamus hæc, & ea potiſſimùm, quæ levationem habeant ægritudinum, formidinum, cupiditatum: [38] qui omni è philoſophia eſt fructus uberrimus.

pro oppaſſo & extento. Idem, *Expanſos*, inquit, *ungulæ fodiant, cruces ſuſpendant*; pro exporrectis & diſtentis. *Beroald.*

38. *Qui omni è philoſophiâ eſt fructus uberrimus.*] Victorii editio hanc lectionem habet. Pall. tamen tres cum Fab. Pith. *qui in omni philoſophia eſt.* quart. quint. omittunt præpoſitionem: quart. amplius *philoſophiæ:* unde proclive legere, *qui omnis philoſophia eſt fructus uberrimus.* quam lectionem poſtea omnibus apicibus inveni in Vaticani Excerptis. *Gebhard.*

P.CLXXV.

M. TULLII CICERONIS TUSCULANARUM DISPUTATIONUM AD M. BRUTUM

LIBER SECUNDUS.

[1] DE TOLERANDO DOLORE.

ARGUMENTUM.

Dolor cur & quomodo tolerandus. Dolorem non eſſe ſummum malum, cùm dedecus eo majus ſit. omnia, quæ nocitura videntur, cum prudentia & ſine injuria prudenter cavenda, idque eſſe divinum ac potiſſimum munus.

I. NEOPTOLEMUS [a] quidem apud Ennium philoſophari ſibi ait neceſſe eſſe, ſed paucis: nam omnino [b] haud placere. ego autem, Brute, neceſſe mihi quidem eſſe arbitror philoſophari: nam quid poſſum, præſertim nihil agens, agere melius? ſed non paucis, ut ille. difficile eſt [c] enim, in philoſophia [d] pauca eſſe ei nota, cui non ſint aut pleraque, aut omnia. nam nec pauca, niſi è multis, eligi poſſunt, nec,

a quidem *Lamb. ponit ante* ſibi.
b haud nullis *MS.*
c enim Philoſophica *Daviſ.*
d vel pauca *Bentl.*

1. *De tolerando dolore.*] Hoc lemma deeſt in MSS. Norvic. & Petrenſ. Eorum poſtremus omnia pariter omittit, præter id quod libro tertio præfixum legitur; nec in editt. Ven. & Froben. comparent. adeo ut in Joach. Camerarii ſententiam non invitus conceſſerim, qui Grammaticos hæc addidiſſe putat ex lib. II. de Div. cap. 1. *Daviſ.*

2. *Etenim*

nec, qui pauca [e] perceperit, non idem reliqua eodem ſtudio perſequetur.

[e] percepit *alii* peperit *MS.*

2 Sed in vita tamen occupata atque, ut Neoptolemi tum erat, militari, pauca ipſa multùm ſæpe proſunt, & [f] ferunt fructus, [g] ſi non tantos, quanti ex univerſa philoſophia percipi poſſunt; tamen eos, quibus aliqua ex parte interdum aut cupiditate, aut ægritudine, aut metu [h] liberemur: velut ex ea diſputatione, quæ mihi nuper habita eſt in Tuſculano, magna videbatur mortis effecta contemptio; quæ non minimùm valet ad animum metu liberandum. nam qui id, quod vitari non poteſt, metuit, is vivere animo quieto nullo modo poteſt. ſed qui, non modò quia neceſſe eſt mori, verùm etiam quia nihil habet mors, quod ſit horrendum, P. B. mortem non timet, magnum is ſibi præſidium ad beatam vitam comparat.

[f] conferunt *MS.*
[g] ſed non *MSS.*
[h] liberentur *MSS.*

3 Quamquam non ſumus ignari, multos ſtudioſè contrà eſſe dicturos, quod vitare nullo modo potuimus: niſi nihil omnino ſcriberemus. [2] etenim ſi orationes, quas nos multitudinis judicio probari volebamus (popularis eſt enim illa facultatis, & [i] effectus eloquentiæ eſt audientium approbatio) ſed ſi reperiebantur nonnulli, qui nihil laudarent, niſi quod ſe imitari poſſe confiderent, quemque ſperandi ſibi, eundem & bene dicendi finem proponerent, & cùm obruerentur copiâ ſententiarum atque verborum, jejunitatem & famem ſe malle quàm ubertatem & copiam dicerent. unde erat exor-

[i] effectrix

2. *Etenim ſi orationes — ſed ſi reperiebantur nonnulli.*] MS. Norvic. *etenim ſi ſunt orationes.* Reliqui vulgatam lectionem merito ſervant; eſt enim ἀνακόλουθον, quod in longiore verborum ductu ſcriptoribus non eſt inſolens. Noſter Offic. lib. III. cap. 26. *Utile videbatur Ulyſſi, ut quidem Tragici prodiderunt, nam apud Homerum nulla talis de Ulyſſe ſuſpicio eſt, ſed inſimulant eum Tragœdiæ, ſimulatione inſaniæ militiam ſubterfugere voluiſſe.* Pendet hic oratio, non minus quàm Tuſc. Diſputat. lib. IV. cap. 35. *Ut, ſi jam ipſa illa accuſare nolis, ſtupra dico, & corruptelas, & adulteria, inceſta denique, quorum omnium accuſabilis eſt turpitudo: ſed ut hæc omittas, perturbatio ipſa mentis in amore fœda per ſe eſt.* Hirtius Bell. Afric. cap. 19. *Hac ſpe atque ea audacia inflammatus Labienus, cum equitibus Gallis Germaniſque* MDC. *&c. his copiis pridie Non. Jan. poſt diem tertium, quam Africam attigit, in campis planiſſimis puriſſimiſque ab hora diei quincta usque ad ſolis occaſum eſt decertatum.* Vide & Ælianum V. H. lib. II. cap. 2. *Daviſ.*

 3. Ge-

nis. nos autem univerſæ philoſophiæ vitupe
6 reſpondimus in Hortenſio.

3. *Genus Atticorum.*] Antiqua oratorum diviſio fuit i
cos & Aſiaticos; ex quibus Attici preſſi, limati, emu
bantur, nihil inane aut redundans ferentes: contrà Aſi
tumidi ac jactatores. Mox tertium genus adjecerunt I
quod velut medium eſſe atque ex utroque miſtum volue
que enim Rhodii oratores Atticè preſſi, neque Aſianè
dantes. Optimum autem genus eſſe Atticorum nemo i
de quo Quintilianus, Cicero & ceteri ſatis multa. Nun
lius taxat illuditque eos, qui dum volunt videri preſſi &
ſtar Atticorum, fiunt jejuni, aridi & exſangues, & (qu
quens) pro ridiculis repudiantur. ſubrepunt enim pro
vitia proximitate fallentia. *Beroald.*

4. *Secundo populo.*] Id eſt, favente & aſſentiente. ut *ſ*
ti, qui flatu & aſpiratione ſua adjuvant curſum navigat
Hortenſio, cohortatum ſe quàm maximè potuerit ad pl
ſtudium minimè arrogans maximéque & conſtans & e
bitraretur, quatuor Academicis libris oſtendiſſe, ipſ
Procemio Div. II. De Hortenſio inſuper hæc in Procen
Fin. *Quanquam philoſophia quidem vituperatoribus ſatis re*
eo libro, quo à nobis philoſophia defenſa & collaudata eſt, cu
cuſata & vituperata ab Hortenſio. Camerar.

5. *Magna habere poſſit auxilia à reliquorum Philoſophoru*
nis.] Secuti ſumus Turnebum lib. XI. cap. 8. item Lambi
poſitionem *à* inferentes, quibus ſociat ſuum in partem c
Fabr. cod. *è* præferens. *Gebhard.* Sed & duo illi, & qui e
tus eſt, prave ſpectaverunt iſtum ablativum hîc ſine pr

II. Pro Academia autem quæ dicenda [n] eſſent ſatis accuratè in Academicis quattuor libris explicata arbitramur: ſed tamen tantum abeſt, ut ſcribi contra nos nolimus, ut id etiam maximè optemus: in ipſa enim Græcia philoſophia tanto in honore numquam fuiſſet, niſi doctiſſimorum contentionibus diſſenſionibusque viguiſſet. n erant *alii.*

Quamobrem hortor omnes, qui facere id poſſunt, ut hujus quoque generis laudem jam languenti Græciæ eripiant & [o] perferant in hanc urbem, [7] ſicut reliquas omnes, quæ quidem erant expetendæ, ſtudio atque induſtria ſua majores noſtri tranſtulerunt. Atque [p] oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad ſummum, [8] ut jam, quod natura fert in omnibus ferè rebus, ſeneſcat brevique tempore ad nihilum ventura videatur. philoſophia [q] naſcatur Latinis quidem litteris ex his temporibus, eamque nos adjuvemus: nosque ipſos redargui refellique patiamur. quod ii ferunt animo iniquo, qui certis quibusdam deſtinatisque ſententiis [9] quaſi addicti & conſecrati ſunt, eaque neceſſitate con-

Pag. CLXXVI. 5

o *MSS.* præferant *aut* profeſerant. transferant *Boëth.*

p oratoria *Bentl.*

q igitur naſc. *Lamb.* ergo naſc. *Daviſ.*

num tradit, ſe excitatum eſſe undevigeſimo ætatis anno ad ſtudia ſapientiæ ac philoſophiæ, lecto Ciceronis Hortenſio. Idem libro de Beata Vita: *Ego*, inquit, *ab usque undevigeſimo anno ætatis meæ, poſtquam in ſcholis Rhetoricis librum illum Ciceronis, qui Hortenſius vocatur, accepi: tanto amore philoſophiæ ſuccenſus ſum, ut ſtatim ad eam me ferre meditarer.* Beroald.

7. *Sicut reliquas transtulerunt.*] Apollonius, rhetor Græcus, cùm aliquando Ciceronem audiviſſet Græcè declamantem, diu tacitus ex admiratione conticuit, mox erupit in hæc verba: *Te nempe, Cicero, & laudo & admiror; ſed Græcorum fortunæ me miſeret, cùm videam eruditionem & eloquentiam, quæ ſola nobis bonorum relicta erant, per te Romam transferri.* Idem.

8. *Ut jam, quod natura fert in omnibus ferè rebus, ſeneſcat.*] Pall. quinque Ulrich. ita ordinant, *in omnibus ferè ſeneſcat rebus.* Gruterus vocem poſtremam arbitratur gloſſarii. *Gebhard.*

9. *Quaſi addicti & conſecrati.*] Addicebantur, qui, cùm ſolvendo non eſſent, alteri tradebantur; & in emptione ac venditione res, quæ vænit, addicitur. Ex eo *addictus, deſtinatus* & *traditus*: ut *morti, ſupplicio addictus.* Et Horatius:

Nullius addictus jurare in verba magiſtri.

Conſecratos autem quaſi devotos accipimus; ut in formulâ devotionis, quæ refertur à Macrobio Saturn. lib. III. *Exercitumque hoſtium, urbes agrosque, capita ætatesque eorum devotas conſecratasque habeatis.* Hoc autem facere, quod hoc loco dicit Cic. vulgare etiam verbum vetat, quo dicitur, *Satius eſſe mutare curſum perperam inſtitutum quàm in bello pergere.* Παλινδρομῆσαι μᾶλλον, ἢ κακῶς δραμεῖν. *Camerar.*

10. Nec

conſtricti, ut, etiam quæ non probare ſoleant, ea gantur conſtantiæ cauſâ defendere. nos, qui ſequi probabilia, [10] nec ultra id quàm quod veriſimile currerit, progredi poſſumus, & [11] refellere ſine p nacia, & refelli ſine iracundia parati ſumus.

6 Quòd ſi hæc ſtudia traducta erunt ad noſtros, ne bliothecis quidem Græcis egebimus, in quibus mult do infinita librorum propter eorum eſt multitudine qui ſcripſerunt: eadem enim dicuntur à multis; ex libris omnia [r] referſerunt. quod accidet etiam noſ ſi ad hæc ſtudia plures confluxerint. ſed eos, ſi pc mus, excitemus, qui liberaliter eruditi, adhibitâ et differendi elegantiâ, ratione & viâ philoſophantur.

r referta ſunt MS. & Aldus.

7 III. Est enim quoddam genus eorum, qui philoſophos appellari volunt, quorum dicuntur eſſe tini ſanè multi libri: quos non contemno equide quippe quos numquam legerim: ſed quia profitentur illi, qui eos ſcribunt, ſe neque diſtinctè, neque di butè, neque eleganter, neque ornatè ſcribere; lec nem ſine ulla delectatione negligo. quid enim dic & quid ſentiant ii, qui ſunt ab ea diſciplina, nemo [s] n diocriter quidem doctus ignorat. quamobrem, q niam, quemadmodum dicant, ipſi non laborant, legendi ſint, [12] niſi ipſi inter [t] ſe, qui idem ſentiu non intelligo.

P. B.

s ne med. Lamb.

t ſuos Bentl.

Na

10. *Nec ultra quàm id, quod veriſimile.*] D. Lambinus, J Gebhardus & recentiores exhibent, *ultra id quàm quod:* Uter Manutius *ultra id, quod:* at Boëthius in Topic. lib. V. pag. *ultra quam quod veriſimile*; nos autem MSStis & vett. editis ſu obſecuti. *Daviſius.*

11. *Refellere ſine pertinacia & refelli ſine iracundia.*] Mallem *Refelli ſine pertinacia & refellere ſine iracundia.* P. Manut. *Refe. ſine pertinacia, &c.*] Hanc lectionem tuetur Adr. Turnebus Adv lib. I. cap. 8. Manutius ſic mutat, *refelli ſine pertinacia, & refe re ſine iracundia, &c.* Ego nihil muto; præſertim cùm & tentia ſit probabilis, & ſumta ſit ex Gorgia Platonis, ut obſe tum eſt ab aliis viris doctiſſimis, locum adſcribere piguit, ad properantem. *Lambin.*

12. *Niſi ipſi inter ſe, qui idem ſentiunt.*] In Codice Norvic. bitur, *legant ipſi inter ſe*; vere, niſi fallor, & eleganter. Sic diſ gue: *cur legendi ſint, (legant ipſi inter ſe, qui idem ſentiunt) non telligo.* Edit. Ven. 1491. *cur legendi, niſi ipſi inter ſe.* voculâ p ſus omiſſâ. *Daviſ.*

13.

Nam, ut Platonem reliquosque Socraticos, & dein- 8
ceps eos, qui ab his profecti ſunt, legunt omnes, etiam
qui illa aut non approbant, aut non ſtudioſiſſimè con-
ſectantur: Epicurum autem & Metrodorum non ferè
præter ſuos quiſquam in [v] manus ſumit? ſic hos Lati-
nos ii ſoli legunt, qui illa rectè dici putant. nobis au-
tem videtur, quidquid litteris mandetur, id commen-
dari omnium eruditorum [x] lectioni [y] decere. nec, [z] ſi
ipſi minùs conſequi poſſumus, idcirco minùs id ita fa-
ciendum eſſe ſentimus.

Itaque mihi ſemper Peripateticorum Academiæque
conſuetudo, de omnibus rebus in contrarias partes diſſe-
rendi, non ob eam cauſam ſolùm placuit, quòd aliter
non poſſet, quid in [a] unaquaque re veriſimile eſſet, in-
veniri: ſed etiam quòd eſſet ea maxima dicendi exerci-
tatio, qua princeps uſus eſt Ariſtoteles: deinde eum 9
qui ſecuti ſunt. [13] noſtrâ autem memoriâ Philo, quem
nos frequenter audivimus, inſtituit alio tempore rheto-
rum præcepta tradere, alio philoſophorum, ad quam
nos conſuetudinem à familiaribus noſtris adducti, in
Tuſculano, quod datum eſt temporis nobis, in eo
cònſumpſimus. itaque cùm ante meridiem dictioni
operam dediſſemus, ſicut pridie feceramus, poſt meri-
diem in Academiam deſcendimus. in qua diſputationem
habitam non quaſi narrantes exponimus, ſed eisdem fe-
rè verbis, ut actum diſputatumque eſt.

v manu *Victor.*
x lectione *alii.*
y debere *MS. & Daviſ.* dicere, *aut* docere *alii MSS.*
z ſi id ipſi *MS. R.*
a quaque *MS.*

IV. ESt IGITUR ambulantibus ad hunc modum
ſermo ille nobis [b] inſtitutus, & à tali quodam [c] inductus
exordio. A. Dici non poteſt, quàm ſim heſterna diſ- 10
putatione tua delectatus, vel potiùs adjutus. etſi enim
mihi ſum conſcius, numquam me nimis cupidum fuiſſe
vitæ, tamen objiciebatur interdum animo metus qui-
dam & dolor, [d] cogitanti, fore aliquando finem hu-
jus lucis & amiſſionem omnium vitæ commodorum.
hoc genere moleſtiæ ſic, mihi crede, ſum liberatus, ut
nihil minùs curandum putem.

Pag. CLXXVII.
b conſtitutus *MS.*
c ductus *alii.*
d cogitantis *MSS. & Daviſ.* cogitandi *ed. vet.*

M.

13. *Noſtrâ memoriâ Philo.*] M. Tullius ſe totum tradidit Philoni, Academiæ principi, ut ipſe in Bruto teſtatur, admirabili quodam ad philoſophiam ſtudio concitatus, cum ille in bello Mithridatico domo profugiſſet Romamque veniſſet. Antiochus diſcipulus contra Philonem doctorem ſuum librum edidit, diſſerens contra Academicos, cui operam quoque M. Tullius ſe dediſſe refert. *Beroald.*

14. *Quo-*

11 M. Minimè mirum id quidem. Nam efficit hoc p-
loſophia, medetur animis, inanes ſollicitudines de
hit, cupiditatibus liberat, pellit timores. ſed hæc
vis non idem poteſt apud omnes: tum valet multù
cùm eſt idoneam complexa naturam. Fortes e
non modò fortuna adjuvat, ut eſt in vetere pro
bio, ſed multò magis ratio, quæ quibusdam c
præceptis confirmat vim fortitudinis. te natura ex
ſum quendam videlicet, & altum, & humana d
cientem genuit. itaque facilè in animo forti co
mortem [e] habitá inſedit oratio. ſed hæc eadem n
cenſes apud eos ipſos valere, niſi admodum paucos
quibus inventa, diſputata, conſcripta ſunt? [14] qu
enim quisque philoſophorum invenitur, qui ſit ita
ratus, ita animo ac vitâ conſtitutus, ut ratio poſtu
qui diſciplinam ſuam, non oſtentationem ſcientiæ,
legem vitæ putet?

12 Qui obtemperet ipſe ſibi & decretis ſuis pareat?
dere licet alios tanta levitate & jactatione, iis ut
rit non didiciſſe melius: alios pecuniæ cupidos, [f] gl
nonnullos, multos libidinum ſervos: [15] ut cum eo
vita mirabiliter [g] pugnet oratio. quod quidem mih
d

e **habita** *delet Gebh.*

f **alios gloriæ, mult.** *MS.*

g **repugnet** *MS.*

14. *Quotusquisque.*] Vetus elegansque locutio per interrog nem, pro eo quod eſt, quot ſunt; & ad paucitatem refertur. *Quotusquisque ſtudet?* id eſt, quot ſtudent, id eſt, quàm ſunt qui ſtudeant? M. Tull. in or. pro Plancio: *Quotusquisq ris peritus eſt? Quotusquisque diſertus eſt?* Beroald.

15. *Ut cum eorum vita & vitiis.*] Ultimam verborum bigar MSto. Norvic. repoſuimus, eaque comparent in multis Lact membranis, qui hæc laudat Div. Inſtit. lib. III. cap. 15. ſed peri editores illum quoque Patrem ad vulgata Ciceronis exen ria refinxerunt. Modeſtius autem ſe geſſerant, ſi modo ἓν διὰ δυοῖν eſſe meminiſſent. Vita & vitia ſunt vita vitioſa. Sallu Catil. cap. 3. *Fama atque invidia vexabant*, quod idem vale invidioſa fama. Cæſar lib. VII. B. G. cap. 26. *Quos ad capie fugam natura & virium infirmitas impediret.* Minucius Felix O cap. I. *Ex tenebrarum profundo in lucem ſapientia & veritatis em rem.* Virgilius Georg. II, 192.

——— *Qualem pateris libamus & auro:*

Ubi Servius hunc in modum; *Pateris aureis.* Ἓν διὰ δυοῖν *ut lemque & montes*; qui locus exſtat Æn. I, 61. Plura J. Fr. Grono ad Livii I, 32. quæ vero jam protulimus, ſatis oſtendunt Fa bricium aliosque hasce voces Gloſſematis perperam damn *Daviſius.*

16. S

detur eſſe turpiſſimum. Ut enim, ſi grammaticum ſe profeſſus quiſquam, barbarè loquatur, aut ſi abſurdè canat is, qui ſe haberi velit muſicum, hoc turpior ſit, quòd in eo ipſo peccet, cujus profitetur [h] ſcientiam: ſic philoſophus in ratione vitæ peccans, hoc turpior eſt, quòd in officio, cujus magiſter eſſe vult, labitur, artemque vitæ profeſſus, delinquit in vita.

P. B.

h ſententiam *MS.*

V. A. NONNE verendum [i] igitur, ſi eſt ita, ut dicis, ne philoſophiam falſâ gloriâ exornes? quod eſt enim majus argumentum, nihil eam prodeſſe [16] quàm quosdam perfectos philoſophos turpiter vivere? M. 13 Nullum verò id quidem argumentum eſt. nam ut agri non omnes frugiferi ſunt, qui coluntur, [17] falſumque illud ac improbè,

Etſi [k] in ſegetem ſunt deteriorem data
Fruges, tamen ipſa ſuapte natura [l] enitent:

ſic animi non omnes culti fructum ferunt. atque, ut in eodem ſimili verſer, ut ager, quamvis fertilis, ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt: ſic [m] ſine doctrina animus. [18] ita eſt utraque res ſine altera debilis. cultura autem animi philoſophia eſt: [n] hæc extrahit vitia radicitus, & præparat animos ad ſatus accipiendos, eaque [o] mandat his, &, ut ita dicam, ſerit, quæ adulta fructus uberrimos ferant. Agamus igitur, ut cœpimus. dic, ſi vis, de quo diſputari velis.

A. Dolorem exiſtimo maximum malorum omnium.

M. 14

i eſt igit. *MS. R.*

k *ſegetem ſunt in* Daviſ.

l *nituntur* MS.

m nec ſine cultura *MS.*

n quæ extr. *alii*, *aut* hæc autem extr.

o mundat *MSS.*

16. *Quam quosdam perfectos Philoſophos.*] Multis diſputavi de hac lectione in Crepundiis, repoſuique, quod veriſſimum omninò eſt, ex Pal. ſec. *quosdam profeſſos Philoſophos:* ſed quia nullus præterea teſtis ſuccederet, timidus fui hoc in lectionem ducere. *Gebh.* Multis Gebhardi *profeſſos* oppugnat Bentlejus in Emendationibus, & tuetur vulgatum *perfectos*. Nil mallem quam aliquem codicem reperiri, qui nobis exhiberet *profeſſos philoſophiam*. Id eſſet certè optimum. *Verburg.*

17. *Falſumque illud ac improbè.*] Non ea frons mihi eſt mutare hanc lectionem contra omnes libros. neque damno Lambini: *falſóque illud & improbè*. Mureti tamen Var. libro XVI. cap. 20. *falſumque illud Attii: Proba etſi &c.* Gebhard.

18. *Ita eſt utraque res una, &c.*] Sic Horatius Ep. ad Piſonem de Natura & arte, *Alterius ſic Altera poſcit opera res & conjurat amicè.* Non eſt autem celandus lector, vocem *una* nullo in lib. MS. à noſtris multis comparere. quo ſit, ut putem eſſe delendam. & verò ſupervacanea eſt. *Lambin.*

19. *Non*

M. Etiamne majus quàm dedecus? A. Non audeo id dicere quidem, & me pudet tam citò de ſententia eſſe dejectum. M. Magis eſſet pudendum, ſi in ſententia permaneres. quid enim minùs eſt [p] dignum quàm tibi pejus quidquam videri dedecore, flagitio, turpitudine? quæ ut effugias, quis eſt [19] non modò non recuſandus, [20] ſed [q] non ultro appetendus, ſubeundus, excipiendus dolor? A. Ita prorſus exiſtimo. quare ne ſit ſanè ſummum malum dolor: malum certè eſt. M. Videsne igitur, quantum, breviter admonitus, de doloris terrore dejeceris? A. Video planè: ſed plus deſidero.

p te dign. *Lamb.*
q non *deeſt in aliis.*
Pag. CLXXVIII.

15 M. Experiar equidem: ſed magna res eſt, animoque mihi opus eſt non repugnante. A. Habebis id quidem. ut enim heri feci, ſic nunc rationem, quò ea me cumque ducet, ſequar.

VI. M. Primùm igitur de imbecillitate multorum & de variis diſciplinis philoſophorum loquar. quorum princeps & auctoritate & antiquitate Socraticus Ariſtippus non dubitavit ſummum malum dolorem dicere. [r] deinde ad hanc enervatam muliebremque ſententiam ſatis docilem ſe Epicurus præbuit. [s] hunc poſt Rhodius Hieronymus, dolore vacare, ſummum bonum dixit: tantum in dolore duxit mali. ceteri, præter Zenonem, Ariſtonem, Pyrrhonem, [21] idem ferè, quod modò tu: malum illud quidem, ſed alia pejora.

r dehinc *alii.*
s poſt hunc *alii.*

Er-

19. *Non modo recuſandus, ſed non ultro appetendus.*] Editt. vett. *non modo non recuſandus, ſed ultro appetendus:* Janus autem Gebhardus cum aſſeclis, *non modo non recuſandus, ſed non ultro appetendus.* Nos vero MSS. Colon. Norvic. Petrenſ. & Cantabr. ſecuti ſumus, cum pareat, poſteriorem particulam negantem non raro prætermitti. Juſtinus lib. IX. cap. 2. *Ne ſumptum quidem viæ, non modo officii pretia dederit.* Idem lib. XI. cap. 8. *Interclusa voce non ſpes modo remedii, ſed nec dilatio periculi inveniretur.* Hirtius lib. VIII. B. G. cap. 33. *Effugere non modo equitatum, ſed ne legiones quidem poſſent*, ubi D. Voſſius fruſtra repoſuit, *non modo non equitatum*, ut ad eum locum multis oſtendimus. Cicero Tuſc. Diſp. lib. I. cap. 36. *Mortuorum autem non modo vita commodis, ſed ne vita quidem ipſa quiſquam caret.* Hanc in rem ex noſtro plurima congeſſit M. A. Muretus V. L. lib X. cap. 7. *Daviſ.*

20. *Sed ultro appetendus, ſubeundus, excipiendus dolor.*] Legendum ex antiquo, *ſed etiam non ultro appetendus &c.* Petrus tamen Cicconus, *quivis eſt non modo &c.* putat legendum ſine interrogationis nota. *Urſin.*

21. *Idem ferè, quod modò tu.*] Victorius: *idem ferè. A. Quomodo tu?*

Ergo, id quod natura ipſa & quædam generoſa vir- 16
tus ſtatim reſpuit, [22] ne dolorem ſummum malum diceres, oppoſitoque dedecore ſententiâ depellerere, in eo magiſtra vitæ philoſophia tot ſæcula [t] permanet. [v] Quod huic officium, quæ laus, quod decus erit tanti, quod adipiſci cum dolore corporis velit, qui dolorem ſummum malum ſibi eſſe perſuaſerit? [x] quam porrò quis ignominiam, quam turpitudinem non pertulerit, ut effugiat dolorem, ſi id ſummum malum eſſe decreverit? quis autem non miſer non modò tunc, cùm premetur ſummis doloribus, ſi in his eſt ſummum malum, ſed etiam cùm ſciet id ſibi poſſe evenire? [y] & quis eſt, 17
cui non poſſit? Ita fit, ut omnino nemo eſſe poſſit beatus. [23] Metrodorus quidem eum perfectè putat beatum, cui corpus bene conſtitutum ſit, & exploratum ita ſemper fore. quis autem eſt iſte, cui id exploratum poſſit eſſe?

t permanat *MS.*
v Sed quæſo quod *MS.*
x contraque quam *MS.* quod porro *alius MS.* P. B.
y etſi quis *MS.* R.

VII. EPICURUS verò ea dicit, ut mihi quidem riſus captare videatur. affirmat enim quodam loco, ſi uratur ſapiens, ſi crucietur: exſpectas fortaſſe dum dicat, Patietur, perferet, non ſuccumbet. Magna mehercule laus, & eo ipſo, per quem juravi, Hercule digna: ſed Epicuro homini aſpero & duro non eſt hoc ſatis.

tu? *M. Malum.* ut & quart. Pal. ceteri quatuor, *quomodo tu*, quod & in Pith. & Fabr. Vatic. *Gebhard.*

22. *Ne dolorem ſummum malum diceres, oppoſitoque dedecore ſententiâ depellerere.*] Pall. pr. tert. quart. quint. Pith. Ulrich. *dicere, & depellere.* primus, *ſententiam depellere.* Ulrich. *repellere.* Gebhard. *Ne dolorem ſummum malum diceres, oppoſitoque dedecore ſententiâ depellerere.*] Ven. 1491. Eraſm. ac plurimi MSSti, *ne dolorem ſummum malum dicere, oppoſitoque dedecore ſententiâ depellere.* Cantab. *deſine dolorem.* Norvic unus, *eſſe dolorem ſummum malum diceres, oppoſitoque dedecore ſententia depellitur.* alter, *ne ſe dolorem ſummum malum dicere, &c.* unde legendum arbitror, *ne eſſe dolorem ſummum malum diceres, oppoſitoque dedecore, ſententiâ depellerere.* Daviſ.

23. *Metrodorus.*] Hujus & alibi meminit Cic. fuit de præcipuis ectatoribus atque amicis Epicuri; cujus memoriam coli cum ſua estamento juſſit. Hic Athenienſis, non ille poſterior Scepſius, uit præſtanti memoria, cujus mentio fit in I. Tuſc. Fuit & alius Ietrodorus Stratonicenſis, deſertor Epicuri; itemque alius vetuior, magiſter Anaxarchi. Sententiam autem Metrodori hanc n II. Fin. ita retulit: *Metrodorus penè aliter quàm Epicurus beatum ſſe deſcribit his ferè verbis: Cum corpus bene conſtitutum ſit, & ſit exloratum ita futurum.* Camerar.

ſatis. In Phalaridis tauro ſi erit, dicet, Quàm ſuave
eſt hoc! quam hoc non curo! Suave etiam? an parum
eſt, ſi non amarum? [z] ad id quidem illi ipſi, qui do-
lorem malum eſſe negant, non ſolent dicere, cuiquam
ſuave eſſe cruciari: aſperum, difficile, odioſum, con-
tra naturam dicunt, nec tamen malum. Hic, qui [a] ſo-
lum hoc malum dicit [b] & malorum omnium extre-
mum, ſapientem cenſet id ſuave dicturum.
Ego à te non poſtulo, ut dolorem eiſdem verbis af-
18 ficias, quibus Epicurus [c] voluptatem, homo, ut ſcis,
voluptarius. ille dixerit ſanè idem in Phalaridis tauro,
quod, ſi eſſet in lectulo. ego tantam vim non tribuo
[d] [24] ſapienti contra dolorem. [25] ſit fortis in perferendo,
officio ſatis eſt: ut lætetur etiam non poſtulo. triſtis
enim res eſt ſine dubio, aſpera, amara, inimica natu-
ræ, ad patiendum tolerandumque difficilis.
19 Adſpice Philoctetam: cui concedendum eſt gementi.
[26] ipſum enim Herculem viderat in [e] Oeta magnitudine
do-

z ad id MS. R. Vict. & MSS. atqui illi *alii*.
a aut ſolum *Bentl.*
b aut mal. *Idem.*
c volupt. *delet Bentl.*
d ſapientiæ *MS. R.*
e tanta *MS.*

24. *Sapientia contra dolorem, &c.*] Corrige cum antiquo libro: *Sapienti contra dolorem: ſi fortis in perferendo, officio ſatis eſt.* P. Manut.

25. *Eſſe fortem in perferendo, off. ſ. eſt.*] Sic nunc edendum curavi, olim autem ſic, *ſi fortis in perferendo*, quòd ita ſcriptum eſſet in cod. Huraltino, longè melius quàm *ſi fortis*. adſcripſeram tamen, me legi malle, *eſſe fortem in perferendo officio ſatis eſt*, ſi quis vetus adjuvaret. Nunc igitur, cum omnes fere codd. antiqui habeant partim ut vulgg. *ſi forte &c.* partim, *ſit fortis &c.* ut olim edidimus, partim, *ſe fortè in perferendo*, ex hac poſtrema, quamvis mendoſa ſcriptura, hanc pudenter & ſine vi elicio, *Eſſe fortem in perferendo exiſtimo.* Lambin. *Sit fortis in perferendo.*] Ita codex Huraltinus, & ex eo Lamb. in priore edit. ſic quoque in Pal. quinto. at pr. ſec. *ſi fortis.* Lambinus tamen ipſe mallet, *eſſe fortem.* vulgò, *ſi fortè in perf.* Gebhard.

26. *Ipſum enim Herculem &c.*] Labitur Pet. Victorius Var. Lect. lib. II. cap. 15. dum Ciceronem memoriâ lapſum ſtatuit; quamvis enim nonnulli ſcriptores id Pœanti tribuant, quod Philoctetæ Tullius, hic tamen nullatenus eſt culpandus, quia non deſunt, qui eodem modo rem narrent, ut teſtimoniis oſtendemus, quæ aut neſcivit aut diſſimulavit vir doctiſſimus. Diodorus Siculus Bibl. lib. IV. pag. 243. Ὁ μὲν Ἡρακλῆς ἀπογνὺς τὰ καθ' ἑαυτὸν, καὶ παρελθὼν εἰς τὴν πυρὰν, παρεκάλει τὸν ἀεὶ προσιόντα ὑφάψαι τὴν πυράν· οὐδενὸς δὲ τολμῶντος ὑπακοῦσαι, μόνος Φιλοκτήτης ἐπείσθη· λαβὼν δὲ, τῆς ὑπακοῆς χάριν, τὴν τῶν τόξων δωρεὰν, ἧψε πυράν. Ovidius Metam. IX, 231.

Inque pyram ſtructis, arcus pharetramque capacem,
Regnaque viſuras iterum Trojana ſagittas

Fer-

n ejulantem. nihil igitur hunc virum ſagittæ, ı Hercule acceperat, tum conſolabantur: [f] cùm

[g] viperino morſu vena viſcerum
eneno imbuta tatros cruciatus [h] cient.

exclamat auxilium expetens, [i] mori cupiens:

Heu quis ſalſis fluctibu' mandet
te ex ſublimi vertice ſaxi?
amjam abſumor: conficit animam
[l] Vis vulneris, ulceris aſtus.

e dictu videtur, eum non in malo eſſe, & magno n, qui ita clamare cogitur.

I. Sed videamus Herculem ipſum, qui [29] tum do-

f *Cùm è vip.* Daviſ.
g *Ei MS.*
h *cierent* alii.
i cupiens mori *Gul.* P. CLXXIX.

Ferre jubes Pœante ſatum, quo flamma miniſtro
Subdita ——

tius Div. Inſt. lib. I. cap. 9. *Hunc* (Herculem) *homines Deum ſed Philoctetes, ejus heres, non putavit, qui facem ſuppoſuit qui artus ejus & nervos cremari ac diffluere vidit; qui oſſa cineres in Oetao monte ſepelivit; pro qui munere ſagittas epit.* Hinc Hercules apud Senecam in Herc. Oet. Act. v. 8.

—— *Accipe hac, inquit, ſate*
Poeante dona; munus Alcidæ cape.

liter Hyginus Fab. XXXVI. Hæc falſo redargui Ciceronem anifeſtant, quod tamen ipſum Marcum, ſi viveret, non e laturum puto, cum egregius ille Criticus de litteris tam rè ſit meritus. *Daviſ.*

Heu quis ſalſis fluctibus.] Rectè ſic Victor. Pall. quart. quint. Pith. quid vulgò cum *ſalſis fluctibus* agant, an deſipiant, non eſt curare. Vaticanus refert, *heu qui*, rectè. *Gebhard.* ror averti ab notitia noſtra, in MS. Vaticano mox legi, *ſubliice*, non *ſublimi*. Ceterum mox videndum, an non in verſu *Virus vulneris &c.* Gronov.

Vis vulneris.] Metri gratiâ V. C. Jac. Gronov. reponit, *vielneris*, quæ acuta quidem nec inelegans eſt conjectura; enim norunt Philoctetæ vulnus gravem odorem emiſiſſe, ob cauſam à Græcis Lemni fuit relictus. Retinenda tamen a lectio, & eſt Anapæſtus Catalecticus, cujusmodi carmen rat Terentianus Maurus col. 2422. ex eoque conficitur Pru- Cathem. Hymnus x. *Daviſ.*

Tum dolore frangebantur.] Apud Ovidium & Senecam inducircules ejulans, furens, gemens, ex dolore ac cruciatu, faciebat tunica interula ab uxore per Lycam puerum miſſa:

Quà trahitur, trahit illa cutem, fœdumque relatu
Aut haret membris fruſtra tentata revelli,
Aut laceros artus & grandia detegit oſſa.

ocles, tragici cothurni apud Græcos princeps, tragœdiam it, dolores Herculis mortemque ærumnoſam continentem, cui

ſatis. In Phalaridis tauro ſi erit, dicet, Quàm ſuave eſt hoc! quam hoc non curo! Suave etiam? an parum eſt, ſi non amarum? [z] ad id quidem illi ipſi, qui dolorem malum eſſe negant, non ſolent dicere, cuiquam ſuave eſſe cruciari: aſperum, difficile, odioſum, contra naturam dicunt, nec tamen malum. Hic, qui [a] ſolum hoc malum dicit [b] & malorum omnium extremum, ſapientem cenſet id ſuave dicturum.

z ad id *MS. R. Vict. & MSS.* atqui illi *alii.*
a aut ſolum *Bentl.*
b aut mal. *Idem.*

Ego à te non poſtulo, ut dolorem eiſdem verbis af-
18 ficias, quibus Epicurus [c] voluptatem, homo, ut ſcis, voluptarius. ille dixerit ſanè idem in Phalaridis tauro, quod, ſi eſſet in lectulo. ego tantam vim non tribuo [d] 24 ſapienti contra dolorem. 25 ſit fortis in perferendo, officio ſatis eſt: ut lætetur etiam non poſtulo. triſtis enim res eſt ſine dubio, aſpera, amara, inimica naturæ, ad patiendum tolerandumque difficilis.

c volupt. *delet Bentl.*
d ſapientiæ *MS. R.*

19 Adſpice Philoctetam: cui concedendum eſt gementi. 26 ipſum enim Herculem viderat in [e] Oeta magnitudine do-

e tanta *MS.*

24. *Sapientiæ contra dolorem, &c.*] Corrige cum antiquo libro: *Sapienti contra dolorem: ſi fortis in perferendo, officio ſatis eſt.* P. Manut.

25. *Eſſe fortem in perferendo, off. ſ. eſt.*] Sic nunc edendum curavi, olim autem ſic, *ſi fortis in perferendo*, quòd ita ſcriptum eſſet in cod. Huraltino, longè melius quàm *ſi fortis.* adſcripſeram tamen, me legi malle, *eſſe fortem in perferendo officio ſatis eſt*, ſi quis vetus adjuvaret. Nunc igitur, cum omnes fere codd. antiqui habeant partim ut vulgg. *ſi forte &c.* partim, *ſit fortis &c.* ut olim edidimus, partim, *ſe fortè in perferendo*, ex hac poſtrema, quamvis mendoſa ſcriptura, hanc pudenter & ſine vi elicio, *Eſſe fortem in perferendo exiſtimo.* Lambin. *Sit fortis in perferendo.*] Ita codex Huraltinus, & ex eo Lamb. in priore edit. ſic quoque in Pal. quinto. at pr. ſec. *ſi fortis.* Lambinus tamen ipſe maluit, *eſſe fortem.* vulgò, *ſi fortè in perf.* Gebhard.

26. *Ipſum enim Herculem &c.*] Labitur Pet. Victorius Var. Lect. lib. II. cap. 15. dum Ciceronem memoriâ lapſum ſtatuit; quamvis enim nonnulli ſcriptores id Pœanti tribuant, quod Philoctetæ Tullius, hic tamen nullatenus eſt culpandus, quia non deſunt, qui eodem modo rem narrent, ut teſtimoniis oſtendemus, quæ aut neſcivit aut diſſimulavit vir doctiſſimus. Diodorus Siculus Bibl. lib. IV. pag. 243. Ὁ μὲν Ἡρακλῆς ἀπογνοὺς τὰ καθ' ἑαυτὸν, καὶ παρελθὼν εἰς τὴν πυρὰν, παρεκάλει τὸν ἀεὶ προσιόντα ὑφάψαι τὴν πυράν· οὐδενὸς δὲ τολμῶντος ὑπακοῦσαι, μόνος Φιλοκτήτης ἐπείσθη· λαβὼν δὲ, τῆς ὑπουργίας χάριν, τὴν τῶν τόξων δωρεὰν, ἧψε πυράν. Ovidius Metam. IX, 231.

Inque pyram ſtructis, arcus pharetramque capacem,
Regnaque viſuras iterum Trojana ſagittas

Fer-

dolorum ejulantem. nihil igitur hunc virum ſagittæ, quas ab Hercule acceperat, tum conſolabantur: [f] cùm

[g] E viperino morſu vena viſcerum
Veneno imbuta tetros cruciatus [h] cient.

Itaque exclamat auxilium expetens, [i] mori cupiens:

[27] Heu quis ſalſis fluctibu' mandet
Me ex ſublimi vertice ſaxi?
Jamjam abſumor: conficit animam
[28] Vis vulneris, ulceris æſtus.

Difficile dictu videtur, eum non in malo eſſe, & magno quidem, qui ita clamare cogitur.

VIII. SED videamus Herculem ipſum, qui [29] tum do-

f Cùm è vip. Daviſ.
g Ei MS.
h cierent alii.
i cupiens mori Gul.
P. CLXXIX.

Ferre jubes Pœante ſatum, quo flamma miniſtro
Subdita ———

Lactantius Div. Inſt. lib. I. cap. 9. *Hunc* (Herculem) *homines Deum putant: ſed Philoctetes, ejus heres, non putavit, qui facem ſuppoſuit arſuro: qui artus ejus & nervos cremari ac diffluere vidit; qui oſſa ejus ac cineres in Oetæo monte ſepelivit; pro qui munere ſagittas ejus accepit.* Hinc Hercules apud Senecam in Herc. Oet. Act. v. vſ. 1648.

——— *Accipe hæc, inquit, ſate*
Pœante dona; munus Alcidæ cape.

Non aliter Hyginus Fab. XXXVI. Hæc falſo redargui Ciceronem ſatis manifeſtant, quod tamen ipſum Marcum, ſi viveret, non moleſte laturum puto, cum egregius ille Criticus de litteris tam præclarè ſit meritus. *Daviſ.*

27. *Heu quis ſalſis fluctibus.*] Rectè ſic Victor. Pall. quart. quint. Fabr. Pith. quid vulgò cum *falſis fluctibus* agant, an deſipiant, meum non eſt curare. Vaticanus refert, *heu qui*, rectè. *Gebhard.* Sed miror averti ab notitia noſtra, in MS. Vaticano mox legi, *ſublimo vertice*, non *ſublimi*. Ceterum mox videndum, an non in verſu fuerit, *Virus vulneris &c.* Gronov.

28. *Vis vulneris.*] Metri gratiâ V. C. Jac. Gronov. reponit, *virus vulneris*, quæ acuta quidem nec inelegans eſt conjectura; omnes enim norunt Philoctetæ vulnus gravem odorem emiſiſſe, quam ob cauſam à Græcis Lemni fuit relictus. Retinenda tamen vulgata lectio, & eſt Anapæſtus Catalecticus, cujuſmodi carmen memorat Terentianus Maurus col. 2422. ex eoque conficitur Prudentii Cathem. Hymnus x. *Daviſ.*

29. *Tum dolore frangebantur.*] Apud Ovidium & Senecam inducitur Hercules ejulans, furens, gemens, ex dolore ac cruciatu, quem faciebat tunica interula ab uxore per Lycam puerum miſſa:

Quà trahitur, trahit illa cutem, fœdumque relatu
Aut hæret membris fruſtra tentata revelli,
Aut laceros artus & grandia detegit oſſa.

Sophocles, tragici cothurni apud Græcos princeps, tragœdiam ſcripſit, dolores Herculis mortemque ærumnoſam continentem, cui

22 *O pectora, ô terga, ô lacertorum tori!*
Veſtrone preſſu quondam Nemeæus leo
Frendens efflavit graviter extremum halitum?
Hæc dextra Lernam [v] *tetram, mactata excetra,*
Placavit: hæc bicorporem afflixit manum:
Erymanthiam hæc vaſtificam abjecit belluam,
Hæc à Tartarea tenebrica abſtractum plaga
Tricipitem eduxit Hydra generatum canem:
Hæc interemit tortu multiplicabili
Draconem, auriferam obtutu [33] *obſervantem arborem.*
Multa alia victrix noſtra luſtravit manus,
Nec quiſquam è noſtris ſpolia cepit laudibus.

v *tatra mact.* Lamb. & Bentl.

Poſſumusne nos contemnere dolorem, cùm ipſum Herculem [34] tam [x] intoleranter dolere videamus?

x intolerabiliter *MS.*

23 X. [35] VENIAT Æſchylus non poëta [y] ſolùm, [z] ſed etiam Pythagoreus. ſic enim accepimus. quo modo fert

y tantum *alii.*
z ſed & Pyth. *MS.*

33. *Obſervantem arborem.*] MSS. Norvic. Petrenſ. aliique multi repræſentant, *adſervantem*, quam quidem ſcripturam ex Gloſſa natam arbitror. Porcius Latro Declam. in Catil. cap. 22. *Quid eſt, quod illum obſervatum dicas in perpetua cuſtodia atque oculis Senatorum?* Eumenius Paneg. VII. cap. 4, 2. *Tum demum irrumpendas rebellibus Gallicanis portas reliquerunt, quam feſſi obſervare non poſſent.* Cæſar lib. III. B. C. cap. 28. *Qui eam partem ora maritima obſervabant*; ſic recte editt. veteres, cum vulgo legatur *aſſervabant.* Eadem vox nobiliſſimo ſcriptori lib. I. B. C. cap. 21. eſt reddenda. Vide Pet. Fabium Semeſt. lib. I. cap. 20. *Daviſ.*

34. *Tam intoleranter &c.*] Profert hunc locum Cariſius lib. II. in voce *toleranter*, ex quo licet intelligere *tolerabiliter* & *intolerabiliter dolere*, ſeu *ferre dolorem, morbos, &c.* quod alibi in vulgg. libb. reperitur, mendoſum eſſe, ut aliàs admonui. *Lambin.*

35. *Æſchylus non poëta.*] Vetus poëta Æſchylus, ſtudioſus philoſophiæ Pythagoricæ, ut Euripides Anaxagoriæ; qui & Anaxagoram audiviſſe traditur. Locus autem eſt de Prometheo, ut apparet, λυομένῳ Æſchyli: quæ fabula nunc non exſtat. Scripſit idem & πυρφόρον Προμηθέα. Ad nos δεσμώτης tantummodo, eaque mendoſa pervenit. Nobis quidem, cùm hæc annotaremus, ſpes erat facta melioris exemplaris ab eruditiſſimo Juriſconſulto Ludovico Braſſicano: quod ſi acceperimus, libenter & cupidè cum ſtudioſis opt. literarum & artium humanitatis ſumus communicaturi. *Camerar.* *Veniat Æſchylus.*] Tragœdias primùm in lucem edidit Æſchylus, ſublimis, & gravis, & grandiloquus ſæpe usque ad vitium: quem aquila interemit, cui ingenium, teſtudines raptas frangere ex ſublimi jaciendo. Fuit hic, ſi Horatio credimus, repertor pallæ veſtis & perſonæ. Philoſtr. tradit, ab Æſchylo ornatos eſſe hiſtriones veſtibus heroum & heroinarum; ex quo parens tragœdiæ dictus eſt, & in Dionyſiis, id eſt Liberalibus, invocatur. *Beroald.*

36. Ob

fert apud eum Prometheus dolorem, quem excipit [36] ob furtum Lemnium, [37] unde ignis [a] lucet mortalibus, [a] clucet clam *Ms.*

36. *Ob furtum Lemnium.*] A Lemno inſula tæterrima quæque facinora apud Græcos Lemnia appellantur: ex facinore, quod memorat Herodotus, & ex ſcelere fœminarum, quæ viros ſuos interemerunt. In ea inſula colitur Vulcanus, deus ignis. Itaque *furtum Lemnium* intellige ignis furtum, à Lemnio Vulcano ſic dictum. Porro Plato in Protagora ſcribit, Prometheum ſurripuiſſe Vulcani Minervæque artificioſam cum igne ſapientiam, eam hominum generi largitum: atque ita ſapientiam homines eſſe conſecutos. *A. Manut.*

37. *Unde ignis lucet.*] Ita legit Manutius. Faërnus tamen pro *lucet* habet *cluet*: & infra *clepſe* pro *clepſiſſe*. Pantagathus autem ita hos verſus interpungebat:

Dolorem quem percipit ob furtum Lemnium:
Unde ignis lucet mortalibus clam deditus:
Eum Prometheus clepſiſſe eſt dictus dolo
Pœnasque Jovi fato expendiſſe peſſimo. Urſin.

Unde ignem mortalibus diviſſe cluet doctu' Prometheus Clepſiſſe dolo, &c.] Sic videtur legendum: ſunt enim verſus Anapæſtici cum coronide, ut rectè animadverſum eſt à Joſ. Scaligero, Julii Cæſaris Scaligeri filio, juvene doctiſſimo. malè autem hîc operæ olim interpunctum poſuerunt poſt *mortalibus*, & diſtinctionis notam poſt *Prometheus*. Quod autem Adr. Turnebus lib. II. Adverſ. c. 8. aliter hos verſus legit, ego ab eo diſſentio. *Lambin. Unde ignis — ſupremo.*] Hi procul dubio ſunt verſus, & eorum quidem principium ſic exſtat apud Varronem lib. VI. L. L. pag. 67. *Unde ignes cluet mortalibus Diveis*; ac Joſ. Scaliger in Caſtig. pag. 103. ad Anapæſticos hoc modo reducit:

——— *Unde ignes mortalibus*
Diviſſe cluet doctu' Prometheus
Clepſiſſe dolo, pœnaſque Jovi
Fato expendiſſe ſupremo.

At mihi placet elegantiſſima viri ſummi Ric. Bentleji conjectura, qui epiſt. ad Millium pag. 27. reponit:

Unde igneis cluet immortalibus
Clam divis nimi' (vel *catu'*) *doctu' Prometheus*
Clepſiſſe dolo, pœnaſque Jovi
Furti expendiſſe ſupremo.

Forte tamen legi poſſit:

Unde ignis lucet mortalibus,
Clam Divis quem dictu' Prometheus
Clepſiſſe dolo &c.

Infeliciter correxit H. Turnebus Adverſ. lib. II. cap. 8. quem vide. MS. Norvic. exhibet, *depreſſiſſe dolo*; ſed hanc lectionem procudit imperitia librarii, neſcientis antiquum eſſe verbum ἀπὸ τοῦ κλέπτειν ſive κλέπτην deductum. Vide G. J. Voſſium in Etym. lociſque ab eo laudatis adde Manilium lib. I. pag. 3. *Daviſ.*

clam diviſus? eum doctus Prometheus 38 clepſiſſe dolo,
p. CLXXX. pœnasque Jovi fato expendiſſe ſupremo. Has igitur pœnas pendens, affixus ad Caucaſum hæc dicit,

Titanum [b] *ſoboles, ſocia noſtri ſanguinis,*
Generata cœlo, adſpicite religatum aſperis
Vinctumque ſaxis, navem ut horriſono freto
Noctem paventes timidi adnectunt navitæ.
Saturnius me ſic infixit Jupiter,
Jovisque numen Mulcibri [c] *aſcivit manus.*
Hos ille cuneos fabrica [d] *crudeli* [e] *inſerens,*
Perrupit artus: qua miſer ſollertia
Transverberatus, caſtrum hoc furiarum incolo.
24 *Jam tertio me quoque funeſto die,*
Triſti advolatu, aduncis lacerans unguibus
Jovis ſatelles paſtu dilaniat fero.
Tum [f] *jecore opimo farta & ſatiata affatim*
Clangorem fundit vaſtum, & 39 *ſublime advolans*
Pinnata cauda noſtrum adulat ſanguinem.
Cùm verò adeſum inflatu renovatum eſt jecur,
Tum rurſus tetros avida ſe ad paſtus refert.
Sic hunc cuſtodem mœſti cruciatus alo:

Qui

b *ſuboles* alii.

c *arcivit* Lamb.

d *fideli* ed. vet.

e *inferens* Daviſ.

f *iecure* MS.

38. *Clepſiſſe.*] Furto ſubduxiſſe ſubtraxiſſeque. *Clepere* enim eſt furari, tractum à κλέπτω verbo Græco, unde *cleptum* furto ſubtractum. Seneca: *Cleonæum caput opponit ac ſe tegmine ingenti clepſit.* Livius: *Si quis clepſit, ne populo ſcelus eſto, neve cui cleptum erit.* Plautus: *Rape, clepe, harpaga.* ubi *harpagare* ſignificat rapere; alibi autem dixit *harpagatum* pro raptum. *Beroald.*

39. *Sublime advolans Pinnata cauda noſtrum adulat ſanguinem.*] Hadr. Turnebus Adverſ. lib. II. cap. 9. D. Lambinus ac Fr. Fabricius reponunt, *ſublime avolans.* ipſe paullo propius ad receptam lectionem correxerim, *ſublime abvolans.* Sed parum refert; id vero notandum eſt, Nonium v. *adulatio* hosce verſus Accii Prometheo acceptos referre, qui præterea Accianæ hujusce fabulæ meminit v. *Gelus*, ſubſcribente Priſciano lib. VI. col. 685. quapropter Ciceronem diſſimulati auctoris incuſat Petr. Scriverius Fragm. Tragic. pag. 142. At Tullius hujusce libri cap. 10. ſe hunc locum de Græco vertiſſe confirmat, nec tam perfrictæ fuit frontis, ut aliena ſibi adſcriberet. Memoriâ igitur lapſus eſt Marcellus; nec tamen Prometheum Accii fuiſſe fabulam negaverim; nam Æſchylus Προμηθέα δεσμώτην & λυόμενον ſcripſit; prior etiamnum ſupereſt; & Accius videtur transtuliſſe; periit alter, ex quo Latinam ſuam verſionem confecit Cicero, nam hi verſus in Prometheo religato non exſtant. Ejusdem etiam Poëtæ fuit Προμηθεὺς πυρκαεὺς, ſive πυρφόρος. Vide J. A. Fabricium Bibl. Græc. lib. II. cap. 16. §. 6. & 7. *Daviſ.*

40. A-

Qui me peremni vivum fœdat miſeria.
Namque, ut videtis, vinclis conſtrictus Jovis,
Arcere nequeo diram volucrem à pectore.
Sic me ipſe viduus peſtes excipio anxias, 25
[40] *Amore mortis terminum anquirens mali.*
Sed longè à [g] *leto numine aſpellor Jovis.* g *lato* Vict. & alii.
Atque hac vetuſta ſæclis glomerata horridis,
Luctifica clades noſtro infixa eſt corpori:
[41] *E quo liquatæ ſolis ardore excidunt*
Guttæ, quæ ſaxa aſſiduè inſtillant Caucaſi P. B.

XI. VIX IGITUR poſſe videmur ita affectum non miſerum dicere: & , ſi hunc miſerum , certè dolorem malum. A. Tu quidem adhuc meam cauſam agis. 26 ſed hoc mox videro. interea unde iſti verſus? non enim agnoſco. M. Dicam hercle. etenim rectè requiris. videsne abundare me otio? A. Quid tum? M. Fuiſti ſæpe , [h] credo , cùm Athenis eſſes in ſcholis philoſophorum. [42] A. Verò , ac libenter quidem. M. Animadvertebas igitur, etſi tum nemo erat admodum copioſus, verumtamen verſus ab his admiſceri orationi. A. Ac multos quidem à Dionyſio Stoico. M. Probè dicis. ſed is quaſi dictata , nullo [i] dilectu , nullâ elegantiâ. [43] Philo noſter & proprium numerum , & [k] lecta poë-

h credo. *deeſt in MS.*
i delectu *alii.*
k *alii* electa *MS.* lecta.

40. *Amore mortis terminum anquirens mali.*] Ita docui legendum in Crepundiis , hunc & plures alios locos harum Diſputationum. Video jam ſic Victorium edidiſſe & ſic omninò in Palat. tert. Pith. Vatic. Ulrich. Palat. verò quart. *acquirens*. vulgò *inquirens*. Gebh.

41. *Ex quo.*] Temporis longitudinem maximam ſignificat, quod metitur à prima mundi origine , ex quo vel pluviâ Caucaſus irrigetur. nam & pluvia liqueſcentes quædam ſtillæ ſunt , à ſolis lumine. vel, ex quo ſolis æſtu nives liqueſiant Caucaſi. Illum autem verſum,

——— Sublimè involans
Pinnata cauda noſtrum adulat ſanguinem,

adducit Nonius de Prometheo Accii: *Camerar.* Haſce voces temporis longitudinem denotare perperam judicavit Joach. Camerarius , cùm ad ipſum Promethei corpus reſpiciant. Adi ſis Hadr. Turnebum Adv. lib. 11. cap. 9. *Daviſ.*

42. *A. Verò ac libenter quidem.*] Sic omnes mſſ. Lambinus præponit *fui:* ſed ipſe poſtea rejicit. ſic Cicero Divin. lib. 1. cap. 46. *verò, mea puella, tibi concedo meas ſedes.* & alias frequenter. Victorius omittit *quidem.* Gebhard.

43. *Philo noſter & proprium numerum.*] Accommodavimus nos Lambino , cùm conſuadeant Pall. pr. quint. Fabr. quippe Pal. tert. *Philo & proprium noſter.* ſec. *Philo etiam proprius noſter.* vulgò omittunt

poëmata, & loco adjungebat. Itaque poſtquàm adamavi hanc quaſi ſenilem declamationem, ſtudioſè equidem utor noſtris poëtis. ſed, ſicubi illi defecerunt. Verti [l] enim multa de Græcis, ne quo ornamento in hoc genere diſputationis careret Latina oratio.

l certè *MS.* ipſe *alii.*

27 Sed videſne, poëtæ quid mali afferant? lamentantes inducunt fortiſſimos viros: molliunt animos noſtros: ita ſunt deinde dulces, ut non legantur modò, ſed etiam ediſcantur. ſic ad malam domeſticam diſciplinam vitamque umbratilem & delicatam cùm acceſſerunt etiam poëtæ, nervos omnis virtutis elidunt. rectè igitur 44 à Platone educuntur ex ea civitate, quam finxit ille, cùm mores optimos & optimum reipublicæ ſtatum exquireret. At verò nos, docti ſcilicet à Græcia, hæc & à pueritia legimus, & [m] diſcimus: hanc eruditionem liberalem & doctrinam putamus.

m didicimus *alii.*

28 XII. SED QUID poëtis iraſcimur? virtutis magiſtri philoſophi inventi ſunt, qui ſummum malum dolorem dicerent. at tu adoleſcens, cùm id tibi paullo antè [n] di-

tunt τὸ *noſter.* Gebhard. Totum illud *& proprium numerum* ignorat MS. Norvic.

44. *A Platone expulſi ex civitate.*] Plato in libris περὶ τῆς Πολιτείας, id eſt de Republ. format inſtituitque luculenta deſcriptione qualis eſſe civitas debeat: ex qua cenſet ſubmovendos poëtas tanquam dedecoratores deorum. Sic enim inquit in ſecundo: *Improbè mentitus eſt Heſiodus, quando fingit, quemadmodum Saturnus Cælium patrem punivit, quave à filio Jove perpeſſus eſt ipſe Saturnus. quæ quidem ſi vera eſſent, non tamen putarem eſſe proferenda, ſed tacenda potius.* De Homero paulò poſt ſic ait: *Vincula Junoni à filio indita, projectionemque Vulcani à patre, cum ille verberatæ matri ſubvenire vellet, aut deorum pugnas, quotcunque Homerus ſcripſit, minime in civitate recipere debemus: ſive per allegoriam dicta ſint, ſive ſine allegoria.* Idem in X. *Poëſin*, inquit, *ex civitate expulimus.* Euſebius in Præp. Eu. poëtas ex civitate Platonis repudiatos eſſe tradidit, & inprimis Homerum propter pugnas contentioneſque deorum. ob hoc Caligula imperator, cum cogitaſſet de Homeri carminibus abolendis, dicere ſolebat, cur ſibi non liceret, quod Platoni placuiſſet, qui eum è civitate, quam conſtituebat, ejecerit. Auguſtinus quoque in II. de Civ. Dei, *Cum Plato*, inquit, *ratione formaret, qualis eſſe civitas debeat, tanquam adverſarios civitatis poëtas cenſuit urbe pellendos.* Ceterum Plato alibi extollit poëtas, ſcribens in III. de Leg. *Poëtarum genus divinum eſt: diis agitur, & ſacros concinit hymnos.* Idem in VII. electos de poëtis verſus juvenibus ediſcendos eſſe præcipit, ut variorum poëtarum peritiâ facundi reddantur. *Beroald.*

45. *Num-*

[n] dixiſſes videri, rogatus à me, etiamne majus quàm dedecus verbo de ſententia deſtitiſti. [o] Rogo hoc idem Epicurum: majus dicet eſſe malum, mediocrem dolorem, quàm maximum dedecus. in ipſo enim dedecore mali nihil eſſe, niſi ſequantur dolores. quis igitur Epicurum ſequitur dolor, cùm hoc ipſum dicit, ſummum malum eſſe dolorem, quo dedecus majus à philoſopho nullum exſpecto? quare ſatis mihi dediſti, cùm reſpondiſti, majus tibi videri malum, dedecus, quàm dolorem. hoc ipſum enim ſi tenebis, intelliges, quàm ſit obſiſtendum dolori. nec tam quærendum eſt, dolor malumne ſit, quàm firmandus animus ad dolorem ferendum. Concludunt [p] ratiunculis Stoici, cur non ſit malum: quaſi de verbo, non de re laboretur.

n dixiſti *MS.*
P. CLXXXI.
o Roga *alii.*
p ratiunculas *MSS* ratiuncula *Daviſ.*

29 Quid me decipis, Zeno? nam cùm id, quod mihi horribile videtur, tu omnino malum eſſe negas, capior & ſcire cupio, quo modo id, quod ego miſerrimum exiſtimem, ne malum quidem ſit. Nihil eſt, inquit, malum, niſi quod turpe atque vitioſum eſt. Ad ineptias redis. illud [q] enim, quod me angebat, non eximis. ſcio dolorem non eſſe nequitiam. deſine [r] id me docere: hoc doce, doleam, necne doleam, nihil intereſſe. 45 Numquam quidquam, inquit, ad beatè quidem vivendum, quod eſt in una virtute poſitum: ſed eſt tamen rejiciendum. Cur? Aſperum eſt, contra naturam, difficile perpeſſu, triſte, durum.

q autem *Bentl.*
r nunc etiam id *Daviſ.* è *MS.*

30 XIII. HÆC EST copia verborum, quod omnes uno verbo malum appellamus, id tot modis poſſe dicere. definis tu mihi, non tollis dolorem, cùm dicis aſperum, contra naturam, vix quod ferri tolerarique poſſit: nec mentiris: ſed re ſuccumbere non oportebat, verbis gloriantem, dum nihil bonum, niſi quod honeſtum:

45. *Numquam quidquam, inquit, ad beate vivendum.*] D. Lambinus contra MSStorum fidem reponit, *nihil quidquam.* Malè prorſus & infeliciter. Plautus Amphitr. Act. I. Sc. I, 92. *Nunquam etiam quidquam adhuc verborum eſt prolocutus perperam.* Idem Aſin. Act. I. Sc. III, 44. *Nam ſi ea durarent mihi, Mulier mitteretur ad te: numquam quidquam poſcerem.* Nonnulli perperam, *nec te quidquam poſcerem.* Terentius Eun. Act. V. Sc. VII, I. *Numquam edepol quidquam jamdiu, quod magi' vellem evenire, Mi evenit.* Ac Adelph. Act. I. Sc. II, 18. *Homine imperito numquam quidquam injuſtius.* Vide & Act. IV. Sc. I, 12. *Daviſ.*

46. *Opta-*

ſtum: nihil malum, niſi quod turpe. [46]Optare hoc quidem eſt, non docere. illud & melius, & verius: omnia, quæ natura aſpernatur, in malis eſſe: quæ aſciſcat, in bonis. hoc poſito, & verborum concertatione ſublata, tantum tamen excellet illud, quod rectè amplexantur iſti, quod honeſtum, quod rectum, quod decorum appellamus, quod idem interdum virtutis [s]nomine amplectimur, ut omnia præterea, quæ bona corporis & fortunæ putantur, perexigua & [t]minuta videantur: [v]ne malum quidem ullum, nec, ſi in unum locum [x]collata ſunt omnia, cum turpitudinis malo [y]comparanda.

31 Quare, ſi, ut initio conceſſiſti, turpitudo [z]pejus eſt quàm dolor: [47]nihil eſt planè dolor. nam dum tibi turpe nec dignum viro videbitur, gemere, ejulare, lamentari, frangi, [48]debilitari, dolere, [a][49]tum honeſtas, tum dignitas, tum decus aderit: [b][50]tuque in ea [c]intueberis, te continebis: cedet profectò virtuti dolor, & animi inductione langueſcet: aut enim nulla virtus eſt,

P. B.

s nomen *MS.*
t perminuta *MS.*
v nec *alii.* nec etiam mal. *MS.*
x collocata *alii.*
y comparandum *Lamb.*
z potius *MS.*
a tum hon. *deeſt in vett. edd.*
b *alii* tumque *aut* dumque.
c intueris *MSS.*

46. *Optare hoc quidem eſt, non docere, &c.*] P. Faber Tholoſ. vir doctiſſimus, ſuper ſupplicum libellorum in regia magiſter factus, putat hoc loco legendum, *captare hoc quidem eſt, &c.* quæ conjectura mihi valdè probatur. neque obſtant ejus conjecturæ ſimilia loquendi genera. unum in Lucullo: *Somnia cenſet hæc eſſe Democriti, non docentis, ſed optantis.* alterum in lib. de Fato, *Optate hoc quidem eſt, non diſputare.* illa enim dicuntur in Democritum & Epicurum, qui quaſi provincias atomis dabant; hæc in Zenonem, qui concluſiunculis ſpinoſis & argutis captabat. Itaque dixit ſupra non longè, *Quid me decipis, Zeno?* Lambin.

47. *Nihil eſt planè.*] Proverbiali figura: id eſt futile, leve, nullius momenti. Euripid. Andro. Σὺ δὲ οὐδὲν εἶ. Item: *Nihil pra ut futurum dicis.* & ſimilia. Item Milite: *Illud quidem nihil eſt.* Camerar.

48. *Debilitari dolore.*] Sic malo quàm *debilitari, dolere.* non enim *dolere* diverſum quiddam habet à *frangi* & *debilitari.* atque etiam lib. II. de Fin. conjungo, *Debilitari dolore, frangi, ſuccumbere.* Sic, *Dolor me debilitat*, in or. pro Rab. Poſt. *Debilitor lacrymis* in ep. ad Terentiam. *P. Manut.*

49. *Tum dignitas, tum decus aderit.*] Quid ſi *dum* pro *tum* utrobique reponatur? *P. Manut.* *Tum honeſtas, tum dignitas, tum decus, &c.*] Omninò legendum eſt ut nunc edidi, & ita olim à P. Victorio editum eſt. nam ſic omnes libb. MSS. hoc primùm, *deinde*, ita ſæpe alibi, vel hæc quia ſolet conjunctim ponere honeſtatem, dignitatem, decus: vel hæc honeſtatem, dignitatem, laudem. *Lambin.*

50. *Tuque in ea intueberis.*] Ant. Auguſtinus, *tuque in eam*, legit. at *ea* ſunt honeſtas, dignitas, decus. *Urſin.*

51. Er-

eſt, aut contemnendus [d]omnis dolor. prudentiamne vis eſſe, ſine qua ne intelligi quidem ulla virtus poteſt? quid [e]ergo ea? patieturne te quidquam facere nihil proficientem & [f]laborantem? an temperantia ſinet te immoderatè facere quidquam? an coli juſtitia poterit àb homine propter vim doloris enuntiante commiſſa, prodente conſcios, multa officia [g]relinquente? Quid? fortitudini comitibusque ejus, magnitudini animi, gravitati, patientiæ, rerum humanarum deſpicientiæ, quo modo reſpondebis? afflictusne, & jacens, & lamentabili voce deplorans, [h]audies, O virum fortem? Te verò ita affectum ne virum quidem dixerit quisquam. [i]amittenda igitur fortitudo eſt, aut [k]ſepeliendus dolor. 32

XIV. [51]Ecquid ſcis igitur, ſi quid de Corinthiis tuis amiſeris, poſſe habere te reliquam ſuppellectilem ſalvam: virtutem autem ſi unam amiſeris: etſi amitti non poteſt virtus: ſed ſi unam confeſſus fueris te non habere, nullam te eſſe habiturum? Num igitur fortem virum, num magno [l]animo, num patientem, num gravem, [52]num humana contemnentem potes dicere [m]Prometheum [53]aut Philoctetam illum? [54]A te enim ma- 33

d eſt omnis *alii.* e *alii* ergo? ea pat. f fruſtra lab. *Lamb. Bentl.* g negligente *alii.* h audieris *MS.* i aut mittenda *Daviſ.* aut amitt. *Lamb.* P. CLXXXII. k deſpiciendus *Bentl.* l animo præditum *MS.* m Prom. *Daviſ.* addidit è *MSS.*

51. *Ecquid ſcis igitur, ſi quid de Corinthiis tuis amiſeris.*] Fabr. Pith. *ſi quem de Corinth.* ſubaudit Gulielmius *matellionem*, aut *ſcyphum*. Gebhard.

52. *Num humana contemnentem potes dicere aut Philoctetam illum? A te enim malo diſcere. ſed.*] Reduximus lectionem Victorii, à mſſ. noſtris plerisque confirmatam prim. tert. quart. quint. Fabr. Pith. Vatic. licet Lambinus cum Manutio refingat: *aut Prometheum aut Philoctetam illum? Illos enim quàm te malo dicere.* cum Gulielm. in ſuis *à* repeririſſet, conjecturâ ductus volebat *ac.* vulgò: *potes dicere aut Philoctetam illum (quam te enim malo dicere: ſed ille certè non fortis).* Idem.

53. *Aut Philoctetam.*] Aliqui libri ſic habent hoc loco, *Prometheum aut Philoctetam illum.* ſed retineamus ſanè hanc ſcripturam, *Philoctetam illum*

——— qui jacet in lectulo humido.
Qui ejulatu, queſtu, gemitu, fremitibus,
Reſonando multum flebiles voces refert.

ſunt autem de tragœdia quapiam verſus ſenarii jambici, primus quidem dimidiatus, duo ſequentes integri. In ſecundo autem vel ſolvenda particula, *qui*, ut fiat *qui* diſſylabon, aut addenda conjunctio *que*, ut ſit, *quique.* Camerar. *Aut Philoctetam.*] Vel in conjectione *aut* mendum ineſt, vel aliquid deſideratur: itaque placet legere ut eſt in Maffæi libro, *Prometheum aut Philoctetam.* P. Manut.

malo diſcere. Sed ille certè non fortis, qui jacet [55] in lecto humido, qui

Ejulatu, queſtu, gemitu, fremitibus,
[56] *Reſonando, multùm flebiles voces refert.*

non ego dolorem dolorem eſſe nego. cur enim fortitudo [n] deſideratur? ſed eum opprimi dico patientiâ, ſi modò eſt aliqua patientia: [o] ſi nulla eſt, quid [p] exornamus philoſophiam? aut quid ejus nomine glorioſi ſumus? [q] Pungit dolor. Vel fodiat ſanè. ſi nudus es, da jugulum. ſin tectus Vulcaniis armis, id eſt, fortitudine, reſiſte. hæc enim te, niſi ita facies, cuſtos dignitatis, relinquet & deſeret.

[57] Cretum quidem leges, quas ſive Jupiter, ſive Minos ſanxit, de Jovis quidem [r] ſententia, ut poëtæ fe-
34 runt: itemque Lycurgi, laboribus erudiunt juventutem, ve-

n deſereret *MS.* deſeret *alius MS.*
o ſi nulla *Bentl.*
p ergo ex. *Daviſ.*
q Pungat *MS.* purgat *ed. vett.*
r ſent. ſive Rhadamantus *MS.*

P. Manut. *Aut Philoctetam illum quàm te enim malo dicere: ſed ille certe non fortis, qui jacet, &c.*] Ant. Auguſtinus delet adverbium *aut*: Pantagathus autem retinet; qui totum hunc locum ita legebat: *Aut Philoctetam illum, aut me. malo dicere de illo. M. certe fortis qui jacet in lectulo humido.* Urſin. Totum hunc locum celeberrimus Bentlejus ita refingendum cenſet: *Sed ille certè non fortis qui*

jacet in lecto humido,
Quod ejulatu, queſtu, gemitu, fremitibus
Reſonando, multum flebiles voces refert. Verburg.

54. *Quam te enim malo dicere: ſed ille certe non fortis.*] Hæc ſi parentheſi circumcludantur, apertior erit ſententia. *P. Manut.*

55. *Lectulo &c.*] Lib. II. de Fin. ſequentes verſus non ad Philoctetam, ſed ad ſaxum Lemnium referuntur. Sed Ciceroni uſitatum eſt, antiquorum poëtarum verſus, paullùm quandoque immutatis verbis, ad ſuam ſententiam traducere, ut lib. XIV. ep. ad Att. in Homeri verſu. *Idem.*

56. *Reſonando multum, flebiles.*] Sic recte diſtinguitur lib. II. de Fin. cap. 29. Vulgg. *reſonando, multum flebiles.* Viciſſim hic locus, ut par pari referatur, eos MSS. falſi redarguit, qui ibi *mutum* repræſentant, Jano Grutero fruſtra plaudente; nam noſtri quidem Codices à vulgata lectione non abeunt diverſi. *Daviſ.*

57. *Cretum quidem leges, &c.*] Hunc locum profert Cariſius lib. II. in voce *Cretam*, ubi ſcribendum *Cretum*, & *Cretam legis*, pro *Cretum leges.* nam hoc *Cretam legis* perſpicuè mendoſum eſt. Meam autem ſententiam id quoque, quod ſequitur, confirmat. docet enim illo loco Cariſius, *Cretes Cretum*, & *Cretenſes Cretenſium* uſitatum eſſe veteribus. *Lambin.* *Cretum quidem leges, quas ſive Juppiter, ſive Minos ſanxit, de Jovis quidem ſententia.*] Meo palato ſapidius Pal. quart. & Ulrich. *Cretum quidem leges Minos ſanxit, de Jovis quidem ſententia*; miſſo illo carcinomate ſuperfluo. *Gebhard.*

58. Ut

venando, currendo, eſuriendo, ſitiendo, algendo, æſtuando. Spartæ verò pueri ad aram ſic verberibus [s] accipiuntur, [58] ut multus è viſceribus ſanguis exeat; nonnunquam etiam, ut, cùm ibi eſſem, audiebam, ad necem: quorum non modò nemo exclamavit umquam, ſed ne ingemuit quidem. Quid [t] ergo? Hoc pueri poſſunt, viri non poterunt? & [v] mos valet, ratio non valebit?

s afficiuntur MS.
t ergo deeſt in MS. R.
v quod mos alii.

XV. INTEREST aliquid inter laborem & dolorem. ſunt finitima omnino, ſed tamen [x] differt aliquid. Labor eſt functio quædam vel animi, vel corporis gravioris operis & muneris: dolor autem motus aſper in corpore, alienus à ſenſibus. [59] Hæc duo Græci illi, quorum copioſior eſt lingua quàm noſtra, [60] uno nomine appellant πόνον. itaque induſtrios homines,

x differunt alii & Bentl.

P. B.

58. *Ut multus è viſceribus ſanguis exeat.*] Sic eſt in omnibus libris: alii tamen: *ut multis è viſc.* Hotomanus verò Obſervat. lib. v. cap. 30. pro *viſceribus* legit *vibicibus*. Gebhard. Fruſtranea hîc omnis mutatio. Nam viſcera ſæpe carnem & cutem continent. Ut apud Senecam Thyeſt. 765. quum jam interiora eſſent exempta, *Hæc verubus hærent viſcera, & lentis data Stillant caminis.* Jam & cap. 8. dixit: *Cum Deianira ſanguine centauri tinctam tunicam induiſſet, inhæſiſſetque ea viſceribus.* Et ſæpius. *Gronov.* *Ut multus è viſceribus ſanguis exeat.*] Fr. Hotomannus Obſerv. lib. v. cap. 30. legit: *ut multus è vibicibus &c.* Perperam, ut ex Senecæ Thyeſte yſ 765. ac hujusce libri cap. 8. obſervavit Vir Cl. Jac. Gronovius. Iſidorus Orig. lib. XI. cap. 1. *Viſcera non tantum inteſtina dicimus, ſed quicquid ſub corio eſt, à viſco quod eſt inter cutem & carnem.* Adde, quæ habet Cl. Salmaſius Exerc. Plin. pag. 219. D. De more vero Laconum, ad aram Dianæ Orthiæ pueros verberantium, ne plures memorem, Noſter de Fin. lib. v. cap. 27. & Tertullianus Apolog. cap. 50. *Daviſ.*

59. *Hæc duo Græci illi, quorum &c. uno nomine app.*] Si prudens & ſciens ita ſcripſiſti, M. Tulli, rem philoſophiâ indignam feciſti, qui cùm ſcires, Græcos aliud nomen habere, quo dolorem ſignificant, λύπην· aliud, quo laborem, πόνον· hoc tamen ſcripſiſti, hæc duo uno nomine ab illis appellari. ſin imprudens & inſciens, non debuiſti, cùm Academicus eſſes, tam temerè id quod neſcires affirmare. Sed nimirum patriam amaſti, tuis faviſti, tuos Græcis anteponere voluiſti. Verumtamen ita te amor patriæ movere debuit, ut tamen ſciens neque tuis tam multa tribueres. *Lambin.*

60. *Uno nomine appellant πόνον.*] Ultima vox eſt à MSto Norvic. quæ, Græca cum ſit, in aliis ob ſcribarum imperitiam non legebatur. Sed, hoc miſſo, videamus, quam iniquus erga Græcos fuerit Cicero; nam (præterquam quod apud illos ὀδύνη, ἄλγος, &c.

nes, illi ſtudioſos, vel potiùs amantes doloris appellant: nos commodiùs laborioſos. aliud eſt enim laborare: aliud dolere. ô verborum inops interdum, quibus abundare te ſemper putas, Græcia! aliud, inquam, eſt dolere, aliud laborare. cùm varices ſecabantur C. Mario, dolebat. cùm æſtu magno [y] ducebat agmen, laborabat. eſt inter hæc tamen quædam ſimilitudo. conſuetudo enim laborum perpeſſionem dolorum [z] efficit faciliorem. Itaque illi, qui Græciæ formam rerum pu-
36 blicarum dederunt, corpora juvenum firmari labore voluerunt. quod Spartiatæ etiam in fœminas transtulerunt: quæ ceteris in urbibus, molliſſimo cultu, parietum umbris occuluntur. illi autem voluerunt

[61] *Nihil horum ſimile eſſe apud Lacœnas virgines:*
Quibu' magi' palæſtra, [a] Eurotas, ſol, pulvis, labos,
[b] Militia in ſtudio eſt quàm [c] fertilitas barbara.

ergo his laborioſis exercitationibus & dolor intercurrit nonnunquam. impelluntur, [d] feriuntur, abjiciuntur, cadunt: & ipſe labor quaſi callum quoddam obducit [e] dolori.

y exercitum ducebat *MS.*
z efficiet *alii.*
a *ſeu rota* MS. R.
b *Duritia* Bentl. *Militia ſtudio* Lamb.
c *futilitas* Bentl.
d feruntur *Vict.*
e labori *MS.*

XVI.

&c. dolorem ſolum denotent) non erat, cur Tullius hac in parte linguam Græcam vocaret inopem, ſiquidem labor inter Latinos etiam doloris obtinet poteſtatem. Plautus Curcul. Act. II. Sc. I, 4. *Valetudo decreſcit, accreſcit labor.* Idem Caſin. Act. II. Sc. III, 63. *De labore pectus tundit.* Plura non deſunt; ex hisce vero ſatis conſtat, noſtrum amore patrii ſermonis actum fuiſſe transverſum. *Daviſius.*

61. *Nihil horum ſimile eſſe apud Lacænas virgines, quibus &c.*] Clariſſimus Puteanus indicavit, Joſeph. Scaligerum arbitratum, hæc fuiſſe veteris poëtæ cujuspiam, atque ita digerenda:

Nil horum ſimile apud Lacænas virgines:
Queis magi' palæſtra, Eurota, ſol, pulvis, labos,
Militia in ſtudio eſt quàm fertilitas barbara. Gebhard.

Nihil horum — fertilitas barbara.] Verſus ſunt ex antiquo poëta deſumti, quibus ſuos numeros ſic reddit Joſ. Scaliger:

Nihil horum ſimile apud Lacænas virgines,
Queis magi' palæſtra, Eurota, Sol, pulvis, labos,
Militia in ſtudio eſt quàm fertilitas barbara.

Ac *Eurota* quidem in Mſto. Fetrenſ. diſertim legitur. Fertilitatem ἀντὶ τῆς πολυτεκνίας ſane accepit Joach. Camerarius. Malim tamen ea voce luxum vel rerum copiam denotari. Ita Sedulius Carm. lib. IV, 10.

——— *Sic dives opima*
Fertilitate tumens;

nec alia mens eſt Hadr. Turnebi Adverſ. lib. IV. cap. 18. & lib. II. cap. 18. *Daviſ.*

62. Mi-

XVI. [62] MILITIÆ verò (noſtram dico, non Spartiatarum, quorum procedit mora ad tibiam, nec adhibetur ulla [63] ſine anapæſtis pedibus hortatio.) noſtri [f] exercitus primùm unde nomen habeant vides: deinde qui [g] labor & quantus agminis, ferre plus dimidiati menſis cibaria: ferre, ſi quid ad uſum velint: ferre vallum. nam ſcutum, gladium, galeam, in onere noſtri milites non plùs numerant quàm humeros, lacertos, manus. arma enim membra militis eſſe dicunt. quæ 37

[f] ergo exerc. *MS.*
[g] *alii* labor quantus.

62. *Militiæ vero &c.*] Ita mihi blandita fuit leniſſima reſtitutio patris, ut omnino perſuaſus ita Ciceronem ſcripſiſſe rejecerim vulgata, quæ hæc erant, *militiam vero noſtram dico, non Spartiatarum, quorum procedit ad modum, ad tibiam, &c.* Scripſit de ea libro III. Obſervat. cap. 6. *Gronov. Militiam vero — noſtri exercitus.*] Locus eſt à Criticis vexatus, quem omnes ferè Codd. ſic exhibent: *Militiam vero noſtram dico, non Spartiatarum, quorum procedit ad modum, ad tibiam; &c.* unde D. Lambinus ex viri docti conjectura legebat; *Militiam vero, noſtram dico, non Spartiatarum, quorum procedit agmen ad modum, ad tibiam; nec adhibetur ulla ſine anapæſtis pedibus hortatio; quam laborioſa eſt: Noſtri exercitus, &c.* Aliter J. M. Brutus, cujus hariolationem ſuppeditabit J. F. Gronovius Obſerv. lib. III. cap. 6. & ipſe ſuam ita profert emendationem: *Militiæ vero (noſtram dico, non Spartiatarum, quorum procedit mora ad tibiam, nec adhibetur ulla ſine anapæſtis pedibus hortatio.) noſtri exercitus unde nomen habeant vides.* Eam totam in contextum receperat Jac. Gronovius, quod ego faciendum non putavi: primam enim vocem temerè ſollicitat, quæ idem ſonat ac *quod ad militiam attinet.* Vide nos ad lib. I. cap. 24. & Th. Munkerum in Hygin. Fab. XXXIV. At vir doctiſſ. ſcopum videtur tetigiſſe, cùm reſcripſerit *mora ad tibiam*, nam Cantabr. *modus ad tibiam.* Mora Latinis etiam eſt Lacedæmoniorum cohors, ut patet ex Corn. Nepotis Iphicr. cap. 2. *Daviſius.*

63. *Sine anapæſticis pedib.*] Non modo ad tibiam, ſed citharam quoque conflixiſſe Spartanos accepimus. Anapæſtos autem modos fuiſſe Cicerò planè hoc loco dicit. & ſane ſunt, ad quandam veluti ſtabilitatem & æquabilitatem appoſiti, cum deponantur in longam ſyllabam. admiſcuiſſe tamen crebros ſpondæos accepimus, ut ſyzygiæ ſpondaicæ reperiantur, Laconicæ appellatæ. Sed de anapæſtis hæc metrici tradidere: Anapæſticum trimetrum catalecticum in ſyllabam appellatum Meſſeniacum & ἐμβατήριον, quod eſſet proprium carmen Lacedæmoniorum; idque ad tibias illos accinuiſſe in præliis, incedentes ante conflictum ad numeros, non tam incendendos quàm regendos animos. Ponuntur autem in hoc anapæſti ante ſpondæos. ut:

Age, dic nunc tibia Marti carmen amicum.

Nam de ultima ſyllaba quod præcepere, brevem illam eſſe debere, id nihil eſt; cùm ſatis conſtet, ultimas ſyllabas certum tempus non habere. *Camerar.*

Iii iii ii 64. Quid?

h gerunt *Bentl.* — Pag. CLXXXIII. — i fuerit *aut* ferat *Bentl.* — k curſus, clamor *alii.*

quæ quidem ita [h] geruntur aptè, ut, ſi uſus [i] foret, abjectis oneribus, expeditis armis, ut membris pugnare poſſint. Quid exercitatio legionum? [64] quid? ille [k] curſus, concurſus, clamor, quanti laboris eſt? ex hoc ille animus in prœliis paratus ad vulnera. [l] adduc pari animo inexercitatum militem: mulier videbitur. [m] cur?

l adhuc *Vict.* — m curtantum *Bentl.* — n ſumus? *Idem.* — o non *MS.* — p expecto *MS.*

38 Tantum intereſt inter novum & veterem exercitum, quantum experti [n] ſumus. ætas tironum plerumque melior: ſed ferre laborem, contemnere vulnus, conſuetudo docet. quin etiam videmus ex acie afferri ſæpe ſaucios, & quidem rudem illum & inexercitatum, quamvis levi ictu, ploratus turpiſſimos edere. at verò ille exercitatus & vetus, ob eamque rem fortior, [65] medicum [o] modò requirens, à quo obligetur,

[66] *O Patrocle,* (inquit) *ad vos adveniens auxilium & veſtras manus* [p] *peto,*
[67] *Priusquàm oppeto malam peſtem, mandatam hoſtili manu:*
Neque ſanguis ullò potis eſt pacto profluens conſiſtere,
[68] *Si quà ſapientiâ magis veſtrâ devitari mors poteſt.*

Nam-

64. *Quid? ille curſus, concurſus, clamor.*] Ita Victorius, Lambinus, Vatic. quinque Pall. Pith. vulgò: *quid ille curſus, clamor, quanti laboris eſt?* Gebhard.

65. *Medicum requirens modo.*] *Requirit* legitur in antiquo, & melius. *Urſin.*

66. *O Patrocle.*] Adhæſimus Turnebianis lib. IV. Adverſ. cap. 18. vulgò, *Patrocles.* Pall. pr. tert. quart. quint. Fabr. Pith. *O patricoles.* Pal. ſec. Ulrich. *Patricole.* Gebhard. Eruditiſſimus Bentlejus partim ex conjectura, partim è codicibus ita legit:

O Patrocles, ad vos advehiens auxilium & veſtras manus
Peto, priusquam oppeto malam peſtem datam hoſtili manu.
Seu ſanguis ullo poti' pacto profluens conſiſtere;
Seu ſapientia magi' veſtra devitari mors poteſt.
Nam Æſculapi liberorum ſaucii opplent porticus:
Non poteſt accedi.

67. *Priusquàm oppeto malam peſtem.*] Mortem ſubeo. Sic Plautus Captiv. Act. III. Sc. III, II. *Occidam oppetamque peſtem, heri vicem meamque.* Non. Marc. cap. IV. pag. 688. *Oppetere incidere. Plautus Aſin. Atque illa viva vivus ut peſtem oppetas.* Locus exſtat Act. I. Sc. I, 7. Hinc *oppetere pœnas* dixit Phœdrus lib. III. Fab. XVI. 2. & *mortem aut præmia laudis* Catullus in Epith. Pelei. vſ. 102. *Daviſius.*

68. *Si quà ſapientiâ.*] Longe ſuavius accidit, quod intelligo in Vaticano legi, *ſi qui.* Ut memini quoque patrem meum lib. VIII ad Cæ-

Namque [q] *Æſculapii liberorum ſaucii opplent porticus:* q *Æſclapi* Lamb.
Non poteſt accedi. Gebh.

XVII. [69] CERTE Eurypylus hic quidem eſt. hominem [r] exercitatum! [70] ubi tantum luctus continuatur? r exercitum *MSS.* & *Bentl.*

Vide, quàm non flebiliter reſpondeat: rationem etiam afferat, cur æquo animo ſibi ferendum ſit. 39

— *qui alteri exitium parat,*
Eum ſcire [s] *oportet ſibi* [t] *paratam peſtem, ut participet parem.* s *opus eſt* Bentl. t *paratum* Idem.

Abducet Patrocles, credo, ut collocet in cubili, ut vulnus obliget, ſi quidem [v] homo eſſet. ſed nihil [x] vidi minus. quærit enim, quid actum ſit. v modo eſſet *MS.* x vidimus. *MSS.*

[71] *Eloquere: res* [y] *Argivûm prælio ut ſe ſuſtinet.* y *Argivorum* Bentl.

Non

Cœlium ep. 8. ita legere ſolitum, *ſi qui de ea re ad populum ad plebemve lato opus eſſet.* Gronov.

69. *Certè Eurypylus — continuatur.*] Sic edidit Gebhardus; ſed nec ipſe ſibi nec mihi ſatisfecit. D. Lambinus ex ingenio reponit: *hominem exercitatum? Quis tot verba tanto in luctu continuat?* Hunc ſequuntur Fr. Fabricius aliique; verum repugnant Codices, quorum varias lectiones videamus. Pall. tres, Vatic. Ulrich. Petrenſ. ac Norvic. repræſentant, *hominem exercitum.* Pal. tert. Ven. 1491. Froben. Manut. aliique veteres impreſſi, *ubi tantum luctus continuatus.* Vatic. *ubi tantus luctus continuatus.* Petrenſ. *ubi tantum luctum continuatus*; nec aliter Ulrich. niſi quod ille *continuamus.* Pal. prim. *ubi tantum luctum continuam.* quart. quint. Norvic. *continuat.* MSStorum diſcrepantias ſtudioſe recenſui, ut ne aliorum conjecturis deſit materia; quod nobis in mentem venit, quàm pauciſſimis exponemus. Sic itaque legendum puto: *Certè Eurypylus hic quidem eſt. Hominem exercitum ibi tantum* (vel *tantos*) *luctus continuare!* In admirationibus modum infinitivum adhibent ſcriptores, ut iis, quæ memoria ſuppeditat, exemplis demonſtrabo. Ambroſius de Virginibus lib. II. cap. V. §. 34. *Tantam virtutis eſſe gratiam, ut Tyrannum inclinaret!* Juſtinus lib. II. cap. 14. *Tantam famæ velocitatem fuiſſe, ut cum matutino tempore prælium in Bœotia commiſſum ſit, meridianis horis in Aſiam — de victoria nunciatum ſit.* ubi plura congeſſit V. C. J. G. Grævius. In hujusmodi locutionibus *mirandum*, vel ſimile quid, intelligi videtur. *Daviſ.*

70. *Ubi tantum luctus continuatur.*] Nihil potuimus decernere de hoc loco. Aldus Avus, Victorius, Pal. tert. *tantum luctus continuatus.* Pal. prim. *ubi tantum luctum continuam.* quart. quint. *luctum continuat.* Lamb. cum ſuis aſſeclis: *quis tot verba tanto in luctu continuat?* Vat. *hominem exercitum, ubi tantus luctus continuatus.* Ulrich. *luctum continuamus.* Gebhard.

71. *Eloquere &c.*] Mendoſiſſima, quæ hic ſequuntur, Bentlejus vocat, atque ita ad ſuos numeros redigenda:

PAT. *Eloquere res Argivorum prælio ut ſe ſuſtinet.*
EUR. *Non poteſt effari dictis, quantum factis ſuppetit.*

 PAT.

P. B. Non poteſt effari tantum dictis, quantum factis ſuppetit [z] laboris.

z *laberis* Bentl.

72 *Quieſce igitur & vulnus* [a] *alliga.*

a *obliga* MS.

73 Etiam ſi Eurypylus poſſet, non poſſet Æſopus.

—— *ubi fortuna Hectoris*

Noſtram acrem aciem inclinatam: ——

& cetera explicat in dolore. ſic eſt enim intemperans militaris in forti viro gloria. ergo hæc veteranus miles facere poterit: doctus vir ſapiensque non poterit? Ille verò meliùs, ac non paullo quidem.

40 Sed de conſuetudine adhuc [b] exercitationis loquor: nondum de ratione & ſapientia. Aniculæ ſæpe inediam biduum aut triduum ferunt. 74 ſubduc cibum unum diem

b & exercitatione *Daviſ.*

PAT. *Laberis: quieſce igitur, & vulnus alliga: tace.*
Etiamſi Eurypylus poſſet, non poſſet Æſopus:
EUR. *Ubi fortuna Hectoris noſtram aciem inclinatam*
Et cetera explicat in dolore.

72. *Quieſce igitur & vulnus oblig. &c.*] Adr. Turnebus Adverſ. lib. IV. cap. 18. legit deinceps hoc modo: *Etiamſi Eurypylus non poſſet, poſſet Æſopus*; idque ex uno cod. mſ. atque hujus ſcripturæ ſententia explicat. nos in aliquot codd. Memmianis & Huraltino hanc vulgatam reperimus, *Etiamſi Eurypylus poſſet, non poſſet Æſopus.* cujus hæc ſententia eſt, etiamſi Eurypylus poſſet tot verba facere, & percunctanti Patroclo ſingillatim reſpondere, ut vir fortis & homo militaris: tamen Æſopus, qui ejus partes agit, non poſſet. priorem tamen illam non improbamus. *Lamb.*

73. *Etiamſi Eurypylus poſſet, non poſſet Æſopus.*] Quam lectionem in Memmianis & Huraltino invenit Lambinus, exſtat quoque in Vict. ed. & quatuor Pall. nam tertius planè Turnebi eſt, ita legentis Adverſ. lib. IV. cap. 18. *Etiamſi Eurypylus non poſſet, poſſet Æſopus.* Gebhard.

74. *Subduc athleta.*] Athletarum vita & ars ſagina eſt, ut inquit Galenus, & repetitum eſt in Canonicis decretis Di. noviſſima de Conſecratione. Athletæ niſi largo cibo roborentur fatiſcunt: quem ob athleticum vocat Cor. Celſ. aitque hominibus bene moratis tales cibos eſſe ſupervacuos. De pane athletarum loquitur Gal. in lib. de Cacochymia. Plin. ait athletas antiquitus paſci ſolitos ficis ſiccis, quoniam is cibus corpus & vires adjuvat. Pythagoras exercitator primum ad carnes eos tranſtulit. De athletis plura in commentariis Suetonii. *Beroald.* *Subduc cibum —— non poſſe clamabit.*] Athletis non modo cibi genus atque copia, verùm etiam horæ, quibus eum ſumerent, erant præſcriptæ; unde factum, ut Græcis dicatur ἀναγκοφαγία, non quaſi plus quàm ferre poſſint edere cogerentur; veluti perperam arbitratus eſt Hier. Mercurialis de Art. Gymn. lib. I. cap. 15. Illum ſecutus eſt H. Hammondus ad I. Corinth. IX, 25. ea propter à Cl. Viro Joan. Clerico rectè caſtigatus. Vide Petr. Fabrum Agon. lib. III. cap. 3. &

dium athletæ: [c] Jovem Olympium, eum ipſum, cui ſe exercebit, implorabit: ferre non poſſe clamabit. Conſuetudinis magna vis eſt. pernoctant venatores in nive: [75] in montibus uri ſe patiuntur. [76] inde pugiles [d] ceſtibus contuſi ne ingemiſcunt quidem.

Sed quid hos, [77] quibus Olympiorum victoria [e] con- 41
ſulatus ille antiquus videtur? gladiatores, aut perditi homines, aut barbari, quas plagas perferunt? quo modo illi, qui bene inſtituti ſunt, accipere plagam malunt quàm turpiter vitare? quàm ſæpe apparet nihil eos malle quàm vel domino ſatisfacere, vel populo? mittunt etiam vulneribus [f] confecti ad dominos, qui quærant, quid velint. [78] ſi ſatis his factum ſit, ſe velle decumbere. quis

c *Jovem*, Jovem *alii.*
d *cæſtibus alii.*
e *nihil antiquius alii.*
f *defecti Daviſ.*

& Joach. Kühnium ad Ælian. V. H. lib. XI. cap. 3. *Daviſ.*

75. *In montibus uri ſe patiuntur.*] Certe bonus ſenſus patitur, ut locum debeat habere trajectio, quam ſuſpicabatur pater libro II. Obſervat. cap. 2. hic factam, *Pernoctant venatores in montibus, in nive uri ſe patiuntur:* niſi quod in vulgata idem utique intelligi debet ac poteſt. Et ut nix cum pernoctatione jungitur, ſic frigora cum nocte apud Ovidium, *Longa pruinoſa frigora nocte pati*, & frequens apud poëtas. *Gronov.*

76. *Inde pugiles ceſtibus contuſi.*] *Nudi* pro *inde* videtur legendum, quomodo emendavit Ant. Auguſtinus, ſive ex ingenio, ſive ex auctoritate veterum librorum. *Urſin.* *Inde pugiles.*] Vult Cicero tantam eſſe vim conſuetudinis, ut pugiles, cæſtibus contuſi, ne gemitum quidem edant. Cum hoc non viderent Ant. Auguſtinus & F. Urſinus, legebant *nudi pugiles*; qui minime ſunt audiendi: nam primam vocem intemeratam ſervant omnes MSS. *Daviſ.*

77. *Quibus Olympiorum victoria conſulatus ille antiquus videtur.*] MSS. Colon. & Cantabr. *quibus Olympiorum victoriâ nihil antiquius videtur*: & ſane licet ea lectio ſit à Gloſſatore; tamen Tullii mentem ſatis oſtendit: nam *magnis in laudibus tota fuit Græcia, victorem Olympiæ citari*, ut ait Corn. Nepos in Præf. §. 5. Cicero pro Flacco pag. 1827. *Acinas pugil Olympionices? Hoc eſt apud Græcos (quoniam de eorum gravitate dicimus) prope majus & glorioſius quàm Romæ triumphaſſe.* Vide & Tuſc. Diſp. lib. I. cap. 46. ac Vitruvium Procem. lib. IX. *Daviſ.*

78. *Si ſatisfactum iis non ſit, ſe velle decumb.*] Sic reſtituit Adr. Turnebus ex auctoritate cod. mſ. Ego autem olim, antequam vett. codd. ad manus meas perveniſſent, conjeceram legendum, *niſi ſatisfactum iis ſit, &c.* quod idem valet. Et verò quoniam, libb. vett. de integro aditis & conſultis, in uno tantùm reperi negationis particulam, in duobus, *ni ſatisfactum iis ſit, &c.* in aliis, *ſi ſatisfactum iis ſit, &c.* ut in vulgg. ego meam emendationem Turnebi conjecturâ veriorem eſſe puto. *Lambin.* *Si ſatisfactum iis non ſit.*] Sic Lambinus, ex ſententiâ Turnebi; cui accedit Pal. ſec. *ſi ſatis iis factum non ſit.* tert. *ſi ſatis hic factum non ſit.* alii

quis mediocris gladiator ingemuit? quis vultum mutavit umquam? quis non modò ſtetit, verùm etiam decubuit turpiter? quis cùm decubuiſſet, ferrum recipere juſſus, collum [g] contraxit? tantum exercitatio, meditatio, conſuetudo valet. ergo hoc poterit

[h] *Samnis, ſpurcus homo, vita illa dignu' locoque:*

vir natus ad gloriam, ullam partem animi tam mollem habebit, quam non meditatione & ratione corroboret? crudele gladiatorum ſpectaculum & inhumanum nonnullis videri ſolet: & [i] haud ſcio an ita ſit, ut nunc [k] ſit. cùm verò ſontes ferro depugnabant, auribus fortaſſe multæ, oculis quidem nulla poterat eſſe fortior contra dolorem & mortem diſciplina.

g retraxit *MS.*

Pag. CLXXXIV.

h Samius *ed. vet.*

i adhuc neſcio *MS.*

k quidem ſit *Lamb.*

42 XVIII. De exercitatione, & conſuetudine, & commentatione dixi. [79] ageſis, nunc de ratione videamus: niſi quid vis ad hæc. A. Egone ut te interpellem? ne hoc quidem vellem: ita me ad credendum tua ducit oratio. M. [80] Sitne igitur malum [l] dolere, necne,

l dolor *alii.*

alii ex conjecturâ: *ni ſatis factum ſit.* vulgo, *ſatis factum iis ſit.* Vatic. *ſi ſatis his actum ſit.* Gebhard. Non equidem ſcio in Vaticano legi *actum*, ſed cum aliis *factum* illic quoque exſtare teſtatur mihi manus ignota. Ceterum Tmeſis illa alienari ab Cicerone nequit, quâ ille admodum delectari ſolet, atque etiam affirmativa illa oratio; unde eam hîc recepi, idque ex adhortatione etiam & explicatione veriſſima patris modo citata ſcriptorum parte, ubi τὸ *ſi* etiam expungit, quod imitari non auſim in tanta veterum exemplarium conſpiratione ad id retinendum. *Gronov.* *Si ſatis his factum ſit.*] In his nonnihil variant MSS. Vulgg. *Si ſatisfactum iis ſit.* Petrenſ. *ſi ſatis id factum ſit.* Cantabr. *ſi ſatis hoc factum ſit.* Pal. ſec. *ſi ſatis iis factum non ſit.* Tert. *ſi ſatis hic factum non ſit:* Codex Had. Turnebi, *ſi ſatis his factum non ſit*; eamque lectionem probat vir doctiſſimus Adverſ. lib. IV. cap. 18. Conjecit D. Lambinus, *ni ſatisfactum ſit.* Omnino ſana eſt ea, quam repræſentavi, lectio, & vult Tullius, miſeros illos homines non ante jugulum præbere quàm à dominis operæ gnaviter editæ teſtimonium reportent. Hunc ſenſum recte vidit J. Fr. Gronovius Obſerv. lib. II. cap. 2. qui tamen primam vocem male repudiavit; nam in ea retinenda conſpirant libri manu exarati. *Daviſ.*

79. *Ageſis.*] Ita olim correxit Faërnus. Ant. autem Auguſtinus ex corrupto verbo *Agapetis*, quod eſt in libris manuſcriptis, fecit *Atageſis.* Urſin.

80. *Sitne igitur malum dolor, &c. volunt non eſſe malum dolorem.*] Petrus Ciacconus putat, vocem *dolorem* otioſam eſſe. Paullo poſt ita legendum, *Falſaque ejus viſione & ſpecie moveri hominis dico vehementius, vimque ejus omnem eſſe tolerabilem.* Idem.

81. Ne.

necne, Stoici viderint, qui contortulis quibusdam ac minutis concluſiunculis, [81] nec ad ſenſus permanantibus, effici volunt, non eſſe malum dolorem. ego illud, quidquid ſit, tantum eſſe, quantum videatur, non puto: falſaque ejus viſione & ſpecie moveri homines dico vehementiùs, [82] doloremque [m] ejus omnem eſſe tolerabilem. unde igitur ordiar? an eadem breviter attingam, quæ modò dixi, quo faciliùs oratio progredi poſſit longiùs?

[m] in rebus *Bentl.*

43 Inter omnes igitur hoc conſtat, nec doctos homines ſolùm, ſed etiam indoctos, virorum eſſe fortium, & magnanimorum, & patientium, & humana vincentium, toleranter dolorem pati. nec verò quiſquam fuit, qui eum, qui ita pateretur, non laudandum putaret. quod ergo & poſtulatur à fortibus, & laudatur, cùm fit, id aut extimeſcere veniens, aut non ferre præſens, nonne turpe eſt? Atqui vide, ne, cùm omnes rectæ animi affectiones virtutes appellentur, non ſit hoc proprium nomen omnium; ſed ab [n] ea, [83] quæ una ceteris excellebat, omnes nominatæ ſint. appellata eſt enim [o] ex viro virtus: viri autem propria maximè eſt fortitudo. cujus munera duo ſunt maxima, mortis doloriſque contemptio. utendum eſt igitur his, ſi virtutis compotes, vel potiùs ſi viri volumus eſſe, [84] quoniam à viris virtus nomen eſt mutuata.

[n] ea una, quæ ceteris excellat *alii.* P. B.

[o] à viro *alii.*

44 XIX. QUÆRES fortaſſe, quo modo: & rectè. talem enim medicinam philoſophia profitetur. venit Epicurus

81. *Nec ad ſenſus permanentibus.*] Prætuli hanc lectionem in Grepundiis, jam repertam mihi in Pal. quart. illuſtrat hunc locum ipſe Tullius ſupra libro I. cap. 8. f. *Uberius iſta quæſo. hæc enim ſpinoſiora prius ut confitear me cogunt quàm ut aſſentiar.* conjeceram etiam *permanantibus*, quod jam editum video olim à Victorio. vulgo, *nec ad ſenſus permanentibus.* Fab. codex, *uſſinſibus perm.* Gebhard.

82. *Doloremque ejus omnem eſſe tolerabilem.*] Uterque Manutius & Lambinus ex conjectura, *doloremque eis omnem eſſe tolerabilem*; ac ſane non inelegans videtur emendatio. MS. vero Petrenſ. *doloremque ejus modo omnem eſſe tolerabilem.* Reſcribendum puto: *Doloremque ejusmodi omnem &c.* Daviſ.

83. *Quæ ceteris excellat.*] Alii, *Excellebat.* Verum eſſe videtur, *Excellat.* Camerar.

84. *Quoniam à viris virtus nomen eſt mutuata.*] Nonnulli veteres libri hæc verba non habent: itaque facile adducor ut credam fuiſſe ab aliquo σχολιαστικῶς addita. *Urſin.*

85. *Do-*

curus, homo minimè malus, vel potiùs vir optimus: tantum monet, quantum intelligit: Neglige, inquit, dolorem. Quis hoc dicit? Idem, qui dolorem ſummum malum. vix ſatis conſtanter audiamus. Si ſummus dolor eſt, inquit, neceſſe eſt brevem eſſe. p *Iteradum eadem iſta mihi.* non q etiam ſatis intelligo, quid ſummum dicas eſſe, quid breve. Summum, quo nihil ſit ſuperius: breve, quo nihil brevius. Contemno magnitudinem doloris, à qua me brevitas temporis vindicabit antè pænè quàm venerit. ſed ſi eſt tantus dolor, quantus Philoctetæ, benè planè magnus mihi quidem videtur, ſed tamen non ſummus: nihil enim dolet, niſi pes. poſſunt oculi: poteſt caput, latera, pulmones: poſſunt omnia. Longè igitur abeſt à ſummo dolore. Ergo, inquit, dolor diuturnus habet lætitiæ plus quàm r moleſtiæ.

45 s Nunc ego non poſſum tantum hominem nihil ſapere dicere. ſed nos ab eo derideri puto. ego ſummum dolorem (ſummum autem dico, etiam ſi decem atomis eſt major alius) non continuò dico eſſe brevem: multosque poſſum bonos viros nominare, qui complures annos [85] doloribus podagræ crucientur maximis. ſed homo t cautus numquam terminat nec magnitudinis nec diuturnitatis modum, ut ſciam quid ſummum dicat in dolore, quid breve in tempore. Omittamus hunc igitur, nihil prorſus dicentem: cogamusque confiteri, non

p *Iteranda* MS. *Iterandum* edd. vett.
q enim intelligo *alii.*
r mæſtitiæ *MS.*
s Hunc *Lamb.*
t catus *Lamb. Bentl.*
P. CLXXXV.

85. *Doloribus podagræ.*] Podagræ morbus rarior ſolebat eſſe, ut inquit Plin. patrûm avorumque memoriâ, qui peregrinus eſt. nam ſi Italiæ fuiſſet antiquitus, Latinum nomen inveniſſet. Fœminæ & eunuchi, ut auctor eſt Hippocrates, non fiunt podagrici. Eſt podagra rubens, hoc eſt cálida, eſt frigida, eſt multiplex, de qua apud Medicos plura. Interrogatus P. Mimographus, quodnam eſſet moleſtum otium? podagrici pedes, dixit. Ser. Clodius, magnitudine doloris in podagra coactus, veneno crura perunxit, & poſtea caruit ſenſu omnique dolore in ea parte corporis. M. Agrippa, conflictatus gravi morbo pedum, cùm dolorem eum perpeti nequiret, crura demerſit in acetum calidum in acerrimo impetu morbi, atque ita evaſit. Sex. Pompejus, correptus dolore podagræ, merſit in triticum ſeſe ſuper genua, levatusque ſiccatis pedibus mirabili modo, poſtea hoc remedio uſus eſt. Si Saturnus dominus genituræ fuerit, ut docet Jul. Firmicus, facit pneumaticos, hoc eſt pulmone laborantes & podagricos. Eſt quædam podagra, quam hiſtorici balbutientem appellant, quâ laboravit L. Sylla dictator. *Beroald.*

86. *Si*

non eſſe ab eo doloris remedia quærenda, qui dolorem malorum omnium maximum dixerit. quamvis idem forticulum ſe in torminibus & in ſtranguria ſua præbeat. aliunde igitur eſt quærenda medicina, & maximè quidem, ſi, quid maximè conſentaneum ſit, quærimus ab iis, quibus, quod honeſtum ſit, ſummum bonum; quod turpe, ſummum videtur malum. His 46
tu præſentibus gemere & te jactare non audebis profectò. loquetur enim eorum voce virtus ipſa tecum.

XX. Tune, cùm pueros Lacedæmone, adoleſcentes Olympiæ, barbaros in arena videris excipientes graviſſimas plagas & ferentes ſilentio, [86] ſi te forte dolor aliquis pervellerit, exclamabis, ut mulier? [v] non conſtanter & ſedatè feres? [x] fieri non poteſt: natura non patitur. Audio. pueri ferunt, gloriâ ducti: ferunt pudore alii, multi metu: & tamen veremur, ut hoc, quod à tam multis & quod tot locis perferatur, natura [y] non patiatur? Illa vero non modo patitur, verùm etiam poſtulat. nihil enim habet præſtantius, nihil, quod magis expetat, [87] quàm honeſtum, quàm laudem, quàm dignitatem, quàm decus. [z] Hiſce ego pluribus nominibus unam rem declarari volo, ſed [a] utar, ut quàm maximè ſignificem, pluribus. volo autem dicere, illud [b] homini longè optimum eſſe, quod ipſum ſit optandum per ſe, à virtute profectum, vel in ipſa virtute ſitum, ſua ſponte laudabile: [88] quod quidem citiùs

[v] nec *Daviſ.*
[x] ferri *Gebh. & alii.*
[y] non *delet Daviſ.*
[z] His ergo *Chariſ.*
[a] utor *alii.* ita utar *ed. vett.*
[b] homine *aut* in homine *MSS.*

86. *Si te forte dolor aliquis pervellerit.*] *Perculerit* habet manuſcriptus liber. *Urſin.*

87. *Quam honeſtum.*] Nimis multæ editiones ſunt ante Gebhardum, in quibus legitur *honeſtatem*, quàm ut ſilentio prætermitti a me potuerit, maxime quum utique in Vat. ſic quoque exſtare didicerim. Quin etiam præcedentem periodum ſic in eiſdem recognoſcas, *& tamen veremur, ut hoc, quod a tam multis & quod tot locis perferatur, natura patiatur?* Gronov. *Quam honeſtatem.*] Miror unde factum, ut Janus Gebhardus hic *honeſtum* ediderit, cum *honeſtatem* repræſentent omnes noſtri MSS. omneſque, quos quidem inſpexerim, veteres impreſſi; & cum iis facit Soſipater Chariſius Inſt. Grammat. lib. II. col. 198. *Daviſ.*

88. *Quod quidem citiùs dixerim ſolum quàm ſummum bonum.*] Secutus ſum & olim & nunc libb. vulgg. fateor autem ſcripturam antiquam eſſe veriorem. MSS. autem omnes habent, *quod quidem citiùs dixerim ſolum quàm non ſummum bonum.* Quid autem interſit inter has duas ſcripturas paucis verbis expediam. Vulgata hæc ſententia eſt, ſanè quàm facilis & acuta. Ita virtutem & quid-

tiùs dixerim ſolum quàm non ſummum bonum.
que, ut hæc de honeſto, ſic de turpi contraria.
tam tætrum, nihil tam [c] aſpernandum, nihil h
47 indignius. quod ſi tibi perſuaſum eſt: Principio
dixiſti, plus in dedecore mali tibi videri quàm i
lore: reliquum eſt, ut tute tibi imperes. quam
hoc neſcio, quo modo dicatur, quaſi duò ſimu
alter imperet, alter pareat: non inſcitè tamen di
XXI. Est enim animus in partes [d] tributus
quarum altera rationis eſt particeps, altera e
cùm igitur præcipitur, 89 ut nobismetipſis imper
hoc præcipitur, ut ratio coerceat temeritatem.
animis omnium ferè naturâ molle quiddam, demi
humile, 90 enervatum quodammodo & langui
ſenile. ſi nihil aliud: [e] nihil eſſet homine defo
ſed præſtò eſt domina omnium & regina ratio,
[f] connixa per ſe & progreſſa longiùs fit perfect
tus: hæc ut imperet illi parti animi, quæ obedi
bet, id videndum eſt viro. quonam modo? inq
48 Velut dominus ſervo, velut imperator militi,
parens filio. ſi turpiſſimè ſe illa pars animi geret,
dixi eſſe mollem, ſi ſe lamentis muliebriter lac
que dedet, vinciatur & conſtringatur amicorum
pinquorumque cuſtodiis. ſæpe enim [g] videmus, f
pudore, qui ratione nulla vincerentur. ego ho

c aſperum MS.
P. B.
d diſtributus alii.
e nil Lamb.
f connexa Victor. connifa alii.
g vidimus MS. & Baul.

quid ab ea profectum ſit bonis omnibus antepono. ut eam
dicere ſolum bonum eſſe potius quàm ſummum bonum. a
hæc tantum virtutis & ei bono, quod ab ea profectum ſit,
ut ſi quis eſſe ſummum bonum aut dicat aliquod eſſe majus,
perius, auſim dicere ſolum eſſe bonum: hoc eſt, ſi quis mi
concedat, quod à virtute proficiſcitur, id eſſe ſummum b
tantum abeſt, ut hoc æquo animo feram, ut potius conter
eſſe ſolum bonum. *Lambin. Quod quidem citius dixerim
quàm non ſummum bonum.*] Hæc eſt mſſ., codd. etiam Lamb
ſte, ſcriptura: quam etiam præfert Victorii editio Pal. quar
Vatic. Ulrich. nuper Schottus in Nodis lib. II. cap. 13. *Gebh*

89. *Ut nobismetipſis imperemus.*] Videtur reſpexiſſe ad H
eum illud de Ulyſſe, τέτλαθι δὴ κραδίη. *Urſin.*

90. *Enervatum quodammodo & languidum, ſenile. ſi nihil
nihil.*] Maluimus pendere à Victorio quàm aliorum conject
ludibriis obedire: præſertim ita jubentib. Pall. quatuor pri
vulgg: *enervatum quodammodo & languidum. ſi nihil eſſet aliud
eſſet &c.* Gebhard.

n, ut famulos, vinclis [h] prope ac [91] cuſtodiâ arcea- h prope
is, qui autem erunt firmiores, nec tamen robuſtiſſi- *deeſt in*
; hos admonitu [i] oportebit, ut bonos milites; revo- *aliis.*
os, dignitatem tueri. non nimis [92] in Niptris ille i ſimili
entiſſimus Græciæ ſaucius [k] lamentatur, vel modicè oport. *alii.*
tius: k graviter
lam. *MS.*

93 *Pedetentim* (inquit) *& ſedato niſu*,

Ne

91. *Cuſtodiâ arceamus.*] Pal. quart. Vatic. membranæ Toletanæ, notat Schott. lib. II. cap. 13. Nonn. carebant τὸ *arceamus*. Meo mo pæniſſime abeſſet. *Gebhard.*: *Ac ad cuſtodiam*: *Qui* MS. R.

92. *In Niptris.*] Satis quidem conſtat, nomen hoc eſſe Sophoc fabulæ, translatæ à Pacuvio: id enim Cicero manifeſtè oſten- Sed de argumento quærendum. Non autem id accipi poteſt, od aliqui tradidere, Ulyſſem ſaucium ictu apri apud Autolycum roduci, ubi cruore abluto vulnus illius curaretur. Nam & de lo ſaucium exportari intelligi ex iis verſibus, qui referuntur, pot- , & citatur verſus alicubi Nonii, de quo apparet, in bello osdam curari:

Vos betite defenſum patriam in pugna.

Hic etiam quidam moriens neſcio quid dicit, quod de Ulyſſe lligi non poteſt. Suſpicor igitur, ſi hujusmodi aut par aut eſt ſuſpicando colligere, de ejusmodi argumenti fabula hæc adducta, cujus & ſupra in Eurypyli mentione verſus quosdam tos audivimus: in ſcenam productis Homericis hiſtoriis Iliad. Λ. optimates plerique Græcorum vulnerantur & pugnâ excedunt, amemnon, Diomedes, Ulyſſes, Machaon, Eurypylus. Quod lavacra autem attinet, certe & cruorem de vulnere Eurypyli roclus νίζ' ὕδατι λιαρῷ. Iliad. Λ. ξ. Θερμὰ λόετρα parantur chaoni. verſus autem plerique ſunt anapæſtici generis, quos, oc etiam loco conjecturas noſtras exponamus, ſic perſcriben- putamus:

——— Tu quoque Ulyſſes,
Quanquam graviter cernimus ictum,
Nimis es penè animo molli; qui
Conſuetus in armis ævum agere.

ſequentes:

Retinete, tenete, opprimite, ulcus
Nudate. heu miſerum me, excrucior.
Operite, abſcedite, jam jam
Dimittite: nam attactu & quaſſu
Sævum amplificatis dolorem. Camerar.

93. *Pedetentim ite & ſedato niſu, ne ſucceſſu arripiat major dolor.*] ariſius Inſtit. Gramm. lib. II. col. 190. initium ſic laudat, *pedentim ac ſedato niſu*; recte quidem & vere, ut oſtendit metrum, n verſus ſunt anapæſtici, hoc modo diſtinguendi:

Pedetentim ac ſedato niſu,
Ne ſucceſſu arripiat major
Dolor ———

unda voce Tullium donarunt Gloſſemata. *Daviſ.*

94. *Tu*

Ne ſucceſſu arripiat major
Dolor.

49 Pacuvius [l] hæc meliùs quàm Sophocles. apud illum enim perquàm flebiliter [m] Ulyſſes lamentatur in vulnere: [n] tamen huic leviter gementi, illi ipſi, qui ferunt ſaucium, perſonæ gravitatem intuentes, non dubitarunt dicere:

— — 94 *Tu quoque*, [o] *Ulyſſes*,
Quamquam graviter cernimus ictum,
Nimis panè animo es molli, qui con-
Sueris in armis ævum [p] *agere.*

Intelligit poëta prudens, ferendi doloris conſuetudinem eſſe non contemnendam magiſtram.

50 Atque ille non immoderatè magno in dolore,

Retinete, tenete, [q] *opprimite*,
Ulcus nudate. heu [r] *miſerum me! excrucior.*

Incipit labi: deinde illicò deſinit,

95 *Operite, abſcedite, jamjam* [s] *mittite.*
Nam [t] *attrectatu & quaſſu ſævum amplificatis dolorem.*

Videſne, ut obmutuerit non ſedatus corporis ſed caſtigatus

[l] hoc *MS.* R. & *Bentl.*
[m] Ulixes *alii.*
[n] apud illum *Bentl.*
Pag. CLXXXVI.
[o] *Ulixes* alii.
[p] *gerere* MS.
[q] *opprimit te* MS.
[r] *me miſ.* Bentl.
[s] *dimittite* alii.
[t] *attactu alii.*

94. *Tu quoque — ævum agere.*] Probe Ven. & Froben. habent, *nimis es pane animo molli, &c.* nam metrum poſtulat, ut hi verſus ſic digerantur:

——— *Tu quoque, Ulixes,*
Quamquam graviter cernimus ictum,
Nimis es pane animo molli, qui
Conſuetus in armis agere ævum.

ac ita rectè ſtatuit G. J. Voſſius ad Fragm. Tragic. pag. 101. *Daviſ.*

95. *Operite — dolorem.*] Sic diſponas, ut verſus ſint anapæſtici:

—— *Operite, abſcedite, jam jam*
Mittite; nam attrectatu & quaſſu
Sævum amplificati' dolorem

Verſui, ut putabat, fulciendo G. J. Voſſius ad Fragm. Tragic. p. 101. ſcribebat:

Sævum hunc amplificati' dolorem.

Nihil opus eſt, cùm, omiſſo provocabulo, ruina non ſit metuenda. Sic ſupra cap. 7.

Vis vulneris, ulceris æſtus.

Vide præſtantiſſimi viri Ric. Bentleji Epiſtolam Malelæ ſubnexam pag. 27. Joach. Camerarius & uterque Manutius ſecundum verſum ſic exhibent:

Dimittite, nam attactu & quaſſu:

ſed melior eſt ſcriptura, quæ MStorum fide nititur. *Daviſ.*

96. *Ut*

gatus animi dolor? itaque in extremis Niptris alios quoque objurgat, idque moriens,

Conqueri fortunam adverſam, non lamentari decet.
Id viri eſt officium: fletus muliebri ingenio additus.

Hujus animi pars illa mollior rationi ſic paruit, [96] ut ſevero imperatori miles pudens.

51 XXII. IN QUO viro erit perfecta ſapientia (quem adhuc nos quidem [v] vidimus neminem: ſed philoſophorum ſententiis, qualis [x] futurus ſit, ſi modò aliquando fuerit, exponitur) is igitur, [y] ſi ea ratio, quæ erit in eo perfecta atque abſoluta, ſic illi parti imperabit inferiori, ut juſtus parens probis filiis: nutu, quod volet, conficiet, nullo labore, nullâ moleſtiâ: eriget ipſe ſe, [z] ſuſcitabit, inſtruet, armabit, ut, tamquam hoſti, ſic obſiſtat dolori. quæ ſunt iſta arma? contentio, confirmatio ſermoque intimus, cùm ipſe ſecum; Cave turpe quidquam, languidum, non virile.

v *alii* videmus. x hic fut. *MS. R.* y *ita Vict. alii* ſive. z ſuſcitabitur *alii.*

52 Obverſentur ſpecies honeſtæ [a] animo: Zeno proponatur Eleates, qui perpeſſus eſt omnia potiùs quàm conſcios delendæ tyrannidis indicaret. de Anaxarcho Democritio cogitetur, [97] qui cùm Cypri in manus Nicocreontis regis incidiſſet, nullum genus ſupplicii deprecatus eſt, neque recuſavit. [98] Calanus Indus, indoctus ac

a animo *deeſt in MS.* P. B.

96. *Vt ſevero imperatori miles pudens.*] Cur hoc recipiendum ſit ubertim diſputavi in Crepundiis. Rationes inde petantur. ſic editum aliis annotavit Guliel. ſic erat à manu primâ in Pal. tert: ad apices in Fab. Vat. vulgo *prudens.* Gebhard.

97. *Qui cum Cypri in manus Nicocreontis.*] Ita Victor. cum omnibus ferè noſtris mſſ. ſed illi tamen germano conſenſu, *Timocreontis*, ut & Pith. vulgò, *qui cùm in manus Cyprii Nic.* Idem. Veritas hiſtorica jubet nos *Timocreontis* flocci facere.

98. *Calanus Indus, vir indoctus — combuſtus eſt.*] Vulgg. *Calanus Indus, indoctus:* nos autem voculam ex MSto Norvic. adjecimus: at in eodem Codice poſtea legitur, *vivus ſepultus eſt*, quæ quidem ſcriptura rejicula eſt habenda, cum de vivicomburio germanus ſit Auctorum conſenſus. Vide Plutarchum in Alexandr. Tom. I. pag. 703. Ælianum V. H. lib. v. cap. 6. Lucianum Peregr. Tom. II. pag. 576. aliosque. Si Clearcho fides apud Joſephum contra Apion. pag. 1047. Καλοῦνται οἱ φιλόσοφοι παρὰ μὲν Ἰνδοῖς Καλανοί, (ita leg. non Κάλλανοι) & ſic etiam Suidas v. Κάλανος. Mihi tamen fidem non faciunt; Brachmanes enim Calanum magno in pretio non habebant, ſed eum, veluti transfugam, contumeliis onerarunt; id quod teſtantur Strabo Georg. lib. xv. pag. 1045. ed. Amſtel. Arrianus Exped. Alex. lib. VII. pag. 276. ac Origenes in Philoſ. Tom. x. Antiq. Græc. col. 289. *Daviſ.*

99. *Ab-*

ac barbarus, in radicibus Caucaſi natus, ſua voluntate vivus combuſtus eſt. nos, ſi pes condoluit, ſi dens, [b] ſed fac [c] totum dolere corpus, ferre non poſſumus. opinio eſt enim quædam effœminata, ac levis, nec in dolore magis [d] quàm eadem in voluptate: qua cùm liqueſcimus fluimusque mollitiâ, apis aculeum ſine clamore ferre non poſſumus.

b ſi tactum dolore *MSS.*
c totum corpus *MS.*
d quam in *alii.*

53 At verò C. Marius, ruſticanus vir, ſed planè vir, cùm ſecaretur, ut ſuprà dixi, principio vetuit ſe [e] alligari: nec quisquam ante Marium ſolutus dicitur eſſe ſectus. cur ergo poſtea alii? valuit auctoritas. videsne igitur opinionis eſſe, non naturæ malum? & tamen fuiſſe acrem morſum doloris idem Marius oſtendit. crus enim alterum non præbuit. ita & tulit dolorem, ut vir, &, ut homo, majorem ferre ſine cauſa neceſſaria noluit. totum igitur in eo eſt, ut tibi imperes. oſtendi autem, quod eſſet imperandi genus; atque hæc cogitatio, quid patientia, quid fortitudine, quid magnitudine animi [f] digniſſimum ſit, non ſolùm animum [g] comprimit, ſed ipſum etiam dolorem neſcio quo pacto mitiorem facit.

e illigari *MS.*
f dignum *alii.*
g *alii* comprimet. confirmat *Bentl.*

54 XXIII. UT ENIM fit in prœlio, ut ignavus miles ac timidus, ſimul ac viderit hoſtem, 99 abjecto ſcuto fugiat, quantum poſſit, ob eamque cauſam pereat nonnumquam, etiam integro corpore, cùm ei, qui ſteterit, nihil tale evenerit: ſic, qui doloris ſpeciem ferre non poſſunt, abjiciunt ſe, atque ita [h] afflicti [i] & exanimati jacent: qui autem [k] reſtiterunt, diſcedunt ſæpiſſimè ſuperiores. ſunt enim quædam animi ſimilitudines cum corpore: ut onera contentis corporibus faciliùs feruntur, remiſſis opprimunt: ſimillimè animus intentione ſua depellit preſſum omnem ponderum; remiſſione autem ſic urgetur, ut ſe nequeat extollere.

h affecti *MS.*
i & deeſt in *MS.*
Pag. CLXXXVII.
k reſtiterint *Bentl.*

55 Et, ſi verum quærimus, in omnibus officiis perſequendis animi eſt adhibenda contentio. ea eſt ſola officii tamquam cuſtodia. ſed hoc [l] quidem in dolore maximè eſt providendum, ne quid abjectè, ne quid timidè, ne quid ignavè, ne quid ſerviliter muliebriterve faciamus:

l idem *MS.*

99. *Abjecto ſcuto.*] Neque enim retento ſcuto fugere poterat, neque abjecto pugnare. itaque ῥίψασπιδας dixere, qui è prælio fugiſſent. *Camerar.*

mus: in primiſque refutetur ac rejiciatur [m] Philoctetæus ille clamor. ingemiſcere nonnumquam viro conceſſum eſt, idque rarò: ejulatus ne mulieri quidem. & hic nimirum eſt [n] fletus, quem duodecim tabulæ in funeribus adhiberi vetuerunt. Nec verò umquam ne inge- 56
miſcit quidem vir fortis ac ſapiens, niſi fortè ut ſe intendat ad firmitatem, ut in ſtadio curſores exclamant quàm maximè poſſunt. faciunt idem, cùm exercentur athletæ: pugiles verò, etiam cùm feriunt adverſarium, in jactandis [o] ceſtibus ingemiſcunt: non quòd doleant animove ſuccumbant, ſed quia [p] in profundenda voce omne corpus intenditur, venitque plaga vehementior.

XXIV. Quid? qui volunt exclamare [q] majus, num ſatis habent latera, fauces, linguam intendere, [1] è quibus elici vocem & fundi videmus? [2] toto corpore atque omnibus ungulis, ut dicitur, contentioni vocis [r] aſſerviunt.
Genu mehercule [3] M. Antonium vidi, cùm contentè 57
pro [s] ſe ipſe lege Varia diceret, terram tangere. [4] ut enim

m Philoctetis *ed. vet.*
n leſſus *MSS.*
o cæſtibus *alii.*
p in deeſt *in aliis.*
q magis *MS.*
r deſerviunt *Bentl.*
s ſe lege *alii.*

1. *E quibus ejici vocem & fundi videmus.*] Sic habent duo libb. Mſſ. quos ſequor. Ita enim loquuntur Latini, *ejicere* & *mittere*, & *fundere vocem*: quod Græci dicunt ἀφιέναι φωνήν. itaque legendum eſſe apud Lucretium & M. Tullium in orat. pro M. Cœlio oſtendimus. In vulgg. mendoſè legitur, *elici*, quod minus probo. *Lambin.* *E quibus elici vocem & fundi videmus.*] Sic eſt in omnib. Mſſ. tum noſtris, tum Gulielm. denique editione Victorii reliquisque. Lambinus ex duobus, ut ait, Mſſ. *è quibus ejici vocem*: quia etiam, quod Latini, *ejicere* & *mittere* & *fundere vocem*, hoc Græci dicunt, ἀφιέναι φωνήν. ſed quid hac novitate opus? *Gebh.*

2. *Toto corpore atque omnibus unguiculis.*] Ita legitur in antiquo, pro *ungulis*. *Urſin.* Lambinus & Bentlejus etiam *unguiculis* malunt.

3. *M. Antonium vidi, cum contentè pro ſe ipſe lege Varia diceret.*] Hunc locum illuſtrabit Valerius Maximus, cujus hæc ſunt verba lib. III. cap. VII, 9. *Contra M. Antonius ille diſertus; non enim reſpuendo, ſed amplectendo cauſſæ dictionem, quàm innocens eſſet, teſtatus eſt. Quæſtor, proficiſcens in Aſiam, Brundiſium jam pervenerat; ubi litteris certior factus inceſti ſe poſtulatum apud L. Caſſium Prætorem; cujus tribunal propter nimiam ſeveritatem ſcopulus reorum dicebatur, cum id vitare beneficio legis Memmiæ liceret, quæ eorum, qui Reip. cauſſâ abeſſent, recipi nomina vetabat, in urbem tamen recurrit; quo tam pleno fiduciæ bonæ conſilio, cùm abſolutionem celerem, tum profectionem honeſtiorem conſecutus eſt.* Ejusdem rei meminit etiam lib. VI. cap. VIII, 1. Perperam Norvic. *lege agraria diceret.* Lex Varia à Qu. Vario tribuno plebis fuit lata. Vide Ciceronem in Bruto cap. 56. ſic 89. *Daviſius.*

4. *Ut enim baliſtæ lapidum & reliqua tormenta telorum eo &c.*]

Lo-

enim baliſtæ lapidum & reliqua tormenta telorum eò graviores emiſſiones habent, quò ſunt contenta atque adducta vehementiùs: ſic vox, ſic curſus, ſic plaga, hoc gravior, [t] quo eſt miſſa contentiùs. cujus contentionis cùm tanta vis ſit, ſi gemitus in dolore ad confirmandum animum valebit, utemur. ſin erit ille gemitus [v] elamentabilis, ſi imbecillus, ſi abjectus, ſi flebilis: ei qui ſe dederit, vix eum virum dixerim. qui quidem gemitus ſi levationis aliquid afferret, tamen videremus, quid eſſet fortis & animoſi viri. cùm verò nihil [x] imminuat doloris, cur fruſtra turpes eſſe volumus? quid eſt enim fletu muliebri viro turpius?

P. B.

t cum *Daviſ.*

v lamentabilis *alii.*

x immutat *MS.*

58 Atque hoc præceptum, quod de dolore datur, patet latiùs. omnibus enim rebus, non ſolùm dolori, ſimili contentione animi reſiſtendum eſt. ira exardeſcit: libido [y] concitatur. in eandem arcem confugiendum eſt: eadem ſunt arma ſumenda. ſed quoniam de dolore loquimur, illa omittamus. ad ferendum igitur dolorem placidè & ſedatè plurimum proficit toto pectore, ut dicitur, cogitare, quàm id honeſtum ſit. ſumus enim naturâ, ut antè dixi (dicendum eſt enim ſæpius) ſtudioſiſſimi appetentiſſimique honeſtatis. cujus ſi quaſi lumen aliquod [z] adſpexerimus, nihil eſt, quod, ut eo potiamur, non parati ſimus & ferre, & perpeti. ex hoc curſu atque impetu animorum ad veram laudem atque honeſtatem illa pericula adeuntur in prœliis, non ſentiunt viri fortes in acie vulnera, vel ſentiunt, ſed mori malunt quàm [a] tantum modò de dignitatis gradu

59 [b] demoveri. Fulgentes gladios hoſtium videbant Decii, cùm in aciem eorum irruebant. his levabat omnem vulnerum metum nobilitas mortis & gloria. num tum ingemuiſſe Epaminondam putas, cùm unà cum ſanguine vitam effluere ſentiret? imperantem enim patriam Lacedæmoniis relinquebat, quam acceperat ſervientem. hæc ſunt ſolatia, hæc fomenta ſummorum dolorum.

y excitatur *ed. vet.*

z adſpeximus *MS.*

a tantillum *Daviſ.*

b dimoveri *alii.*

Pag. CLXXXVIII.

XXV. DICES, quid in pace? quid domi? quid in lectulo? ad philoſophos me revocas, qui in [c] aciem non

60 ſæpe prodeunt. E quibus homo ſanè levis [5] Heracleotes Dio-

c acie *ed. vet.*

Locus ob ſenſum hoc modo diſtinguatur; *ut enim baliſtæ, lapidum, & reliqua tormenta, telorum eo graviores emiſſiones habent*, nam verba *lapidum* & *telorum* ad *emiſſiones* ſunt referenda. *Daviſ.*

5. *Heracleotes Dionyſius.*] Quem ex renibus laborantem deſciviſſe à dogma-

Dionyſius, cùm à Zenone fortis eſſe didiciſſet, [6] à dolore [d] deductus eſt. [7] nam cùm ex renibus laboraret, ipſo in ejulatu clamitabat, falſa eſſe [e] illa, quæ antea de dolore ipſe ſenſiſſet. quem cùm Cleanthes condiſcipulus rogaret, quænam ratio eum de ſententia deduxiſſet, reſpondit, Quia, cùm [f] tantum operæ philoſophiæ dediſſem, dolorem tamen ferre non poſſem: ſatis eſſet argumenti, malum eſſe dolorem. plurimos autem annos in philoſophia conſumpſi, nec ferre poſſum: malum eſt igitur dolor. Tum Cleanthem, cùm pede terram percuſſiſſet, verſum [8] ex Epigonis ferunt dixiſſe:

Au-

[d] devictus *Lamb.* dedoctus *Bentl.*
[e] illa omnia *MS.*
[f] tantopere aut tanto opere *MSS.*

à dogmate Stoico Cicero ſcribit: eum, oculorum morbo correptum, ſententiam mutaſſe & tranſiſſe ad Cyrenaicos Laërtius memorat. unde & Μεταθέμενος fuit appellatus. Lucianus Δικαστηρίοις & ipſe rem expoſuit: ſed quo morbo laboraverit non dicit, de quo, ut Athenæus lib. VII. voluptario ſene, non inſcitè Timon:

Ἠέλι' ἐχρῆν δύνειν, νῦν ἄρχεται ἡδύνεσθαι.
Ὥρη ἐρᾶν, ὥρη δὲ γαμεῖν, ὥρη δὲ πεπαῦσθαι.
In parte occidua jam captat dulcia vita.
Tempus habet ſuum amor, tempus connubia læta.
Eſtque ſuo amborum faciendus tempore finis. Camerar.

6. *A dolore deductus eſt.*] Sic habent omnes libb. Mſſ. quos quidem viderim, *deductus eſt autem.* ſubintell. de ſententia, ſeu de eo, quod didicerat. *devictus eſt*, quod eſt in pleriſque vulgg. ſuppoſitum, ideoque rejiciendum. *Lambin.*

7. *Nam cum ex renibus laboraret.*] Sermo eſt de Dionyſio illo, quem Græci appellarunt Μετατιθέμενον, tanquam transfugam, quòd Stoicos deſeruiſſet & ad Cyrenaicos ſe transtuliſſet. Cauſam ei fuiſſe hujus inconſtantiæ Cicero hîc tradit morbum renum, diſſentiens & à ſeipſo, & à Diogene Laërtio: nam & ipſe in ultima parte quinti libri de Finib. ſic ſcribit: *Nobis Heracleotes ille Dionyſius flagitioſe deſciviſſe videtur à Stoicis propter oculorum dolorem.* Et Laërtius in Vita Zenonis, cùm ejus auditores recenſeret, inquit: Διονύσιος ὁ Μεταθέμενος εἰς τὴν ἡδονήν· διὰ γὰρ σφοδρὰν ὀφθαλμίαν ὤκνησεν ἔτι λέγειν τὸν πόνον ἀδιάφορον· οὗτος ἦν Ἡρακλεώτης. Nec non in Vita Erilli idem confirmavit: Διονύσιος δὲ ὁ Μετατιθέμενος τέλος εἶπεν τὴν ἡδονὴν διὰ περίστασιν ὀφθαλμίας. Quòd autem Cicero variè de eodem tradiderit, accidere potuit, quia fortaſſe alii etiam Græci autores aliter de eo locuti ſint: vel fuit μνημονικὸν ἁμάρτημα. cujusmodi errores & parvi omninò momenti ſunt, & ab eo, qui multa ſcribat, ægrè vitari poſſunt. *Victor.*

8. *Ex Epigonis.*] Falluntur Ph. Beroaldus, Manutius nepos & Leodegarius à Quercu, qui hoc drama Euripidis fuiſſe cenſuerunt; erat enim Æſchyli tragœdia, à Scholiaſte Pindari ad Iſthm. Od. VI, 10. laudata, quam Accius in linguam Latinam videtur tranſtuliſſe. Adi ſis Nonium tum alibi, tum v. *mactare.* Davis.

Audiſne hæc Amphiarae, ſub terram abdite?

Zenonem ſignificabat: à quo illum degenerare dolebat.

61 [9] At non noſter [g] Poſidonius: quem & ipſe ſæpe vidi, & id dicam, quod ſolebat narrare Pompejus: ſe, cùm Rhodum veniſſet decedens ex Syria, audire voluiſſe [h] Poſidonium: ſed cùm audiviſſet, eum graviter eſſe ægrum, quòd vehementer ejus artus laborarent, voluiſſe tamen nobiliſſimum philoſophum [i] viſere: quem ut vidiſſet & ſalutàviſſet, honorificiſque verbis proſecutus eſſet, moleſtéque ſe dixiſſet ferre, quòd eum non poſſet audire; at ille, Tu verò, inquit, potes: nec [k] committam, ut dolor corporis efficiat, ut fruſtra tantus vir ad me venerit. Itaque narrabat, eum graviter & copioſè de hoc ipſo, nihil eſſe bonum, niſi quod honeſtum eſſet, cubantem diſputaviſſe: cúmque quaſi faces ei doloris admoverentur, ſæpe dixiſſe, Nihil agis dolor: quamvis ſis moleſtus, numquam te eſſe confitebor malum.

62 Omninoque omnes clari & nobilitati labores [l] contemnendo fiunt etiam tolerabiles.

XXVI. VIDEMUSNE, [m] apud quos eorum ludorum, [10] qui Gymnici nominantur, magnus honos ſit, nullum ab iis, qui in id certamen deſcendant, devitari dolorem? apud quos autem venandi & equitandi laus [n] viget, [11] qui hanc peteſſunt, nullum fugiunt dolorem. Quid

g Poſſidonius *alii.*
h Poſſidonium *alii.*
i videre *alii.*
k omittam *MS. R.*
P. B.
l contendendo *Bentl.* contemtu *MS.*
m ut apud *MS. R.*
n vigeat *Lamb.*

9. *At non noſter Poſidonius.*] Scilicet deductus eſt de Stoicorum ſententia? Strabo lib. XIV. teſtatur, Poſidonium fuiſſe Epamienſem ex Syria, ſed Rhodium exiſtimatum, quia Rhodi vixit & Rhodi philoſophatus eſt. *A. Manut.*

10. *Qui gymnici nominantur.*] Ludos gymnicos appellitant, quibus nudati exercent corpora: ut in athleticis & palæſtricis certaminibus. Nero princeps edidit certamen gymnicum in ſeptis. Galienum quoque imperatorem ludos gymnicos dediſſe teſtis eſt Jul. Capitolinus. γυμνὸς Græcè *nudus* ſignificat, unde *gymnici* ludi dicti. Græca res eſt nihil velare & corpora nudare. Dixit Plin. Græcos, vitiorum omnium genitores, uſum olei ad luxuriam vertiſſe in gymnaſiis publicando. *Beroaldus.*

11. *Qui hanc peteſſunt.*] Auctius Ven. 1491. & Froben. *qui hanc gloriam peteſſunt*; ſed tali adjumento nihil eſt opus. De ultima voce ſic Feſtus. *Petiſſere* (ita enim nonnulli ſcribunt, licet, ſi modo ſibi conſtat, *peteſſere* ſit potius legendum) *antiqui pro petere dicebant, ex quidem forma verbi, quâ ſunt laceſſere & inceſſere. Sed, ut mihi videtur, tum ſignificabant ſæpius petere, ut petiſſant, ſæpius petant.* Hoc verbo uſus eſt Lucretius lib. III. pag. 354. ac lib. V. pag. 665. *Daviſius.*

12. Pau-

Quid de noſtris ambitionibus, quid de cupiditate honorum loquar? quæ flamma eſt, per quam non cucurrerint ii, qui hæc olim [12] punctis ſingulis colligebant? itaque ſemper Africanus Socraticum Xenophontem in manibus habebat. cujus in primis laudabat illud, quod diceret, eosdem labores non eſſe æquè graves imperatori & militi, quòd ipſe honos laborem leviorem faceret [o] imperatorium.

Sed tamen hoc evenit, ut in vulgus inſipientium opinio valeat honeſtatis, cùm ipſam videre non poſſint. 63
itaque famâ & multitudinis judicio moventur, [p] cùm id honeſtum putent, quod à pleriſque laudetur. Te autem, ſi in oculis ſis multitudinis, tamen ejus judicio ſtare nolim, nec, quod illa putet, idem [q] putare pulcerrimum. tuo tibi judicio eſt utendum. tibi ſi [r] recta probanti placebis, tum non modò [s] tu te viceris, quod paullo antè præcipiebam, ſed omnes & omnia.

Hoc igitur tibi propone: amplitudinem animi & quaſi quandam exaggerationem quàm altiſſimam [t] animi, 64
quæ maximè eminet [v] contemnendis & deſpiciendis doloribus: unam eſſe omnium rem pulcerrimam, eoque pulcriorem, ſi vacet populo, [13] neque plauſum captans, ſe [x] tantùm ipſa delectet. quinetiam mihi quidem laudabiliora videntur omnia, quæ ſine venditatione & ſine populo [y] teſte fiunt: [14] non quò fugiendus ſit (omnia enim benefacta in luce ſe collocari volunt) ſed tamen nullum theatrum virtuti conſcientiâ majus eſt.

XXVII. ATQUE in primis meditemur illud, ut hæc pa- 65

[o] *ita MS. R. & Vict. alii* imperatori.
[p] ut id. *MS. R.*
[q] te putare *alii.*
[r] rectè *alii.*
[s] tete *MS. R.*
[t] amplitudinem animi *Vict. & MSS.*
Pag. CLXXXIX.
[v] in cont. *alii.*
[x] tamen *MS. R.*
[y] rectè. *Non. Marcell. malè.*

12. *Punctis ſingulis.*] Ad conſuetudinem ferendorum ſuffragiorum referendum, quæ in tabella punctis deſignarentur, ut ex Planciana intelligi poteſt. de qua proverbiali figura Horatius dixit:

Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci.

Pro Murena: *Recordor quantùm hæ quæſtiones in ſenatu habitæ punctorum nobis ſervi detraxerint.* Camerar.

13. *Neque plauſum captans, ſe tantum ipſa delectet.*] Id eſt, plauſumque non captans, ſe tantum ipſa delectet. hoc ſi cui paullò dictum videtur obſcurius, quod tamen interdum uſitatum eſt, legat cum Sigonii libro: *Neque plauſum captet, ſed ſe tántum ipſa delectet.* ego nihil mutarem. *P. Manut.*

14. *Non quo fugiendus ſit.*] *Non quod fugiendus* vetus liber: & paulo poſt, *nequeunt*, pro *non queunt.* Urſin.

patientia dolorum, quam ſæpe jam [15] animi intentione
z æquabiliter *MS.* dixi eſſe firmandam, in omni genere ſe [z] æquabilem
præbeat. ſæpe enim multi, qui aut propter victoriæ
cupiditatem, aut propter gloriæ, aut etiam ut jus ſuum
a tuerentur *alii.* & libertatem [a] tenerent, vulnera [b] exceperunt fortiter
& tulerunt, iidem omiſſa contentione dolorem morbi
b acceperunt *MS.* ferre non poſſunt. neque enim illum, quem facilè tulerant,
ratione aut ſapientiâ tulerant, ſed ſtudio potiùs
c barbariæ immanes *MS.* & gloriâ. itaque [c] barbari quidam & immanes
ferro decertare acerrimè poſſunt: ægrotare viriliter non
queunt. Græci autem homines non ſatis animoſi, prudentes,
ut eſt captus hominum, ſatis hoſtem adſpicere
d *alii* ſed iid. *MSS.* & inde. non poſſunt, [d] eidem morbos toleranter atque humanè
ferunt. At Cimbri & Celtiberi in prœliis exſultant,
lamentantur in morbo: nihil enim poteſt eſſe
æquabile, quod non à certa ratione proficiſcatur.

66 Sed cùm videas, [e] eos, qui aut ſtudio aut opinione
e quo quis aut *alii.* ducantur, in eo perſequendo atque adipiſcendo dolore
non frangi: debeas exiſtimare, aut non eſſe malum
dolorem, aut, etiamſi, quidquid aſperum alienùmque
f à naturâ *alii.* natum ſit *MS.* [f] naturâ ſit, id appellari placeat malum, [g] tantillum tamen
eſſe, ut à virtute ita obruatur, ut nuſquam appareat.
g tantulum *alii.* quæ meditare, quæſo, dies & noctes. latiùs
enim manabit hæc ratio, & aliquanto majorem locum
quàm de uno dolore occupabit. nam ſi omnia fu-
P. B. giendæ turpitudinis adipiſcendæque honeſtatis cauſâ
faciemus, non modò ſtimulos doloris, ſed etiam fulmina
fortunæ contemnamus licebit, præſertim cùm paratum
ſit illud ex heſterna diſputatione perfugium.

67 [16] Ut enim, ſicui naviganti prædones inſequantur,
deus

15. *Animi intentione.*] Leg. cum Norvic. *animi contentione*, quod ad aures cadit jucundius, præterquam quòd hanc vocem in eodem ſenſu adhibuit Tullius, ubi hac de re verba ſuperius fecit. *Daviſ.*

16. *Ut enim, ſi cui naviganti prædones inſequantur, deus quis dixerit: Ejice te navi.*] Sic fere eſt in quinque Pall. Vaticano. nam paullum divertit tertius, ſed ut noſtram ſtabiliat ita: *inſequantur, deusque quis dix.* ceterùm tres Pall. priores, Pith. Vat. pro *quis*, *qui.* Pal. quartus τὸ *Deus* omittit. vulg. *ut n. ſicui naviganti, quem prædones inſequantur, deus quis dixerit: Ejice te de navi.* Gebhard. *Si cui naviganti prædones inſequantur, deus quis dixerit.*] Sic edidit Janus Gebhardus. Ven. 1491. aliæque vett. *ſi cui naviganti, quem prædones inſequantur*; ſed vocem antepenultimam non agnoſcunt MSS. Pal. tert. ac Petr. *ſi cui naviganti prædones inſequantur*, unde omnino

deus quis dixerit: Ejice te navi, præſtò eſt qui excipiat; vel delphinus, ut Arionem Methymnæum, vel [17] equi Pelopis illi Neptunii, qui per undas currus ſuſpenſos rapuiſſe dicuntur, excipient te &, [h] quò velis, perferent; omnem [i] omittat timorem: ſic urgentibus aſperis & odioſis doloribus, [18] ſi tanti non [k] ſint, ut ferendi ſint, quò ſit confugiendum vides. Hæc ferè hoc tempore putavi eſſe dicenda. ſed tu fortaſſe in ſententia permanes. A. Minimè verò: meque biduo duarum rerum, quas maximè timebam, ſpero liberatum metu. M. Cras ergo ad clepſydram. [19] ſic enim [l] duximus. [20] & tibi hoc video non poſſe deberi. A. Ita prorſus. & illud quidem ante meridiem, hoc eodem tempore. M. Sic faciemus, tuiſque optimis ſtudiis obſequemur.

h quà *MS.*
i omittamus *MS.* omittas *alius MS.*
k ſit *Bentl.*
l diximus *MSS.*

omnino legendum crediderim, *ſi quem navigantem prædones inſequantur, deusque quis dixerit*; nam utramque correctionem firmant Codices. *Daviſ.*

17. *Equi Pelopis illi Neptunii*] Nota eſt fabula, quas leges Hippodamiæ procis dederit Oenomaus; ſed non ita proletarium videtur, Pelopa, ut eam uxorem duceret, equos alatos à Neptuno impetraſſe, quam rem hic reſpexit Cicero. Pindarus Olymp. I, 139. poſt recitatas preces à Pelope ad Neptunum fuſas ſic infit:

—— Τὸν μὲν ἀγάλλων Θεὸς
Ἔδωκεν δίφρον χρύσεον, ἐν πτεροῖ-
σιν τ' ἀκάμαντας ἵππους.

Hinc Pauſanias lib. V. pag. 320. Οἰνόμαος διώκων Πέλοπά ἐστιν ἔχοντα Ἱπποδάμειαν· ἑκατέρῳ μὲν δὴ δύο αὐτῶν εἰσιν ἵπποι, τοῖς δὲ τοῦ Πέλοπός ἐστι πεφυκότα καὶ πτερά. Eandem hiſtoriam tetigit Lucianus in Charidemo Tom. II. pag. 793. *Daviſius.*

18. *Si tanti non ſint, ut ferendi ſint.*] Ego mallem, *ſi tanti ſint, ut ferendi non ſint.* Urſin. *Si tanti non ſint, ut ferendi ſint.*] Nihil mutant MSſ. at Victorius, Pal. quartus, *ſi tanti ſint, ut ferendi ſint.* Lambin. *ſi tanti ſint, ut ferendi non ſint*, ſic temerè mutavit, non expenſâ lectionis vulgatæ acrimoniâ. Melius Gulielm. *ſi tanti non ſit*, ſed ex conjecturâ. *Gebhard.*

19. *Sic enim dicimus.*] Veneti, *Duximus*, ut intelligendum ſit diſputandum eſſe. Sed priorem lectionem non puto improbandam. *Camer.*

20. *Et tibi hoc video non poſſe deberi.*] Prævaluit apud me auctoritas Turnebi libro IV. cap. 18. Adverſ. ſic emendantis. Aliàs, *ſed tibi hoc video.* Gebhard.

P. CXC.

M. TULLII CICERONIS

TUSCULANARUM DISPUTATIONUM

AD

M. BRUTUM

LIBER TERTIUS.

DE ÆGRITUDINE LENIENDA.

ARGUMENTUM.

Ægritudinem animi in ſapientem cadere negat, ſed ejus effectus utiliter homini à natura datos, recta ratione dirigendos ac leniendos.

1 I. Quidnam eſſe, Brute, cauſæ putem, cur, cùm conſtemus ex animo & corpore, corporis curandi tuendique cauſâ quæſita ſit ars [a] ejus atque utilitas, deorum immortalium inventioni conſecrata: animi autem medicina nec tam deſiderata ſit, antequàm inventa, nec tam culta, poſteaquàm cognita eſt, nec tam multis grata & probata, pluribus etiam ſuſpecta & inviſa? an quòd corporis [b] gravitatem & dolorem animo judicamus, [c] animi morbum corpore non ſentimus? ita fit, ut animus de ſe ipſe [d] tum judicet, cùm id ipſum, [e] quo judicatur, ægrotet.

2 Quòd ſi tales nos natura genuiſſet, ut eam ipſam intueri & perſpicere, eademque optima duce curſum vitæ

a atque ejus utilitas *Daviſ.* ejusque *Lamb.*

b pravitatem *Bentl.*

c animique morbos *MS.*

d non *Eraſm.*

e quod judicat *MS.*

vitæ conficere poſſemus: [1] haud erat ſanè, quod quisquam [2] rationem ac doctrinam requireret. nunc parvulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibusque [f] depravati ſic [g] reſtinguimus, ut nusquam naturæ lumen appareat. ſunt enim ingeniis noſtris ſemina innata virtutum: quæ ſi adoleſcere liceret, ipſa nos ad beatam vitam natura perduceret. nunc autem, ſimul atque editi in lucem & ſuſcepti ſumus, in omni continuò pravitate & in ſumma opinionum perverſitate verſamur: ut pænè cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe videamur. [3] cùm verò parentibus redditi, [h] demum magiſtris traditi ſumus, tum ita variis imbuimur erroribus, ut vanitati veritas & opinioni [i] confirmatæ natura ipſa cedat.

f depravatis *aut* depravatos *alii*. g reſtringuimus *Gebh.* P. B.

h *alii* dein *aut* id eſt. i confirmata *MS.* R. confutatæ *alius MS.*

II.

1. *Haud erat ſanè quod quisquam rationem ac doctrinam requireret.*] Hæc lectio vindices ac patronos habet Adrian. Turnebum, Lambinum, ex tribus ſuis libris proferentem; & Pal. quint. librum, ut non optimum, ita nec peſſimum. In editione Victorii, quatuor Pall. Fabr. Pith. Ulrichian. *quod quisquam ratione ac doctrinâ requireret.* Gebhard.

2. *Rationem & doctrinam requireret.*] Pall. quatuor, Fabric. Pith. Ulrich. & Petrenſ. habent, *ratione & doctrina requireret:* ſic etiam ed. Steph. at MS. Norvic. *ratione & doctrina ſuſtineret requirere.* Probanda magis eſt recepta lectio, quam firmant tres Lambin. Pal. quint. ac uterque Manutius. Non aliter Ven. 1491. atque Froben. in iis verò poſt hasce voces additur, *cum natura ſufficeret*, quibus cum non faveant Codd. manu exarati, non dubito, quin ſit gloſſema, ab inepto quodam intruſum. *Daviſius.*

3. *Cum vero parentibus redditi, demum magiſtris traditi ſumus, tum &c.*] Hæc eſt vera & ſincera ſcriptura, nunc tandem à nobis hac ſecunda editione reſtituta. nam vulgata lectio, *cum vero parentibus redd. id eſt mag. &c.* vitioſa & prava eſt, cum ſcriptor librarius ex *dum*, quod erat ſcriptum pro *demum*, feciſſet, *id eſt*. Paucis poſt verſibus libri quidam vett. habent, ubi nos edidimus, *ut nobis optimam naturam invidiſſe vid. &c. optimè naturam &c.* & ubi nos edidimus, *quam unam natura maximè inq.* illi iidem, *quam una natura, &c* utrumque mendoſè. hoc quoque mendoſè, quod ſequitur aliquantò longius, ubi nos edidimus, *& ægritudinem animi, quam appellarunt inſaniam:* illi habent, *& ægrotum animum, quam appella.* quamvis P. Victorius harum trium lectionum duas ſecutus ſit in editione ſua. *Lambin.* *Cùm verò parentibus redditi, demum magiſtris traditi ſumus.*] Ita vetus codex, atque ita Lambinus: quæ lectio eſt etiam Fabr. mihi magis placet Vatic. lectio, *redditi, dein Magiſtris.* vulgò, *id eſt*, *magiſtris*; quod mutabat Gruterus in *iidem.* Gebhard. Nic. Heinſius poëtam agit, quum in notis ad Ovidium II. Faſt. 419. paulo ante ſcribit, *errorem duxiſſe*, prorſus furibunde. *Gronov.*

 4. *In-*

3 II. ACCEDUNT etiam poëtæ: qui cùm magnam ſpeciem doctrinæ ſapientiæque præ ſe tulerunt, audiuntur, leguntur, ediſcuntur & inhæreſcunt penitus in mentibus. cùm [k] verò accedit eodem quaſi maximus quidam magiſter, populus atque omnis undique ad vitia conſentiens multitudo, tum planè 4 inficimur opinionum pravitate, 5 à naturaque deſciſcimus: 6 ut nobis optimam [l] naturam invidiſſe videantur, qui nihil melius homini, nihil magis expetendum, nihil præſtantius honoribus, imperiis, populari gloria judicaverunt. ad quam fertur optimus quisque, veramque illam honeſtatem expetens, quam [m] una natura maximè [n] inquirit; in ſumma [o] inanitate verſatur, conſectaturque [p] nullam eminentem effigiem virtutis, ſed adumbratam imaginem gloriæ. eſt enim gloria ſolida quædam res & expreſſa, non adumbrata. ea eſt conſentiens laus bonorum, incorrupta vox benè judicantium de excellente virtute. 7 ea virtuti reſonat, tamquam imago. quæ quia rectè fa-

k vero cod. *alii.*

l magiſtram *Bentl.*

m unam *alii & Bentl.*

n requirit *MS.*

o vanitate *MSS.*

p non illam *Lamb.*

4. *Inficimur.*] Tingimur, maculamur, polluimur opinionibus tanquam maculis ineluibilibus Seneca: *Vitia elui difficile eſt: non enim inquinati ſumus, ſed infecti.* inde *infectores* dicti tinctores, quos priſci *offectores* vocant. Loca tingendi & infecturæ Græco vocabulo *baphia* nominantur, hoc eſt tinctoria. Lampridius in Alexandro ait Probum fuiſſe baphiis præpoſitum. purpura *dibapha*, quæ eſſet bis tincta, dicebatur. eratque pretioſior: quali utebantur magiſtratus in prætexta. ob hoc dixit M. Tullius epiſtolâ quâdam: *Nam Curtius noſter dibaphum cogitat; ſed eum infector moratur.* cum ſignificare vellet, Curtium hominem minimi pretii adſpirare ad magiſtratum. *Beroald.*

5. *A naturaque deſciſcimus*] Cauſam hujus lectionis habent Victor. Lamb. Pall. pr. tert. Vatic. quint. ſec. verò, *à naturaque deſiſtimus.* quart. *à naturaque cedimus.* vulgò adjiciunt *ipſa*, poſt *naturaque.* Gebhard. Codex Norvic. *à naturaque diſcedimus.*

6. *Ut nobis optimam naturam invidiſſe videantur.*] Sic edidit Lambin. quod tamen convellunt quinque Pall. vet. cod. Fabr. Fith. Vatic. editio Vict. liber Gryphii, *optimè natura*, vel *naturam.* Gebhard. Gratias merito permagnas huic Gebhardi indicio debemus, per quod via ſtrata eſt ad videndam manum Tullii, quam fuiſſe hinc colligo, *ut nobis optima naturæ invidiſſe videantur.* Prorſus ut apud Horatium lib. II. Satyr. VI. *Neque illi Sepoſiti ciceris nec longæ invidit avenæ.* Gronov.

7. *Ea virtuti reſonat, tanquam imago gloria*] Abeſt vox *gloria* ab antiquo: & recte. Varro lib. III. de Re Ruſtica, cap. 16. eodem modo de apibus dixit: *Primum ſecundùm villam, potiſſimum ubi non reſonent imagines.* has ἤχους appellari Columella ſcribit. *Urſin.* *Ea virtuti reſonat, tanquam imago voci.*] Sic legendum,

factorum plerumque comes eſt, non eſt bonis viris repudianda.

Illa autem, quæ ſe ejus imitatricem eſſe vult, temeraria atque inconſiderata, & plerumque peccatorum vitiorumque laudatrix, fama popularis, ſimulatione ho- 4
neſtatis

dum, libris omnibus invitis; neque me movet Adr. Turnebi auctoritas aliter ſentientis. quid enim abſurdius dici poteſt quàm, *gloria virtuti reſonat, tanquam imago gloria?* Quid ſi neque *gloria*, neque *voci* debeat adſcribi? ſed ita legi ſimpliciter? *tanquam imago.* ſupra lib. I. *Virtutem*, inquit, *gloria tanquam umbra ſequitur.* qui locus me admonet, hîc quoque legendum eſſe, ſine ulla additione, *tanquam imago*; nam quemadmodum in lib. I. poterat & videbatur dicere debere, *virtutem gloria ſequitur, tanquam umbra corpus*, quod tamen non fecit; ſic hoc loco dixit ſimpliciter, *gloria virtuti reſonat, tanquam imago*, cum videatur dicere debuiſſe, *tanquam imago*, id eſt, ἠχοῖ, *voci.* Unde igitur nata eſt vox *gloria*, poſt nomen *imago*, quærat aliquis. ex ora libri, ſeu ex nota, ad oram libri adſcripta ab homine parum acuto: ab alio autem longè minus acuto in contextum translata. *Lambin.* *Ea virtuti reſonat, tanquam imago. quæ.*] Variè agitatus locus. prætuli conjecturam Lambini, excutientis illud *gloria:* quod vocabulum etiam omiſſum eſt in Pal. prim. tert. Vaticano. hucque inclinat etiam Andr. Schottus. *Gebhard.* In Vaticano omiſſum equidem non niſi ex Gebhardo audio. Sed an in tanta copia veterum codicum ſoli duo vel tres ſufficiunt ad vocem excutiendam, quam plurimi alii & æque boni pro genuina oſtentant? Quam leniter & commode poſſet ſcripſiſſe? *Ea virtuti reſonat, tanquam imago. Gloriaque, quia recte factorum &c.* Gronov. *Virtuti reſonat, tanquam imago.*] *Imago* idem valet ac *Echo.* Nec mirum, cum *imago* ab imitatione dicta, quemadmodum teſtatur Feſtus, ac Echo ſoleat

Exſpectare ſonos, ad quos ſua verba remittat.

quæ verba ſunt Ovidii Metam. III, 378. Notum illud Horatii lib. I, Od. 12.

—— Cujus reſonet jocoſa
Nomen imago.

Et Od. 20.

—— Simul & jocoſa
Redderet laudes tibi Vaticani Montis imago.

Philargyrius in Virgilii Georg. IV, 50. *Quæ Gracè εἰκὼν, Latinè imago dicitur.* Cicero Tuſc. III. *Reſonat tanquam imago*; ubi hunc locum reſpicit ille Grammaticus; unde patet, fruſtra eſſe multos Codices, qui repræſentant, *tanquam imago gloria*, nam illa vox nullum hic habet locum, licet in alia ſententia fuerit Hadr. Turnebus Adverſ. lib. II. cap. 6. eamque omittunt Pal. pr. tert. Vatic. Hinc factum, ut nolim cum Jac. Gronovio reponere, *virtuti reſonat, tanquam imago; gloriaque, quia rectè factorum &c.* nam pannus iſte non præ ſe fert Ciceronis colorem. D. Lambinus olim correxerat, *tanquam imago voci; quæ quia rectè factorum*, reliqua: ſed illum ſuæ pœnituit conjecturæ, & merito quidem. *Daviſ.*

neſtatis formam ejus pulcritudinemque corrumpit. qui cæcitate homines, cùm quædam [q] etiam præclara cupe-rent, eaque neſcirent nec ubi nec qualia eſſent, fun-ditus alii everterunt ſuas civitates, alii ipſi occiderunt atque hi quidem optima petentes, non tam voluntate quàm curſûs errore falluntur. Quid, qui pecuniæ cu-piditate, qui [r] voluptatum libidine feruntur: quorumque ita perturbantur animi, ut non multùm abſint ab inſa-nia, quod inſipientibus contingit [s] omnibus, his nullane eſt adhibenda curatio? utrùm quòd minùs noceant ani-
5 mi ægrotationes quàm corporis? An quòd corpora curari poſſint, animorum medicina nulla ſit?

Margin: q & præcl. *MS.* — P. CXCI. — r volupta-te libidi-num *MS.* — s omnibus *deeſt in aliis.*

III. AT ET morbi pernicioſiores pluresque ſunt animi quàm corporis. hi enim ipſi odioſi ſunt, quòd ad animum [t] pertinent eumque [v] ſollicitant: [8] animuſ-que æger, ut ait Ennius, ſemper errat, neque pati, neque perpeti poteſt: cupere numquam deſinit. quibus duobus morbis (ut omittam alios) ægritudine & cupidi-tate quî tandem poſſunt in corpore eſſe graviores? qui verò probari poteſt, ut ſibi mederi animus non poſſit, cùm [x] ipſam medicinam corporis animus invenerit, cùm-que ad corporum [y] ſanationem multùm ipſa corpora & natura [z] valeant, nec omnes, qui curari ſe paſſi ſunt, continuò etiam convaleſcant: animi autem, qui ſanari voluerint præceptiſque ſapientium paruerint, ſine ulla dubitatione ſanentur?

Margin: t perti-neant *MS.* — v ſollici-tent *MS.* — x ipſe *alii.* — y ſanita-tem *MS.* — z valeat *alii.*

6 Eſt profectò animi medicina philoſophia: cujus au-xilium non, ut in corporis morbis, petendum eſt foris: [9] omnibuſque opibus, viribus, ut noſmetipſi nobis me-deri

8. *Animuſque æger — deſinit.*] Hæc Ennii ſunt verba, quæ in Jambicos Trimetros ſic digerit Hier. Columna Frag. pag. 202.

Animuſque æger ſemper errat, neque pati,
Neque perpeti poteſt, cupere nunquam
Deſinit. —

Sed in pedum obſervatione adeò parum religioſus non fuit poëta, ut tales verſus componeret. Igitur hoc modo ſub ſenariorum leges videntur mittendi:

— *Animuſque æger ſemper errat, neque pati,*
Neque perpeti poti', cupere nunquam deſinit.

Sic vates ipſe Rudius apud Macrobium Sat. lib. VI. cap. I.

Quis potis ingentes oras evolvere belli?

Ac paſſim vetuſtiores. Vide Feſtum v. *Daviſius.*

9. *Omnibuſque opibus, viribus.*] Non in eam lectionem conſpi-rant

deri poſſimus, elaborandum [a] eſt. quamquam de univerſa philoſophia, [b] quantopere [c] expetenda eſſet & [d] colenda, ſatis, ut arbitror, dictum eſt in Hortenſio. de maximis autem rebus nihil ferè intermiſimus poſtea nec diſputare, nec [e] ſcribere. his autem libris expoſita ſunt ea, quæ à nobis cum familiaribus noſtris in Tuſculano erant diſputata. Sed quoniam duobus ſuperioribus de morte & de dolore dictum eſt, tertius dies diſputationis hoc tertium volumen efficiet. Ut enim in Academiam noſtram deſcendimus, inclinato jam in [f] poſtmeridianum tempus die, popoſci eorum aliquem, qui aderant, cauſam diſſerendi. Tum res acta ſic eſt.

a eſt deeſt in MS. b quanto operæ. Lamb. c & exp. MS. & Daviſ. F. B. d excol. MS. 7 e deſcribere MS. f pomerid. alii.

IV. A. VIDETUR mihi cadere in ſapientem ægritudo. M. Num reliquæ quoque perturbationes animi, 10 formidines, libidines, [g] iracundiæ? hæc enim ferè ſunt ejuſmodi, quæ Græci πάθη appellant: ego poteram [h] morbos, & id verbum eſſet è verbo: ſed in conſuetudinem noſtram non caderet. nam miſereri, invidere, geſtire, lætari, hæc omnia morbos Græci appellant, motus animi rationi non obtemperantes: nos autem hos eoſdem motus concitati animi, rectè, ut opinor, perturbationes dixerimus: morbos autem non ſatis uſitatè: niſi quid aliud tibi videtur.

g cupiditates Lamb. h morbos dicere MS.

A. Mi-

rant editiones: ſed multæ etiam, *viribusque*; etiam codd. nonnulli, *opibus & viribus*. Sane mallem, *omnibus opibus viribusque ut*. Gronov.

10. *Formidines, libidines, iracundiæ.*] MSS. hanc lectionem ſummo conſenſu repræſentant. Poſtrema tamen vox Fr. Patricio & interpretibus non placuit, quod iracundiam libidini ſubjiciat Cicero, ut patet cùm ex aliis locis, tum ex Tuſc. Diſp. lib. IV. cap. 7. Cùm itaque quatuor ſint perturbationes, ægritudo, metus, libido & voluptas, doctis viris non ſit credibile, Noſtrum, omiſſâ quartâ, tertiæ partem adjeciſſe. At verò Tullius haud ait ſe perturbationes hic ἀκριβῶς numeraſſe, locaque ſunt alia graviſſimi ſcriptoris, quæ ſatis oſtendunt non eſſe, cur à Codicibus recedatur. Sic hujuſce libri cap. 5. *Exiſſe ex poteſtate dicimus eos, qui effrenati feruntur aut libidine, aut iracundiâ.* Et Offic. lib. I. cap. 20. *Vacandum autem eſt omni animi perturbatione, tum cupiditate & metu, tum etiam ægritudine & voluptate animi, & iracundia.* Ac iterum cap. 29. *Licet ora ipſa cernere iratorum, aut eorum, qui libidine aliqua aut metu commoti ſunt.* Audiendus igitur non eſt Fr. Fabricius, qui *libidines, cupidines* reſcribit: nam horum verborum eadem planè eſt poteſtas, quemadmodum docet Noſter infra cap. 11. ideoque ejus conjectura morbo, ſi qui ſit, nullam affert medicinam. *Daviſ.*

11. In-

8 A. Mihi verò iſto modo. M. Hæccine igitur cadere in ſapientem putas? A. Prorſus exiſtimo. M. Næ iſta glorioſa ſapientia non [i] magno [k] æſtimanda eſt, ſiquidem non multùm [l] differt ab inſania. A. Quid? tibi omniſne animi commotio videtur inſania? M. Non mihi quidem ſoli: ſed, id quod admirari ſæpe ſoleo, majoribus quoque noſtris hoc ita viſum intelligo multis ſæculis ante Socratem: à quo hæc omnis, quæ eſt de vita & de moribus, philoſophia manavit. A. Quonam tandem modo? M. Quia nomen inſaniæ ſignificat mentis ægrotationem & morbum, id eſt, [11] inſanitatem & ægrotum animum, quam [12] appellarunt inſaniam.

i magnum *Lamb.* magni *alii.* k exiſtimanda *MS.* l diſtat *MS.*

9 Omnes autem perturbationes animi morbos philoſophi appellant; negantque, ſtultum quemquam his morbis vacare: qui autem in morbo ſunt, ſani non P. CXCII. ſunt: & omnium inſipientium animi in morbo ſunt: omnes inſipientes igitur inſaniunt. ſanitatem enim animorum poſitam in tranquillitate quadam conſtantiâque cenſebant.; his rebus mentem vacuam appellarunt inſaniam, [13] propterea quòd in perturbato animo, ſicut in corpore, ſanitas eſſe non poſſit.

10 V. Nec minùs illud acutè, [14] quòd animi affectionem,

11. *Inſanitatem & ægrotum animum.*] Retinuit lectionem veterem Victorius, quam poſtea produxit Turneb. lib. 1. Adverſ. cap. 6. ea verò eſt in vet. cod. quinque Pall. Fabr. Pith. Vatic. vulgò: *& ægritudinem animi.* Gebhard.

12. *Appellarunt inſaniam &c.*] Sic habent omnes noſtri libb. vett. neque video, quamobrem quisquam hâc ſcripturâ offendi poſſet. Et tamen Adr. Turneb. vult legi, *appellarunt inſanam, &c.* à quo diſſentio. Multis autem aliis argumentis refellere cùm illius opinionem poſſim, his duobus contentus ero. primum eſt, quod ſanitatis nomen opponit inſaniæ. ſequitur enim deinceps, *propterea quod in pert. an ſunt in corp. ſanitas eſſe non poſſit.* Alterum eſt ſimiilima locutio infra proximè: *Nec minus illud acutè, quòd animi affectum mentis car. nominaverunt amentiam.* en tibi, ut hic mens, vacua tranquillitate & conſtantiâ, dicta eſt inſania: ita in illo loco mentis affectio, lumine mentis carens, amentia eſt nominata. *Lambin.*

13. *Propterea quod in perturbato animo, ſicut in corpore, ſanitas eſſe non poſſit.*] Diverſum abit Fabr. *quod in perturbatione animi, ſicut in corpore perturbato, ſanitas eſſe non poſſit.* quod non probo. *Gebh.* Codex Cantab. exhibet, *propterea quod in perturbato corpore ſanitas eſſe non poſſit.*

14. *Quòd animi affectionem, lumine mentis carentem, nominarunt amentiam, eandemque dementiam.*] Melius meo animo cod. Fabr. lo-

ctionem, lumine mentis carentem, nominaverunt [m] amentiam, eandemque dementiam. ex quo intelligendum eſt, eos, [15] qui hæc rebus nomina [n] poſuerunt, ſenſiſſe hoc idem, quod à Socrate acceptum diligenter Stoici retinuerunt, omnes inſipientes eſſe non ſanos. [16] qui enim animus eſt in aliquo morbo (morbos autem hos perturbatos motus, ut modò dixi, philoſophi appellant) non magis eſt ſanus quàm id corpus, quod in morbo eſt. ita fit, ut ſapientia ſanitas ſit animi: inſipientia autem quaſi inſanitas quædam, quæ [o] eſt inſania, eademque dementia. multoque meliùs hæc notata ſunt verbis Latinis quàm Græcis: quod aliis quoque multis locis [p] reperietur. ſed id aliàs: nunc, quod inſtat.

m ament. eand. *non eſt in MS.*
n impoſuerunt *alii.*
o eſſet *Non. Marcell.*
p repetetur *MS.* reperitur *ed. vet.*

11 Totum igitur id, quod quærimus, quid & quale ſit verbi vis ipſa declarat. [17] eos enim ſanos intelligi neceſſe eſt, quorum mens motu, quaſi morbo, perturbata [q] nullo ſit. qui contrà affecti ſunt, hos inſanos appellari neceſſe eſt. itaque nihil melius quàm quod eſt in conſuetudine ſermonis Latini, cùm [18] exiſſe ex pote-

q nulla *MS.*

lumine mentis carentem, nominaverunt dementiam, omiſſis mediis. *Gebhard.*

15. *Qui hæc rebus nomina poſuerunt.*] *Impoſuerunt* puto rectius, ut eſt in manuſcripto. *Urſin.*

16. *Qui enim animus eſt in aliquo morbo.*] Non eſt incommoda hæc quidem lectio: ſed Veneta, *Quis enim ſanus eſt in aliquo morbo?* Intellectu ſuſtentanda: Animum ut ſentiamus in morbo dici non magis ſanum eſſe quàm corpus in ægrotatione. *Camer.* *Qui enim animus eſt in aliquo morbo.*] Pall. pr. quint. Victor. *quis eſt enim ſanus in aliquo morbo.* Pal. quart. *quid eſt enim animus & in aliquo morbo.* ſed vulgatam defendit juncto umbone cetera mſſ. & editionum cohors. *Gebhard.*

17. *Eos enim ſanos intelligi neceſſe eſt.*] Recepiſſem penè ante *intelligi τὸ quoniam*, conſpicuum in Pall. ſec. tert. quart. Vatic. ſi pr. quint. item Vict. edit. addixiſſent. quoniam vero eam ipſam exturbat Lambinus, deſtitutam eſſe paſſi ſumus. *Idem.*

18. *Exiſſe ex poteſtate dicimus eos, qui effrenati feruntur aut libidine, aut iracundia.*] Hadr. quidem Turnebo lubens adſentior, qui lib. 11. Adverſ. cap. 11. hanc locutionem ex eo natam putat, quòd furioſi non in ſuâ, ſed in agnatorum & gentilium erant poteſtate. Scriptor ad Herennium lib. 1. cap. 7. *Lex eſt: ſi furioſus exſiſtet, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque eius poteſtas eſto.* Ad eandem legem rectius adlucit Varro R. R. lib. 1. cap. 2. ac mox reſpiciet Cicero; memorat etiam lib. 11. de Invent. pag. 127. Dein verò uſus invaluit, ut ii de poteſtate exiſſe dicerentur, quos ve-

teſtate dicimus eos, qui effrenati feruntur aut libidine, aut iracundiâ. quamquam ipſa iracundia libidinis eſt pars. ſic enim definitur iracundia, ulciſcendi libido. Qui igitur exiiſſe ex poteſtate dicuntur, idcircò dicuntur, quia non ſunt in poteſtate mentis: cui regnum totius animi à natura tributum eſt. Græci autem μανίαν unde [r] appellant non facilè dixerim. eam tamen ipſam diſtinguimus nos meliùs quàm illi. hanc enim inſaniam, quæ juncta ſtultitiæ patet latiùs, à furore [s] disjungimus. Græci volunt illi quidem, ſed parum valent verbo: quem nos furorem, μελαγχολίαν illi vocant. quaſi verò atra bili ſolùm mens, ac non ſæpe vel iracundia graviore, vel timore, vel dolore moveatur. quo genere Athamantem, Alcmæonem, Ajacem, Oreſtem furere dicimus. qui ita ſit affectus, eum dominum eſſe rerum ſuarum vetant duodecim tabulæ. itaque non eſt ſcriptum, SI INSANUS, ſed SI FURIOSUS ESSE INCIPIT. 19 inſaniam enim cenſuerunt eſſe inconſtantiam mentis, ſanitate vacantem, poſſe tamen tueri mediocritatem offi-

P. B.
r appellent *alii.*
s diſtinguimus *MS.*

vehemens aliqua perturbatio tenebat, quoniam οὐδεὶς ἐλεύθερος ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν, ut eleganter ait Demophilus in Sentent. pag. 623. Tullius haud ita multò poſt: *Qui igitur exiiſſe ex poteſtate dicuntur, idcirco dicuntur, quia non ſunt in poteſtate mentis.* Ac item lib. IV. Tuſc. Diſp. cap. 36. *Iratos propriè dicimus exiiſſe de poteſtate, id eſt, de conſilio, de ratione, de mente.* Hinc de vate Phœbi pleno ſic loquitur Petronius Satyr. cap. LI. *Ut quotieſcunque cœperis à te exire, ſanguinem tibi à capite mittam:* ubi Gloſſographus, *furere, ſui oblivíſci.* Aliquid hac in re vidit Deſ. Eraſmus. p. 768. *Daviſ.*

19. *Inſaniam enim cenſuerunt.*] *Inſaniam* recepi, adductus Nonii teſtimonio. *Stultitiam* repudiavi, quod verbum omnes libros occupaverat, repugnante ſententia: cum hic non ſtultitia, ſed inſania cum furore comparetur. *P. Manut.* *Stultitiam enim cenſuerunt, id eſt, inconſt. ſanitate vac. &c.*] Ordo & ſententia verborum eſt, *cenſuerunt ſtultitiam: id eſt inconſtantiam, ſanitate vacantem: poſſe tamen tueri mediocria officia, &c.* Quod autem quidam codd. Mſſ. ſic habent, *ſtultitiam enim cenſuerunt inconſtantiam, id eſt ſanitate vacantem, &c.* ea vero ſcriptura ferri non poteſt, & ſe ipſa refellit atque adeo jugulat. *Lambin.* *Inſaniam enim cenſuerunt, id eſt inconſtantiam, ſanitate vacantem.*] Vox *id eſt* non legitur in antiquo. *Urſin.* [*Inſaniam* exhibet etiam Nonius Marcellus]. *Stultitiam enim cenſuerunt conſtantiam, id eſt ſanitate vacantem.*] Sic quinque Pall. Fabr. Pith. legitque ita ex vet. cod. Schottus Nodor. lib. II. cap. 22. Vaticanus tamen, *ſtultitiam enim cenſuerunt conſtantia, id eſt ſanitate vacant.* vulgò; *ſtult. e. cenſuerunt, id eſt inconſtantiam &c.* Gebhard.

20. *Et*

officiorum, & vitæ communem cultum atque uſitatum. furorem autem eſſe rati ſunt mentis ad omnia [t] cæcitatem. quòd cùm majus eſſe videatur quàm inſania, tamen ejusmodi eſt, ut furor in ſapientem cadere poſſit, non poſſit inſania. ſed hæc alia quæſtio eſt. nos ad propoſitum revertamur.

[t] caritatem MS.

12 VI. CADERE, [v] opinor, in ſapientem ægritudinem tibi dixiſti videri. A. [20] Et verò ita exiſtimo. M. Humanum id quidem, quòd ita exiſtimas. [21] non enim ſilice nati ſumus. ſed eſt [x] naturale in animis tenerum quiddam atque molle, quod ægritudine, quaſi tempeſtate, quatiatur. [22] Nec abſurdè Crantor ille, qui in noſtra Aca-

[v] igitur in Lamb.

[x] Gebb. naturabile. Bentl. natura fere.

20. *Et vero ita exiſtimo.*] Qui proprietatem Latinæ linguæ calient, ii, non dubito, quin magis probent, *& vero*, quàm quod erat antea, *ego vero.* quod ipſum, ut alia multa, acceptum refero Sigonii noſtri antiquo libro, cum quo alium conſentire librum ſcripſit ad me aliquanto poſt idem Germanus monachus ſupra nominatus. eſt autem *vero* pro *ſane*, ut in libro de Cl. Or. *Sed tu orationes nobis veteres explicabis? vero, inquam, Brute.* & lib. I. de Div. *Vero, mea puella, tibi concedo meas ſedes.* & lib. III. de Leg. P. *Manut.*

21. *Non enim ſilice.*] De humana origine ait, etiam ſenſum humanitatis non improbandum eſſe. eſt autem in fabulis, primos quosdam homines de jactis à Deucalione ſaxis natos. & truncis ac duro robore quandam gentem natam retulit in VIII. Virgilius, apud quem ſic Evander:

Hæc nemora indigenæ Fauni nymphæque tenebant,
Gensque virûm truncis & duro robore nata.

Homerus Odyſſ. T. ſimiliter humanam originem notavit. ſic enim ait Penelope:

Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσι παλαιφάτου, οὐδ᾽ ἀπὸ πέτρης.
Nam neque de priſca quercu es, neque rupe creatus. Camer.

22. *Nec abſurde Crantor ille, &c.*] Verba Græca Crantoris ex aureolo illo (ut puto) libello de Luctu inveni apud Plutarchum in Commentario, quod ſcripſit ad Apollonium, conſolans illum de acerbo obitu filii. quæ adducere operæ pretium mihi viſum eſt: ſunt enim & polita, & diſerta, & noſtram lectionem corroborant, quæ una & eadem eſt atque Aſulana: ab eo enim quicunque ille fuit, qui hos libros caſtigavit, locus hic reſtitutus eſt, cum in aliis omnibus flagitioſe depravatus antea legeretur: etſi vereor adhuc ne aliquid mendi reſtet ea parte, *ne ægrotus ſim, inquit, ſed, ſi fuerim, ſenſus adſit:* ſed quod magis verba contaminet quàm ſententiam immutet. Nam ſic potius legitur in antiquis exemplaribus, *ne ægrotaſſim, ſin quid fuerit, ſenſus adſit.* Hæc autem lectio magis congruit Græcis verbis, ut videbis, & cum paulò ſuprà *inquit* dixiſſet: quid attinuit hìc iterum inutiliter repetere? Græca verba hæc ſunt: Μὴ γὰρ νοσοίημεν φησὶν ὁ ἀκαδημαϊκὸς

Academia vel in primis fuit nobilis, Minimè, inquit, aſſentior iis, qui iſtam neſcio quam indolentiam magnopere laudant: quæ nec poteſt ulla eſſe, nec debet. 23 Ne ægrotus ſim, inquit: ſed ſi fuerim, ſenſus adſit, ſive ſe-

κὸς Κράντωρ: νοσήσασι δὲ παρείη τὶς αἴσθησις, εἴτ' οὖν τέμνοιτό τι τῶν ἡμετέρων, εἴτ' ἀποσπῷτο, τὸ γὰρ ἀνώδυνον τοῦτο οὐκ ἄνευ μεγάλων ἐγγίνεται μισθῶν τῷ ἀνθρώπῳ· τεθηριῶσθαι γὰρ εἰκὸς, ἐκεῖ μὲν σῶμα τοιοῦτον, ἐνταῦθα δὲ ψυχήν. Eundem finem habent utræque citationes, non idem tamen principium. primam enim ſententiam omiſit Plutarchus, quæ à Cicerone poſita eſt, vel potius ſex verſus ſuprà, cum nondum Crantoris mentionem feciſſet, collocavit. Exiſtimo enim ejus illa verba eſſe, quæ Plutarchus ut ſua protulit, id eſt non citato autoris nomine, quæ tamen facile cujus eſſent cognoſci poterant. In manibus enim omnium erat mirabiliter probatus libellus ille, quemadmodum narrat etiam Laërtius in ejus vita. his verbis: Θαυμάζεται δὲ αὐτοῦ μάλιστα βιβλίον περὶ πένθους. Intelligo autem hæc: Οὐ γὰρ ἔγωγε συμφέρομαι τοῖς τὴν ἄγριον ὑμνοῦσιν καὶ σκληρὰν ἀπάθειαν ἔξω καὶ τοῦ δυνατοῦ καὶ τοῦ συμφέροντος οὖσαν. Quis enim non videat verba hæc Ciceronis? Minime aſſentior his, qui iſtam neſcio quam indolentiam magnopere laudant, quæ nec poteſt eſſe ulla, nec debet de ſuperioribus Græcis expreſſa eſſe: nec enim fidelius aut elegantius eorum ſententia reddi potuit. Quamvis autem Plutarchus μὴ νοσοῖ μὲν φησὶν dixit. ego autem ſuprà cenſuerim illud *inquit* illinc tollendum eſſe (in Latina dico interpretatione) non adverſatur id opinioni meæ, cùm illic omninò poni debuerit, ubi autoritas Crantoris adducebatur. Quare cum Plutarchus eo loco teſtimonium Crantoris produxerit, rectè ibi collocavit. Cicero verò, qui à ſuperiore ſententia initium fecerat, debuit, ubi verba ejus recitare incœpit, illic ſolum ponere. *Victor.*

23. *Ne ægroto etiam inquit, niſi is, qui fuerat ſenſus.*] Victorius reſtituit hunc locum ita, *Ne ægrotus ſim, inquit: ſed ſi fuerim, ſenſus adſit.* Camer. *Ne ægrotus ſim, inquit, ſed ſi fuerim.*] Magnæ huic loco turbæ à mſſ. Palat. quart. & Vatican. *nec ægrotaſſem, ſi, inquit, fuerat ſenſus, adſit, ſive ſecetur.* pr. ſecund. tertius verò ad marginem: *ſi is qui fuerat ſenſus aſſ.* in textu verò, *ſi, inquam, id fuerat.* quint. *nec ægrotis eſt, ſi iis qui fuerat ſenſus adſit.* In Vaticano denique ſuperſcriptum: *ſi, inquit, fuat ſenſus, adſit.* Gebh. Ex hac varietate ſatis patet, hîc aliquid doctius ſubeſſe quàm ut potuerit intelligi à librariis: quod opinor fuit, *ne ægrotaſſim, inquit; ſin fuerit*, (hoc eſt, ſi vero fuerit accidatque, ut ægrotare debeam) *ſenſus adſit.* Notum *adclaraſſis* in Livio 1, 18. pariter turbatum. Μὴ νόσοιμεν. Gronov. *Ne ægrotus ſim, inquit: ſed ſi fuerim, ſenſus adſit, &c.*] Græca ſic ſe habent apud Plutarchum Conſol. ad Apollon. pag. 102. Μὴ γὰρ νοσοῖμεν (φησὶν ὁ Ἀκαδημαϊκὸς Κράντωρ) νοσήσασι δὲ παρείη τὶς αἴσθησις, εἴτ' οὖν τέμνοιτό τι τῶν ἡμετέρων, εἴτ' ἀποσπῷτο· τὸ γὰρ ἀνώδυνον τοῦτο οὐκ ἄνευ μεγάλων ἐγγίνεται μισθῶν τῷ ἀνθρώπῳ· τεθηριῶσθαι γὰρ εἰκὸς, ἐκεῖ μὲν σῶμα τοιοῦτον, ἐνταῦθα δὲ ψυχήν. Et paullo ante; Οὐ γὰρ

ſecetur quid, ſive avellatur à corpore. nam iſtuc nihil dolere non ſine magna mercede contingit, immanitatis in animo, ſtuporis in corpore.

Sed videamus, ne hæc oratio ſit hominum aſſentantium noſtræ imbecillitati & indulgentium mollitudini: nos autem audeamus non ſolùm ramos amputare miſeriarum, ſed omnes radicum fibras evellere. tamen aliquid relinquetur fortaſſe. ita ſunt altæ ſtirpes ſtultitiæ. ſed relinquetur id ſolum, quod [y] erit neceſſarium. illud quidem ſic habeto, niſi ſanatus animus ſit, quod ſine philoſophia fieri non poteſt, finem miſeriarum nullum fore. quamobrem, quoniam cœpimus, tradamus nos ei curandos. ſanabimur, ſi volemus. & progrediar quidem longiùs: non enim de ægritudine ſolùm, quamquam id quidem primùm, ſed de omni animi, ut ego [z] poſui, perturbatione, morbo, ut Græci volunt, expli-

P. CXCIII. 13

[y] eſt *alii.*

[z] propoſui *ed. vet.*

γὰρ ἔγωγε συμφέρομαι τοῖς τὴν ἄγριον ὑμνοῦσι καὶ σκληρὰν ἀπάθειαν ἔξω καὶ τοῦ δυνατοῦ καὶ τοῦ συμφέροντος οὖσαν. Hæc ſanè prioribus verbis aptiſſimè reſpondent, eaque ipſa Crantoris eſſe mihi perſuadeo, licet illum ibi non laudârit philoſophus Chæronenſis; quod etiam Petro Victorio ſit credibile. Utcumque verò de hac re fuerit, magna certè in Latinis eſt MSStorum diſcrepantia, nec eorum vel unus, quoad conſtat, receptam lectionem tuetur. Ven. 1491. *nec ægroto etiam, niſi iis qui ferat ſenſus abſit.* Froben. *nec ægroto etiam, niſi iis qui ferat ſenſus adſit.* Corruptiſſime. Pal. quart. Petrenſ. Cantabr. habent, *nec ægrotaſſem, ſi, inquit, fuerat ſenſus: adſit:* ſic & Vatic. at in eo ſuperſcriptum, *ſi, inquit, fuat ſenſus, adſit.* Pal. pr. ſecund. *ſi is qui fuerat ſenſus aſſit:* nec aliter tert. ad marginem; in textu verò, *ſi, inquam, id fuerat.* Quint. *nec ægrotis eſt, ſi iis qui fuerat ſenſus adſit.* Ex hac varietate doctius aliquid ſubeſſe ratus Jac. Gronovius legendum conjecit, *nè ægrotaſſim, inquit; ſin fuerit, ſenſus adſit.* Priorem partem jamdudum occupaverat Pet. Victorius, cui placet *nè ægrotaſſim; ſin quid fuerit, ſenſus adſit.* Sed totam hanc emendationem recipere non audeo; cum *ſi quid fuerit*, vel *acciderit*, non niſi de morte *κατ' εὐφημισμὸν* dicatur, ut oſtendimus ad lib. I. Tuſc. Diſput. cap. 43. Vide & Th. Munckerum ad Hygini Fab. CIX. Scribendum puto, *nè ægrotaſſim; ſin id fuerit, ſenſus adſit;* quandoquidem enim vox *inquit* paullo ante fuerat poſita, nihil attinuit eam rurſus hîc repetere. Virgilius Æn. II, 77.

Cuncta equidem tibi, Rex, fuerit quodcunque, fatebor.

Ubi Servius, *id eſt, quicunque me ſequitur eventus.* Ad hunc Maronis locum reſpexit Phædrus lib. III. Prooem. v, 27.

Sed jam quodcunque fuerit, ut dixit Sinon
Ad regem quum Dardaniæ perductus foret. Daviſ.

 24. At-

plicabo. Et primò, ſi placet, Stoicorum more agamus, qui breviter [a]adſtringere ſolent argumenta: deinde de noſtro inſtituto vagabimur.

a perſtringere ed. vet.

14 VII. QUI FORTIS eſt, idem eſt fidens: quoniam confidens mala conſuetudine loquendi in vitio ponitur, ductum verbum a confidendo, quod laudis eſt. qui autem eſt [b]fidens, is profecto non extimeſcit. diſcrepat enim à timendo confidere. [24]atque in quem cadit ægritudo, in eundem timor. quarum enim rerum præſentia ſumus in ægritudine, eaſdem impendentes & venientes timemus. ita fit, ut fortitudini ægritudo repugnet. veriſimile eſt igitur, [25]in quem cadat ægritudo, cadere in eundem timorem, & infractionem quidem animi, [c]& demiſſionem. [d]quæ in quem cadunt, in eundem cadit ut ſerviat, [26]ut victum ſe quandoque eſſe fateatur. quæ qui recipit, recipiat idem neceſſe eſt timiditatem & ignaviam. non cadunt autem hæc in virum fortem. igitur ne ægritudo quidem. at nemo ſapiens, niſi fortis. Non [e]cadet ergo in ſapientem ægritudo.

b confidens Non. Marc.

c ita MS. R. alii delent &.

d in quemque ea MS.

e cadit Daviſ. P. B.

15 Præterea neceſſe eſt, qui fortis ſit, eundem eſſe magni animi: [27]qui magni animi ſit, invictum: qui in-

24. *Atque in quem cadit ægritudo.*] *Atqui* vetus codex. *Urſin.* Et ita Daviſius edidit.

25. *In quem cadat ægritudo, cadere in eundem timorem & infractionem quidem animi & demiſſionem. quæ in quem cad.*] Ita emendavi de mſſ. pænè omnium Pall. (nam ſecundus uno atque altero apice abit) ſententiâ, & Vatic. tum Fabr. & Lambin. vulgò: *in quem cadit ægr. in eundem cadere timorem & infract. quandam animi & demiſſionem. in quemque ea cad.* Multum quoque nos juvit Vict. editio. *Gebhard.*

26. *Ut victum aliquando eſſe ſe fateatur.*] Sic edidi, noſtros libros vett. Mſſ. ſecutus, quorum quidam ſic planè habent, *ut victum ſi quando eſſe ſe fateatur* Quis non videt, hoc *ſiquando* eſſe depravatum, & ab errante librario ſcriptore pro *aliquando* eſſe ſcriptum? *quandoque* porro nullo in Mſ. reperi, quod cujus certo argumento eſſe poteſt, non eſſe Ciceronis. *Lambin.* *Ut victum ſe quandoque eſſe fateatur.*] Stamus pro vulgatâ: quam tuentur una nobiſcum Victorius. Pall. pr. ſec. quart. quint. licet Lamb. *victum aliquando eſſe ſe fateatur* propugnet; quod fermè eſt in Vatican. diverſitas in hoc: *ſi eſſe.* Palat. tert. *victum ſi quandoque ſe eſſe.* Gebhardus. Palatini tertii ſcriptura confirmatur codice regio Luparenſi.

27. *Qui magni animi ſit, invictum: qui invictus ſit.*] Ita Victorius: cui ſe ſociant in propaganda hac lectione Palat. pr. ſec. quint. Fabr. Pall. tert. & quart. *qui fortis ſit, eundem eſſe magni animi, ſive in-*

inviſtus ſit, eum res humanas deſpicere atque infra ſe poſitas arbitrari. deſpicere autem nemo poteſt eas res, propter quas ægritudine affici poteſt. ex quo efficitur, fortem virum ægritudine numquam affici. omnes autem ſapientes, fortes. non cadit igitur in ſapientem ægritudo. & quemadmodum oculus conturbatus non eſt probè affectus ad ſuum munus fungendum: & reliquæ partes [f] totumve corpus [g] ſtatu cùm eſt motum, deeſt officio ſuo & muneri: ſic conturbatus animus non eſt aptus ad exſequendum munus ſuum. munus autem animi eſt, ratione bene uti: & ſapientis animus ita ſemper affectus eſt, ut ratione optimè utatur. numquam igitur eſt perturbatus. at ægritudo perturbatio eſt animi. ſemper igitur eâ ſapiens vacabit.

[f] totumque *alii.* [g] ſtatim *Vict. & alii.*

VIII. [h] VERI etiam ſimile illud eſt, qui ſit tempe- 16
rans, quem Græci [i] σώφρονα appellant, eamque virtutem [k] σωφροσύνην vocant, quam ſoleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnumquam etiam modeſtiam: ſed haud ſcio, an rectè ea virtus frugalitas appellari poſſit, quòd anguſtiùs apud Græcos valet: [28] qui frugi homines χρησίμους appellant, id eſt, tantummodò utiles. [29] at illud eſt latius. omnis enim ab-

[h] Veriſimile etiam illud *alii.* [i] μέτριον *MS.* [k] μετριότητα.

inviſtum, qui inviſtus ſit. Vatic. *qui autem magni animi ſit.* vulgò geminum *ſit* omittunt. *Gebhard.*

28. *Qui frugi homines* χρησίμους *appellant, — reliquas etiam virtutes frugalitas continet.*] Gloſſæ veteres: *frugalis* χρήσιμος. Donatus ad Terentii Eunuch. Act. III. Sc. v, 60. *Frugi utilis & neceſſarius, ut fruges humano generi. Frugi eſt ergo, in quo eſt aliquid, quo fruamur, id eſt, utamur.* His gemina germana repetit idem Grammaticus ad Act. IV. Sc. VII, 46. At rectè monet Cicero, hanc vocem interdum latius patere Sic & Tuſc. Diſput. lib. IV. cap. 16. *Intelligitur qualis ille ſit, quem tum moderatum, aliàs modeſtum, temperantem, aliàs conſtantem continentemque dicimus. Nonnunquam hæc eadem vocabula ad frugalitatis nomen, tanquam ad caput, referre volumus. Quod niſi eo nomine virtutes continerentur, nunquam ita pervulgatum illud eſſet, ut jam proverbii locum obtineret, hominem frugi omnia rectè facere.* Utrumque ſignificatum hiſce verbis complexus eſt Iſidorus Orig. lib. x. pag. 1074. *Frugalis à fruge nominatus, id eſt, à fructu vel parſimonia; ſive, ut alii volunt, à modeſtia temperantia:* omninò legendum *à modeſtia & temperantia*, ut res ipſa clamat. *Daviſius.*

29. *At illud eſt latius. omnis enim abſtinentia, omnis innocentia.*] Victorii ſic habet editio, quam lectionem cuſtodiunt quinque Pall. Fabr. Pith. Vaticanus. vulgò; *latius. eſt enim omnis abſtin.* Gebh. *At illud eſt latius: omnis enim eſt abſtinentia, omnis innocentia —* re-

abſtinentia, omnis innocentia, quæ apud Græcos uſitatum nomen nullum habet, ſed habere poteſt ἀβλάβειαν. nam eſt innocentia affectio talis animi, quæ noceat nemini. reliquas [l] etiam virtutes frugalitas [m] continet. quæ niſi tanta eſſet, & ſi iis anguſtiis, quibus plerique putant, teneretur, numquam eſſet L. Piſonis cognomen [n] tantopere laudatum.

[l] enim *Gebh. malè.*
[m] connectet *MS.*
[n] tanto opere *MS.*

P. CXCIV.

17 Sed quia nec qui, propter metum, præſidium reliquit, quod eſt ignaviæ: nec qui, propter avaritiam, clam depoſitum non reddidit, quod eſt injuſtitiæ: nec qui, propter temeritatem, malè rem geſſit, quod eſt ſtultitiæ, frugi appellari ſolet, eò tres virtutes, fortitudinem, juſtitiam, prudentiam frugalitas eſt [o] complexa: etſi hoc quidem commune eſt virtutum. omnes enim inter ſe nexæ & [p] jugatæ ſunt: 30 reliqua igitur &

[o] amplexa *alii.*
[p] conjugatæ *MS.*

reliquas etiam virtutes frugalitas continet.] Uterque Manutius ediderunt, *at illud latius: eſt enim omnis abſtinentia:* D. verò Lambinus, *at illud eſt latius: eſt enim omnis abſtinentia.* Omnes ſanè contra fidem Codicum, qui eum, quem retinemus, verborum ordinem conſtanter exhibent. Hoc ſervato Leodegarius à Quercu reponit, *omnem innocentiam — reliquas etiam virtutes frugalitas continet.* Et ita quidem rectè procedit oratio; nihil tamen opus, ut vulgatam lectionem deſeramus: eſt enim ἀνακόλουθον, quod, voculis paullo pluribus interpoſitis, non infrequens eſſe docuimus ad Tuſc. Diſp. lib. II. cap. I. & inſignis hanc in rem locus eſt lib. V. cap. 22. Vide etiam V. C. Jac. Perizonium ad Sanctii Minerv. lib. IV. cap. II. pag. 833. *Daviſ.*

30. *Reliqua igitur & quarta virtus ut ſit ipſa frugalitas. ejus.*] Ejeci cum Victorio τὸ *neceſſe eſt*, in nullo mſ. Pall. neque Fabr. Pith. comparens. in Vaticano: *virtus ut ſit ipſa frugalitas.* unde quidam conjiciebat: *reliquum igitur, ut quanta virtus ſit.* Gebh. In hoc poſtremo nullus intellectus. Ut neſcio an idem liber ſit penes me, quo fuit uſus Gebhardus; ſic in eo conjectura iſta ipſa adſcripta eſt, ſed clare *quarta*, & ſic opinor voluit is, qui ante me prodidit. *Gronov.* *Relinquatur tum, ut quarta virtus ſit ipſa frugalitas.*] Hujusce loci ſanitatem MS. Norvic. debemus: in reliquis enim legebatur, *reliqua igitur & quarta virtus ut ſit ipſa frugalitas*; quibus vocabulis nulla ineſt ſententia. Ex hac verò ſcriptura reponebat vir eruditus, *reliquum igitur, ut quarta virtus ſit ipſa frugalitas:* mihi autem placebat, *reliquum igitur eſt, quarta virtus ut ſit ipſa frugalitas*; quæ quidem conjectura ad vulgatam lectionem propius accedit: at lancem deprimit optimi Codicis auctoritas; licet malim, *relinquitur tum, &c.* Varro R. R. lib. I. c. 5. *Relinquitur quot partes ea diſciplina habeat, ut ſit videndum.* Et cap. 16. *Relinquitur altera pars, quæ eſt extra fundum.* Edit. Ven. 1491. Froben. Manut. aliæque veteres poſt hæc verba repræſentant

& quarta virtus ut ſit ipſa frugalitas. ejus enim videtur eſſe proprium, motus animi appetentis regere & ſedare, ſemperque adverſantem libidini, moderatam in omni re ſervare conſtantiam. cui contrarium vitium
nequitia dicitur. Frugalitas, ut opinor, à fruge: quâ 18
nihil melius è [q] terra. nequitia ab eo, (etſi hoc erit fortaſſe durius: [31] ſed temerius luſiſſe putemur, ſi nil ſit) ab eo, quod [r] necquidquam eſt in tali homine: ex quo idem, [s] nihili dicitur. qui ſit frugi igitur, vel, ſi mavis, moderatus & temperans, eum neceſſe eſt eſſe conſtantem: qui autem conſtans, quietum: qui quietus, perturbatione omni vacuum: ergo etiam ægritudine. & ſunt illa ſapientis: aberit igitur à ſapiente ægritudo.

q terrâ oritur *alii.* r nequidquam *alii.* s nihil *MSS.* nihil idem *ed. vet.*

IX. ITAQUE NON inſcitè Heracleotes Dionyſius ad ea diſputat, quæ apud Homerum Achilles queritur, hoc, [t] ut opinor, modo,

t ut *deeſt in MS.*

Corque meum penitus turgeſcit triſtibus iris,
Cùm decore, atque omni me orbatum laude recordor.

Num manus affecta rectè eſt, cùm in tumore eſt? 19
[32] aut num aliquodpiam membrum tumidum ac turgidum

tant *neceſſe eſt*: at eorum in MSS. nec vola nec veſtigium, & à ſciolis fuerunt adjecta, quòd illo modo vitioſus hicce locus ſanari poſſe videbatur. *Daviſ.*

31. *Sed tentemus & luſiſſe putemur, &c.*] Omnes ferè noſtri libb. vett. habent, pro *ſed tentemus &c. ſed temerius juſſiſſe putemu*. Ac juſſiſſe quidem pro *luſiſſe* ſcriptum non me movet. eſt enim uſitatum mendum, *i* pro *l*, & contrà *l* pro *i* ab illis ſcriptum eſſe. ſed, quid ſibi velit hoc *temerius* quæro: à quo vulgatum *tentemus*, quod videtur incorruptum, tam longè abſit. Quid ſi dicamus ſic eſſe à Cicerone ſcriptum? *ſed tenerius luſiſſe putemur. tenerius* autem, id eſt delicatius, mollius, jocoſius, puerilius, τρυφερώτερον. *Lambinus. Sed temerius luſiſſe putemur.*] Hanc ſcripturam repperi in Pal. quinto. Fabr. & Pal. tert. ut etiam libri Lamb. *temerius juſſiſſe.* hinc tamen Lamb. *tenerius luſiſſe*: quaſi *temerius* non Latinum ſit à *temere.* Vaticanus: *ſed temptemus luſiſſe putatos.* vulgò: *ſed tentemus & luſiſſe putemur.* Gebhard. Quam bene ex Vaticano provenit? *ſed tentemus: luſiſſe putato, ſi nil ſit.* Gronov.

32. *Aut num aliquod quippiam membrum.*] Ita quinque Pall. Gulielmius pro *aliquod* malebat *aliud.* laudo ego magis ſcripturam Pal. quart. *num aliquod quitpiam membrorum tumidum.* Gebhard. In qua varietate non paulo eruditius decidit pater in notis ad Livium XLI, 6. reſtituendo *aliquodpiam*, quod vocabulum illic pluribus exemplis firmat, & quum me in codicibus ſcriptis Quintiliani idem vidiſſe meminerim, ubi hodieque corruptum in editis legitur, non fui

 cun-

dum non vitioſè ſe habet? ſic igitur inflatus & tumens animus in vitio eſt. ſapientis autem animus ſemper vacat vitio, numquam turgeſcit, [v] numquam tumet. at [x] iratus animus ejusmodi eſt: numquam igitur ſapiens iraſcitur. nam ſi iraſcitur, etiam concupiſcit. proprium eſt enim irati, cupere, à quo læſus videatur, ei quàm maximum dolorem [y] inurere. qui autem id concupierit, eum neceſſe eſt, ſi id conſecutus ſit, magnopere lætari. ex quo fit, ut alieno malo gaudeat. quod quoniam non cadit in ſapientem, ne ut iraſcatur quidem cadit. [z] ſin autem caderet in ſapientem ægritudo, caderet etiam iracundia. quâ quoniam vacat, ægritudine etiam vacabit.

[v] numq. tumet *deeſt in MS.*

P. B

[x] irati *MS.*

[y] innuere *MS.* injicere *alius MS.*

[z] *ita MS. R. alii* ſi.

20 Etenim ſi ſapiens in ægritudinem incidere poſſet, poſſet etiam in miſericordiam, poſſet in invidentiam. non dixi in invidiam, quæ tum eſt, cùm invidetur; ab invidendo autem invidentia rectè dici poteſt, ut effugiamus ambiguum nomen invidiæ: quod verbum ductum eſt à [a] nimis intuendo fortunam alterius, 33 ut eſt in Menalippo,

[a] limis *Bentl.*

b Quis-

cunctatus nunc hoc loco reponere. *Gronov.* Daviſius Hadr. Turneb. Adverſ. lib. XXVI. cap. 6. ſecutus edidit *aliud quodpiam.*

33. *Ut eſt in Menalippo.*] Legere malim, *in Menalippa.* eſt enim fabulæ nomen, ductum a Menalippa, de qua in vinculis conjecta ac Metapontum deportata & ejus nato nomine Booto multa fabulantur. quod & Strabo memorat in VI. Geographiæ. de hac dixit poëta Aſius:

Bootum ſpecioſa Menalippa in Dei regia peperit.

M. Varro in II. de Re Ruſt. ait bovem ſervaſſe filios Neptuni Menalippa, ne in ſtabulo infantes grex boum obtereret. De hac Menalippa, cujus nomine compoſitæ ſunt fabulæ, intellexit Juvenalis, cum ait:

Syrma, vel Antigones, ſeu perſonam Menalippes.

Fuit altera Menalippa, Amazonum regina, quam vicit Hercules, eique oblato balteo ſalutem dedit; cujus Diodor. & Trogus meminerunt. Menalippus autem ille Tydei interfector natus eſt, cui caput ante obitum corroſit Tydeus rabie: qui apud Statium ita vociferatur:

—— —— Caput ô mihi ſi quis
Apportet, Menalippe, tuum.

Sed non hic plane dignus videtur, cujus nomine fabula ſcriberetur. Fuit alius Menalippus Tydei frater, quem Tydeus in venatu fertur peremiſſe, ob idque fratricidium exſulaſſe. Igitur in Menalippa fabula Græca erat hic verſus, quem in Latinum vertit Accius, poëta tragicus:

Quis-

[b] *Quiſnam florem liberûm invidit meûm?*
34 malè Latinè videtur. ſed præclarè [c] Accius. ut enim videre, ſic invidere florem rectiùs quàm [d] flori. nos conſuetudine prohibemur: poëta jus ſuum tenuit & dixit audaciùs.

X. CADIT igitur in eundem & miſereri, & invidere. nam qui dolet rebus alicujus adverſis, 35 idem ali-

[b] *florem quiſn. lib.* edd. vett. & Lamb.
[c] *Lamb.* Attius, *alii* Actius.
21
[d] flori dicitur *alii.*

Quiſnam florem liberûm invidit meûm?
Quo verſu, ut conjectatoriè ſuſpicari poſſumus, Menalippa inducebatur ærumnas ſuas ejulans, & de filiorum ſorte conquerens, qui pene obtriti ſunt in ſtabulo a boum grege. ſenſus ſic ordinatur ex perſona Menalippes per interrogationem conqueſtionemque: Quis invidet flori filiorum meorum? *meûm* enim *liberûm*, pro meorum liberorum, antiqua locutione dictum accipe: ſicut *invidit florem*, auctore vetuſtate, conjunxit cum accuſativo potius quàm cum dativo: quod rectius eſſe ſentit Cic. nam ſicut *videre* cum accuſativo jungitur, ita *invidere*, quod valde videre ſignificat, ſcitè cum eodem caſu copulatur: cum compoſitum verbum ſimplicis regulam ſequatur. Subſcribit huic rei Quintilianus, qui notat, veteres dixiſſe, *invidere hanc rem* & *adulari hunc.* Quintiliani verba ex lib. ix. ſubjeci, quæ ſunt hæc: *Huic rei invidere, non ut veteres omnes, & Cicero præcipuè, hanc rem, & incumbere illi, non in illum, & plenum vino, non vini, & huic, non hunc adulari jam dicitur: & multa alia.* Beroald. *Ut eſt in Menalippo.*] Ph. Beroaldus legit *in Menalippâ*; nec aliter edidit Deſ. Eraſmus. Nihil opus eſt, à Codicibus diverſi abeamus, cum *Menalippum*, aut potius *Melanippum*, Accii fabulam ſæpè laudent Nonius & Feſtus. Quodnam fuerit hujuſce Tragœdiæ argumentum divinando aſſequi conatus eſt G. J. Voſſius ad Fragm. Tragic. pag. 163. *Daviſ.*

34. *Male Latinè vertitur.*] In Ven. *videtur.* & probatur hoc quibusdam, cum Latini poëtæ teſtimonium hoc ſic. Etiamſi autem non poſſum affirmare, quid Latinus poëta hoc modo vertiſſe videatur, non auſim tamen illam priorem & noſtrorum libb. ſcripturam rejicere. Græci autem certe ita φθονῶ σοι τούτου τοῦ πράγματος. Iliad. Δ.

Τάων οὔτι ἐγὼ πρόσθ' ἵσταμαι, οὔτι μεγαίρω.

Nam & hoc ſignificat φθονῶ. & Herodot. Polym. τοῦ, τε ἐυτυχέειν φθονέουσι. Invidiam autem eſſe ait, cum invidetur. Itaque & *in invidia eſſe* aliquis, & *laborare invidiâ* dicitur. etſi & in his ea intelligi poteſt, quam nominat Cic. *invidentiam*; ſed ipſe, ambiguitatis vitandæ gratiâ, *Invidentiam fecit*, ut intelligentiam, ſapientiam, providentiam. *Camerar.*

35. *Idem alicujus etiam ſecundis ſolet.*] Recepi Victorii lectionem, etiam à Pal. tert. redhibitam. vulgo *dolet.* ſi mei res juris eſſet, τὸ *idem* quoque ex Fabr. auctoritate tollerem, & ex pr. Pal. ſic digererem: *nam qui dolet rebus alicujus adverſis, etiam alicujus ſecundis ſolet.* Gebhard.

 36. Quod

alicujus etiam ſecundis ſolet: ut Theophraſtus interitum deplorans Calliſthenis, ſodalis ſui, rebus Alexandri proſperis angitur: itaque dicit Calliſthenem incidiſſe in hominem ſummâ potentiâ ſummâque fortunâ, ſed ignarum, quemadmodum rebus ſecundis uti conveniret. Atqui quemadmodum miſericordia ægritudo eſt ex alterius rebus adverſis: ſic invidentia ægritudo eſt ex alterius rebus ſecundis. in quem igitur cadit miſereri, in eundem etiam invidere. non cadit autem invidere in
P. CXCV. ſapientem: ergo ne miſereri quidem. [36] quòd ſi hoc ægrè ferre ſapiens ſoleret, miſereri etiam ſoleret. abeſt ergo à ſapiente ægritudo.

22 Hæc ſic dicuntur à Stoicis concluduntùrque contortiùs. ſed latiùs [e] aliquanto dicenda ſunt & diffuſius: ſententiis tamen utendum eorum potiſſimùm, qui maximè forti &, ut ita dicam, virili utuntur ratione atque ſententia. nam Peripatetici, familiares noſtri, quibus nihil eſt uberius, nihil eruditius, nihil gravius, [f] mediocritates vel perturbationum, vel morborum animi, mihi non ſanè probant. omne enim malum, etiam mediocre, magnum eſt. nos autem id agimus, ut id in ſapiente nullum ſit omnino. nam ut corpus, etiam ſi mediocriter ægrum eſt, ſanum non eſt: ſic [g] in animo iſta mediocritas caret ſanitate. itaque præclarè noſtri, ut alia multa, moleſtiam, ſollicitudinem, angorem, propter

e aliquando *edd. vett.*

f mediocritatem *alii.*

g ſi in animo eſt iſta *alii.*

36. *Quod ſi hoc ægrè ferre.*] MS. Pet. *quod ſi ægrè hæc ferre.* Pal. quint. *quod ſi hæc ferre:* tert. quart. *quod ſi hæc ſapiens referre ſoleret:* Norvic. *quod ſi hæc referre*; quæ quidem ſcriptura, licet vitioſa, veræ tamen eſt proxima. Legendum, *quod ſi ægre ferre*; officit enim ſenſui pronomen. Adſpirationes vocibus aliquando perperam additas fuiſſe demonſtravit Janus Rutgerſius Venuſ. Lect. cap. 14. Hac re animadverſâ origo mendi patebit, ſi meminimus, librarios interdum verba malè diviſiſſe; id quod inſigni Juſtini Martyris loco oſtendam. Vir ille ſanctiſſimus Orat. ad Græc. cap. 3. de Apolline ſic loquitur: Δάφνην ἐδίωκεν, ἣν οὐ κατέλαβε καὶ τῷ ἐρωμένῳ αὐτὸν Αἰακίδῃ σκεύοντι τὸν αὐτοῦ θάνατον οὐκ ἐμαντευσατο. Scribendum videtur τῷ ἐρωμένῳ αὐτοῦ Ὑακίνθῳ δισκεύοντι τὸν αὐτοῦ θάνατον οὐκ ἐμαντεύσατο. Compendiariè ſcriptum Ὑακ. δισκεύοντι. deinde ſcribarum ſolennis incuria principium vocis ſecundæ priori adjunxit; unde, minima mutatione, facta eſt ea, quæ nunc obtinet, lectio. Nec aliorum conjecturas, nec fabulam refero, quam præter Mythologos exhibent Athenagoras Legat. cap. 17. Theophilus ad Autol. lib. I. pag. 75. Commodianus Inſtruct. XI. aliique complures. *Daviſ.*

37. *At*

propter ſimilitudinem corporum ægrorum, ægritudinem nominaverunt. hoc propemodum verbo Græci omnem animi perturbationem appellant.

Vocant enim πάθος, [h]id eſt, morbum, [i]quicunque 23
eſt motus in animo turbidus; nos meliùs: ægris enim corporibus ſimillima eſt animi ægritudo. 37 at non ſimilis ægrotationis eſt libido, [k]non immoderata lætitia, quæ eſt voluptas animi elata & geſtiens. ipſe etiam metus non eſt morbi admodum ſimilis, quamquam ægritudini eſt finitimus, ſed propriè, ut ægrotatio in corpore, ſic ægritudo in animo, nomen habet non ſejunctum à dolore. doloris igitur hujus origo nobis explicanda eſt, id eſt, cauſa efficiens ægritudinem in animo, tamquam ægrotationem in corpore. nam, ut medici, cauſâ morbi inventâ, curationem eſſe inventam putant: ſic nos, cauſâ ægritudinis repertâ, medendi facultatem reperiemus.

h id eſt deeſt in *MS.*
i quibus quic. *MS.*
k non *non eſt in MS.* non moderata *edd. vett.*

XI. EST IGITUR cauſa omnis in opinione, nec 24
verò ægritudinis ſolùm, ſed etiam reliquarum omnium P. B.
perturbationum: quæ ſunt genere quattuor, partibus plures. nam cùm omnis perturbatio ſit animi motus vel rationis expers, vel rationem aſpernans, vel rationi non obediens, isque motus aut boni aut mali opinione [l]citetur: bifariam quattuor perturbationes æqualiter [m]diſtributæ ſunt. nam duæ ſunt ex opinione boni: quarum altera, voluptas geſtiens, id eſt, præter modum elata lætitia, opinione præſentis magni alicujus boni: 38 altera cupiditas, quæ rectè vel libido dici poteſt: quæ

l concitetur *alii.*
m diſtribuendo *MS.*

37. *At non ſimilis ægrotationis eſt libido.*] Mirè variant in hoc loco noſtri codd. ſecund. *ægritudo ac non ſimilis ægrotatio.* tert. quart. *at non ſimiles ægrotationes. Eſt libido immoderata.* quint. *At non ſimilis ægrotatio eſt. libido enim immoderata &c.* Gebhard. cum tert. ac quart. Palat. facit codex Luparenſis.

38. *Altera cupiditas, qua rectè vel libido dici poteſt — rationi non obtemperans.*] Uterque Manut. Lambin. & alii complures, *altera vel cupiditas rectè vel libido dici poteſt:* at Codices tam manu exarati quàm typis olim excuſi eam, quam Janus Gebhardus exhibet, ſcripturam repræſentant, nec tamen illa omni vitio caret. Repono, *altera, cupiditas qua rectè vel libido dici poteſt.* Utcumque ſit, monendum in quinque Pall. ac edit. Venet. 1491. Eraſm. Steph. poſt *obtemperans* hasce voces adjici, *qua vel cupiditas rectè vel libido dici poteſt*; in Petrenſi verò pronomen non comparet. Nemo non videt eas eſſe ſupervacaneas, & ex margine in textum irre-

Ne contagio mea bonis, umbrave obſit.:
43 *Tanta vis ſceleris in corpore hæret.*

Tu te, Thyeſta, damnabis orbabisque luce propter vim ſceleris alieni? 44 quid? illum filium x Solis nonne patris ipſius luce indignum putas?

Refugêre oculi: corpus macie y extabuit:
45 *Lacrymæ peredêre humore exſanguis genas:*
46 *Situ z nidoris barba pædore horrida*

Ab-

x alienum Solis *MS.*

y *contabuit* MS.

z *liventes* MSS. *Turneb.*

Similes autem verſus producit è Terent. Andria Act. III. Sc. 2. & Plauti Amphitryone Act. II. Sc. I.

43. *Tanta vis ſceleris in corpore hæret.*] Trochaicus imperfectus: pedem enim deſiderat, quem reſtituere ſine libris manuſcriptis nefas eſt: *Tanta vis ſceleris meo in corpore hæret* legendum quandoque ſum opinatus, quam opinionem nondum mihi venit in mentem cur abjicerem. itaque eam protuli, hoc tamen animo, ut, ſi quis contra dixerit, pugnare nolim. Verſus in pedes ita dividendus eſſet:

Tanta-vis ſcele-ris me-o in-corpor-' hæret. P. Manut.

44. *Quid illum filium Solis.*] In antiquo eſt, *quid? Æetæ filium Solis &c.* Urſin.

45. *Lacrymæ peredere exangues genas.*] *Genæ* propriè ſunt operimenta oculorum & palpebræ. *Piſces & inſecta*, ut inquit Plin. *non habent genas, nec integunt oculos.* Ennianus eſt ille verſus:

Pandite ſultis genas, & corde relinquite ſomnum.

Ubi *ſultis* ponitur pro *ſi vultis.* In alio ſignificatu *genas* vocat malas, quæ infra oculos ſunt, qua à fœminis radi leges decemvirales vetuerunt. Pacuvius genas putat eſſe quibus barba primùm oritur, hoc verſu:

Nunc primùm opacat flore lanugo genas.

in qua ſignificatione hic accipi poſſet, vel pro genis oculorum: videturque ita ordinandus eſſe textus, *lacrymæ peredere*, hoc eſt, exhauſerunt conſumpſeruntque genas oculorum humoris largitate. & ita leges *humore*, ut ſit ſeptimus caſus, vel ita diſtinctim legito. *Lacrymæ peredere humorem:* ut ſit unum colon. Mox ſequitur, *Exangues genæ ſitu nidoris* alterum colon: quod placet, ut *genæ* legas recto caſu plurativo. *Beroald. Lacrymæ peredere humorem exangues genas.*] Varie legitur hic verſus in manuſcriptis: in uno enim eſt, *Lacrymis hument exangues genæ ſitu liventes*, in altero, *Lacrymæ perdidere humorem, &c.* Urſin.

46. *Situ.*] *Situs*, ut ait Servius, eſt lanugo ex humore procreata, qui fit in locis carentibus ſole. Donatus, exponens illud Maronianum ex VII. Æn.

Sed te victa ſitu, verique effœta ſenectus,

ſic ſcribit: *Situs eſt corruptio ex humore & diuturnitate contracta: quâ deteriores fiunt ſpecies uno loco & prolixo tempore conſtitutæ. Victa ſitu, quaſi quæ ſenio eſſet & nihil agendo corrupta. Solet autem in locis lutulentis odor quidam teter & aſpernabilis olfactantium nares offendere, qui & ipſe ſitus dicitur.* Plinius lib. XXI. peſſimum eſſe

Atque intonſa [a] *infuſcat pectus illuvie ſcabrum.* a *obfuſcat MS.*
Hæc mala, ô ſtultiſſimè [b] Æeta, ipſe tibi addidiſti. non inerant in his, quæ tibi caſus invexerat, & quidem inveterato malo, cùm tumor [d] animi reſediſſet. eſt autem ægritudo, ut docebo, in opinione mali recentis. ſed mæres videlicet regni deſiderio, [e] non filiæ. illam enim oderas, & jure fortaſſe. regno non æquo animo carebas. eſt autem impudens luctus mærore ſe conficientis, quòd imperare non liceat liberis. 47 Dionyſius quidem tyrannus, Syracuſis expulſus, Corinthi pueros docebat. usque [f] eò imperio carere non poterat. Tarquinio verò quid impudentius, qui bellum gereret cum iis, qui ejus non tulerant ſuperbiam? 48 is, cùm reſtitui in regnum nec Vejentium nec Latinorum armis potuiſſet, Cumas ſe contuliſſe dicitur, inque ea urbe ſenio & ægritudine eſſe confectus.

b *tota MS.* c *erant in iis alii.* d *animo alii.* e *opinione non MS.* 27 f *adeo MS.*

XIII.

eſſe crocum ait, quod ſitum redolet. in quem ſenſum duci poſſet iſta ſententia, ut *ſitus nidoris* ſignificetur ὑπερβολικῶς non ſolum ſqualor & decoloratio, ſed & odor inamabilis, qualis ex re ambuſta ſentitur. *Nidorem* enim poni pro odore epularum & culinæ ſatis claret. ut apud Juvenalem:

Captum te nidore ſua putat ille culina.

& apud Martialem:

Paſceris & nigra ſolo nidore culina.

verùm etiam ponitur pro putore uſtrinæ & rei uſtulatæ, ut apud Virgil. in XII.

——— Illi ingens barba reluxit,
Nidoremque ambuſta dedit.

in quo ſignificatu hìc accipi videtur. *Beroald.*

47. *Dionyſius — Corinthi pueros docebat.*] Idem tradunt Valerius Maximus lib. VI. cap. 9, 6. extern. Lucianus in Gallo Tom. II. pag. 178. aliique plurimi. Ita enim Juſtinus lib. XXI. cap. 5. *Noviſſimè*, inquit, *ludimagiſtrum profeſſus, pueros in trivio docebat, ut aut à timentibus ſemper in publico videretur, aut à non timentibus facilius contemneretur.* Diverſus abit Ælianus, qui Var. Hiſt. lib. IX. cap. 8. de Dionyſio ſic loquitur: Ὁ δὲ ἐν Κορίνθῳ πολλαῖς καὶ ποικίλαις χρησάμενος βίου μεταβολαῖς, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀπορίαν, ΤΕΛΕΥΤΑΙΟΝ δὲ μητραγυρτῶν καὶ κρέκων τύμπανα, καὶ καταυλούμενος δὲ, τὸν βίον κατέστρεψε. Nec aliter Athenæus lib. XII. cap. 11. De obitu Tarquinii paulo poſt memorato ſic Livius lib. II. cap. 21. *Mortuus eſt Cumis. quò ſe poſt fractas opes Latinorum ad Ariſtodemum tyrannum contulerat.* Adi ſis & Dionyſium Halicarnaſſeum lib. VI. cap. 21. *Daviſ.*

48. *Is cum.*] Ad pleonaſmos hæc elocutio referenda, ut *nunc jam* & *quondam* olim. &, *Principio in phyſicis quibus maximè gloriatur, primum totus eſt alienus*, de Fin. I. *Camerar.*

49. *Car-*

XIII. Hoc tu igitur cenſes ſapienti accidere poſſe, ut ægritudine opprimatur, id eſt, miſeriâ? nam cùm omnis perturbatio [g] miſeria eſt, tum 49 carnificina eſt ægritudo, habet ardorem libido, levitatem lætitia geſtiens, humilitatem metus: ſed ægritudo majora quædam, tabem, cruciatum, [h] afflictationem, fœditatem: lacerat, [i] exeſt animum planéque conficit. hanc niſi exuimus ſic, ut abjiciamus, miſeriâ carere non poſſumus.

[k] Atque hoc quidem perſpicuum eſt, tum ægritudinem exſiſtere, cùm quid ita viſum ſit, ut magnum
28 quoddam malum adeſſe & urgere videatur. Epicuro autem placet, [l] 50 opinionem mali ægritudinem eſſe natura, ut quicumque intueatur in aliquod majus malum, ſi id ſibi accidiſſe opinetur, ſit continuo in [m] ægritudine. Cyrenaici non omni malo ægritudinem effici cenſent, ſed inſperato [n] & nec opinato malo. eſt id quidem non mediocre ad ægritudinem augendum. videntur

g miſera e. t. carnifica *MS. P. B.*
h *ita Vict. alii* afflictiones.
i exedit *aut* excedit *MSS.*
k Atqui hoc *Vict. alii* At hoc.
l opinione *alii.*
m ægritudinem *Gebh.*
n & *deeſt in multis.*

49. *Carnificina.*] *Carnificina* dicitur locus, in quo ſontes juſſu poteſtatum à carnifice occiduntur. *carnificina* ſignificat crudelitatem tormentorum & cruciabilitatem. Plautinus amator ait in Ciſtellaria: *Credo ego, amorem primùm apud homines carnificinam commentum.* *Carnificina* quoque accipitur pro officio miniſterioque carnificis. Plautus in Captivis: *Vel carnificinam facere hunc poſſum perpeti.* Cato pluraliter dixit *carnificinas* pro cruciabilitatibus inhumaniſque ſuppliciis. *Caro* propriè dicitur mortuorum, dicta ab eo, quòd careat animâ, ut interpretatur Donatus in Hecyra: unde *carnifices* dicti, qui carnes ex homine faciant: unde & *carnificina*, de qua ſcripſimus in tertio Tranquilli Commentario. nunc à M. Tullio dicitur ægritudo eſſe carnificina, quia inſtar carnificis cruciat, torquet, lancinat præcordia, lacerat animum excarnificatumque conficit. Poſſet *carnificina* accipi veluti pro fœmina excarnificante, ſicut à Plauto dicitur, *fœmina opificina.* Beroald.

50. *Opinione mali ægritudinem eſſe, non naturâ.*] Aliter in omnibus libb. ego *non* addidi ex ingenio. *opinione* ſumpſi à ſcripto Sigonii libro. Confirmat correctionem noſtram quod infra legitur, *Simulque judico malum illud opinionis eſſe, non natura.* &: *Vides ergo, opinionis eſſe, non natura malum.* &: *Ex quo intelligitur, non in natura, ſed in opinione eſſe ægritudinem.* &: *Non naturâ exoritur ægritudo, ſed judicio, ſed opinione.* Nec diſſimile illud de corporis, non animi dolore, lib. III. de Fin. *Opinio fuit, non natura, vim doloris aut majorem, aut minorem.* P. Manut. *Opinione mali ægritudinem eſſe, non natura.*] Manutius ex ingenio addidit, *non*, quod deeſt in antiquis. mihi magis placet, ut habet manuſcriptus, *opinione mali ægritudinem eſſe natam.* ex voce enim *natam* imperitus librarius fecit, *natura.* Urſin.

dentur enim omnia repentina graviora. ex hoc & illa jure laudantur.

Ego cùm genui, tum [o] *morituros ſcivi, & ei rei ſuſtuli.* o moriturum *alii.*
51 *Præterea ad Trojam cùm miſi* [p] *ob defendendam Græciam,* p *ad def.* alii.
[q] *Sciebam me in mortiferum bellum, non in epulas mittere.* q Scibam Lamb.

XIV. HÆC IGITUR præmeditatio futurorum malorum lenit eorum adventum, quæ [r] venientia longè [s] antè videris. itaque apud Euripidem à Theſeo dicta laudantur. licet enim, ut ſæpe facimus, in Latinum illa convertere. 29 r evenientia *MS.* s autem *MS.*

52 *Nam qui hæc audita à docto meminiſſem viro,*
Futuras mecum commentabar miſerias:
Aut mortem acerbam, aut exſilii mœſtam fugam,
Aut ſemper aliquam molem meditabar mali:
Ut, ſi qua invecta diritas caſu foret,
Ne me imparatum cura laceraret [t] *repens.* t *recens* H. Steph.

Quod autem Theſeus à [v] docto ſe audiſſe dicit, id de ſeipſo loquitur Euripides. fuerat enim auditor Anaxagoræ: quem ferunt, nuntiata morte filii, dixiſſe, 30 v docto viro ſe *alii.*

53 Scie-

51. *Præterea ad Trojam cùm miſi, &c.*] Non eſt legendum, *prætereà tum, ad Trojam cùm miſi, &c.* ut olim putavi, ſunt enim Trochaici. In proximo verſu autem, pro *Scibam*, libb. vett. habent, *ſciebam*: quod non placet. ne hoc quidem diſſimulabo, in libb. vett. ſcriptum eſſe, *ob defendendam Græciam*; ubi vulgg. habent, *ad defendendam Græciam.* Lambin.

52. *Nam qui hæc audita à docto meminiſſem viro.*] Græcos Euripidis verſus, quos hic Cicero elegantiſſimè interpretatur, repperi apud Plutarchum in Conſolatione ad Apollonium: eos hic apponere volui. nec enim in his, quæ reſtant ejus poëtæ fabulis, memini hos unquam legiſſe: & valde utile eſſe puto, hujuſcemodi loca, à Cicerone converſa, cum Græcis conferre. Digni autem ſunt illi qui à prudentiſſimis & clariſſimis autoribus vehementer laudentur & ad vitam inſtituendam adducantur. tam ſapiens enim eſt eorum ſententia, ut meritò judicet Cicero illos Euripidem protuliſſe ex Anaxagoræ opinione & mente. Sic Plutarchus: Καλῶς γὰρ ὁ παρὰ τῷ Ἐυριπίδῃ Θησεὺς παρασκευᾶσθαι φαίνεται πρὸς τὰ τοιαῦτα ἐκεῖνος γάρ φησιν.

Ἐγὼ δὲ παρὰ σοφοῦ τινος μαθὼν
Ἐις φροντίδας, εἰς συμφορὰς ἐβαλλόμην,
Φυγάς τ' ἐμαυτῷ προσθεὶς πάτρας ἐμὰς,
Θανάτους τ' ἀώρους, καὶ κακῶν ἄλλας ὁδοὺς,
Ἵν' ἔτι πάσχοιν, ὧν ἐδόξαζον φρενὶ
Μή μοι νεαρὸν προσπεσὸν μᾶλλον δάκῃ. *Victor.*

53. *Scie-*

XIII. Hoc tu igitur cenſes ſapienti accidere poſſe, ut ægritudine opprimatur, id eſt, miſeriâ? nam cùm omnis perturbatio [g] miſeria eſt, tum 49 carnificina eſt ægritudo, habet ardorem libido, levitatem lætitia geſtiens, humilitatem metus: ſed ægritudo majora quædam, tabem, cruciatum, [h] afflictationem, fœditatem: lacerat, [i] exeſt animum planéque conficit. hanc niſi exuimus ſic, ut abjiciamus, miſeriâ carere non poſſumus.

[k] Atque hoc quidem perſpicuum eſt, tum ægritudinem exſiſtere, cùm quid ita viſum ſit, ut magnum
28 quoddam malum adeſſe & urgere videatur. Epicuro autem placet, [l] 50 opinionem mali ægritudinem eſſe natura, ut quicumque intueatur in aliquod majus malum, ſi id ſibi accidiſſe opinetur, ſit continuo in [m] ægritudine. Cyrenaici non omni malo ægritudinem effici cenſent, ſed inſperato [n] & nec opinato malo. eſt id quidem non mediocre ad ægritudinem augendam. videntur

g miſera c. t. carnifica *MS.* P. B.
h *ita Vict.* *alii* afflictiones.
i exedit *aut* excedit *MSS.*
k Atqui hoc *Vict.* *alii* At hoc.
l opinione *alii.*
m ægritudinem *Gebh.*
n & *deeſt in multis.*

49. *Carnificina.*] *Carnificina* dicitur locus, in quo ſontes juſſu poteſtatum à carnifice occiduntur. *carnificina* ſignificat crudelitatem tormentorum & cruciabilitatem. Plautinus amator ait in Ciſtellaria: *Credo ego, amorem primùm apud homines carnificinam commentum.* *Carnificina* quoque accipitur pro officio miniſterioque carnificis. Plautus in Captivis: *Vel carnificinam facere hunc poſſum perpeti.* Cato pluraliter dixit *carnificinas* pro cruciabilitatibus inhumaniſque ſuppliciis. *Caro* propriè dicitur mortuorum, dicta ab eo, quòd careat animâ, ut interpretatur Donatus in Hecyra: unde *carnifices* dicti, qui carnes ex homine faciant: unde & *carnificina*, de qua ſcripſimus in tertio Tranquilli Commentario. nunc à M. Tullio dicitur ægritudo eſſe carnificina, quia inſtar carnificis cruciat, torquet, lancinat præcordia, lacerat animum excarnificatumque conficit. Poſſet *carnificina* accipi veluti pro fœmina excarnificante, ſicut à Plauto dicitur, *fœmina opificina.* Beroald.

50. *Opinione mali ægritudinem eſſe, non naturâ.*] Aliter in omnibus libb. ego *non* addidi ex ingenio. *opinione* ſumpſi à ſcripto Sigonii libro. Confirmat correctionem noſtram quod infra legitur, *Simulque judico malum illud opinionis eſſe, non natura.* &: *Vides ergo, opinionis eſſe, non natura malum.* &: *Ex quo intelligitur, non in natura, ſed in opinione eſſe ægritudinem.* &: *Non naturâ exoritur ægritudo, ſed judicio, ſed opinione.* Nec diſſimile illud de corporis, non animi dolore, lib. III. de Fin. *Opinio fuit, non natura, vim doloris aut majorem, aut minorem.* P. Manut. *Opinione mali ægritudinem eſſe, non natura.*] Manutius ex ingenio addidit, *non*, quod deeſt in antiquis. mihi magis placet, ut habet manuſcriptus, *opinione mali ægritudinem eſſe natam.* ex voce enim *natam* imperitus librarius fecit, *natura.* Urſin.

51. *Præ-*

ntur enim omnia repentina graviora. ex hoc & illa e laudantur.

Ego cùm genui, tum [o] *morituros ſcivi, & ei rei ſuſtuli.*

[51] *Præterea ad Trojam cùm miſi* [p] *ob defendendam Græciam,*

[q] *Sciebam me in mortiferum bellum, non in epulas mittere.*

o morituri alii.

p ad def. alii.

q Scibam Lamb.

XIV. HÆC IGITUR præmeditatio futurorum ma-29
rum lenit eorum adventum, quæ [r] venientia longè ntè videris. itaque apud Euripidem à Theſeo dicta ıdantur. licet enim, ut ſæpe facimus, in Latinum a convertere.

r evenientia MS.

s autem MS.

[52] *Nam qui hæc audita à docto meminiſſem viro,*
Futuras mecum commentabar miſerias:
Aut mortem acerbam, aut exſilii mœſtam fugam,
Aut ſemper aliquam molem meditabar mali:
Ut, ſi qua invecta diritas caſu foret,
Ne me imparatum cura laceraret [t] *repens.*

t recens H. Steph.

Quod autem Theſeus à [v] docto ſe audiſſe dicit, id de 30
ipſo loquitur Euripides. fuerat enim auditor Anaxagoræ: quem ferunt, nuntiata morte filii, dixiſſe,

v docto viro ſe alii.

[53] Scie-

51. *Præterea ad Trojam cùm miſi, &c.*] Non eſt legendum, *præterea tum, ad Trojam cùm miſi, &c.* ut olim putavi, ſunt enim rochaici. In proximo verſu autem, pro *Scibam*, libb. vett. haent, *ſciebam*: quod non placet. ne hoc quidem diſſimulabo, in bb. vett. ſcriptum eſſe, *ob defendendam Græciam*; ubi vulgg. haent, *ad defendendam Græciam*. Lambin.

52. *Nam qui hæc audita à docto meminiſſem viro.*] Græcos Euriidis verſus, quos hic Cicero elegantiſſimè interpretatur, repperi ɔud Plutarchum in Conſolatione ad Apollonium: eos hic appoere volui. nec enim in his, quæ reſtant ejus poëtæ fabulis, meıini hos unquam legiſſe: & valde utile eſſe puto, hujuſcemodi ɔca, à Cicerone converſa, cum Græcis conferre. Digni autem ınt illi qui à prudentiſſimis & clariſſimis autoribus vehementer ıudentur & ad vitam inſtituendam adducantur. tam ſapiens nim eſt eorum ſententia, ut meritò judicet Cicero illos Euripiem protuliſſe ex Anaxagoræ opinione & mente. Sic Plutarchus: καλῶς γὰρ ὁ παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ Θησεὺς παρασκευάσθαι φαίνεται ρὸς τὰ τοιαῦτα ἐκεῖνος γάρ φησιν.

Ἐγὼ δὲ παρὰ σοφοῦ τινος μαθὼν
Εἰς φροντίδας, εἰς συμφορὰς ἐβαλλόμην,
Φυγάς τ' ἐμαυτῷ προστιθεὶς πάτρας ἐμῆς,
Θανάτους τ' ἀώρους, καὶ κακῶν ἄλλας ὁδοὺς,
Ἵν' εἴ τι πάσχοιν, ὧν ἐδόξαζον φρενὶ
Μή μοι νεαρὸν προσπεσὸν μᾶλλον δάκῃ. *Victor.*

53. *Scie-*

a tum max. deeſt in aliis.

Quamobrem omnes, cùm ſecundæ res ſunt m
[a] tum maximè
Meditari ſecum oportet, quo pacto adverſam
nam ferant:
55 *Pericla, damna, peregrè rediens ſemper ſecum*
Aut filii peccatum, aut uxoris mortem, aut m
filiæ:

53. *Sciebam me genuiſſe mortalem.*] Unum ſolummodo fili morat noſter, cui paria faciunt Galenus lib. IV. de Dog pocr & Platon. pag. 283. Valerius Maximus lib. V. cap extern. Plutarchus Conſ. ad Apoll. pag. 118. ac περὶ εὐ pag. 474. Hieronymus Epitaph. Nepotiani Tom. I. fol. I que Simplicius in Epictetum cap. 22. pag. 125. His acce eſt Hierocles, qui in Aur. Car. XVII. pag. 109. hoc quide φθεγμα refert, ſed auctoris nomen tacet. Aſt Ælianus V. III. cap. 2. duorum filiorum meminit. Ejus hæc ſum Ἀναξαγόρᾳ τὶς τῷ Κλαζομενίῳ σπουδάζοντι πρὸς τοὺς ἑται rectè legit Joan. Schefferus) προσελθὼν ἔφη, τεθνηκέναι οἱ τ ΠΑΙΔΑΣ, ὥσπερ οὖν καὶ εἶχε μόνους ὁ Ἀναξαγόρας· ὁ διαταραχθεὶς, εἶπεν, ᾔδειν θνητοὺς γεγεννηκότας, aut rectiu νηκὼς, ut habent Codex Bigot. nec non Stobæus Serm. demque redit, quod dicunt reliqui ſcriptores. Quoad vero rum Præneſtino Sophiſtæ favet Diogenes Laërtius lib. I. *Daviſius.*

54. *Iis eſſe hæc acerba, quibus non fuerint cogitata.*] Ele

56 *Communia eſſe hæc, ne quid horum umquam accidat animo novum:*
Quidquid præter ſpem eveniat, omne id deputare eſſe in lucro.

XV. 57 ERGO HOC Terentius [b] à philoſophia ſumptum [c] cùm tam commodè dixerit, nos, è quorum fontibus id hauſtum eſt, [d] non & dicemus hoc meliùs, & conſtantiùs ſentiemus? [e] hinc eſt enim ille vultus ſemper idem, quem dicitur Xanthippe prædicare ſolita in viro ſuo fuiſſe Socrate, [f] eodem ſemper ſe vidiſſe exeuntem illum domo & revertentem. nec verò [g] ea frons erat, quæ M. Craſſi illius veteris, 58 quem ſemel ait in omni vita riſiſſe Lucilius: ſed tranquilla & ſerena. ſic enim accepimus. jure autem erat ſemper idem vultus, cùm mentis, à qua is fingitur, nulla fieret mutatio. Quare accipio equidem à Cyrenaicis hæc arma contra caſus & eventus, quibus eorum advenientes impetus diuturna præmeditatione frangantur: ſimulque judico, malum illud opinionis eſſe, non naturæ. 31

Si [h] enim in re [i] eſſent, cur fierent proviſa leviora? 32
ſed eſt, iiſdem de rebus quod dici poſſit ſubtiliùs, ſi prius Epicuri ſententiam viderimus, qui cenſet, neceſſe eſſe omnes in ægritudine eſſe, qui ſe in malis eſſe arbitrentur, ſive illa antè proviſa & exſpectata ſint, ſive inveteraverint. nam neque vetuſtate minui mala, nec fieri præmeditata leviora: ſtultamque etiam eſſe meditationem futuri mali, aut fortaſſe ne futuri quidem: ſatis eſſe odioſum malum omne, cùm veniſſet: qui autem ſemper cogitaviſſet, accidere poſſe aliquid adverſi, ei

[b] è *alii.*
[c] cum *deeſt in aliis.*
[d] nonne dic. *MS.*
[e] *ita Daviſ. alii* hic.
[f] eodem vultu *alii.*
[g] eadem *MSS.* P. B.
[h] enim re *Bentl.*
[i] eſſet *Manut.* malâ eſſent *MS.*

56. *Communia eſſe hæc, ne quid horum umquam accidat animo novum.*] Victus conſenſu libror. & veritatis vi hæc ita ſcripſi ex Pall. quinque, Fabr. Pith. denique Vaticano. vulgo, *communia eſſe hæc; fieri poſſe: ut ne-quid animo ſit novum.* Gebh.

57. *Ergo hoc Terentius à philoſophia ſumptum tam commode dixerit.*] Ita legendus hic locus ex manuſcripto, à quo abeſt, *cum*, & recte. *Urſin.*

58. *Quem ſemel ait in omni vita riſiſſe Lucilius.*] Alii Craſſum non omninò riſiſſe confirmant. Plinius H. N. VII, 19. *Ferunt Craſſum, avum Craſſi in Parthis interempti, nunquam riſiſſe, ob id Agelaſtum vocatum.* Solinus Polyh. cap. I. pag. 7. *Craſſus, avus ejus, quem rapuerunt bella Parthica, quòd nunquam riſerit, Agelaſtus cognominabatur.* Si noſſe cupias auctorum nomina, qui hoc Poëtæ dictum memoriæ tradiderunt, adeas oportet reliquias Lucilii, à Fr. Douza collectas. pag. 20. *Daviſ.*

k malum *MS.* mala *alius MS.*

ei fieri illud ſempiternum malum : ſi verò ne ſi
quidem ſit , fruſtra ſuſcipi miſeriam voluntaria
ſemper angi , aut accipiendo , aut cogitando [k] m:
33 Levationem autem ægritudinis in duabus reb
nit , avocatione à cogitanda moleſtia & revo
ad contemplandas voluptates. parere enim cen
mum rationi poſſe , &, quò illa ducat , ſequi.
igitur ratio intueri moleſtias : [59] abſtrahit ab acer
gitationibus hebetem aciem ad miſerias contemp
à quibus [60] cùm cecinit [l] receptui , impellit rur
incitat ad conſpiciendas totaque mente contre
varias voluptates , quibus ille & præteritarum m
& ſpe conſequentium ſapientis vitam [m] refertam
Hæc noſtro more nos diximus. Epicurei dicu
ſed , quæ dicant , [n] videamus : quo modo neglig

l receptu *MS.*

m refer-ctam *MS.*

n *alii non diſt. poſt* videamus.

P. CXCVIII.

XVI. PRINCIPIO malè reprehendunt præ
tionem rerum futurarum. Nihil eſt enim , quo
34 obtundat [o] enervetque ægritudinem quàm perp
omni vita cogitatio , nihil eſſe , quod accidere n
ſit quàm meditatio conditionis humanæ , quàm
lex commentatioque parendi : quæ non hoc
ut ſemper mæreamus , ſed ut numquam. neque

o *ita Daviſ. alii* elevetque.

59. *Abſtrahit ab acerbis cogitationibus hebetem aciem.*] Fab. *tem ac.* Pal. tert. *habentem.* omninò legendum *hebentem.* ſic ap bium , *intra vaginam hebens gladius* ; ut quidem nos reſtitu Crepundiis. *Gebhard.* *Hebetem aciem ad miſerias contempla* Paullus Manutius ex V. C. *hebetat aciem.* Non accedo , q recepta conſtructio vindicem habet Cœlium , qui lib. VIII. a ceronem ep. 13. ſic loquitur : *Non eſt enim pugnax in vitiis, hebes ad id , quod melius ſit , intelligendum.* MSS. Fabric. ac Pal. præ ſe ferunt *habentem* , unde Janus Gebhardus *hebentem* non nè conjecit : ſed nec incommoda eſt vulgata lectio , quam ſummo conſenſu repræſentant. *Daviſ.*

60. *Cum cecinit receptui.*] Proverbialiter , cum revocavit me à contemplatu miſeriarum. *Canere receptui* verbum eſt mil quod ſignificat poſt conflictum milites à pugna eſſe revoc recipiendosque in tutum intra caſtra : quod fit cantu tubar clangore : ſicut canitur bellicum , cùm initur ipſe conflictu milites in pugnam prodeunt. Quintil. XII. de Or. loquens quit : *Quare antequam in has ætatis veniat inſidias , receptui ca in portum integra nave perveniet.* Vegetius : *Tubicines ad bella cant milites , rurſum receptui canentes revocant.* Beroald. *A cum cecinit receptui.*] Palat. quart. Fabr. Pith. Vatic. *cecidit* Pal. ſec. *cecidit , receptum impell.* tert. *cecidit receptui.* Gebh

6

um naturam, qui vitæ varietatem, qui imbecil-
ı generis humani cogitat, mæret, cùm hæc cogi-
d tum vel maximè ſapientiæ fungitur munere.
jue enim conſequitur, ut & conſiderandis rebus
ıis proprio philoſophiæ p fruatur officio, & adver- p fungatur Lamb.
ous triplici conſolatione ſanetur: q primùm, quòd q primò Bentl.
ıccidere 61 diu r cogitaverit, quæ cogitatio una r cogitavit Idem.
è moleſtias omnes extenuat s & diluit: deinde, s & del. alii.
ł humanè ferenda intelligit: poſtremò, 63 quòd
nalum nullum eſſe, niſi culpam; culpam autem
eſſe, cùm id, quod ab homine non potuerit
ſtari, evenerit.
a t revocatio illa, quam affert, cùm à contuen- t avocatio MS. & Lamb.
; malis avocat, nulla eſt. non eſt enim in noſtra
te, v fodicantibus iis rebus, quas malas eſſe opi- v foditantibus MS.
, diſſimulatio, vel oblivio. lacerant, vexant,
os admovent, ignes adhibent, reſpirare non ſi-
nunt.

Diu cogitaverit.] In libello Lectionum Variarum annotat Da- codicem Norvicenſem poſt *cogitaverit* addere *facilius fert*, *dit.*

Quod humanè ferenda intelligit.] Sic Victorius edidit: & ſic in Pall. ſecun. tert. quint. primus, *humana.* præfero lectio- aticanam, *quod humana humanè ferenda*, utpote liquidiſſi- t propriam Ciceroni infrà cap. 27. p. *Gebhard.*

Quod videt nullum malum.] Perperam enim vulgò legitur, Hâc autem ſententiâ ſæpe eſt uſus, nihil eſſe malum niſi : quam & ſolam præſtandam ſapienti dicit. ut Papirio ſcri- *nihil eſſe ſapientis præſtare niſi culpam.* Et ſic ſcribit Sextio *Homines ſapientes turpitudine, non caſu & delicto ſuo, non injuriâ commoveri.* & paulo ante: *Ut & commune incertum- um, quem neque vitare quiſquam noſtrûm, neque præſtare ullo teſt, ſapienter feres, &c.* Culpam autem eam intelligemus, omine jure aliquis accuſari poſſe videatur. id eſt ἁμάρτημα ſeu malum, cujus ſibi aliquis auctor ipſe fuit. Itaque ſic hus in Conſolat. Τὸ δὲ μὴ δι' αὑτὸν κακῶς πράττειν, ὁ ἄντωρ φησὶν, οὐ μικρὸν εἶναι κούφισμα πρὸς τὰς τύχας, ἐγὼ ἴσοιμι φάρμακον εἶναι ἀλυπίας μέγιστον. *Camerar.*

Præſtari.] *Præſtare* verbum eſt Juriſconſultorum, quod ſigni- ıvere & ſatisfacere; qui identidem ſcribunt, *præſtandum eſſe præſtandam noxam*, & alia conſimilia. A. Gell. ait, *pi- ervos venum ſolitos ire, quorum nomine venditor nihil præſta-* ab homine præſtari poſſe dicitur, quod in hominis poteſta- ıt fiat vel non fiat: ſed mala multa quæ eveniunt, quæ ab e præſtari non poſſunt, ea non habenda eſſe dicunt in ma- eque culpæ affinia. aliàs *præſtare* eſt excellere ac ſuperare. *l.*

ei fieri illud ſempiternum malum : ſi verò ne futurum quidem ſit, fruſtra ſuſcipi miſeriam voluntariam : ita ſemper angi, aut accipiendo, aut cogitando [k] malo.

k malum *MS.* mala *alius MS.*

33 Levationem autem ægritudinis in duabus rebus ponit, avocatione à cogitanda moleſtia & revocatione ad contemplandas voluptates. parere enim cenſet animum rationi poſſe, &, quò illa ducat, ſequi. vetat igitur ratio intueri moleſtias: 59 abſtrahit ab acerbis cogitationibus hebetem aciem ad miſerias contemplandas: à quibus 60 cùm cecinit [l] receptui, impellit rurſum & incitat ad conſpiciendas totaque mente contrectandas varias voluptates, quibus ille & præteritarum memoriâ & ſpe conſequentium ſapientis vitam [m] refertam putat. Hæc noſtro more nos diximus. Epicurei dicunt ſuo. ſed, quæ dicant, [n] videamus: quo modo negligamus.

l receptu *MS.*

m refer-ctam *MS.*

n *alii non diſt. poſt* videamus.

P. CXCVIII.

XVI. Principio malè reprehendunt præmeditationem rerum futurarum. Nihil eſt enim, quod tam obtundat [o] enervetque ægritudinem quàm perpetua in
34 omni vita cogitatio, nihil eſſe, quod accidere non poſſit quàm meditatio conditionis humanæ, quàm vitæ lex commentatioque parendi : quæ non hoc affert, ut ſemper mæreamus, ſed ut numquam. neque enim qui

o *ita Daviſ. alii* eleveique.

59. *Abſtrahit ab acerbis cogitationibus hebetem aciem.*] Fab. *habentem ac.* Pal. tert. *habentem.* omninò legendum *hebentem.* ſic apud Fabium, *intra vaginam hebens gladius*; ut quidem nos reſtituimus in Crepundiis. *Gebhard.* *Hebetem aciem ad miſerias contemplandas.*] Paullus Manutius ex V. C. *hebetat aciem.* Non accedo, quippe recepta conſtructio vindicem habet Cœlium, qui lib. VIII. ad Ciceronem ep. 13. ſic loquitur : *Non eſt enim pugnax in vitiis, neque hebes ad id, quod melius ſit, intelligendum.* MSS. Fabric. ac Pal. tert. præ ſe ferunt *habentem*, unde Janus Gebhardus *hebentem* non abſonè conjecit: ſed nec incommoda eſt vulgata lectio, quam noſtri ſummo conſenſu repræſentant. *Daviſ.*

60. *Cum cecinit receptui.*] Proverbialiter, cum revocavit mentem à contemplatu miſeriarum. *Canere receptui* verbum eſt militare, quod ſignificat poſt conflictum milites à pugna eſſe revocandos recipiendosque in tutum intra caſtra : quod ſit cantu tubarum & clangore: ſicut canitur bellicum, cùm initur ipſe conflictus, & milites in pugnam prodeunt. Quintil. XII. de Or. loquens ſic inquit : *Quare antequam in has ætatis veniat inſidias, receptui canat, & in portum integra nave perveniet.* Vegetius: *Tubicines ad bellum vocant milites, rurſum receptui canentes revocant.* Beroald. *A quibus cùm cecinit receptui.*] Palat. quart. Fabr. Pith. Vatic. *cecidit receptu.* Pal. ſec. *cecidit, receptum impell.* tert. *cecidit receptui.* Gebhard.

61. *Dis*

qui rerum naturam, qui vitæ varietatem, qui imbecillitatem generis humani cogitat, mæret, cùm hæc cogitat, ſed tum vel maximè ſapientiæ fungitur munere. utrumque enim conſequitur, ut & conſiderandis rebus humanis proprio philoſophiæ [p] fruatur officio, & adverſis caſibus triplici conſolatione ſanetur: [q] primùm, quòd poſſe accidere [61] diu [r] cogitaverit, quæ cogitatio una maximè moleſtias omnes extenuat [s] & diluit: deinde, [62] quòd humanè ferenda intelligit: poſtremò, [63] quòd videt malum nullum eſſe, niſi culpam; culpam autem nullam eſſe, cùm id, quod ab homine non potuerit [64] præſtari, evenerit.

35 Nam [t] revocatio illa, quam affert, cùm à contuendis nos malis avocat, nulla eſt. non eſt enim in noſtra poteſtate, [v] fodicantibus iis rebus, quas malas eſſe opinemur, diſſimulatio, vel oblivio. lacerant, vexant, ſtimulos admovent, ignes adhibent, reſpirare non ſinunt.

p fungatur *Lamb.*
q primò *Bentl.*
r cogitavit *Idem.*
s & del. *alii.*
t avocatio *MS. & Lamb.*
v foditantibus *MS.*

61. *Diu cogitaverit.*] In libello Lectionum Variarum annotat Daviſius, codicem Norvicenſem poſt *cogitaverit* addere *facilius fert, cum accidit.*

62. *Quod humanè ferenda intelligit.*] Sic Victorius edidit: & ſic habetur in Pall. ſecun. tert. quint. primus, *humana.* præfero lectionem Vaticanam, *quod humana humanè ferenda*, utpote liquidiſſimam & propriam Ciceroni infrà cap. 27. p. *Gebhard.*

63. *Quod videt nullum malum.*] Perperam enim vulgò legitur, *jubet.* Hâc autem ſententiâ ſæpe eſt uſus, nihil eſſe malum niſi culpam: quam & ſolam præſtandam ſapienti dicit. ut Papirio ſcribens, *nihil eſſe ſapientis præſtare niſi culpam.* Et ſic ſcribit Sextio lib. v. *Homines ſapientes turpitudine, non caſu & delicto ſuo, non aliorum injuriâ commoveri.* & paulo ante: *Ut & commune incertumque caſum, quem neque vitare quiſquam noſtrûm, neque præſtare ullo pacto poteſt, ſapienter feres, &c.* Culpam autem eam intelligemus, cujus nomine jure aliquis accuſari poſſe videatur. id eſt ἁμάρτημα ἴδιον, ſeu malum, cujus ſibi aliquis auctor ipſe fuit. Itaque ſic Plutarchus in Conſolat. Τὸ δὲ μὴ δι' αὑτὸν κακῶς πράττειν, ὁ μὲν Κράντωρ φησὶν, οὐ μικρὸν εἶναι κούφισμα πρὸς τὰς τύχας, ἐγὼ δ' ἂν εἴποιμι φάρμακον εἶναι ἀλυπίας μέγιστον. *Camerar.*

64. *Præſtari.*] *Præſtare* verbum eſt Juriſconſultorum, quod ſignificat cavere & ſatisfacere; qui identidem ſcribunt, *præſtandum eſſe dolum, præſtandam noxam*, & alia conſimilia. A. Gell. ait, *pileatos ſervos venum ſolitos ire, quorum nomine venditor nihil præſtaret.* Id ab homine præſtari poſſe dicitur, quod in hominis poteſtate eſt ut fiat vel non fiat: ſed mala multa quæ eveniunt, quæ ab homine præſtari non poſſunt, ea non habenda eſſe dicunt in malis, neque culpæ affinia. aliàs *præſtare* eſt excellere ac ſuperare. *Beroald.*

nunt. Et tu obliviſci jubes, quod contra naturam eſt? [65] quia natura datum eſt auxilium, extorqueas inveterati doloris? eſt enim tarda illa quidem medicina, ſed tamen magna, quam affert longinquitas & dies. jubes me bona cogitare, obliviſci malorum. diceres aliquid, & magno quidem philoſopho dignum, ſi ea bona ſentires eſſe, quæ eſſent homine digniſſima.

36 XVII. PYTHAGORAS mihi [x] ſi diceret, aut Socrates, aut Plato: Quid jaces? aut quid mæres? aut cur ſuccumbis cediſque fortunæ? quæ [y] pervellere te forſitan [z] potuerit & pungere: non [a] poterit certè vires frangere. magna vis eſt in virtutibus. eas excita, ſi fortè dormiunt. jam tibi aderit princeps fortitudo, quæ te animo tanto eſſe coget, ut omnia, quæ poſſint homini evenire, contemnas & pro nihilo putes. aderit temperantia, quæ eſt eadem moderatio; à me quidem paullo antè appellata frugalitas? quæ te turpiter & nequiter facere nihil patiatur. Quid eſt autem nequius aut turpius effœminato viro? ne juſtitia quidem [b] ſinet te iſta facere: [66] cui minimum eſſe videtur in hac cauſa loci:

P. B.
x etiamſi *MS.* ſic *alii.*
y ut perv. *Manut. Steph. Bentl.*
z poterit *Bentl.*
a *alii* potuit *aut* potuerit.
b ſinet iſta *alii.*

65. *Quia natura datum eſt auxilium, extorqueas inveterati doloris.*] Quia inveni in melioribus codd. Pall. tert. quart. Pith. Vatic. hanc lectionem recepi in contextum: at illud *extorqueas* etiam reliqui tres Pall. amplius aſſerunt. vulgò: *quod à natura datum eſt auxilium, extorques, invet.* inoffenſo quidem curſu, prout Magiſtelli capiebant; ſed vereor an legitimè. *Gebhard.* *Quia natura datum eſt auxilium, extorqueas inveterati doloris.*] Vulgg. *quod à natura datum eſt, auxilium extorques inveterati doloris:* ac ita Cantab. niſi quod pro voce antepenultima *extorquendi* verbum exhibeat. Janus autem Gebhardus MSStorum Pall. tert. quart. Pith. Vatic. lectionem recepit, cum quibus facit Petrenſis noſter. Saltem interpungas oportet, *quia natura datum eſt, auxilium extorqueas inveterati doloris*; quod ſi feceris, horrida tamen & ſalebroſa erit oratio. Norvic. optimus, *quia à natura datum auxilium extorques*; unde reſcribendum, *& tu obliviſci jubes, quod contrà naturam eſt, qui à natura datum auxilium extorques inveterati doloris?* Nihil certius videtur. *Daviſius.*

66. *Cui minimum eſſe videtur in hac cauſâ loci.*] Ita cum vulgatis Victorius. Fabr. *cui minimus eſſe videtur in hac cauſâ locus.* ceterùm quinque Pall. Pith. *min. eſſe v. in hac cauſa loqui.* quam veram eſſe lectionem evincunt ſequentia: *qua tamen ita dicet.* Gebhard. Revocavi vetus & rectum *loci*, quum *loqui* ſatis ineptè à Gebhardo & eum ſecutis ſit receptum, quod etiam Cl. Bentlejus in Emendationibus ad hunc locum obſervat. *Verburg.*

67. *Mer-*

loci: quæ tamen ita dicet, dupliciter eſſe te injuſtum, cùm & alienum appetas, qui [67] mortalis natus, conditionem poſtules immortalium, & graviter feras, te, quod utendum acceperis, reddidiſſe.

37 Prudentiæ verò quid reſpondebis, [68] dicenti virtutem ſeſe eſſe contentam, quo modo ad bene vivendum, ſic & ad beatè? quæ ſi extrinſecus religata pendeat, & non oriatur [c] à ſe, & rurſus ad ſe revertatur, & omnia ſua complexa nihil quærat aliunde, non intelligo, cur aut verbis tam vehementer ornanda, aut re tantopere expetenda videatur. Ad hæc bona me ſi revocas, Epicure, pareo, ſequor, utor te ipſo duce, obliviſcor etiam malorum, ut jubes, eoque faciliùs, quòd ea ne in malis quidem ponenda cenſeo. ſed traducis cogitationes meas ad voluptates. quas? corporis, credo, aut quæ propter corpus vel recordatione vel ſpe cogitentur. numquid eſt aliud? recténe interpretor ſententiam tuam?

[c] *ex ſe Steph. & alii.*

38 [69] Solent enim iſti negare nos intelligere, quid dicat Epi-

67. *Mortalis natus.*] Θνητὸς ὤν. Elegans loquendi formula. Phædrus lib. III. Fab. VIII. *Magnaque invidia criminatur filium: vir natus quod rem fœminarum tetigerit.* Lactant. Div. Inſt. III, 19. *Tanquam neceſſe ſit omnem hominem natum immortalitate donari.* Apulejus Apol. pag. 278. ed. Elmenhorſt. *Et quid ego de homine nato diutius?* Ac iterum pag. 282. *An tu ignoras nihil eſſe aſpectabilius homini nato quàm formam ſuam.* Vide etiam Cic. lib. IV. Fam. epiſt. 5. *Daviſ.*

68. *Dicenti virtutem ſeſe eſſe contentam.*] Partim Victorio, partim Pall. ſecund. Fab. Pith. Vaticano debes hanc lectionem: nam in integram, ille *ſe* minus præſtat. vulgo, *virtute ſe eſſe contentam.* ſed iſtud etiam ſcias *docenti* reſtare in Pal. tert. Pith. Fab. non *dicenti.* Gebhard. *Docenti* habet etiam codex Regius.

69. *Solent enim iſti negare, nos intelligere quid dicat Epicurus. Hoc dicit, & hoc ille Graeculus, me audiente, Athenis ſenex Zeno iſtorum acutiſſimus, &c.*] Poſſum falli: quid tamen ſentiam de hoc loco reticere nolo. Ego puto in dictione illa *Graeculus* vitium eſſe, atque id quidem non parvum, nec quod facilè tolli queat: non enim illum contemnit & irridet, ut ob id Græculum appellet, quem acutiſſimum eſſe tradit, & cujus autoritatem adducit, ut planum faciat ſe optimè ex ejus verbis & declaratione tenere quid ſentiat Epicurus de voluptate. Multos vidi manuſcriptos codices, qui omnes hac parte inquinati ſunt: ſic enim ferè habent, *agricolus*, quo nihil depravatius prima ſpecie eſſe poſſe videtur. Aliqui autem exiſtimarunt (ut opinio mea eſt) vocem illam corrigi poſſe ſi ex ea *Graculus* fieret; *à quibus vehementer diſſentio*, unde nunc in

 omni-

omnibus impreſſis ita legitur. Quamvis non valde eam probem, libet tamen ſuſpicionem quandam proferre. Videndum & an *Acrocholus* potius legi debeat. ita enim appellatur homo iracundior, & qui propter parvam offenſam in iram commovetur, & denique præter alios eſt Oxycholus & aſperioris naturæ. Verbum hoc apud Græcos frequens eſt & notiſſimum. Ariſtophanes in Equitibus: Τῶν γὰρ ἐςι δεσπότης ἄγροικος ὀργὴν κυαμοτρὼξ ἀκρόχολος. Fecerunt me hoc ſuſpicari verba, quæ ſtatim infert, *contendere & magna vo.e dicere ſolebat.* Hoc enim ſignum eſt talis ingenii, in diſputationibus vehementer iraſci & clamores tollere. Sed & Cicero in primo de Legibus, de Attico loquens, qui ei rationi deditus erat & iſtorum familiariſſimus: *Atqui cavendum eſt: ſolet enim, id quod virorum bonorum eſt, admodum iraſci.* Cum tamen non facile ſoleat uti Cicero in Latino ſermone verbis Græcis, non poſſum valde hanc emendationem probare. Quod potui ad hunc locum adjuvandum in medium protuli: ſiquis acutiora excogitarit: ſive in vulgari & recepta lectione tuenda, ſive in meliore reſtituenda, is ea reliquos docere animum inducat. *Victor. Ille Graculus.*] Victorius annotavit, *agricolus* hoc loco ſe in priſcis libris reperiſſe. ac ſuſpicatur, etſi dubitanter ille quidem, ἀκρόχολος legendum ſed liceat & nobis ſuſpicari, ſi illa ſcriptura mutanda ſit, potius legendum, *apriculus*, quod & ſeni, & Epicureo, & hortorum incolæ certe conveniat. *Camerar. Et hoc ille acrocholus, me audiente.*] Locus hic variè ſcriptus eſt in libb. MSS. in aliis ſic. *egriculus*, in aliis, *acroculus*, in aliis, *agricolus*, in aliis, *ecroculus.* quid multa? nihil ſinceri. vulgata autem lectio, *Graculus*, plane mendoſa eſt. Natum autem mendum eſt ex ſcriptorum librariorum inſcientia, qui Græca nomina, quamvis interdum ſcripta eſſent litteris Lat. tamen ea depravabant. Ego olim, *atrocholus*, edendum curavi, aut certè, ne mentiar, ἀκρόχολος, Græcis litteris, P. Victorii conjecturam ſecutus. neque me mei facti ne nunc quidem pœnitet. Nam quod Adr. Turnebus mavult legi *acriculus*, nomine Lat. deminuto ab *acer*, vix audeo probare: quamvis multo minus auſim improbare. Nam hoc, *acrocholus*, maximè convenit & ſeni Zenoni, & Epicureorum ingenio, quos M. Tullius ſæpe ait eſſe iracundos. Ex quo illud infra non longè admodum, *Hi nimis iracundè agunt.* Verumtamen nihil affirmo, & hanc totam controverſiam integram relinquo. Rurſum *acriculus* mihi placet, quia vox Latina eſt: non eſt autem veriſimile, Ciceronem in hac re Græco nomine fuiſſe uſurum. *Lambinus. Acriculus, me audiente Athenis, ſenex Zeno.*] Vulgg. *acriculus, me audiente, Athenis ſenex Zeno.* Interpunctionem, ſenſu duce, mutavi. Sed hoc leviculum. At vero, quoad primam vocem, magna eſt in MSStis lectionum diverſitas. Cantabr. *Graculus*, eóque modo cuncti ferè impreſſi. Perperam; vix enim eſt, ut Zenon à Cicerone per contemtum *Graculus* vocaretur, qui paullò poſt audit *Epicureorum acutiſſimus*, ejuſque diſciplinæ Coryphæus dictus eſt à Philone, ut ait Noſter lib. I. de Nat. Deor. cap. 21. præterquam quod non Græcus fuit natione, ſed Sidonius, quemadmodum docebit Laërtius lib. VII. pag. 172. Patet igitur exſibilandam eſſe iſtam ſcripturam; quæ verò ſit recipienda non ita manifeſtum. Norvic. *hariolus*, Petrenſ. *egriculus*. Pal. tert. *agri-*

Epicurus. hoc dicit, & hoc ille acriculus, me audiente, Athenis ſenex Zeno, iſtorum acutiſſimus, contendere & magna voce dicere ſolebat: eum eſſe beatum, qui præſentibus voluptatibus frueretur, confideretque ſe fruiturum aut in omni aut in magna parte vitæ, dolore non interveniente: aut ſi interveniret, ſi ſummus foret, futurum brevem: [d] ſi productior, plus habiturum jucundi quàm mali: hæc cogitantem fore beatum, præſertim [e] ſi & antè [f] præceptis bonis contentus eſſet, [g] nec mortem, nec deos extimeſceret. P. CCXIX.

39 XVIII. HABES [h] formam Epicuri vitæ beatæ, verbis Zenonis expreſſam, nihil ut poſſit negari. Quid ergo? [i] hujusne vitæ [k] propoſitio & cogitatio aut Thyeſten levare poterit aut Æetam, de [l] quo paullo antè dixi, aut Telamonem, pulſum patriâ, exſulantem atque egentem? in quo hæc admiratio fiebat:

Hiccine [m] *eſt Telamo ille, modò quem gloria ad cœlum extulit?*
Quem [n] *aſpectabant?* 70 *cujus ob os Graji ora obvertebant ſua.*

Quòd

d ſin *MS. R.*
e *ita MS. R. alii* ſi antè.
f perceptis *alii.*
g nec mort. *deeſt in aliis.*
h formulam *Lamb. conj.*
i hujus vitæne *MS.*
k propoſitum *Vict.*
l quibus *Bentl.*
m *Telamon ille eſt* Manut.
n *exſpect.* MSS.

agriculus. quart. *acricolus*; in aliis *acroculus*, in aliis *agricolus*, in aliis *ecroculus.* Vatic. *acriculus*, quam lectionem recepit Janus Gebhardus, atque ita dudum correxerat Hadr. Turnebus Adverſ. lib. xx. cap. 16. Joachimo Camerario placet *apriculus*, quod ſeni & hortorum incolæ videatur convenire. Mihi ſane præ omnibus arridet Petri Victorii conjectura, qui legendum ſuſpicatur ἀκρόχολος. Zenonem certè tali indole fuiſſe teſtimoniis oſtendam. Tullius de Nat. Deor. lib. I. cap. 34. *Zeno quidem non eos ſolum, qui tum erant, Apollodorum, Syllum, ceteros, figebat maledictis; ſed Socratem ipſum parentem philoſophiæ, Latino verbo utens, Scurram Atticum fuiſſe dicebat; Chryſippum nunquam niſi Cheſippum vocabat.* Lactantius Div. Inſtit. lib. III. cap. 20. de Socrate: *O hominem ſcurram (ut ait Zeno Epicureus) ineptum, perditum, deſperatum &c.* Non eſt autem, cur miremur peregrinum verbum à Marco adhibitum fuiſſe, cum Latinus ſermo vocem non ſuppeditet, quæ Græcæ illius vim & poteſtatem plenè exprimit. *Daviſ.*

70. *Cujus ob os.*] In laudem Telamonis hoc dictum eſt à tragico poëta, quod tanta fuerit Telamonis virtus & gloria, ut Græci ad illius os ſpectandum omnes ora converterent. De Alcibiade quoque proditum eſt, quod in illum univerſa civitas Athenienſium oculos, in illum ſuſpenſa ora converterat, Alcibiadem quaſi de cœlo miſſum contuentes admirabantur. Quin etiam Cicero noſter glorioſior impendio gloriatur idem ſibi accidiſſe quod Telamoni, ut eſſet cunctis ex admiratione ſpectabilis; uſurpatque hunc verſum de ſemetipſo; ſic enim ſcribit in epiſt. ad Papyr. Pætum: *In ea* igi-

40 Quòd ſi cui, ut ait idem, ſimul animus [o] cum re concidit, à gravibus illis antiquis philoſophis petenda medicina eſt, non ab his voluptariis. quam enim iſti bonorum copiam dicunt? fac ſanè eſſe ſummum bonum, non dolere. quamquam id non vocatur voluptas. ſed non neceſſe eſt nunc omnia. idne eſt, quò traducti luctum levemus? ſit ſanè ſummum malum dolere. in eo igitur, qui non eſt, ſi malo careat, continuone fruitur ſummo bono?

[o] rem condidit *MSS.*

41 Quid tergiverſamur, Epicure, nec fatemur eam nos dicere voluptatem, quam tu idem, cùm [p] os [q] perfricuiſti, ſoles dicere? ſunt hæc tua verba, necne? in eo quidem libro, qui continet omnem diſciplinam tuam (fungar enim jam interpretis munere, ne quis me putet fingere) dicis hæc. [71] *Nec equidem habeo quod intelligam*

[p] nos *MS.*
[q] perſtrinxiſti. *MS.*

P. B.

igitur, inquis, convivio Cicero ille, quem ſpectabant, cujus ob os Graji ora obvertebant ſua. Ob os autem ſignificat *ad os.* Antiquos enim uſos eſſe *ob* præpoſitione, pro *ad*, teſtis eſt Ennius, qui ait, *Acherontem obibo.* item:

Omnes occiſi occenſique in nocte ſerena.

id eſt *accenſi.* Dicebatur quoque *obmoveo*, pro *admoveo*; *objacent*, pro *adjacent*; *objurare*, pro *adjurare*; & complura hoc genus. *Beroald.*

71. *Nec equidem habeo quod intelligam bonum illud.*] Non poſſum intelligere bonum illud. A. Gellius N. A. lib. XIV. cap. I. *Exercendine autem anne oſtentandi gratia ingenii, an quod ita ſeriò judicatóque exiſtimaret, non habeo dicere.* Idem lib. XVII. cap. 20. *Habesne nobis dicere in libris Rhetorum veſtrorum tam aptè tamque modulatè compoſitam orationem?* Suetonius Aug. cap. 58. *Quid habeo aliud Deos immortales precari.* In hisce locutionibus frequens eſt Tertullianus. Vide & Ciceronem lib. I. Fam. ep. 5. ac lib. II. ad Attic. ep. 22. Non multò aliter dixit Lactantius Div. Inſt. lib. IV. cap. 30. *Quòd plurima ſecta & hæreſes haberent exſiſtere*; ubi Servatius Gallæus malè reponit, *deberent exſiſtere.* Sic Frontinus Strateg. lib. I. cap. 4, 3. *Per quas transire habebat.* Sed de phraſi ſatis. De re ipſa notandum, ῥῆσιν hanc ex Epicuri libro περὶ τέλους deſumptam eſſe, cujus pars Græcè ſic legitur apud Diogenem Laërtium lib. X. pag. 268. Οὐ γὰρ ἔγωγε ἔχω τὶ νοήσω τ' ἀγαθὸν, ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ χυλῶν ἡδονὰς, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀφροδισίων καὶ τὰς δι' ἀκροαμάτων, καὶ τὰς διὰ μορφῆς. Meliùs autem & integrius, excepto initio, apud Athæneum lib. VII. pag. 280. hæc ita ſcribuntur: Οὐ γὰρ ἔγωγε δύναμαι νοῆσαι τ' ἀγαθὸν, ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ χυλῶν ἡδονὰς, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀφροδισίων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀκροαμάτων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς διὰ μορφῆς κατ' ὄψιν ἡδείας κινήσεις. Eadem repetit Deipnoſophiſta lib. XII. pag. 546. ubi perperam ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ τῶν χειλῶν ἡδονάς. Lege διὰ τῶν χυλῶν. Id, nè reliquos memorem, abunde docet Ciceronis

gam bonum illud, detrahens eas voluptates, quæ ſapore percipiuntur; detrahens eas, quæ auditu & cantibus; detrahens eas etiam, quæ ex formis percipiuntur oculis, ſuaves motiones, ſive quæ aliæ voluptates in toto homine gignuntur quolibet [r] *ſenſu.* [72] *Nec verò ita dici poteſt, mentis lætitiam ſolam eſſe in bonis. lætantem enim mentem ita novi, ſpe eorum omnium, quæ ſuprà dixi, fore ut* [s] *natura iis potiens dolore careat.*

Ante hæc quidem his verbis, quivis ut intelligat, 42
quam voluptatem norit Epicurus. deinde paullo infrà, *Sæpe quæſivi*, inquit, *ex iis, qui* [t] *appellantur ſapientes, quid haberent, quod* [v] *in bonis relinquerent, ſi illa detraxiſſent,* [x] *niſi ſi vellent voces inanes fundere. nihil ab his potui cognoſcere:* [73] *qui* [y] *ſi virtutes ebullire volent & ſapientias, nihil aliud* [z] *dicent, niſi eam* [a] *viam, qua efficiantur eæ voluptates, quas ſuprà dixi.* Quæ ſequuntur in [b] eadem ſententia ſunt: totusque liber, qui eſt de ſummo bono, refertus & verbis & ſententiis [c] talibus. Ad hanccine igitur vitam Telamonem illum revocabis,
ut leves ægritudinem? & ſiquem tuorum afflictum mærore videris, huic acipenſerem potiùs quàm aliquem Socraticum libellum dabis? [74] hydrauli hortabere ut audiat 43

r *è ſenſu* Manur. s *naturali potius* MS. *naturalibus potiens* alius MS. t *appellabantur* MSS. v *homini* MSS. *quidem in b.* MS. x *niſi vellent* alii. y *niſi ſi* Bentl. z *dicerent* MS. a *vim* Non. Lamb. b *eandem ſententiam* Lamb. c *talibus* eſt Vict.

nis verſio. Hoc quidem in loco Noſter τὰς δὲ ἀφροδισίων ἡδονὰς non eſt interpretatus: aſt infra cap. 20. *corporum complexum* verecundè reddit. Norvic. habet *quod intelligam bonum ullum.* Daviſ.

72. *Nec vero ita dici poteſt, &c.*] Hæc non fuerunt ſeparanda à ſuperioribus. ſunt enim etiam verba Epicuri, usque ad illa, *atque hæc &c.* Lambin.

73. *Qui, ſi virtutes ebullire volent & ſapientias.*] Norvic. unus, *etiam ſapientes.* Nonius cap. I. pag. 497. ſic laudat: *Qui, ſi virtutes ebullire volent & ſapientias, nihil aliud dicent, niſi eam vim, quâ fiunt veſtræ voluptates, quas ſupra dixi.* In nonnullis malè proculdubio. At Codicum & Marcelli conſenſus haud faciet, quin locum eſſe corruptum putaverim: non enim intelligo, quî virtutum & ſapientiarum jactatio in cauſſa eſſe poſſet, cur Epicuri bonum agnoſcerent philoſophi: immò vult Epicurus ſpecioſa harum rerum nomina impedire, quo minus corporeas voluptates pro unico bono habeant ſapientes. Unde reſcribo, *qui ſi virtutes ebullire nolent & ſapientias.* Noſter de Fin. lib. v. cap. 27. *Dixerit hoc idem Epicurus, ſemper beatum eſſe ſapientem, quod quidem ſolet ebullire nonnunquam.* Hinc liquet, illi verbo Metaphoricam jactandi, ſeu faſtuoſè præ ſe ferendi poteſtatem ineſſe. Sic accepit Hadr. Turnebus Adverſ. lib. xxv. cap. 14. licet hunc locum parum accuratè laudet. *Daviſ.*

74. *Aulæ hortabere ut audiat voces potius quam Platonis.*] Sic habent

bent

diat voces potiùs quàm d Platonis? expones, quæ ſpectet florida & varia? faſciculum ad naris admovebis? incendes odores? e & ſertis redimiri f jubebis & roſa? 75 Si verò aliquid etiam: tum planè luctum omnem abſterſeris?

d Plat. expoſitiones quæ *MS.* exponens *alius MS.*
e & *deeſt in MS.*
f videbis *MSS.*

XIX.

bent Veneti codices: Germanici, *hydraulerum.* Antiquiores, quoscunque vidi, *hydrauleos* retinent: quam puto multo ſinceriorem eſſe lectionem. nomen autem hoc eſt nobiliſſimi inſtrumenti muſici, cujus Cteſibius Alexandrinus repertor fuiſſe traditur: ita appellati, quòd ejus fiſtulæ ab aqua flatum acciperent. nam in aquam ima parte verſæ erant, quâ commota & perturbata ab adoleſcentulo quopiam, in illa ſpiritus effundebatur, qui ſuaviſſimum ſonum reddebat. Deſcribitur hoc accuratiſſimè à Vitruvio, & omnino valde ſimile fuiſſe perſpicitur ei, quod nunc nos communi omnium muſicorum inſtrumentorum genere vulgò Organum appellamus, niſi quòd in noſtro nullus aquæ eſt uſus. Athenæus libro quarto Δειπνοσοφιστῶν diligenter & ipſe de eo agit, & ſuavem jucundumque admodum ſonum edere tradit. Adducit præterea Ariſtoclis ex libro περὶ Χορῶν diſputationem quandam, inter quæ referri debeat inſtrumentum hoc: inter eane, quæ muſici appellabant ἐμπνευστὰ, an inter ea, quæ ἐν τατὰ dicebantur. Nam quia ex utroque genere conſtare videbatur, de hoc magna quæſtio erat: docet autem ibi ille ejus formam & nonnulla alia, quæ qui ſcire volet, apud eum poterit legere. *Victor.* 'Αυλῶν *hortabere.*] Ὑδραύλεως Veneti. de hoc autem organo Athenæus lib. IV. copioſè diſſerit, dicitque illius ſonum eſſe valde ſuavem & jucundum, inventoremque hujus Cteſibium, tonſorem Alexandrinum. *Camerar.* *Hydrauli.*] Vulgg. αὐλῶν. Froben. αὐλοῦ. Norvic. *Sinnum:* at ad eam, quam ſequimur, ſcripturam ducunt plerique Codices manu exaráti; nam Suffrid. Gryph. Pith. Pal. tert. HYΔPAAI. quint. HYΔρανι. quart. & Petrenſ. *hyarali.* Vatic. *hydraulis.* Lambin. *hydraulei.* Teſtatur quidem Pet. Victorius, antiquiores libros, quoscunque vidit, *Hydraulus* nomen retinere; quod perinde eſt; tam enim ὕδραυλις, quam *Hydrulus*, inſtrumentum muſicum denotat; in quo,

——— Reſonante diu Tritone canoro,
Pellit opes collectus aqua, victusque movetur
Spiritus, & longas emugit buccina voces;
Carmineque irriguo magni cortina theatri
Imparibus numeroſa modis canit arte regentis,
Qua tenuem impellens animam ſubremigat undam;

ut ait Corn. Severus in Ætna vſ. 292. Hæc organa deſcripſere Vitruvius lib. x. cap. 13. & Athenæus Deipnoſ. lib. IV. cap. 23. *Daviſ.*

75. *Si vero aliquid etiam.*] Ita Veneti libri. quæ mihi lectio propter ἀποσιώπησιν honeſtam probatur: præſertim cum ita ait lib. II. de Fin. Ea autem ita perſequitur, quæ palato percipiuntur, quæ auribus. Cetera addit, quæ ſi appelles, honos præfandus

XIX. HÆC EPICURO confitenda ſunt, aut ea, quæ modò expreſſa ad verbum dixi, tollenda de libro, vel totus liber potiùs abjiciendus. eſt enim conſertus voluptatibus. Quærendum igitur, quemadmodum 44
ægritudine privemus eum, qui ita dicat: P. CC.

— [76] pol mihi fortuna magis nunc deſit quàm genus.
Namque regnum ſuppetebat mihi: ut ſcias quanto è loco;
Quantis opibus, quibus de rebus lapſa fortuna [g] accidat. g accidat alii.

Quid? huic calix mulſi impingendus eſt, ut plorare deſinat, aut aliquid ejusmodi? Ecce tibi ex altera parte ab eodem poëta:

[77] Ex opibus ſummis opis egens Hector tua.

Huic ſubvenire debemus. quærit enim auxilium.

Quid petam præſidI, aut exſequar? [78] quove nunc auxilio, aut [h] fugâ h fuga ſiem i Fre- Daviſ.

dus ſit. cum ille tantum voluptates *δι ἀφροδισίων* dixerit. Accipenſerem autem in conviviis quondam Romæ ad tibias & cum coronis inferri ſolitum ſcribit Athenæus lib. VII. & alios γαλεὸν hunc eſſe piſcem, alios ἔλλοπα perhibere. *Camerar.* *Si vero aliquid etiam tum plane luctum omnem abſterſeris.*] Amicus meus homo doctiſſimus mavult ut legatur, *ſi vero aliquam admoveris, luctum plane abſterſeris*: aut, *ſi vero amorem admoveris, luctum plane abſterſeris.* Sed vulgata lectio magis placet, qua Tullius verecundiſſime, & *κατὰ ἀποσιώπησιν*, quæ turpia erant notavit *τὰ ἀφροδίσια*, quo inviſiorem redderet Epicurum, ob impudentiam. *Urſin.* *Si verò aliquid etiam.*] Non laudo Pith. cod. mutationem: *etiam aliquid.* noſtrum venuſtiſſimum eſt. Plaut. Trucul. *Mane jam fiet aliquid.* Gebhard.

76. *Pol mihi fortuna &c.*] Ob metrum ſic lege:

— Pol mihi fortuna magi' nunc deſit quam genus;
Namque regnum ſuppetebat mi: ut ſcias quanto è loco,
Quantis opibus, quibu' de rebu' lapſa fortuna accidat.

Trochaici ſunt Catalectici ex Enniana quadam fabula deſumti. *Daviſ.*

77. *Ex opibus ſummis opis egens Hector tua.*] *Hecuba*, pro *Hector*, ſcriptum eſt in antiquo, & ita magis placet. *Urſin.*

78. *Quove nunc auxilio, aut fuga.*] *Exſilio* habet manuſcriptus, & rectius, ut opinor. paullo poſt, *deformati auro atque abiete criſpa*, in vulgatis deeſt vox *auro.* infra, *auro eboreque inſtructam regifice*, pro, *auro ebore inſtructam regifice*, quod non ita placet. *Idem.* *Quove nunc auxilio aut fuga.*] Fabr. Pall. prim. ſecun. tert. quint. *auxilio exſilii.* unde Schottus lib. II. Nodorum cap. 22. *quove nunc exſilio aut fugâ freta ſim*: vel potius, *quâ nunc exſilii fuga freta*

[i] *Freta ſim? arce* [k] *& urbe orba ſum. quò accedam?*
quò [l] *applicem?*
Cui nec aræ [m] *patriæ domi ſtant: fracta & disjecta*
jacent:
Fana flammâ deflagrata: toſti alti ſtant parietes,
[n] *Deformati atque abjete criſpa.*

[o] Scis, quæ ſequantur: & illud in primis,

O pater, ô patria, ô Priami domus,
Septum altiſono cardine templum:
Vidi ego te, [p] *adſtante ope barbarica,*
Tectis cælatis, laqueatis,
Auro, [q] *ebore inſtructam* [r] *regificè.*

O poëtam egregium! quamquam ab his [79] cantoribus Euphorionis contemnitur. ſentit omnia [s] repentina & [t] nec opinata eſſe graviora. [80] exaggeratis igitur regis opi-

i *Freta: arce* Idem. k *ac* Idem. l *applicem domi.* Idem. m *patria ſtant* Idem. n *def. auro, atque* alii. o *Vict. &* *alii* Scitis. p *adſtantem* MS. R. q *eboreque inſtructum* alii. r *regis ſedem* ed. vett. s repentina nec *MS.* t inopinata *alii.*

freta ſim. illud *exſilii* eſt à male prodigâ mente ac manu. *Gebhard.* Verba hæc Ennii ſatis ſana vocat Celeb. Bentlejus, cum controverſia ſit tantum de numeris. Ipſe autem è verſibus iſtis priores vocat Creticos, poſteriores Trochaicos, atque ita eos diſponit:

Quid petam præſidî, aut exſequar? quove nunc
Auxilio exilii aut fuga freta ſim?
Arce & urbe orba ſum: quò accedam? quò applicem?
Cui nec ara patri' domi ſtant, fracta & disjecta jacent.
Fana flammâ deflagrata, toſti alti ſtant parietes;
Deformati atque abjete criſpa. ———

Similes quoque verſus profert è Terentii Andriâ, Act. IV. Sc. I. *Tanta vecordiâ &c.* & è Plauti Caſina, Act. III. Sc. 5. *Nulla ſum, &c.* Verburg.

79. *Cantoribus Euphorionis.*] *Euphorion* poëta fuit Chalcidenſis, quem tranſtulit Gallus, qui ob id ſic loquitur apud Virgil. in Bucol. ludicro:

Ibo & Chalcidio quæ ſunt mihi condita verſu
Carmina paſtoris Siculi meditabor avena.

Quintil. in x. *Quid Euphorionem fruſtra tranſibimus? quem niſi probaſſet Virgilius, nunquam certe conditorum Chalcidico verſu carminum feciſſet in Bucolicis mentionem.* Habebat autem hic Euphorion quosdam ita deditos ſibi amatores, ut eum præferrent Ennio & reliquis poëtis, ejusque poëmata ſtudioſe cantarent, poſthabitis aliorum poëmatibus. *Cantores* hoc in loco ſignificari puto ſcenicos fabularum actores; ut apud Horat. *Si plauſoris eges aulæa manentis, & usque Seſſuri, donec cantor Vos plaudite dicat.* Chorus in fabula conſtat ex vocibus plurium cantorum. *Beroald.*

80. *Exaggeratis igitur Regis opibus.*] *Regiis* habet antiquus liber: & *adjungitur* pro, *quid adjungit.* Urſin.

81. *Pſal-*

opibus, quæ videbantur ſempiternæ fore, quid v adjungit? v adjungitur *MS.*

Hæc omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam evitari,
Jovis aram ſanguine turpari.

Præclarum carmen. eſt enim & rebus, & verbis, & modis lugubre. eripiamus huic ægritudinem. quo modo? Collocemus in x culcita plumea: [81] pſaltriam adducamus: he- P. B. x culcitrâ *alii.*

81. *Pſaltriam adducamus, cedrum incendamus.*] Aliter habent veteres libri, nec manuſcripti tantùm, ſed etiam primarum impreſſionum. *hedychrum* enim, non *cedrum*, retinent, quæ vox cùm aliquantò ignotior ſit, ſublata fuit culpa, ut puto, eorum, qui cuncta, in quæ non paſſim incidunt, depravata eſſe cenſent. Cùm enim non multo antè legiſſent, *Incendes odores, & ſertis redimiri jubebis.* & lib. etiam v. *Aderant unguenta, coronæ, incendebantur odores:* ſic ſemper crediderunt eſſe legendum., cùm veriſimile ſit aliquando etiam Ciceronem orationem variare voluiſſe. Non poſſum autem cogitare, quomodo hoc nomen in antiquioribus omnibus exemplaribus integrum inveniatur, & unde huc obrepſerit, niſi legitimum ſit hujus loci. non enim eſt vulgi verbum, ut facile credi debeat huc ab aliquo inculcatum, ſed & Græcum, & elegans. Solùm non parum ſcrupuli adfert, quòd inter unguenta potius quàm odoramenta *Hedychrum* à medicis recenſetur: unde ita appellatum volunt, quòd gratam aſpectu ſuavemque & nitidam cutem redderet, ac bonitatem coloris præſtaret. *Victor.* *Cedrum incendamus.*] *Hedychrum* repoſuit Victorius, ſine quidem cauſa, ut opinor. nam quis cedrum odoratam & θυμιαματικὴν eſſe ignorat? itaque & Virgilius lib. VII.

Urit odoratam nocturna in lumina cedrum.

& Odyſſ. E.

—— —— τηλόσε δ' ὀδμὴ
Κέδρου τ' εὐκτεάτοιο θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει.

Hedrychum autem σκευασία quædam eſt rotularum, ſeu orbiculorum medicorum, quam illi appellant σκευασίαν ἡδυχρόυ, quòd eleganti & jucundo colore eſſet. etſi autem aromatica, id eſt odorata, multa ad hanc capi præcipiuntur, inter ea tamen, quæ urantur, ad odores non refertur. Quare *cedrum* retineamus. nam haud etiam ſcio, an non tam antiquum hoc vocabulum ἡδυχρόυ ſit, ut Cicero uſus illo eſſe videatur. *Camerar.* *Cedrum incendamus.*] Tertii liber, *Cedricum.* Sunt qui *Hedychrum* legi malint. mihi non diſplicet, *Cedrum.* nam & Virgil. III. Georg.

Diſce & odoratam ſtabulis incedere cedrum.

Ciceronem autem de odoribus loqui locus alter oſtendit. *Faſciculum*, inquit, *ad nares admovebis? incendes odores.* itaque non ſane video cur mutetur. *P. Manut.* *Cedrum incendamus.*] Ita pro *Hedychrum* repoſitum eſt à doctiſſimis viris. quid ſi ex *Hedychrum* faciamus, *cedrum ac thyum?* indicantibus libris veteribus correctionem & confirmante Homeri verſu ex Odyſſea v. *Urſin.* *Hedychrum* in-

hedychrum incendamus: demus ſcutellam dulciculæ potionis: [82] aliquid videamus & cibi. Hæc tandem bona [y] ſunt, quibus ægritudines graviſſimæ detrahantur? tu enim paullo antè ne intelligere te quidem [z] alia [a] ulla dicebas. [b] revocari igitur oportere [c] à mærore ad cogitationem bonorum. conveniret mihi cum Epicuro, ſi, quid eſſet bonum, conveniret.

y ſunt *deeſt in MS.*
z ulla alia *Daviſ.*
a multa *MS. R.* bona *alii.*

46 XX. DICET aliquis: Quid ergo? tu Epicurum exiſtimabas iſta voluiſſe, aut libidinoſas ejus fuiſſe ſententias? Ego verò minimè. video enim ab eo dici multa ſeverè, multa præclarè. Itaque, ut ſæpe dixi, de acumine agitur ejus, non de moribus; quamvis [82] aſpernetur voluptates eas, quas modò laudavit: ego tamen memi-

b evoc. *ed. vett.*
c eum mœrorem *ead. ed.*

incendamus; demus ſcutellam dulciculæ potionis.] Vulgg. *cedrum incendamus*; quam odoratam eſſe & uri ſolitam conſtat. Vide Cl. Salmaſii Exercit. Plin. pag. 950. ſeq. Inde factum, ut Joach. Camerarius, Paullus Manutius & D. Lambinus hanc Ph. Beroaldi conjecturam certatim laudârint. Et ſanè Pal. quart. *hedrum*; Norvic. Tertii liber & Ven. 1491. *cedricum* repræſentant. At cum reliqui vel *edricum* vel *hedrycum*, vel *hedychrum* retineant, id legitimum eſſe hujus loci vidit Pet. Victorius: rectè enim monet, haud eſſe vulgi verbum, ut facile credi debeat huc ab aliquo inculcatum, ſed & Græcum & elegans. Se tamen non expedit vir eruditiſſimus, quod *hedychrum* nunquam inter ea, quæ urantur ad odores, ſed inter unguenta recenſeatur. Dioſcorides lib. I. cap. 61. Καὶ τὸ καλούμενον δὲ ἡδύχρουν, σκευαζόμενον δὲ ἐν Κῷ, τῆς αὐτῆς ἔχεται δυνάμεώς τε καὶ σκευασίας τῷ ἀμαρακίνῳ. εὐωδέστερον δὲ τυγχάνει. Adi ſis & Herm. Barbarum Coroll. cap. 72. Ut eum ſcrupulum tollamus, notandum, MSStos Pal. ſecund. tert. quart. Norvic. Petrenſ. exceptâ, quam anteà memoravi, lectionis diſcrepantiâ, ita voces ordinare: *pſaltriam adducamus, demus hedychrum, incendamus ſcutellam dulciculæ potionis*; unde commodè reponi poſſe credo: *pſaltriam adducamus, demus hedychrum, intendamus ſcutellam dulciculæ potionis*, hoc eſt, porrigamus. Janus Gebhardus edidit *hedrychum*, quod mutavimus; illi enim vocabulo nulla ſubeſt poteſtas. *Daviſ.*

82. *Aliquid videamus & cibi.*] Rectiſſimè ſic Victor. cum Lambino, item Pall. quart. quint. Fabr. Pith. Vatic. alias *provideamus*, ineptè. Sic Terent. Heautontim: *Lenius vinum videre.* exempla plura coacervat Giſanius in Obſervationibus Linguæ Latinæ; quæ videantur. *Gebhard.*

83. *Aſpernetur voluptates.*] Vulgg. ex Gloſſa, *ſpernat voluptates*; nos, adſciticia illa lectione rejecta, veram ac genuinam fide MSti Norvic. reduximus. Paullò poſt impreſſi repræſentant, *ſed explanavit quid diceret*; nobis auctor fuit Codex optimus, ut hanc editionem voculâ faceremus auctiorem. *Daviſ.*

84. Nr.

minero, quod videatur ei ſummum bonum. non enim verbo ſolùm poſuit voluptatem, ſed [d] etiam explanavit quid diceret. *Saporem*, inquit, *& corporum complexum, & ludos atque cantus, & formas eas, quibus oculi jucundè moveantur.* Num fingo? num mentior? cupio refelli. quid enim laboro, niſi ut veritas in omni quæſtione explicetur? At idem ait, non creſcere voluptatem dolore detracto; ſummamque [e] voluptatem, nihil dolere.

d *alii non habent* etiam.
e eſſe volupt. *Lamb. conj.*

47 Paucis verbis tria magna peccata: unum, quòd ſecum ipſe pugnat. modò enim, ne ſuſpicari [f] quidem ſe quidquam bonum, [84] niſi ſenſus quaſi titillarentur voluptate: nunc autem, ſummam voluptatem eſſe, dolore carere. poteſtne magis ſecum ipſe pugnare? alterum peccatum, quòd, cùm in natura tria ſint: unum, gaudere: alterum, dolere: tertium, nec gaudere, nec dolere: hic primum & tertium putat idem eſſe, nec diſtinguit à non dolendo voluptatem. tertium peccatum [g] commune cum quibusdam, quòd, cùm virtus maximè expetatur, ejusque adipiſcendæ cauſâ philoſophia quæſita ſit, ille à virtute ſummum bonum ſeparavit.

f quidem *omiſit Daviſ.*
P. CCL.
g eſt com. *MS.*

48 At laudat, & ſæpe, virtutem. Et quidem C. Gracchus, cùm largitiones maximas feciſſet & effudiſſet ærarium, verbis tamen defendebat ærarium. Quid verba audiam, cùm facta videam? [h] Piſo ille Frugi ſemper contra legem frumentariam dixerat. is lege lata conſularis ad frumentum accipiendum venerat. animadvertit Gracchus in concione Piſonem ſtantem. quærit audiente populo Romano, quî ſibi conſtet, cùm ea lege frumentum petat, quam diſſuaſerat. [85] Nolim, inquit, mea

h L. Piſo *MS.*

84. *Niſi ſenſus quaſi titillarentur volupt.*] Sic eſt legendum, & hæc vera & ſincera ſcriptura. nam quod quidam libb. vett. ex noſtris habent, *niſi ſenſus quia ſitit hilarentur voluptate, &c.* quis non videt, eam ſcripturam eſſe corruptam, & hæc verba, *quæ ſitit hilarentur*, ſi ſuo ordine & ſuo ſitu ſyllabæ legantur, & ſi literæ ita ut debent jungantur & disjungantur, efficere hanc noſtram lectionem, *niſi ſenſus quaſi titillarentur, &c.* nam adſpirationis notâ additâ & *l* detractâ non me movent. omnino, ut ſemel dicam, ſic legendum, ut ſemper edidi: & qui aliter judicant, nihil ſapiunt, nihil vident. *Lambin.*

85. *Nolim, inquit, mea bona, Gracche, tibi viritim dividere libeat.*] Sic eſt in multis mſſ. Suffridi, ut notat Gulielmius; ſic Fabr. Pith. Pal. quartus ac Vatican. vulgò *liceat.* in Pithæano porrò eſt, *libeat di-*

mea bona, Gracche, tibi viritim dividere libeat: ſed ſi facias, partem petam. Parumne declaravit vir gravis & ſapiens, lege Sempronia patrimonium publicum [i] diſpenſari? Lege orationes Gracchi: patronum ærarii eſſe dices.

i *ita Daviſ. alii* diſſipari?

49 Negat Epicurus jucundè poſſe vivi, niſi cum virtute vivatur. negat ullam in ſapientem vim eſſe fortunæ: tenuem victum antefert copioſo: negat ullum eſſe tempus, quo ſapiens non beatus ſit. omnia philoſopho digna, ſed cum voluptate pugnantia. Non iſtam dicit voluptatem. Dicat quamlibet. nempe eam dicit, in qua virtutis nulla pars inſit. Agè, ſi voluptatem non intelligimus, ne dolorem quidem? nego igitur ejus eſſe, qui dolore ſummum malum metiatur, mentionem facere virtutis.

50 XXI. ET [k] QUERUNTUR [l] quidam Epicurei, viri optimi (nam nullum genus eſt minùs malitioſum) me ſtudioſè dicere contra Epicurum. Ita credo, de honore aut de dignitate contendimus. mihi ſummum in animo bonum [m] videtur, illi autem in corpore: mihi in virtute, illi in voluptate. & illi pugnant: & quidem vicinorum fidem implorant. multi autem ſunt, qui ſtatim convolent. ego ſum is, qui dicam me non laborare, [86] actum habiturum quod egerint.

k conquer. *Daviſ. & alii.* l quidem *Idem & alii.* m poſitum vid. *Lamb. conj.*

Quid

dividere. Libeat etiam conſiderare ſcripturam Fabr. *Nolim, inquit, bone Gracche, tibi viritim dividere libeat.* quæ absque dubio aut vera, aut vero proxima eſt. Fernè ſic in Gryphii libro: *Nolim, inquit, mea, bone Gracche, tibi viritim dividere libeat.* Gebhard.

86. *Actum habiturum.*] Quando contendere nolumus, dicere ſolemus, habituros nos ratum & actum quidquid egerint adverſarii. In hanc ſententiam ait Porcius Cato apud Liv. *Vos quod faxitis deos omnes fortunare velim.* Proverbium eſt apud antiquos. *Actum agam, actum agis*, pro eo quod eſt, *nihil agam, nihil agis.* quod enim in jure ſemel judicatum fuerit reſcindi & iterum agi non poteſt. hinc illud Terentianum in Phormione: *Actum, aiunt, ne agas.* Beroald. *Actum habiturum quod egerint.*] Sic Victorius ex conſenſu quoque quinque Pall. Fabr. ac Pith. Lambinus libris omnibus, ut ait, invitis reponit, *ratum habiturum* Schottus emendat, *actum abiturum*, lib. II. Nod. cap. 22 aliàs *factum habiturum* eſt in vulgatis. *Gebhard.* *Actum habiturum.*] D. Lambin. emendat, *ratum habiturum*, ac ita ferè loquuntur Romani. Andr. autem Schottus Nodor. Cicer. lib II. cap. 22. *actum abiturum*, cui quidem conjecturæ favet Cantabr. is enim habet *actum abitura.* In Norvic. legitur, *ac tum non habiturum.* unde lubens reſcripſerim

actum

Quid enim? de bello Punico agitur? de quo ipſo 51
m aliud M. Catoni, aliud L. Lentulo videretur, nulla
:er eos concertatio umquam fuit. hi nimis iracundè
unt, præſertim cùm ab his non [n] ſanè animoſa defen-
tur ſententia, pro qua non in ſenatu, non in concio-
, non apud exercitum, [87] neque ad cenſores dicere
deant. ſed [o] cum iſtis [p] aliàs, & eo quidem animo,
llum ut certamen inſtituam: verum dicentibus facilè
ėdam. tantùm admonebo: ſi maximè verum ſit, ad
rpus omnia referre ſapientem: ſive, ut honeſtiùs di-
m, nihil facere, niſi quod expediat: ſive omnia re-
:re ad utilitatem ſuam: quoniam hæc plauſibilia non
ıt, ut in [r] ſinu gaudeant, glorioſè loqui deſinant.

XXII. CYRENAICORUM reſtat ſententia: qui tum 52
;ritudinem cenſent exſiſtere, ſi nec-opinatò quid [s] eve-
rit. eſt id quidem magnum, [t] ut ſuprà dixi. etiam
ıryſippo ita videri ſcio, quod proviſum antè non ſit,
[v] ferire vehementiùs. ſed non ſunt in hoc omnia:
ıamquam hoſtium repens adventus magis [x] aliquando
ɪnturbat quàm exſpectatus: & maris ſubita tempeſtas
ıàm antè proviſa terret navigantes vehementiùs: &
ısmodi ſunt pleraque. ſed cùm diligenter nec-opina-
rum naturam conſideres, nihil aliud reperias, niſi
nnia videri ſubita majora: & quidem ob duas cauſas:
imùm, quòd, quanta ſint quæ accidunt, conſideran-
ſpatium non datur: deinde [y] cùm videtur præcaveri
tuiſſe, ſi proviſum eſſet, quaſi culpâ contractum ma-
n ægritudinem acriorem facit.

Quod

n ſatis animoſe *aut* ſane animoſe *alii.*
o iſta iſtis *MS.*
p aliàs diſputandum *MS.*
q credam *MS.*
r ſignum *MS. R. & alii MSS.*
s acciderit *vet. ed.*
t ut prædixi *MS.*
v fieri *alii.*
x *ita MS. R. & alii* aliquanto *Daviſ.*
y quod *aut* quoniam *alii.*

um non habiturum, quod idem valet ac non approbaturum aut
eorum ſententiam pedibus non iturum. Senſus certè eſt com-
ɔdus; neque enim Tullius illorum decreto calculum ſuum adji-
ret; id quod vulgàta præ ſe fert lectio. *Daviſ.*

87. *Neque ad cenſores.*] Vulgg. *apud cenſores.* Lectionem, quam
:epimus, firmant MSS. Vatic. Petrenſ. ac edit. Steph. Sic Cæ-
lib. I. B. G. cap. 31. *Iidem Principes civitatum, qui antè fuerant
Cæſarem, reverterunt:* ita enim nos legendum docuimus; &
n quidem emendationem pluribus exemplis jam ſtabiliemus.
:rro R. R. lib. I. cap 2. *Ad te enim rudem eſſe agriculturæ nunc,
m ad Stolonem fuiſſe dicunt.* Perperam nonnulli reponunt, *ad te
m rudes agriculturæ nunc, olim ad Stolonem iviſſe dicunt.* Teren-
s Heautont. Act. III. Sc. III, 43. *Eaque eſt nunc ad uxorem tuam.*
rum Act. V. Sc. II, 26. *Tibi jam eſſe ad ſororem intelligo.* Non-
lla hanc in rem congeſſit J. G. Græviuſ ad Juſtini lib. XVII.
).2. *Idem.*

53 Quod ita eſſe dies declarat: quæ procedens ita miti-
P. CCII. gat, ut iisdem malis manentibus non modò leniatur ægritudo, ſed in plerisque tollatur. Karthaginienſes multi Romæ ſervierunt, Macedones rege Perſe capto. vidi etiam in Peloponneſo, cùm eſſem adoleſcens, quosdam Corinthios. hi poterant omnes eadem illa de Andromacha [z] deplorare,

Hæc omnia vidi.

[a] Sed jam decantaverant fortaſſe. [88] eo enim erant vultu, [b] oratione, omni reliquo motu & ſtatu, ut eos Argivos aut Sicyonios diceres: [89] magisque me moverant Corinthi ſubitò adſpectæ parietinæ [90] quàm ipſos Corinthios: quorum animis diuturna cogitatio callum vetuſtatis obduxerat.

z deploraſſe *MS.*

a Sed & jam *ed. vett.*

b ornatu *conj. Lamb.*

54 Legimus librum Clitomachi, quem ille everſa Karthagine miſit conſolandi cauſâ ad captivos cives ſuos. in eo eſt

88. *Eo enim erant vultu, oratione; omni reliquo motu.*] An *oratione* recte dictum ſit, cùm antecedat, *eo*, grammatici viderint: ſententiâ quidem ego moveor magis, ut *ornatu* ſuſpicer verum eſſe, depravatum *oratione*. P. Manut.

89. *Magisque me moverant Corinthi ſubitò adſpecta parietina.*] Miror hanc lectionem in vulgatis edit. Ciceronis exſulare, cum eam dudum poſtliminio reduxerit Victorius: quid multis? Pall. tert. quart. quint. Pithœan. expreſſè ſic tenent. ſunt autem *Parietina* Semiruti parietes. Utitur & Cicer. lib. XIII. Epiſt. ad Memmium; *preteremque, ut neſcio quid illud Epicuri parietinarum ſibi concederes.* vulgò, *Parietum ruina.* Gebhard. *Corinthi ſubito adſpectu parietinæ.*] Vulgg. *ſubitò adſpecta.* Sed alteram ſcripturam ſervant Norvic. Ven. 1491. & Froben. In Petrenſ. quoque legitur, *ſubito Corinthi adſpectu.* Eum itaque loquendi modum, utpote rariorem, Tullio, non librariis, acceptum ferendum exiſtimavi. Similis reddendus eſt Silio Italico lib. v, 391. ubi ſic Poëta:

——— *Gelidusque ſub oſſa*
Pervaſit miſeris conſpectus conſulis horror.

Caſpari ſanè Barthio Adverſ. pag. 240. placet, *conſpecti conſulis horror:* ipſe verò propiùs ad Codicum veſtigia reſcripſerim, *conſpectu conſulis.* At hæc hactenus. Porro in vett. editt. Ciceronem invaſerat Gloſſema. nam *parietina* loco leguntur *parietum ruina.* Notavit Fr. Fabricius illam vocem reperiri lib. IV. ad Famil. ep. 3. ac iterum lib. XIII. ep. 1. & apud Nonium v. *maceria.* Iſidorus Orig. lib. XV. cap. 8. *Parietinas dicimus quaſi parietum ruinas. Sunt enim parietes ſtantes ſine tecto & ſine habitantibus.* Utitur & Plinius H. N. lib. XXII. cap. 17. *Daviſ.*

90. *Quam ipſos Corinthios.*] Ego malim, *quam ipſi Corinthii*, cujus ſcripturæ veſtigium apparet in vetuſtis etiam exemplaribus. *Urſin.*

91. Nos

eſt diſputatio ſcripta Carneadis: quam ſe ait in commentarium retuliſſe. cùm ita poſitum eſſet, videri fore in ægritudine ſapientem, patriâ captâ: quæ Carneades contrà dixerit, ſcripta ſunt. Tanta igitur calamitatis præſentis adhibetur à philoſopho medicina, quanta [c] inveteratæ ne deſideratur quidem. nec ſi aliquot annis poſt idem ille liber captivis miſſus eſſet, vulneribus mederetur, ſed cicatricibus. ſenſim enim & pedetentim progrediens extenuatur dolor: non quò ipſa res immutari ſoleat, aut poſſit; ſed id, quod ratio debuerat, uſus docet, minora eſſe ea, quæ ſint viſa majora.

c in inveterata *ed. vett.*

XXIII. QUID ERGÒ opus eſt, dicet aliquis, ra- 55
tione, aut omnino conſolatione [d] ulla, quâ ſolemus uti, cùm levare dolorem mærentium volumus? [e] hæc enim ferè tum habemus in promptu, nihil oportere inopinatum videri. [f] Aut quî [g] tolerabiliùs feret incommodum, [h] qui cognoverit, neceſſe eſſe homini tale aliquid accidere? hæc enim oratio de ipſa ſumma mali nihil detrahit: tantummodò affert, nihil eveniſſe, quod non opinandum fuiſſet. neque tamen genus id orationis in conſolando non valet: ſed id haud ſciam an plurimum. ergo iſta nec-opinata non habent tantam vim, ut ægritudo ex his omnis oriatur. [i] feriunt enim fortaſſe gravius: [91] non id efficiunt, ut ea, quæ accidant, majora videantur; [92] quia recentia ſunt, majora videntur, non quia repentina.

d illa *M.inut.*
e hoc *MSS.*
f *alii* Atqui. P. B.
g toleranrius *conj. Lamb.*
h quàm qui *MS.*
i fert *MS.*

Du-

91. *Non id efficiunt, ut ea, quæ accidant, majora ſint. videntur quia recentia ſunt, non quia repent.*] Sic hunc locum emendavi, partim conjecturâ ductus, partim librorum MSS. auctoritatem ſecutus, in quibus non ſunt hæc, quæ reperiuntur in quibusdam vulgg. *majora videntur*, poſt illa, *recentia ſunt.* ſententia hæc eſt, iſta nec opinata non efficiunt, ut majora ſint. videntur majora, quia ſunt recentia, non quia repentina. Turnebus poſt noſtram priorem Ciceronis editionem, ſecutus aliquos libros antiquos, in quibus hæc verba iterata ſunt, *majora videntur*, ita conjicit legendum, eâdem ſententiâ, ſed non ita concinnè. *non id efficiunt, ut ea, quæ accidant, majora ſint, quia recentia ſunt, majora videntur, non quia repentina.* nos brevius, *videntur, quia recentia ſunt, non quia repent.* vox *majora* concinnius ſubintelligitur quàm adſcribitur. *Lambin.*

92. *Quia recentia ſunt, non quia repentina.*] Ita Victorius cùm Fabr. Pith. Pall. tert. quint. ſenſus eſt: malum recens non videtur gravius inveterato, quia recens; ſed quia repens & nec-opinatum videtur. Turneb. tamen uberius hoc modo: *quia recentia ſunt*

 ma-

56 Duplex eſt igitur ratio veri reperiendi , non in iis ſolùm, quæ mala, ſed in iis etiam, quæ bona videntur. nam [k] aut ipſius rei natura, qualis & quanta ſit, quærimus, ut de paupertate nonnumquam, cujus onus diſputando levamus, docentes, quàm parva & quàm pauca ſint, quæ natura deſideret: aut à diſputandi ſubtilitate orationem ad exempla traducimus. hîc Socrates commemoratur, hîc Diogenes, hîc Cæcilianum illud,

Sæpe eſt etiam ſub palliolò ſordido ſapientia.

Cùm enim paupertatis una eademque ſit vis, quidnam dici poteſt, quamobrem C. Fabricio tolerabilis ea fuerit,
57 alii negent ſe ferre poſſe? Huic igitur alteri generi ſimilis eſt ea ratio conſolandi, quæ docet humana eſſe, quæ acciderint. non enim ſolùm id continet ea diſputatio, ut cognitionem afferat generis humani: ſed ſignificat, tolerabilia eſſe, quæ & tulerint & ferant ceteri.

XXIV. DE PAUPERTATE agitur: multi patientes pauperes commemorantur. De contemnendo honore: multi inhonorati proferuntur, & quidem propter id ipſum beatiores: eorumque, qui privatum otium negotiis publicis antetulerunt, nominatim vita laudatur:
93 nec ſiletur illud potentiſſimi regis [l] anapæſtum, [m] qui lau-

k *alii* aut de ipſ.

l anapæſticum *Lamb.*

m inglorioſus *MS.*

majora videntur, non quia repentina: quæ lectio quoque conſpicitur in Pall. pr. ſec. libris ſequioris ſeculi, licet elegantis manus. aliàs, *quia recentia ſunt, videntur, non quia repentina.* Gebhardus. Nos cum Daviſio recepimus Turnebi lectionem auctoritate MSS. fultam.

93. *Nec ſiletur illud potentiſſimi Regis Anapæſtum, qui laudat ſenem & fortunatum eſſe dicit, &c.*] Intelligit Agamemnonem. Eſt autem hoc carmen apud Euripidem Iphigenia in Aulide. Cum enim ſenex Agamemnoni fideliſſimus vidiſſet illum ſilente nocte ſolum ambulantem extra tentorium, miratur rei novitatem & hortatur, ut intra tectum ſe referat, cui ſic Agamemnon reſpondet: *Ζηλῶσε γέρον ζηλῶ δ' ἀνδρῶν ὃς ἀκίνδυνον βίον. ἐξεπέρασ' ἀγνὼς ἀκλεής τὰς δ' ἐντιμαῖς μᾶ·λον ζηλῶ.* quem locum hic Cicero eleganter expreſſit. *ζηλῶ* autem quomodo reddat (quod verbum non facilè poteſt uno Latino verbo exprimi) planum eſt: *ζηλῶ σε* enim (niſi fallor) eſt, *Qui tu es, ego eſſe velim, & beatum te judico, qui in iſta conditione vitæ ſis.* Ita etiam reſpondet nutrix Medeæ apud eundem poëtam pædagogo, cum ille oſtendiſſet, ſe putare infortunia Medeæ terminum jam habere: ſic enim inquit: *Ζηλῶ σ' ἐν ἀρχῇ πῆμα, κοὔπω μεσοῖ.* id eſt, *Quam vellem in ea qua tu es hujus rei ignoratione verſari: & fortunatum te judico, qui hæc mala neſcias.* Eſt autem familiariſſimus modus dicen-

laudat ſenem & fortunatum eſſe dicit, quòd [n] inglorius ſit atque ignobilis ad ſupremum diem perventurus. n quo *Bentl.* P. CCIII.

Similiter commemorandis exemplis orbitates quoque 58 liberorum prædicantur, eorumque qui graviùs ferunt luctus aliorum exemplis leniuntur. ſic perpeſſio ceterorum facit, ut ea, quæ acciderint, multo minora quàm quanta ſint exiſtimata videantur. ita fit ſenſim cogitantibus, ut, quantum ſit ementita opinio, appareat. atque hoc idem & Telamo ille declarat,

[94] *Ego cùm genui*,

& Theſeus,

Futuras mecum commentabar miſerias.

& Anaxagoras, Sciebam me genuiſſe mortalem. Hi enim omnes diu cogitantes de rebus humanis intelligebant, eas nequaquam pro opinione vulgi eſſe extimeſcendas. & mihi quidem videtur idem ferè accidere iis, qui antè meditantur, quod iis, quibus medetur dies: niſi quod ratio [o] quædam ſanat illos, hos ipſa natura, [95] intellecto eo, quod remedium illud continet, malum, quod opinatum ſit eſſe maximum, nequaquam eſſe tantum, ut vitam beatam poſſit evertere. Hoc 59 igitur efficitur, ut ex illo nec-opinato plaga major ſit, non ut illi putant, ut, cùm duobus pares caſus evenerint,

o quidem *Bentl.*

cendi, ut nos etiam conſuevimus dicere, *O te beatum, qui ita ſentias.* Euripidis ſenarios, qui paulò pòſt ſunt à Cicerone Latini facti, citat Plutarchus in Conſolatione ad Apollonium, eorumque ſententiam laudat: Οὐ φαύλως γὰρ ἂν δόξειεν ὁ παρὰ τῷ ποιητῇ Ἀμφιάρεως παραμυθεῖσθαι τὴν Ἀρχεμόρου μητέρα δυσχεραίνουσαν ὅτι νήπιος ὢν ὁ παῖς καὶ ἄγαν ἄωρος ἐτελεύτησε· φησὶ γὰρ οὕτως, ἔφυ μὲν οὐδεὶς ὅστις οὐ πονεῖ βροτῶν καὶ θάπτει τέκνα χἄτερος αὖ κτᾶται νέα αὐτός τε θνήσκει καὶ τὰ δ' ἄχθονται βροτοὶ εἰς γῆν φέροντες γῆν ἀναγκαίως δ' ἔχει βίον θερίζειν ὥστε κάρπιμον στάχυν καὶ τὸ μὲν εἶναι. τὸν δὲ μὴ τί ταῦτα δεῖ στένειν ἅπερ δεῖ κατὰ φύσιν διεκπερᾶν δεινὸν γὰρ οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς. tres autem poſtremos verſiculos non interpretatur Cicero. *Victor.*

94. *Ego cùm genui. & Theſeus.*] Sic rectius quàm vulgò: nam ſolet Cicero, quæ ſemel protulerat, poſtea abrumpere. hoc ingeſſit, quia jam non fides haberi ſolet hominibus. Pal. tert. *Ego cum genui, &c.* hoc quoque Vatican. *Gebhard.*

95. *Intellecto eo quod remedium illud continet, Malum quod opinatum ſit.*] Palat. quart. Vatican. *quod rem illud continet malum.* quint. *quod rem continet malum.* Fab. *quod opinatum ſit, & ſi rem continent eſſe maximum.* Idem.

p nec-opi- rint, is modò ægritudine afficiatur, cui ille p nec-opi-
natus *alii*. nato caſus evenerit. itaque dicuntur nonnulli in mæ-
q omnium rore, cùm de hac communi q hominum conditione au-
alii. diviſſent, ea lege eſſe nos natos, ut nemo in perpetuum eſſe poſſet expers mali, graviùs etiam tuliſſe.

XXV. QUOCIRCA Carneades, ut video noſtrum ſcribere Antiochum, reprehendere Chryſippum ſolebat, laudantem Euripideum carmen illud,

r *attingat* [96] *Mortalis nemo eſt, quem non* r *attingit dolor:*
ed. vet. *Morbusque. multi ſunt humandi liberi,*
P. B. *Rurſum creandi: morsque eſt* s *finita omnibus.*
s *finis* alii. *Quæ generi humano angorem nequidquam afferunt.*
Reddenda eſt terra terra: tum vita omnibus
Metenda, ut fruges. ſic jubet neceſſitas.

60 Negabat genus hoc orationis quidquam omnino ad levandam ægritudinem pertinere. id enim ipſum dolendum eſſe dicebat, quòd in tam crudelem neceſſitatem incidiſſemus. nam illam quidem orationem ex
t malevol. t commemoratione alienorum malorum ad t malivolos
alii. conſolandos eſſe accommodatam. mihi verò longè videtur ſecus. nam & neceſſitas ferendæ conditionis hu-
v proh. manæ quaſi cum deo pugnare v cohibet admonetque
Lamb. & eſſe hominem: quæ cogitatio magnopere luctum levat:
MS. & enumeratio exemplorum, non ut animum malivolorum oblectet, affertur, ſed ut ille, qui mæret, ferendum

96. *Mortalis nemo eſt, quem non attingit dolor.*] Ita ſcripſi fiduciâ Pall. quatuor priorum: Euripid. ἔφυ μὲν οὐδεὶς, ὅςις οὐ πονεῖ βροτῶν. Quod ſi non hoc ſatisdat; obtendatur illud Flacci: *Edit cicutis allium nocentius.* Gebhard. *Mortalis nemo eſt.*] Euripidis ſunt ex Hypſipyla, ut docet Stobæus Serm. CVI. pag. 568. qui hosce verſus parum emendatè laudat. Melius apud Plutarchum Conſol. ad Apoll. pag. 110. ita leguntur:

Ἔφυ μὲν οὐδεὶς, ὅςις οὐ πονεῖ βροτῶν
Θάπτει τε τέκνα, χ' ἄτερα αὖ κτᾶται νέα,
Αὐτός τε θνήσκει, καὶ τάδ' ἄχθονται βροτοὶ,
Εἰς γῆν φέροντες γῆν· ἀναγκαίως δ' ἔχει
Βίον θερίζειν, ὥςε κάρπιμον ςάχυν.

In quarto legendum, εἰς γῆν φέροντες γῆν· ἀναγκαίως δ' ἔχει, &c. id quod oſtendit verſio Tulliana. Tres priores adducit & Clemens Alexandrinus Strom. lib. IV. pag 361. edit. Lugd. Vide Gatakerum ad Antonini lib. VIII. §. 40. ac Adverſ. lib. II. cap. 10. pag. 327. *Daviſ.*

97. *Ex*

dum ſibi id cenſeat, quod videat multos moderatè & tranquillè tuliſſe.

Omnibus enim modis fulciendi ſunt, qui ruunt, nec 61
[x] cohærere poſſunt propter magnitudinem ægritudinis. x cohiberi
[97] ex quo ipſam ægritudinem λύπην Chryſippus, [98] qua- MS.
ſi ſolutionem totius hominis, appellatam putat. quæ
tota [y] poterit evelli, explicatâ, ut principio dixi, cauſâ y poterat
ægritudinis. eſt enim nulla alia, niſi opinio & judi- alii.
cium magni præſentis atque urgentis mali. itaque &
dolor corporis, cujus eſt morſus acerrimus, perferetur
ſpe propoſita boni. & acta ætas honeſtè ac ſplendidè z fert alii.
tantam [z] affert conſolationem, ut eos, qui ita vixerint, a atting. alii.
aut non [a] tangat [b] ægritudo, aut perleviter pungat ani- b omnino
mi dolor. Bentl.

XXVI. SED AD hanc opinionem [c] magni mali cùm c magni
illa etiam opinio acceſſerit, oportere: [99] rectum eſſe: non eſt in
ad officium pertinere: ferre illud, ægrè quod acciderit: aliis.
Tum denique efficitur illa gravis ægritudinis perturbatio. 62
ex hac opinione ſunt illa varia & deteſtabilia genera P. CCIV.
lugendi, pædores, muliebres lacerationes genarum,
pectoris, feminum, capitis percuſſiones. Hinc ille
[1] Agamemno Homericus & idem Accianus,

Scindens dolore identidem intonſam comam.

In quo facetum illud Bionis, [d] perinde ſtultiſſimum re- d proinde
gem in luctu capillum ſibi evellere, quaſi calvitio [e] mæ- alii.
ror levaretur. Sed hæc omnia faciunt, opinantes ita e mærorem leva-
fieri oportere. ret MS.

Itaque & [2] Æſchines in Demoſthenem invehitur, [3] quòd 63
is

97. *Ex quo ipſam ægritudinem λύπην Chryſippus quaſi ſolutionem.*] Hoc rectè Victorius & concinnè cum Pall. ſec. quart. quint. Vatican. Fabr. Pith. alii in editione ſuâ: *λύπην Chryſippus quaſi λύσιν: id eſt, ſolutionem.* Gebhard.

98. *Quaſi ſolutionem totius hominis appellatam putat.*] Ariſtot. lib. III. Eth. Καὶ ἡ μὲν λύπη ἐξίστησιν, καὶ φθείρει τοῦ ἔχοντος φύσιν. *Urſin.*

99. *Rectum eſſe & ad officium pertinere.*] Ita legitur in libris veteribus. *Idem.*

1. *Agamemno Homericus.*] Agamemnon apud Homerum:

Πολλὰς ἐκ κεφαλῆς προθελύμνους ἕλκετο χαίτας.

Exſtat Iliad. K, 15. *Daviſ.*

2. *Æſchines in Demoſthenem invehitur, quod is ſeptimo die poſt filiæ mortem hoſtias immolâſſet.*] Hæc ſunt verba Æſchinis in orat. contrà Cteſiphontem pag. 440. ed. Francof. Ἑβδόμην δ' ἡμέραν

f immolaviſſet *MS.*

is ſeptimo die poſt filiæ mortem hoſtias [f]immolaſſet. At quàm rhetorice? quàm copioſe? quas ſententias colligit? quæ verba contorquet? ut licere quidvis rhetori intelligas. quæ nemo probaret, niſi inſitum illud in animis haberemus, omnes bonos interitu ſuorum quàm graviſſimè mærere oportere. ex hoc evenit, ut in animi doloribus alii ſolitudines captent, ut ait Homerus de Bellerophonte,

Qui miſer in campis mærens errabat Aleis,
Ipſe ſuum cor edens, hominum veſtigia vitans.

& Nioba fingitur lapidea, propter æternum, credo, in luctu ſilentium. Hecubam autem putant propter animi acerbitatem quandam & rabiem fingi in canem eſſe converſam. ſunt autem alii, quos in luctu cum ipſa ſolitudine loqui ſæpe delectat, ut illa apud Ennium nutrix:

[4] *Cupido cepit miſeram nunc me proloqui*

5 Ci-

τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ (Δημοσθένους) τετελευτηκυίας, πρὶν πενθῆσαι καὶ τὰ νομιζόμενα ποιῆσαι, στεφανωσάμενος καὶ λευκὴν ἐσθῆτα λαβὼν, ἐβουθύτει καὶ παρηνόμει, τὴν μόνην ὁ δείλαιος καὶ πρώτην αὐτὸν πατέρα προσειποῦσαν ἀπολέσας· καὶ οὐ τὸ δυστύχημα ὀνειδίζω, ἀλλὰ τὸν τρόπον ἐξετάζω· ὁ γὰρ μισότεκνος καὶ πατὴρ πονηρὸς οὐκ ἄν ποτε γένοιτο δημαγωγὸς χρηστὸς, & quæ ſequuntur hanc in rem plura. Hujusce facti cauſſam atque fontem ſic refert Plutarchus vit. Demoſth. Tom. II. pag. 847. Ἡνίκα δὲ Φίλιππος ἐτεθνήκει, λαμπρὰν ἐσθῆτα προῆλθεν ἔχων, καίτοι τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ νεωστὶ τετελευτηκυίας, εὐφραινόμενος τῷ τοῦ Μακεδόνος θανάτῳ. Æſchines autem non modo hoſtias immolâſſe, ſed etiam coronam geſſiſſe Demoſtheni exprobravit, quòd veteres in rebus tantùm lætioribus στεφανηφορίαν adhibebant. Vide quæ notavit vir doctiſſimus Joan. Schefferus ad Æliani Var. Hiſt. lib. III. cap. 3. *Daviſ.*

3. *Quod is ſeptimo die poſt filiæ mortem hoſtias immolaſſet.*] Æſchines in oratione κατὰ Κτησιφῶντος· Ἑβδόμην δ' ἡμέραν τῆς θυγατρὸς αὐτῷ τετελευτηκυίας, πρὶν πενθῆσαι, καὶ τὰ νομιζόμενα ποιῆσαι, στεφανωσάμενος, καὶ λευκὴν ἐσθῆτα λαβὼν, &c. *Urſin.*

4. *Cupido cepit, &c.*] Hosce verſus ex Euripide convertit Ennius, qui Græcè ſic leguntur Med. v, 59.

Ὥσθ' ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ
Λέξαι μολούσῃ δεῦρο Μηδείας τύχας.

Ubi vide Scholiaſten. In MSStis ſecundus Latinus ita ſe habet, *Cælo atque terræ Medeæ miſerias*, quo modo non conſtat Jambicus; unde Joach. Camerarius reſcribebat, *cælo atque terræ Medeæ miſeras vices:* Paullus autem Manutius emendavit, *Medea cælo atque*

terra

5 *Cælo atque terra Medeaï miſerias.*

64 XXVII. Hæc omnia recta, vera, debita putantes, faciunt in dolore: maximéque [g] declaratur, hoc quaſi officii judicio fieri. quòd ſi qui forte, [h] cùm ſe in luctu eſſe vellent, aliquid fecerunt humaniùs, aut ſi hilariùs locuti ſunt, revocant ſe rurſus ad mæſtitiam, 6 peccatique ſe inſimulant, quòd [i] dolere intermiſerint. pueros verò matres & magiſtri caſtigare etiam ſolent, nec verbis ſolùm, ſed etiam verberibus, ſi quid in domeſtico luctu 7 hilariùs ab iis factum eſt aut dictum: plorare cogunt. quid? ipſa remiſſio luctûs cùm eſt conſecuta, [k] intellectumque nihil profici mærendo, nonne [l] res declarat fuiſſe totum illud voluntarium?

[g] delectantur *MS.* [h] cum in *alii.* [i] dolore *MS.* P. B. [k] intellectaque *alii.* [l] res *deeſt in aliis.*

65 8 Quid ille Terentianus ipſe ſe puniens, id eſt, ἑαυτὸν τιμωρούμενος;

Decrevi 9 tantiſper me minus injuria,
Chremes, meo gnato facere, dum fiam miſer.

Hic

terra miſerias; nihil autem proficit vir eruditus, cum, data hac verborum trajectione, verſus ſuum numerum non capiat. Ipſe quidem Hadr. Turnebi conjecturam recepi, quam propoſuit Adverſ. lib. XIX. cap. 5. neſcius, ut opinor, eam Deſ. Eraſmo anteà in mentem veniſſe. *Daviſ.*

5. *Cælo atque terra Medea miſerias.*] Hic ſenarius menſuram non recipit abſolutam, quam reciperet, in primum locum trajecto verbo *Medea*, hoc modo:

Medea cælo atque terra miſerias.

vel *terrai* lege, pro *terra.* P. Manut.

6. *Peccatique ſe inſimulant.*] Seipſos accuſant, tanquam peccaverint, ſi in luctu aliquid fecerint dixerintque hilarius lætiusque. *Inſimulare* eſt accuſare, quod cum genitivo copulatur. Plautus: *Inſimulabit eam probri. Inſimulatio*, ut docet Donatus, *eſt & falſi & veri criminis incuſatio.* Beroald.

7. *Hilarius ab iis factum eſt aut dictum.*] Laudo Pal. quart. præſentantem *aut edictum:* ut *edicere* ſuâ primo ſigno ſit proferre, eloquendo dicere. ipſe infra de Fin. II. *Eſt enim tibi edicendum, quæ ſis obſervaturus in jure dicundo.* Gebhard.

8. *Quid ille Terentianus, ipſe ſe puniens, id eſt* ἑαυτὸν τιμωρούμενος.] Quorſum addatur, *id eſt* ἑαυτὸν τιμωρούμενος? inculcatum crediderim pro gloſſemate, aut à Cicerone ſcriptum ſic: *Quid ille Terentianus* ἑαυτὸν τιμωρούμενος? Antiquus liber *id eſt* non habet, quod mendi ſuſpicionem auget. *P. Manut. Quid ille Terentianus ipſe ſe puniens.*] Pall. tert. Fabr. Pith. *pœnitens.* Pall. ſec. quint. *penitens.* quart. *penites.* Ex Pith. & Fabr. lib. Gulielmius conjecerat *pœniens*; quod veriſſimum eſt, ut ſupra lib. I. *Gebhard.*

9. *Tantiſper.*] Tam diu. poſtulat enim poſt ſe hæc particula,

 dum

Hic decernit, ut miſer ſit. num quis igitur quidquam decernit invitus?

Malo quidem me quovis dignum deputem.

malo ſe dignum deputat, niſi miſer ſit. vides ergo opinionis eſſe, non naturæ malum. [10] quid, quos res ipſa lugere prohibet? ut apud Homerum quotidianæ neces interitusque multorum ſedationem mærendi afferunt: apud quem ita dicitur.

Namque nimis multos atque omni luce [11] cadentes
Cernimus: ut nemo poſſit mærore vacare.
Quo magis eſt æquum tumulis mandare peremptos
Firmo animo, & luctum lacrymis finire diurnis.

66 [12] Ergo in poteſtate eſt [m] abjicere dolorem, cùm velis, tempori ſervientem. An eſt ullum tempus (quoniam quidem res in noſtra poteſtate eſt) cui non ponendæ curæ [n] & ægritudinis cauſâ ſerviamus? Conſtabat, eos, qui concidentem vulneribus Cn. Pompejum vidiſſent, cùm illo ipſo acerbiſſimo miſerrimoque ſpectaculo ſibi timerent, quòd ſe claſſe hoſtium [o] circumfuſos viderent, nihil tum aliud egiſſe, niſi ut remiges hortarentur, & ut ſalutem adipiſcerentur fugâ: poſteaquàm Tyrum veniſſent, tum afflictari lamentarique cœpiſſe. timor igitur

m abicere *MS.*

n *alii non habent* &.

o circumcluſos *MS.*

P. CCV.

dum vel donec, vel quoad; ut Cicero: *In carcerem ductus, ut ibi eſſet tantiſper, dum culeus compararetur.* A. Gellius: *Eo conſilio, ut viveret quidem tantiſper, quoad fieret permutatio.* apud Livium *tantiſper* abſolute poſitum eſt pro interea, ſive tantummodo. ſic enim ſcribit in I. *Tamen id imperium ei ad puberem ætatem incolume manſit tantiſper tutela muliebri.* Beroald.

10. *Quid quod res ipſa.*] Pall. tert. à primâ manu, *quid quos res ipſa.* quod ad apicem æquè in Vatic. eſt. *Gebhard.* Iis cum adſentiatur codex Regius *quos* receptum eſt in hanc editionem.

11. *Cadentes.*] *Carentes* antea legebatur: itaque eſt in libb. MSS. mihi tamen viſum eſt ut emendarem, *cadentes*, ex Homeri verſu, in quo eſt, πίπτουσιν, quod ſignificat, *cadunt.* verſus autem hi, quos Cicero vertit, ſunt Iliados T. *P. Manut.*

12. *Ergo in poteſtate eſt &c.*] Poſſum alucinari: ſed, quoniam induxi animum, agere cum ſtudioſis ſimpliciter & ſine fuco, ſic opinor melius: *ergo in poteſtate eſt abjicere dolorem, cum velis, tempori ſervientem: & eſt ullum tempus, quoniam quidem res in noſtra poteſtate eſt, cui non ponendæ ægritudinis cauſâ ſerviamus?* Deleo autem *curæ*, quia nec id verbum ſententia deſiderat; & *deponere* dicimus *ægritudinem*, non *curam ægritudinis.* additum crediderim ab interprete imperito, ut ægritudinem per curam explanaret. *A. Manut.*

13. *Si*

r ab iis ægritudinem potuit repellere, ratio p ac ſapien- p vera ac ſap. n. pot. Lamb.
a vera non poterit?

XXVIII. Quid est autem, quod plus valeat ad 67
onendum dolorem quàm cùm eſt intellectum, nihil
oficì & fruſtra eſſe ſuſceptum? ſi igitur deponi poteſt,
iam non ſuſcipi poteſt. voluntate igitur & judicio
ſcipi ægritudinem confitendum eſt. Idque indicatur
orum patientiâ, qui cùm multa ſint ſæpe perpeſſi, fa-
iùs q ferunt, quidquid accidit: obduruiſſeque ſeſe con- q ferant MS.
a fortunam arbitrantur: ut ille apud Euripidem,

[13] *Si mihi nunc triſtis primùm illuxiſſet dies,*
Nec tam ærumnoſo navigaviſſem ſalo:
Eſſet dolendi cauſa; ut injecto equulei
Freno repentè tactu exagitantur novo.
[14] *Sed jam ſubactus miſeriis obtorpui.*

efatigatio igitur miſeriarum ægritudines cùm faciat r leviores Lamb. & alii.
eniores, intelligi neceſſe eſt, [15] non rem ipſam atque
auſam fontem eſſe mæroris.

Philoſophi ſummi, s neque dum tamen ſapientiam 68
onſecuti, [16] nonne intelligunt, in ſummo ſe malo eſſe? s necdum alii. nedum MS.
nt enim inſipientes: neque inſipientiâ ullum majus
alum eſt: neque tamen lugent. quid ita? quia [17] huic
ge-

13. *Si mihi nunc triſtis &c.*] Græcè:

Εἰ μὲν τόδ' ἦμαρ πρῶτον ἦν κακουμένῳ
Καὶ μὴ μακρὰν δὴ διὰ πόνων ἐναυστόλουν,
Εἰκὸς σφαδάζειν ἦν ἄν, ὡς νεόζυγα
Πῶλον, χαλινὸν ἀρτίως δεδεγμένον·
Νῦν δ' ἀμβλύς εἰμι καὶ κατηρτυκὼς πόνων.

xſtant apud Galenum de Dogm. Hippocratis & Platonis lib. IV.
ag. 283. ed. Baſil. *Daviſ.*

14. *Sed jam ſubactus miſeriis obtorpui.*] Ita & Euripidi ſatisfiet,
ui habet Νῦν δ' ἀμβλύς εἰμι καὶ κατηρτυκώς. Et vett. codd. Ex-
reſſè *ſubactus* eſt in Fabr. in Vat. *ſubjactus.* in alio quodam v. c.
ubactis. vulgò *ſubjectus.* Gebhard.

15. *Non rem ipſam atque cauſam fontem eſſe mœroris.* Sic eſt in
mnibus mſſ. Pall. quinque, Fabr. Pith. Vatic. aliàs: *non rem ipſam,*
auſam atque fontem. nimis illepidè. Lamb. arbitratu ſuo, *intelli-*
i neceſſe eſt, opinionem, non rem ipſam, cauſam. an hoc eſt mſſ. ſe-
qui? *Idem.*

16. *Nondum intelligunt.*] Recte, *Nonne intelligunt*, ut videtur: &
ta Veneti libri habent. *Camer.*

17. *Huic generi malorum non affigitur illa opinio.*] Elegantiſſimam
ocutionem reſtaurant nobis Pall. pr. ſecund. tert. in quibus prio-
re

generi malorum non affigitur illa opinio, rectum eſſe & æquum, & ad officium pertinere, ægrè ferre, quòd ſapiens non ſis. quod idem [t] affigimus huic ægritudini, in qua luctus ineſt: quæ omnium maxima eſt.

t affingimus *alii.*

69 Itaque Ariſtoteles, veteres philoſophos accuſans, qui exiſtimaviſſent, philoſophiam ſuis ingeniis eſſe perfectam, ait eos aut ſtultiſſimos aut glorioſiſſimos fuiſſe: ſed ſe videre, quòd paucis annis magna acceſſio facta eſſet, brevi tempore philoſophiam planè abſolutam fore. Theophraſtus autem moriens accuſaſſe naturam dicitur, [18] quòd cervis & cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil intereſſet; hominibus, quorum [v] maximè [x] interfuiſſet, tam exiguam vitam dediſſet: quorum ſi ætas potuiſſet eſſe longinquior, futurum fuiſſe, ut, omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur. querebatur igitur ſe tum, cùm illa videre cœpiſſet, extingui. Quid? ex ceteris philoſophis nonne optimus & graviſſimus quiſque confitetur, multa ſe ignorare? & multa ſibi etiam atque etiam eſſe diſcenda?

P. B.

v id max. *Lamb.*

x intereſſet *MS.* R.

70 Neque tamen, [41] cùm ſe in media ſtultitia, quà nihil eſt pejus, habere intelligant, ægritudine premuntur. nulla enim admiſcetur opinio officioſi doloris. quid, qui [20] non putant lugendum viris? qualis fuit Q. Maximus

re & poſteriore *n* expungitur, tanquam à culpâ ſcribæ: in medio ad oculum reſtat, ut & in Vatic. ſic Fab. dixit lib. II. *Jam familiarius animo ſuo affigent.* Ipſe ſtatim poſt: *quod idem affigimus huic ægritudini;* Itidem ſic tres Pall. *Gelbard.*

18. *Quod cervis & cornicibus vitam diuturnam.*] Rectè conjunguntur vivaces alites: ſicque habet opt. codex Fab. vidi etiam in mſſ. Fabii, ubi hæc verba ex Cicerone ad oram adnotata fuerant, vulgò *corvis.* & quidem ex Virgilio *vivaces cervos* novimus. videtur Plin. lib. VII. cap. 48. *Idem. Cervis* non eſt tamen loco movendum.

19. *Cum ſe in mediâ ſtultitiâ, quâ nihil eſt pejus, habere intelligant.*] Fremant quibus ab omnibus alienis oculi corque dolent: per me, per me certè hic locus reſtitutus eſt de Pal. ſecundo. confirmat jam me amplius, quòd in quart. *inhærere.* in quinto hujus verbi neque vola neque veſtigium reſtet. ſic locum poſt Turnebum reſtituimus. De Leg. libro III. cap. 5. *Theophraſtus verò inſtitutus ab Ariſtotele, habitavit, ut ſcitis, ut eo genere rerum.* hoc quoque in Crepundiis monuimus. *Gelbard.*

20. *Non putat lugendum viris.*] Seneca viris nullum legitimum lugendi tempus conſtitutum eſſe tradit, quia nullum eſt honeſtum, cum

us efferens filium conſularem: qualis L. Paullus, obus paucis diebus amiſſis filiis: qualis M. Cato, ætore deſignato mortuo filio: quales reliqui, quos conſolatione collegimus. Quid hos aliud placavit, 71
ſi quòd luctum & mærorem [y] non putabant viri? rgo id, quod alii rectum opinantes ægritudini ſe ſo- at dedere, [z] id ii turpe putantes ægritudinem repule- nt. ex quo intelligitur; non in natura, ſed in opi- one eſſe ægritudinem.

XXIX. CONTRA dicuntur hæc. Quis tam demens, ſua voluntate [a] mæreat? natura affert dolorem. cui uidem Crantor, inquiunt, [b] noſter cedendum putat. emit enim atque inſtat, nec [c] reſiſti poteſt. Itaque ïleus ille apud Sophoclem, qui Telamonem antea de jacis morte conſolatus eſſet, is cùm audiſſet de [d] ſuo, actus eſt. de cujus commutata mente ſic dicitur:

> [21] *Nec verò tantâ præditus ſapientiâ*
> *Quiſquam eſt, qui aliorum ærumnam dictis allevans,*
> *Non idem, cùm fortuna mutata impetum*
> *Convertat, clade [e] ut ſubita frangatur ſua,*
> *Ut illa ad alios dicta & præcepta excidant.*

æc cùm diſputant, hoc ſtudent efficere, naturæ ob- ti nullo modo poſſe. ii tamen fatentur, graviores æ- itudines ſuſcipi quàm natura cogat. quæ eſt igitur nentia, [22] ut nos quoque idem ab aliis requiramus?

Sed plures ſunt cauſæ ſuſcipiendi doloris. primùm 72
a opinio mali, quo viſo atque perſuaſo ægritudo ſequitur neceſſariò. deinde etiam gratum mortuis ſe fa-

y *MS. R. repetit* mœrorem eſſe. z id *deeſt in aliis.*

a doleat *MS.* b veſter *MS. R. Bentl. & alii.* c ei reſ. *Lamb.* d filio *MS.* ſuo filio *alii.*

P. CCVI.

e ſubita *ut* MS. R. *ut* delet. Lamb. & Daviſ.

m annum fœminis ad lugendum majores inſtituerint; non ut am diu lugerent, ſed ne longius. Laudant luculenti ſcriptores ſtitutum illud Maſſilienſium, quo ſine lamentatione, ſine plan- u cadavera efferuntur: luctus funeris die, domeſtico ſacrificio onvivioque neceſſariorum addito, finitur. Lycurgus in rebus fu- ebribus ἀνεῖλε τὰ πένθη καὶ τοὺς ὀδυρμούς. id eſt, *ſuſtulit luctus* *lamentationes.* Beroald.

21. *Nec verò tanta &c.*] Græci verſus apud Sophoclem non ex- ant: mihi videntur ex deperdita fabulâ tranſlati, cui nomen ἰας Λοκρός. Ejus meminerunt A. Gellius N. A. lib. XIII. cap. 8. & Suidas v. σκολιὰ. Similes aliorum Poëtarum ſententias col- git M. A. Muretus Var. Lect. lib. I. cap. 9. *Daviſ.*

22. *Ut nos quoque idem ab aliis requiramus.*] *Ab illis* magis pla- et, ut legitur in manuſcripto. *Urſin.*

23. *Su-*

facere, ſi graviter eos lugeant, arbitrantur. [23] ſuperſtitio muliebris quædam. exiſtimant eni immortalibus ſe faciliùs ſatisfacturos, ſi com perculſi afflictos ſe & ſtratos eſſe fateantur. i inter ſe quàm repugnent plerique non vident. enim eos, qui æquo animo moriantur: qui mortem æquo animo ferant, eos putant vitup quaſi fieri ullo modo poſſit, quod in amatorio dici ſolet, ut quiſquam plus alterum diligat q

73 Præclarum illud eſt &, ſi quæris, rectum qu verum, ut eos, qui nobis cariſſimi eſſe debean ac noſmetipſos amemus: [f]at verò plus fieri nul poteſt. [24] ne optandum quidem eſt in amicitia, ille plus quàm [g]ſemet, ego illum plus quàm turbatio vitæ, ſi ita ſit, atque officiorum o [h]conſequatur.

XXX. Sed de hoc aliàs. nunc illud ſatis attribuere ad amiſſionem amicorum, miſeriam ne illos plus quàm ipſi velint, ſi ſentiant: pl quàm noſmetipſos diligamus. nam quod aju roſque conſolationibus nihil levari, adjunguntq ſolatores ipſos confiteri ſe miſeros, cùm ad eos i ſuum [i]fortuna [k]converterit: utrumque diſſolvit enim iſta non naturæ vitia, ſed [l]culpæ. ſtulti

f ut *alii.*

g *ita Daviſ. è MS. alii* ſe *aut* ſe amet.

h conſequetur *Daviſ.*

P. B.

i fortuna *deeſt in MS.*

k convertit *MS.*

l ſtultitiæ *conj. Lamb.*

23. *Superſtitio muliebris.*] Sicut religio deos colit, ita violat, quam docti nihil aliud eſſe autumant quàm ti perfluum & delirum, ab aniculis dictam. quæ multis per ætatem delirant & ſtultæ ſunt. M. Tullius in II. de ſuperſtitiones aniles appellat, atque ſuperſtitioſum eſſe v ex eo dictum, quòd qui totos dies precabantur & imm ſibi ſui liberi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appel nomen patuit poſtea latius. Lactantius ait, ſuperſtiti qui ſuperſtitem memoriam defunctorum colunt; qui deos colendos aſſumebant, eos ſuperſtitioſos vocabant. illud Virgilianum:

Vana ſuperſtitio veterumque ignara deorum.

Superſtitio, ut inquit Seneca, *error inſanus eſt; amandos colit violat. hoc faciunt peculiariter mulierculæ, quæ qu bus inanibus addictæ, dum volunt videri nimis religioſæ, fiunt & ita delirant.* Beroald.

24. *Nec optandum quidem eſt in amicitia, ut me ille plu ego illum plus quàm me.*] Sic refingatur hic orationis Victorii editione, Pall. quinque, Fabr. Pith. Vatic. vu *ille plus quam ſe amet.* Gebhard.

em accuſare quamvis copioſè licet. 25 nam & qui non levantur, ipſi ad miſeriam invitant: & qui ſuos caſus aliter ferunt, atque ut auctores aliis ipſi fuerunt, non ſunt vitioſiores quàm ferè plerique; qui avari avaros, gloriæ cupidos glorioſi reprehendunt. eſt enim proprium ſtultitiæ aliorum vitia cernere, obliviſci ſuorum.
74 Sed nimirum hoc maximum eſt [m] experimentum, cùm conſtet ægritudinem vetuſtate tolli, hanc vim non eſſe in [n] die poſitam, 26 ſed in cogitatione diuturna. nam ſi & eadem res eſt, & idem eſt homo: quî poteſt quidquam de dolore mutari, ſi neque de eo, propter quod dolet, quidquam eſt mutatum, neque de eo, qui dolet? cogitatio igitur diuturna, nihil eſſe in re mali, dolori medetur, non ipſa diuturnitas.

[m] expriſmendum MSS.
[n] diem MSS.

XXXI. Hîc mihi afferunt mediocritates. quæ ſi naturales ſunt, quid opus eſt conſolatione? natura [o] enim ipſa terminabit modum. ſin opinabiles, opinio tota tollatur. ſatis dictum eſſe arbitror, ægritudinem eſſe opinionem mali præſentis, in qua opinione illud inſit, ut ægritudinem ſuſcipere oporteat.
75 Additur ad hanc definitionem à Zenone rectè, ut illa opinio præſentis mali ſit recens. hoc autem verbum ſic [p] interpretatur, ut non tantùm illud recens eſſe [q] velit, quod paullo antè acciderit, ſed, quàm diu in illo opinato malo vis quædam inſit, & vigeat, & habeat quandam viriditatem, tam diu appelletur recens: ut [r] Artemiſia illa, Mauſoli, Cariæ regis, uxor; quæ nobile illud Halicarnaſſi fecit ſepulcrum. quamdiu vixit, vixit in luctu,

[o] enim deeſt in MS.
[p] interpretantur MS. R.
[q] velint Id. MS.
[r] Arthem. alii.

25. *Nam & qui non levantur, ipſi alios ad miſeriam invitant.* Ita Manutius, male prorſus: nam qui non admittit conſolationem, non ſtatim dicendus eſt invitare alios ad miſeriam. Victorius, *ipſi ad miſeriam invitant*, male: culpa librarii. Meus manuſcriptus recte, *ipſi ad ſe miſeriam invitant:* quod non minus eſt ſtultum ultro accerſere ſibi malum quàm aliorum vitia cernere, obliviſci ſuorum. *Urſin.*

26. *Sed in cogitatione diurna. nam ſi & eadem.*] Scripſi ita pleriſque mſſ. ductus. nam *diurna*, non *diuturna*, Pall. tert. quart. quint. Vatican. ceterum omnes. Victorius tamen, *nam & ſi eadem.* aliàs, *nam ſi eadem.* Sic paulo poſt: *cogitatio igitur diurna, nihil.* Nam & ibi ſic legendum jubent Pall. tert. quart. quint. Vatican. quanquam prim. *diutina.* Gebhard. At ego, duce Bentlejo, merito *diuturna* in veterem poſſeſſionem miſi.

27. Ap-

luctu, eodemque etiam confecta contabuit. huic [s] eti[...] illa opinio quotidie recens: quæ tum denique no[...] [27] appellabatur recens, cùm vetuſtate exaruit. Hæ[c] igitur officia ſunt conſolantium, tollere ægritudinem funditus, aut ſedare, aut detrahere quàm plurimùm, aut ſupprimere, nec pati manare longiùs, aut [t] ad aliam traducere.

76 Sunt, qui unum officium conſolantis putent, [v] malum illud omnino non eſſe, ut Cleanthi placet. ſunt, qui non magnum malum, ut Peripatetici. ſunt, qui abducunt à malis ad bona, ut Epicurus. ſunt, qui ſatis putant oſtendere, nihil inopinati accidiſſe, [28] nihil mali. Chryſippus autem caput eſſe cenſet in conſolando, detrahere illam opinionem [x] mærenti, [y] ſi ſe officio fungi putet juſto atque debito. ſunt etiam, qui hæc omnia genera conſolandi colligunt. alius enim alio modo movetur, [29] ut ferè nos omnia in conſolationem unam conjecimus: erat enim in tumore animus, & omnis [30] in eo tentabatur curatio. ſed ſumendum tempus eſt non minùs in animorum morbis quàm in corporum: ut Prometheus ille Æſchyli; cui cùm dictum eſſet,

Atqui, Prometheu, te hoc tenere exiſtimo,
[31] *Mederi poſſe [z] rationem iracundiæ.*

Re-

s ita *MS. R. alii* erat opinio.

P. CCVII.

t ad alia *aut* ab aliâ *MSS.* ad alia *Daviſ.*

v docere malum *Lamb.*

x mærentes ne ſe *aut* mærentis ſe *MS.*

y ſe off. f. pio & juſtò *Bentl.*

z *ratione* MS. *orat.* Lamb.

27. *Appellabatur recens.*] Leodegario à Quercu placet, *appellatur recens:* mihi reponendum videtur, *appellabitur recens*; vulgatam enim lectionem ſtare poſſe non arbitror, licet eam omnes noſtri repræſentent. De Artemiſiæ luctu mira refert A. Gellius N. A. lib. x. cap. 18. Adi etiam Valerium Maximum lib. IV. cap. 5, 1. nec non Hieronymum adverſus Jovin. lib. I. fol. 22. *Daviſ.*

28. *Nihil mali.*] Puto rectius, *nihil novi.* nam ſi legas, *mali*, ad Cleanthis rationem revolveris. dixit etiam cap. 16. h. l. *Animus ſic excubat ſapiens, ut ei nihil improviſum accidere poſſit, nihil inopinatum, nihil novum.* P. Manut.

29. *Ut fere nos omnia in conſolationem unam coniecimus.*] Vulgatam lectionem non auſus ſum expungere, quod validè titubent mſſ. eam tuetur ſolus Pall. quint. & Victorii editio. ceteri, *ut ferè* (pr. *veri*) *in conſulatione: omnia in conſolotionem unam* (pr. *una*) *con*. quart. *ut fore nos in conſolatione omnia in conſolationem unam conjecimus.* Vatic. verò: *ut ferè nos in conſulatione fecimus, & omne genus conſolandi in conſolationem unam conjecimus.* Gebhard.

30. *In eo tenebatur curatio.*] Legendum puto, *vertebatur curatio.* quod ſi minus probabitur, *tentabatur*, quod reperitur in aliis libb. MSS. tolerabilius mihi videtur quàm *tenebatur.* Lamb.

31. *Mederi poſſe orationem, &c.*] Sic hunc verſum nunc reſtituimus. in *orationem* fit συνίζησις. nam olim ſic edidimus, *orationem* me-

Reſpondit,

Si quidem [a] *qui tempeſtivam medicinam* [b] *admovens*
Non ad graveſcens vulnus illidat manus.

XXXII. Erit igitur in [c] conſolationibus prima me- 77
dicina, docere aut nullum malum eſſe, aut admodum
parvum: altera [d] & de communi conditione vitæ, &
[e] propriè, ſi quid ſit de ipſius, qui mæreat, diſputan-
dum: tertia, ſummam eſſe ſtultitiam fruſtra confici
mærore, cùm intelligas, nihil poſſe proficí. nam
Cleanthes quidem ſapientem conſolatur: qui conſola-
tione non eget. nihil enim eſſe malum, quod turpe
non ſit, ſi lugenti perſuaſeris, non tu illi luctum, ſed
ſtultitiam detraxeris. alienum autem tempus docendi.
& tamen non ſatis mihi videtur vidiſſe hoc Cleanthes,
ſuſcipi aliquando ægritudinem poſſe ex eo ipſo, quod 78
eſſe ſummum malum Cleanthes ipſe [f] fateatur. quid
enim dicemus? cùm Socrates Alcibiadi perſuaſiſſet, ut
accepimus, eum nihil hominis eſſe, nec quidquam in-
ter Alcibiadem, ſummo loco natum, & quemvis ba-
julum intereſſe: cùm ſe Alcibiades affligaret lacry-
manſque Socrati ſupplex eſſet, ut ſibi virtutem traderet
turpitudinemque depelleret: quid dicemus, Cleanthe?
[g] tum in illa re, quæ ægritudine Alcibiadem afficiebat,
mali nihil fuiſſe? [h] quid? illa Lyconis qualia ſunt?
qui ægritudinem extenuans, parvis ait eam rebus
moveri, fortunæ & corporis incommodis, non animi 78
malis. quid ergo? illud, quod Alcibiades dolebat,
non ex animi malis vitiiſque conſtabat? Ad Epicuri
conſolationem ſatis eſt antè dictum.

XXXIII. Ne illa quidem conſolatio firmiſſima 79
eſt, quamquam & uſitata eſt, & ſæpe prodeſt: Non
tibi hoc ſoli. Prodeſt hæc quidem, ut dixi, ſed nec
ſemper, nec omnibus ſunt enim, qui reſpuant: ſed
refert, quo modo adhibeatur. ut enim tulerit quiſque
eorum, qui [i] ſapienter tulerunt, non quo quiſque in-
com-

[a] *quis* alii.
[b] *admovet* alii.
[c] conſolantibus *ed. vet.*
[d] eſt & de *Vict.*
[e] propriæ *aut* de propriâ *alii.* P. B.
[f] *ita Vict. alii* fatetur. *MS.* fatebatur.
[g] *alii* num illa in re. *MS.* cum nullâ re.
[h] *alii* quid illa.
[i] patienter *alii.*

mederi iracundiæ. fortaſſè non malè, ſed nimis longè ob antiq. ſcript. Is autem, qui proximè ſequitur, ſic legendus: *Si quidem qui tempeſt. &c.* Nam olim operæ malè hoc, *ſi quidem*, divulſum à reliquo verſu, ſeparatim poſuerant. videtur tamen legendum, *admovet*, aut *qui* poſitum erit pro *quis*. Lambinus. Camerarius legit, *Rationem*, & in ultimo verſu, *manu*.

32. *Chry-*

commodo affectus ſit, prædicandum eſt. 32 Chryſippi ad veritatem firmiſſima eſt: ad tempus ægritudinis difficilis. magnum [k] opus eſt, probare mærenti, illum ſuo judicio, & quòd ſe ita putet oportere facere, mærere. nimirum igitur, ut in cauſis non ſemper utimur eodem ſtatu; (ſic enim appellamus controverſiarum genera) ſed ad tempus, ad controverſiæ naturam, ad perſonam accommodamus: 33 ſic in ægritudine lenienda quam quisque curationem recipere poſſit videndum eſt.

k onus *MSS. & alii.*

P. CCVIII.

80 Sed neſcio quo pacto ab eo, quod erat [l] à te propoſitum, aberravit oratio. tu enim de ſapiente quæſieras: cui aut malum videri nullum poteſt, quod vacet turpitudine: aut ita parvum malum, ut id [m] obruatur ſapientià vixque appareat: qui nihil opinione affingat aſſumatque ad ægritudinem: nec id putet eſſe rectum, ſe quàm maximè excruciari luctuque confici: quo [n] pravius nihil eſſe poſſit. edocuit tamen ratio, ut mihi quidem videtur, cùm hoc ipſum propriè 34 non quæreretur hoc tempore, num quod eſſet malum, niſi quod idem dici turpe poſſet: tamen ut videremus, quidquid eſſet in ægritudine mali, id non naturale eſſe, ſed vo-
81 luntario judicio & opinionis errore contractum. Tractatum eſt autem à nobis id genus ægritudinis, quod unum eſt omnium maximum, ut, eo ſublato, reliquorum remedia ne magnopere quærenda arbitraremur.

l ante prop. *MSS. & alii.*
m obſervetur *MS.*
n gravius *Vict.* parvius *MS.*

XXXIV. SUNT ENIM certa, quæ de paupertate; certa, quæ de vita inhonorata & ingloria dici ſoleant. ſe-

32. *Chryſippi ad veritatem firmiſſima eſt.*] Sequutus ſum Victor. editionem, in quâ deeſt vox *ratio*: quòd ſic quoque repererim in Pall. tert. quart. etiam omittatur in alio vet. cod. & Gryphii libro. Pall. prim. quint. *Chryſippi auctoritas ad veritatem firmiſſima eſt.* Gebhard.

33. *Sic in ægritudine leniendâ quam quisque curationem recipere poſſit videndum eſt.*] Secutus hîc ſum libros quatuor, vet. cod. Pall. quint. Fabr. Pith. etiam ductus ſententiæ concinnitate: ſolutius vulgo, *ſic in ægritudine leniendâ. nam quam quisque curationem recipere poſſit videndum eſt.* Idem. *Natura quam quisque* eſt in Norvic. *quamnam quisque* Manut.

34. *Non quæreretur hoc tempore, ne quidem ullum eſſe malum.*] Pal. prim. *ne quod eſſet malum.* ſecund. tert. quart. quint. *nunc quod eſſet malum.* Vatic. vet. cod. Lamb. *num quod eſſet malum.* Fabr. *non turpi, quod eſſet malum.* Gebh.

35. Quam-

ſeparatim ᵒcertæ ſcholæ ſunt de exſilio, de interitu patriæ, ᵖde ſervitute, de debilitate, de cæcitate & de omni caſu: in quo nomen ᵠponi ſolet ʳcalamitatis. hæc Græci in ſingulas ſcholas & in ſingulos libros diſpertiunt. opus enim quærunt: 35 quamquam plenæ diſputationes delectationis ſunt.

Et tamen, ut medici, toto corpore curando, minimæ etiam parti, ſi condoluit, medentur: 36 ſic philoſophia, cùm univerſam ægritudinem ſuſtulit, tamen, ſi quis error aliunde exſtitit, ſi paupertas momordit, ſi igno- 82

o autem certæ *alii.* p de ſervitute *non habet Daviſ.* q dici *aut* imponi *MSS.*

35. *Quanquam plenæ diſputationes delectationis ſunt, &c.*] Cùm vulgata lectio, *planè diſputationis ſunt, delectationis*, me ſæpe offendiſſet, à qua non admodum diſcrepat antiqua: & quidam non indoctus, in libro ſuo impreſſo, quem commodatò mihi dederat, adſcripſiſſet, *non delectationis*, putaveram hunc locum ſic eſſe emendandum. ſed fefellit me opinio. nam emendandus, ut & conjecit Turnebus, *quanquam plenæ diſputationes delectationis ſunt.* Lambin. *Quanquam plenæ diſputationes delectationis ſunt.*] Malui certiſſima Turnebi emendatione cum Lambino paucisque aliis ſtare quam dubiis aliorum concertationibus & æſtuationibus σαλεύεσθαι. vulgò editur: *quamquam planè diſputationis ſunt, delectationis*; unde P. Manut. *quamquam planè diſputationis ſunt & delectationis.* Palat. quart. *quamquam planè diſputationes delectioni ſunt.* quint. & Pith. *quamquam planè diſputationis delectationisque ſunt.* Vatican. inſolenter ab omnibus divertit: *quamquam planè diſputationis, delectationis ſummæ: tamen.* quæ utinam lectio pluribus ſe tueretur teſtibus. *Gebhard.* *Quamquam plenæ diſputationes delectationis ſunt.*] Sic emendavit Hadr. Turnebus Adverſ. lib. XIX. cap. 5. quam conjecturam recepêre D. Lambinus, Janus Gebhardus & Fr. Fabricius, eam à MSto. Colon. probatam eſſe teſtatus. Cùm tamen mire varient libri, diverſas lectiones videamus. Norvic. unus, *plenæ diſputationis ſunt ac delectationis.* Alter cum Pith. & Pal. quint. *plane diſputationis delectationisque ſunt.* Vatic. *quamquam planè diſputationis, delectationis ſummæ: tamen &c.* Vulgg. *quamquam planè diſputationis ſunt, delectationis*, unde Paullus Manutius ex V. C. reſcribebat, *& delectationis.* Petrenſ. *quamquam planè diſputationis aliàs delectationis ſunt.* Pal. quart. *quamquam planè diſputationes delectioni ſunt.* Corrigo, *quamquam planè diſputationes delectationi ſunt*; nemo enim neſcit Græcos ingenii fuiſſe diſputacis, quos propterea *contentionis cupidiores quàm veritatis* dixit Cicero de Orat. lib. I. cap. II. *Daviſ.*

36. *Sic philoſophia.*] Aut omiſſum à librario verbum eſt, quod actionem philoſophiæ det, ut, *Medetur*, *Medicinam facit*, *Remedium offert*: aut, quod magis arbitror, eſt vitium, quod ἀνακόλουθον Græci vocant, alibi etiam à nobis in Tullio non ſemel animadverſum. nam, *etiam ſingularum*, pro *etſi ſingularum*, quod aliis placuiſſe video, mihi quidem non arridet. *P. Manut.*

r exſulium ignominia pupugit, 37 ſi quid tenebrarum obfudit r
alii. ſilium, aut eorum, quæ modo dixi, ſi quid exſti
P. B. 38 & ſi ſingularum rerum ſunt propriæ conſolationes:
quibus audies tu quidem, cùm voles: ſed ad eunde
fontem revertendum eſt, ægritudinem omnem pro
abeſſe à ſapiente, quod inanis ſit, quòd fruſtra ſuſcip
tur, quod non naturâ exoriatur, ſed judicio, ſed op
nione, ſed quadam invitatione ad dolendum, cùm
decreverimus ita fieri oportere.

83 Hoc detracto, quod totum eſt voluntarium, ægri
s tantum do erit ſublata illa mærens: morſus s tamen & con
& contra- ctiunculæ quædam animi t relinquentur. hanc dica
ctiuncula ſanè naturalem, dum ægritudinis nomen abſit, grav
B ...
t relin- tætrum, funeſtum: quod cum ſapientiâ eſſe, atque
quetur ut ita dicam, habitare nullo modo poſſit. Atqui ſti
Idem

37. *Si quid tenebrarum offudit exilium.*] *Exilium*, ut definit Sen
ca in libro de Conſolatione ad Helviam, *eſt loci commutatio*. Ha
autem loci commutationem ſequuntur incommoda, ob quæ di
tur exilium eſſe res miſera, calamitoſa, tenebricoſa, quod
tudo felicitatis obſcuretur, veluti tenebris offuſis. ſed cum
ralis quædam animis mortalium irritatio inſit commutandi ſ
transferendi domicilia atque peregrinandi; non video quid
tum mali in ſe contineat exilium, quod quaſi peregrinatio q
dam eſt & commutatio loci, quem quotidie infinitia multitud
commutat. M. Tullius in or. pro A. Cecina, *Exilium*, inqui
ſupplicium non eſt, ſed perfugium portusque ſupplicii: nam qui
lunt pœnam aliquam ſubterfugere aut calamitatem, eò ſolum vertu
hoc eſt ſedem ac locum mutant. Itaque nulla in lege noſtra reperi
nec apud ceteras civitates, maleficium ullum exilio eſſe mulctatum; ſe
cum omnes vincula, neces ignominiasque vitant, quæ ſunt legibus co
ſtitutæ, confugiunt quaſi ad aram in exilium. Item in or. pro Dom
ſua exilium, ait, nomen eſſe calamitatis, non turpitudinis: ubi
autem turpitudo non eſt, malum eſſe non poteſt, ex Stoicorum
decretis. *Beroald.*

38. *Et ſi ſingularum rerum.*] Verba minus aptè videntur cohære
& ſuſpicor ſcripturam hoc loco depravatam eſſe ac forte legen
dum, *ſi quid exſtitit, & ſingularum rerum, &c.* vel, *etiam ſingula*
rum. Camerar. *Et ſi ſingularum.*] Turbatus eſt locus, quem in
integrum reſtituere multi ſunt conati. Hadr. Turnebus Adverſ. lib.
XIX. cap. 5. ac Joach. Camerarius reponunt, *etiam ſingularum*: u
olentior eſt D. Lambini medicina, pro qua duæ priores voces
omninò ſunt delendæ. Prudentiùs ſe geſſit Paullus Manutius,
qui, ſervata lectione vulgata, ἀνακόλουθον agnoſcit, in quo fre
quentem eſſe Ciceronem alibi notamus. Attamen cùm MS. Nor
vic. *& ſic ſingularum*, non incommodè reſcribi poſſe videtur, &
hinc ſingularum, qua hariolatione recepta omnia bellè ſe habebunt.
Daviſ.

39. Qui

n, equitum peditumque deſcriptio, tota res
, divinitus eſſet conſtituta; tum progreſſio ad-
incredibiliſque curſus ad omnem excellentiam
t, dominatu regio republica liberata. nec verò
; eſt, ut de moribus inſtitutiſque majorum &
. ac temperatione civitatis loquamur. aliis hæc
; accuratè à nobis dicta ſunt, maximéque in iis b conſcri-
, quos de Republica [b] ſcripſimus. pſimus *alii.*
utem loco conſideranti mihi ſtudia doctrinæ 2
iè occurrunt, cur ea quoque [2] arceſſita aliunde,
lùm expetita, ſed etiam conſervata & culta
:. erat enim illis pænè in conſpectu præſtanti
& nobilitate Pythagoras, qui fuit in Italia
us iiſdem, quibus L. Brutus patriam liberavit,
; auctor nobilitatis tuæ. Pythagoræ autem do-
m longè latéque flueret, permanaviſſe mihi vi- P. B.
hanc civitatem: idque cùm conjecturâ proba-
tum quibuſdam etiam veſtigiis indicatur. quis
, qui [c] putet, cùm floreret in Italiâ [d] Græcia c putat
nis & maximis [e] urbibus, ea, quæ magna *MS.*
in hiſque primùm ipſius Pythagoræ, deinde d Græciæ.
thagoreorum tantum nomen eſſet, noſtrorum *MS. R.*
ad eorum doctiſſimas voces aures clauſas e civitati-
fuiſſe? bus *MS.*

ibitus debuit eſſe aliquis modus inſtituto regio, aut
Urſin.
ſita.] MS. Petrenſ. editique vett. *accerſita*, quam lectio-
it Grammatici non unius auctoritas. Agrætius col. 1352.
ui vocat: arceſſit, qui accuſat. Sic etiam Chariſius Inſt.
. III. col. 227. Diomedes lib. I. col. 375. & alii benè
innumeris exemplis conſtat alteram *arceſſendi* verbo
atem. Vide modo Plauti Caſin. Act. II. Sc. IV. Cæ-
Noſtrum lib. IV. Tuſc. Diſp. cap. 32.
uem contrà amari, quem arceſſiri, quem expeti.
n. V. 746.
——— *Primumque arceſſit Aceſten.*
b. VI. 119.
i potuit manes arceſſere conjugis Orpheus;
toribus antè memoratis diverſus abit Servius, qui ait
od evocantis eſt propriè. Me quod attinet, in G. J.
ntiam facilè concedo, qui in Etymol. ſemper rectam
li, nunquam verò *accerſendi*, ſcripturam ſuſpicatur:
mi Codd. priorem legendi modum ubique repræſen-
in rem nonnulla Godeſc. Stewechius ad Apuleji Me-
pag. 378. *Daviſ.*

 3. *Nam*

P. CCIX. M. TULLII CICERONIS

TUSCULANARUM DISPUTATIONUM

AD

M. BRUTUM

LIBER QUARTUS.

DE RELIQUIS ANIMI PERTURBATIONIBUS.

ARGUMENTUM.

Perturbationum omnium differentias perſcrutatur, & medicinam propriam ſingulis definitis aperit.

I. CUM MULTIS locis noſtrorum hominum ingenia virtuteſque, Brute, ſoleo mirari, tum maximè his in ſtudiis, quæ ſerò admodum expetita in hanc civitatem è Græcia tranſtulerunt. nam cùm à primo urbis ortu, [a] regiis inſtitutis, partim etiam legibus, auſpicia, cæremoniæ, [1] comitia, provocationes, patrum con-

a partim regiis *alii malè*.

1. *Comitia, provocationes, patrum conſilium.*] Verbum *provocationes* mihi quidem ſuſpectum eſt, & jure, ut arbitror; nam non puto invitis regibus potuiſſe provocari ad populum. Forte *prenſationes* in comitiis creandi regis, aut cujuſvis inferioris magiſtratus, ſi id jus erat à populo petere. Omnino *prenſationes* ſunt cognatæ comitiis, quibus tanquam rudimenta quædam legum de am-

ilium, equitum peditumque deſcriptio, tota res
aris, divinitus eſſet conſtituta; tum progreſſio ad-
bilis incredibilisque curſus ad omnem excellentiam
is eſt, dominatu regio republica liberata. nec verò
ocus eſt, ut de moribus inſtitutisque majorum &
plina ac temperatione civitatis loquamur. aliis hæc
ſatis accuratè à nobis dicta ſunt, maximéque in iis b conſcri-
ibris, quos de Republica [b] ſcripſimus. pſimus *alii.*
oc autem loco conſideranti mihi ſtudia doctrinæ 2
a ſanè occurrunt, cur ea quoque [2] arceſſita aliunde,
e ſolùm expetita, ſed etiam conſervata & culta
ntur. erat enim illis pænè in conſpectu præſtanti
ntiâ & nobilitate Pythagoras, qui fuit in Italia
oribus iisdem, quibus L. Brutus patriam liberavit,
larus auctor nobilitatis tuæ. Pythagoræ autem do-
a cùm longè latéque flueret, permanaviſſe mihi vi- P. B.
: in hanc civitatem: idque cùm conjecturâ proba-
ſt, tum quibusdam etiam veſtigiis indicatur. quis
eſt, qui [c] putet, cùm floreret in Italiâ [d] Græcia c putat
itiſſimis & maximis [e] urbibus, ea, quæ magna *MS.*
eſt, in hisque primùm ipſius Pythagoræ, deinde d Græciæ
a Pythagoreorum tantum nomen eſſet, noſtrorum *MS. R.*
num ad eorum doctiſſimas voces aures clauſas e civitati-
fuiſſe? bus *MS.*

a adhibitus debuit eſſe aliquis modus inſtituto regio, aut
lege. *Urſin.*

Arceſſita.] MS. Petrenſ. editique vett. *accerſita*, quam lectio-
efendit Grammatici non unius auctoritas. Agrætius col. 1352.
ſit, qui vocat: arceſſit, qui accuſat. Sic etiam Chariſius Inſt.
m. lib. III. col. 227. Diomedes lib. I. col. 375. & alii benè
At innumeris exemplis conſtat alteram *arceſſendi* verbo
poteſtatem. Vide modo Plauti Caſin. Act. II. Sc. IV. Cæ-
apud Noſtrum lib. IV. Tuſc. Diſp. cap. 32.

Quem contrà amari, quem arceſſiri, quem expeti.

us Æn. V. 746.

——— *Primumque arceſſit Aceſten.*

um lib. VI. 119.

Si potuit manes arceſſere conjugis Orpheus;

itteratoribus antè memoratis diverſus abit Servius, qui ait
e, quod evocantis eſt propriè. Me quod attinet, in G. J.
ſententiam facilè concedo, qui in Etymol. ſemper rectam
ceſſendi, nunquam verò *accerſendi*, ſcripturam ſuſpicatur:
deliſſimi Codd. priorem legendi modum ubique repræſen-
Hanc in rem nonnulla Godeſc. Stewechius ad Apuleji Me-
b. VI. pag. 378. *Daviſ.*

fuiſſe? Quinetiam arbitror, propter Pythagoreorum admirationem, Numam quoque regem [f] Pythagoreum à poſterioribus exiſtimatum. [3] nam cùm Pythagoræ diſciplinam & inſtituta cognoſcerent, regiſque ejus æquitatem & ſapientiam à majoribus ſuis accepiſſent, ætates autem & tempora ignorarent, propter vetuſtatem, eum, qui ſapientiâ excelleret, Pythagoræ auditorem fuiſſe crediderunt.

f auditorem Pyth. *MS.*

II. Et de conjectura quidem hactenus. veſtigia autem Pythagoreorum quamquam multa colligi poſſunt, paucis tamen utemur, quoniam non id agitur hoc tempore. nam [4] cùm carminibus ſoliti illi eſſe dicantur & præcepta quædam occultiùs tradere, & mentes ſuas à cogitationum intentione [g] cantu fidibuſque ad tranquillitatem traducere; graviſſimus auctor in Originibus dixit Cato, morem apud majores hunc epularum fuiſſe, ut deinceps, qui accubarent, [5] canerent ad tibiam clarorum

g cantibus *MS.*

3. *Nam cum Pythagoræ diſciplinam & inſtituta.*] Tres Pall. Vatican. *conſtituta.* Palat. quart. *diſciplinam & conſtitutam.* quint. *diſciplinam conſtituta.* Melius omninò *conſtituta*, quia *ſancita & ſecreta.* Gebhard.

4. *Cum carminibus ſoliti*] Veſtigium Pythagoreorum, quod in Italia Romæque floruerint, id maximum eſt: ſicut enim illi carminibus fidibuſque uti ſolebant, ſic Romani ad tibiam carmina canebant in conviviis, quibus clarorum virorum laudes continebantur: Pythagoricis enim, ut inquit Quintil. in IX. moris fuit, cùm evigilaſſent animos ad lyram excitare, quò eſſent ad agendum erectiores, & cùm ſomnum peterent, ad eam prius lenire mentes, ut ſi quid fuiſſet turbidiorum cogitationum, componerent. Idem auctor eſt in I. Pythagoram concitatos ad vim pudicæ jam domui offerendam juvenes mutato cantu compoſuiſſe. de muſica Pythagoræ ſcribit Macrobius in II. in Somnium Scip. Marcianus quoque in libro de Muſica ſic inquit: *Pythagorei docuere, ferociam animi tibiis aut fidibus mollientes, cum corporibus adhærere nexum fœdus animarum.* Beroald.

5. *Canerent ad tibiam.*] Eandem conſuetudinem ex Catone memoravit Noſter lib. I. Tuſc. Diſp. cap. 2. Eſt verò, quod oſtendat, antiquiſſimos Romanos illam à Pythagoreis non accepiſſe; nam hi ſanè lyrâ utebantur, & τοὺς ΑΥ'ΛΟΥΣ ὑπελάμβανον ὑβριστικόν τε καὶ πανηγυρικὸν, καὶ οὐδαμῶς ἐλευθέριον τὸν ἦχον ἔχειν, ut ait Jamblichus vit. Pythag. §. CXI. Certè caſcos illos cum Philoſophis Italicis nullum prorſus habuiſſe commercium argumento ſit, quòd omnium diſciplinarum fuerunt ſpernaces. Hinc tandem

Pœnico bello ſecundo Muſa pinnato gradu
Intulit ſe bellicoſam in Romuli gentem feram;

quæ

rorum virorum laudes atque virtutes. ex quo perſpicuum eſt, [6] & cantus tum fuiſſe reſcriptos vocum ſonis & carmina.

Quamquam id quidem etiam XII. tabulæ declarant, 4
condi jam tum ſolitum eſſe carmen: quod [7] ne liceret fieri [h] ad alterius injuriam [i] lege ſanxerunt. nec verò illud non eruditorum temporum argumentum eſt, quod &

h in alt. MS.
i leges alii. legem MS.

quæ verba ſunt Porcii Licinii apud A. Gellium N. A. lib. XVII. cap. 21. Nec ſapientiæ ſtudioſos *ante Lælii ætatem & Scipionis reperit Cicero, quos appellare poſſit nominatim*, ut ſic infra cap. 3. Sanè ex evanidis hujuſmodi veſtigiis perperam colligitur, inſtituta Pythagorica imitatos eſſe veterrimos Quirites, cùm ea morum ſimilitudo alias ob cauſſas accidere potuerit. Haud aliter Clemens & Euſebius Moſis ſcrinia à Platone compilata fuiſſe tradiderunt; ſed perperam; ut oſtendit vir acutiſſimus Joan. Clericus Epiſt. Crit. VII. *Daviſ.*

6. *Et cantus tum fuiſſe reſcriptos vocum ſonis & carmina.*] Mallem *deſcriptos*, quia proprie & parum remote à littera, reſpondetque Græco verbo ἀναγεγραμμένας. Sed quomodo *vocum ſonis?* an ſoni in tabulas referebantur? itaque placebat Pantagatho, ut pro *ſonis* legeretur *natis*. Urſin. *Cantus tum fuiſſe reſcriptos.*] Sic omnes noſtri mſſ. Pall. Fabr. Gembl. Victor. edit. in Vatican. quoque *reſcriptos.* & ſupra ſcriptum: *deſcriptos.* Gebhard. Quum tamen Livius initio libri VII. dicat *deſcripto ad tibicinem cantu*, inde & hoc loco Tullii manum conjici poſſe ſtatuebat pater in notis ad ejus caput II. *Gronov. Reſcriptos vocum ſonis.*] Alii *reſtrictos* emendant. J. Fr. Gronovius ad Livii lib. VII. cap. 2. legit *deſcriptos*, ac ita dudum edidit Fr. Fabricius. Cùm autem libri manu exarati ſummo conſenſu vulgatam lectionem retineant, eam eſſe ſollicitandam non arbitror. *Reſcriptos vocum ſonis* Græcè dixeris φθόγγοις ἀναγεγραμμένας, locique mens eſt, cantus ſuis ſonis jam tum ſcriptos & notatos fuiſſe, quemadmodum rectè monuit Hadr. Turnebus Adverſ. lib. VII. cap. 17. *Daviſ.*

7. *Ne liceret fieri ad alterius injuriam.*] Duodecim tabulæ decemvirales, quibus leges Romanæ continebantur, capituli ſententia ſanxerunt, ſiquis carmen condidiſſet, quod infamiam faceret flagitiumve alteri, quod M. Tullius in libris de Rep. teſtatur, & D. Auguſtinus repetit lib. II. de Civ. Dei. De hac lege duodecim tabularum intellexit Horatius ſic ſcribens in II. Sermonum:

Si mala condiderit in quem quis carmina: jus eſt
Judiciumque.

ubi expoſuit Porphyrio, lege cautum fuiſſe, ne quis in quenquam maledicum carmen ſcriberet: quinetiam duodecim tabulis lex erat, prohibens injurias incantamentorum, cujus verba hæc ſunt: *Qui malum carmen incantaſſet.* & alibi: *Qui fruges excantaſſet.* Beroald.

P. CCX. k & chordæ præc. MS.

& deorum [8] pulvinaribus & epulis magiſtratuum fides k præcinunt: quod proprium ejus fuit, de qua loquor, diſciplinæ. mihi quidem etiam Appii Cæci carmen, quod valde Panætius laudat epiſtolâ quâdam, quæ eſt ad Q. Tuberonem, Pythagoreorum videtur. multa etiam ſunt in noſtris inſtitutis ducta ab illis: [9] quæ prætereo, ne ea, quæ peperiſſe ipſi putamur, aliunde di-
5 diciſſe videamur. Sed, ut ad propoſitum redeat oratio; quàm brevi tempore quot & quanti poëtæ, qui autem oratores exſtiterunt? facilè ut appareat, noſtros omnia conſequi potuiſſe, ſimul ut velle cœpiſſent. ſed de ceteris ſtudiis alio loco & dicemus, ſi uſus fuerit, & ſæpe diximus.

III. SAPIENTIÆ ſtudium vetus id quidem in noſtris: ſed tamen, ante Lælii ætatem & Scipionis, non reperio, quos appellare poſſim nominatim. quibus adoleſcentibus [10] Stoicum Diogenem & Academicum Carneadem video ad ſenatum ab Athenienſibus miſſos eſſe legatos, qui cùm reipublicæ nullam umquam partem

8. *Pulvinaribus & epulis.*] Non ſunt hæ voces dandi, ſed auferendi caſu poſitæ, & ſignificant tempus, quo pulvinaria ſternuntur, aut epulæ exhibentur, quemadmodum *gladiatoribus*, *ludis* & ſimilia ſexcenties occurrunt, quæ hic multis inculcare nihil attinet. *Verburg.*

9. *Quæ prætereo, ne ea, quæ peperiſſe ipſi putamur, aliunde didiciſſe videamur.*] Variè agitatus locus in ſcriptis libris; quas turbellas proponere exiguæ operæ eſt. Palat. prim. *ut ea quoque peperiſſe ipſi putem.* tert. *ne ea quæ perperiſſe ipſe.* iterum prim. *noſtros aliud didiciſſe. videantur omnia conſequi.* tert. *noſtros aliunde didiciſſe videamur.* Pall. quart. *ne peperiſſe ea, quæ percepiſſe ipſi putamur.* acutè; modo legamus *putemur.* quint. *ne ea peperiſſe ipſi putemur aliunde didiciſſe videamur.* Gebhard. Daviſius è conjectura legendum cenſet, *ut ea peperiſſe ipſi putemur.*

10. *Stoicum Diogenem.*] Athenienſes quondam tres Philoſophos inclytos ad ſenatum Rom. legatos miſerunt, impetratum ut mulctam remitteret, quam civitati eorum fecerat propter Oropi urbis vaſtationem. fuerat ea mulcta talentorum ferè quingentorum. Erant autem iſti philoſophi, Carneades Academicus, Diogenes Stoicus, Critolaus Peripateticus, quos ferunt ſeorſum quemque oſtentandi gratiâ per celeberrima urbis Romæ loca, magno hominum conventu, diſſertaviſſe. Tum admirationi fuiſſe ajunt Rutilius & Polybius philoſophorum trium ſui cujusque generis facundiam. *Violenta*, inquiunt, *& rapida Carneades dicebat; ſcita & teretia Critolaus; modeſta Diogenes & ſobria, qui in ſenatum introducti uſi ſunt interprete Cæcilio ſenatore.* Beroald.

11. *Num-*

tem attigiſſent, [l] eſſetque eorum alter Cyrenæus, alter Babylonius, [11] numquam profectò ſcholis eſſent [m] excitati, neque ad illud munus electi, niſi in quibusdam principibus, temporibus illis, fuiſſent ſtudia doctrinæ. qui cùm cetera litteris mandarent, alii jus civile, alii orationes ſuas, alii monumenta majorum: hanc ampliſſimam omnium artium bene vivendi diſciplinam vitâ magis quàm litteris perſecuti ſunt.

l eſſentque *alii.* m citati *MS.*

Itaque illius veræ elegantisque philoſophiæ, quæ 6
ducta à Socrate in Peripateticis adhuc permanſit, & idem alio modo dicentibus Stoicis, cùm Academici eorum controverſias diſceptarent, nulla [n] ferè ſunt, aut pauca admodum Latina monumenta, ſive [12] propter magnitudinem rerum occupationemque [o] hominum, ſive etiam, quòd imperitis ea probari poſſe non arbitrabantur: [13] cùm interim, illis ſilentibus, C. Amaſinius exſtitit dicens: cujus libris editis commota multitudo con-

n fere ac pauca *MS.* P. B. o omnium *alii, & MS. R.*

11. *Numquam profectò ſcholis eſſent excitati, niſi in quibusdam principibus, temporibus illis, fuiſſent ſtudia doctrinæ.*] Hoc ratiocinium (ignoſcant manes Ciceronis) inſubidum prorſus eſt & ficulneum; nam ne minimè quidem oſtendit, Romanos tum temporis philoſophiam in pretio habuiſſe; docet ſolummodo, hosce viros illi muneri pares ab Athenienſibus exiſtimatos eſſe; ut erant ſanè ob dicendi facultatem, quæ cùm apud Studiorum rudes, tum apud peritos, vim ſuam exſerit. Audiamus Plutarchum vit. Caton. Maj. Tom. I. pag 349. Πρέσβεις Ἀθήνηθεν ἦλθον ἐς Ῥώμην οἱ περὶ Καρνεάδην τὸν Ἀκαδημαϊκὸν, καὶ Διογένη τὸν Στωϊκὸν φιλόσοφον, καταδίκην τινὰ παραιτησόμενοι τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, ἣν ἐρήμην ὦφλον, Ὠρωπίων μὲν διωξάντων, Σικυωνίων δὲ καταψηφισαμένων, τίμημα πεντακοσίων ταλάντων ἔχουσαν —— Ἐμέμψατο (Κάτων) τοῖς ἄρχουσιν, ὅτι πρεσβεία κάθηται πολὺν χρόνον ἄπρακτος ἀνδρῶν, οἳ περὶ παντὸς, οὗ βούλοιντο, ῥᾳδίως πείθειν δύνανται. His Critolaum Peripateticum accenſet, eorumque omnium facundiam laudat A. Gellius N. A. lib. VII. cap. 14. Vide & ejusdem libri cap. 21. ac quæ de Carneade refert Lactantius Div. Inſtit. lib. V. cap. 14. *Daviſ.*

12. *Propter magnitudinem rerum occupationemque omnium.*] Placet in res & homines cauſam conferri, & ut res, ſic homines nominari. aſſentiar igitur veteri libro, qui *hominum* habet, non *omnium*. P. Manut.

13. *Cùm interim C. Amaſinius exſtitit dicens.*] Lambinus *Amaſinius*, & ita eſt in Pall. tert. quart. in Pal. tamen quinto & Vaticano eſt, *Amiſinius*. vulgò *Amaſanius*. ceterùm τὸ *dicens* præ ſe ferunt quinque Pall. Fabr. Pith. unde conjecturâ non abſurdâ Gulielm. *Picens*. Gembl. *docens*. Gebhard.

14. *Il-*

omnia conſequi potuiſſe, ſimul ut vell
de ceteris ſtudiis alio loco & dicemus,
ſæpe diximus.

III. Sapientiæ ſtudium vetus ic
ſtris: ſed tamen, ante Lælii ætatem &
reperio, quos appellare poſſim nomina
leſcentibus [10] Stoicum Diogenem &
Carneadem video ad ſenatum ab Athe
eſſe legatos, qui cùm reipublicæ nulla

8. *Pulvinaribus & epulis.*] Non ſunt hæ voc
rendi caſu poſitæ, & ſignificant tempus, quo
tur, aut epulæ exhibentur, quemadmodum *gla*
ſimilia ſexcenties occurrunt, quæ hic multis i
ner. *Verburg.*

9. *Quæ præterea, ne ea, quæ peperiſſe ipſi put*
ciſſe videamur.] Variè agitatus locus in ſcripti
bellas proponere exiguæ operæ eſt. Palat. prin
riſſe ipſi putem. tert. *ne ea quæ perperiſſe ipſe.* iterur
didiciſſe. videantur omnia conſequi. tert. *noſtros*
deamur. Pall. quart. *ne peperiſſe ea, quæ percepiſſe*
modo legamus *putemur.* quint. *ne ea peperiſſe ipſi*
diciſſe videamur. Gebhard. Daviſius è conject
ſet, *ut ea peperiſſe ipſi putemur.*

10. *Stoicum Diogenem.*] Athenienſes quonda

igiſſent, [l] eſſetque eorum alter Cyrenæus, alter nius, [11] numquam profectò ſcholis eſſent [m] ex- neque ad illud munus electi, niſi in quibusdam ibus, temporibus illis, fuiſſent ſtudia doctrinæ. n cetera litteris mandarent, alii jus civile, alii ıes ſuas, alii monumenta majorum: hanc am- ım omnium artium bene vivendi diſciplinam vitâ quàm litteris perſecuti ſunt.

6 ue illius veræ elegantisque philoſophiæ, quæ à Socrate in Peripateticis adhuc permanſit, & alio modo dicentibus Stoicis, cùm Academici controverſias diſceptarent, nulla [n] ferè ſunt, aut admodum Latina monumenta, ſive [12] propter tudinem rerum occupationemque [o] hominum, ːiam, quòd imperitis ea probari poſſe non arbitra- : [13] cùm interim, illis ſilentibus, C. Amaſinius : dicens: cujus libris editis commota multitudo con-

l eſſentque *alii.* m citati *MS.*

n fere ac pauca *MS.* P. B.

o omnium *alii*, & *MS.* R.

Nunquam profectò ſcholis eſſent excitati, niſi in quibusdam prin-, temporibus illis, fuiſſent ſtudia doctrinæ.] Hoc ratiocinium ːant manes Ciceronis) inſubidum prorſus eſt & ficulneum; e minimè quidem oſtendit, Romanos tum temporis philo- m in pretio habuiſſe; docet ſolummodo, hosce viros illi i pares ab Athenienſibus exiſtimatos eſſe; ut erant ſanè ob l facultatem, quæ cùm apud Studiorum rudes, tum apud ;, vim ſuam exſerit. Audiamus Plutarchum vit. Caton. Tom. I. pag 349. Πρέσβεις Ἀθήνηθεν ἦλθον ἐς Ῥώμην οἱ .αρνεάδην τὸν Ἀκαδημαϊκὸν, καὶ Διογένη τὸν Στωϊκὸν φιλό-, καταδίκην τινὰ παραιτησόμενοι τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, κην ὦφλον, Ὠρωπίων μὲν διωξάντων, Σικυωνίων δὲ καταψη- ιων, τίμημα πεντακοσίων ταλάντων ἐχόντων ——— Ἐμέμ- (Κάτων) τοῖς ἄρχουσιν, ὅτι πρεσβεία κάθηται πολὺν χρό- ρακτος ἀνδρῶν, οἳ περὶ παντὸς, οὗ βούλοιντο, ῥᾳδίως πεί- ιναντοι. His Critolaum Peripateticum accenſet, eorumque ım facundiam laudat A. Gellius N. A. lib. VII. cap. 14. Vide ſdem libri cap. 21. ac quæ de Carneade refert Lactantius nſtit. lib. v. cap. 14. *Daviſ.*

Propter magnitudinem rerum occupationemque omnium.] Placet & homines cauſam conferri, & ut res, ſic homines no- i. aſſentiar igitur veteri libro, qui *hominum* habet, non *m.* P. Manut.

Cùm interim C. Amaſinius exſtitit dicens.] Lambinus *Amaſi-* & ita eſt in Pall. tert. quart. in Pal. tamen quinto & Vatica-, *Amiſinius.* vulgò *Amaſanius.* ceterùm τὸ *dicens* præ ſe ferunt ue Palh. Fabr. Pith. unde conjecturâ non abſurdâ Gulielm. . Gembl. *decens.* Gebhard.

14. *Il-*

contulit ſe ad eandem potiſſimùm diſciplinam, ſive quòd erat cognitu perfacilis, ſive quòd invitabatur [14] illecebris blandæ voluptatis, ſive etiam, quia nihil prolatum
7 erat melius, illud, quod erat, tenebant. Poſt [q] Amaſinium autem [r] multi ejuſdem æmuli rationis multa cùm ſcripſiſſent, Italiam totam occupaverunt: quodque maximum argumentum eſt, non dici illa ſubtiliter, quòd [s] etiam facilè ediſcantur: & ab indoctis probentur, id illi firmamentum [t] eſſe diſciplinæ putant.

IV. SED defendat [v] quod quisque ſentit: ſunt enim judicia libera: nos inſtitutum tenebimus, [x] nullisque unius diſciplinæ legibus [y] adſtricti, quibus in philoſophia neceſſariò pareamus, quid ſit in quaque re maximè probabile ſemper requiremus. quod cùm ſæpe aliàs, tum nuper in Tuſculano ſtudioſè egimus. Itaque expoſitis tridui diſputationibus, quartus dies hoc libro concluditur. ut enim [15] in inferiorem ambulationem deſcendimus, quod feceramus idem ſuperioribus diebus, acta res eſt ſic.

8 M. Dicat, ſi quis vult, [z] qua de re [a] diſputari velit. A. Non mihi videtur omni animi perturbatione poſſe ſapiens vacare. M. Ægritudine quidem heſterna diſputatione videbatur; [16] niſi fortè temporis cauſâ [b] aſſentiebare.

q Amaſanium *alii.*
r cum multi *MS.*
s & facile *Daviſ.*
t eſſe *deeſt in MS.*
v quidem quod *alii.*
unusquisque quid *MS.*
x nulliusque *Bentl.*
y adſcripti *Daviſ.*
z de qua diſp. *MS.*
a diſputare *alii.*
b novi aſſent. *pro* nobis *MS.* R.

14. *Illecebris blandæ voluptatis.*] Vulgg. *illecebris blandis voluptatis:* mihi vero hanc lectionem ſuppeditarunt Norvic. & Petrenſ. a prima manu. Lucretius lib. II. pag. 263.

Inque locum quando remigrant fit blanda voluptas.

Ac iterum lib. IV. pag. 567.

Et quibus ipſa modis tractetur blanda voluptas.

Sic etiam locutus eſt poëta lib. V. pag. 600. *Daviſ.*

15. *In inferiorem ambulationem.*] Academiam intelligit; ita enim inferius gymnaſium in Tuſculano nominabatur, in quo ambulare valetudinis cauſâ ſolebant; cùm ſuperiori gymnaſio nomen eſſet Lyceum, à nomine Ariſtotelicæ ſcholæ. de quo Cicero lib. I. de Div. *Nam cùm ambulandi cauſâ in Lyceum veniſſemus: id enim ſuperiori gymnaſio nomen eſt.* A. Manut.

16. *Niſi forte temporis cauſâ.*] Id eſt, pro tempore, ſeu ex tempore. Ita enim Cic. pro Flacco: *Græco: ex tempore quod opus ſit obſignare.* & mox: *Nihil temporis cauſâ ſcripſiſſe aut obſignaſſe videantur.* Ac paulo poſt: *Noſtra igitur laudatio, quam ille temporis cauſâ nobis datam dicit.* & pro Murena: *At temporis cauſâ. Improbi, inquit, hominis eſt mendacio fallere.* hoc igitur dici videtur hac figura ſermonis, quod à Græcis ἐκ τοῦ τυχόντος. id eſt, hoc tempori datum eſſe ait, ut aſſentiretur diſputationi ſuæ, cùm res illi non

tiebare. A. Minimè verò. nam mihi egregiè probata
eſt oratio tua. M. Non igitur exiſtimas cadere in ſa-
pientem ægritudinem? A. Prorſus non arbitror. M.
Atqui, ſi iſta perturbare animum ſapientis non poteſt,
[17] nulla poterit. Quid enim? metuſne conturbet? At
earum rerum eſt abſentium metus, quarum præſentium P. CCXL
eſt ægritudo. ſublata igitur ægritudine ſublatus eſt
metus. reſtant duæ perturbationes, lætitia geſtiens & c cadant
libido: quæ ſi non [c] cadent in ſapientem, ſemper mens alii.
erit tranquilla ſapientis. A. Sic prorſus intelligo. M. 9
Utrùm igitur mavis? ſtatimne nos vela facere, an qua-
ſi è portu egredientes paullulum remigare? A. Quidnam
eſt iſtuc? non enim intelligo.

V. M. QUIA Chryſippus & Stoici, cùm de animi
perturbationibus diſputant, magnam partem in his par-
tiendis & definiendis occupati ſunt: illa eorum per-
exigua oratio eſt, quâ medeantur animis, nec eos tur-
bulentos eſſe patiantur. Peripatetici autem ad placan-
dos animos multa afferunt: ſpinas partiendi & defi-
niendi prætermittunt. quærebam igitur, utrùm pande- d perpelle-
rem vela orationis ſtatim, an eam antè paullulum dia- rem MS.
lecticorum remis [d] propellerem. A. Iſto modo verò. e perfe-
erit enim hoc totum, quod quæro, ex utroque [e] per- ctum
fectius. Daviſ.

M. Eſt id quidem rectius: ſed pòſt requires, ſi quid 10
fuerit obſcurius. A. Faciam equidem. tu tamen, ut
ſoles, dices iſta ipſa obſcura planiùs quàm dicuntur à
Græcis. M. Enitar [f] equidem: ſed intento opus eſt f quidem
animo, ne omnia dilabantur, [g] ſi unum aliquod effu- alii.
gerit. Quoniam, quæ Græci πάθη vocant, nobis per- g ſi quid eff. MSS.
tur-

non probaretur. *Camer.* *Niſi fortè temporis cauſâ aſſentiebare.*] Poſt vocem *cauſa* in antiquo eſt, *novi*, ſine dubio corrupte, pro *nobis*. Urſin. *Niſi fortè temporis cauſâ aſſentiebare.*] Victor. Lambin. *temporis cauſâ nobis aſſentiebare:* ſed *nobis* in Palat. quinto & vulgò deſit: pro quo Pall. prim. quart. Toſſan. Gembl. Pith. *novi*, unde Gulielmius, ex conjectura, *non vi*; quod exſtat in Vaticano: non omninò abſonè. *Gebhard.* Celeberr. Bentlejus legit: *Niſi forte temporis cauſâ, non re aſſentiebare.*

17. *Nulla poterit — abſentium metus.*] In MSto Norvic. hæc verba ſic ordinantur: *Nulla poterit.* A. *Quid enim? metus non conturbet?* M. *Non. quia earum rerum eſt abſentium metus &c.* Cùm verò reliqui Codd. non addicant, & vulgata lectio perquam ſit commoda, illam mutationem à librario profectam arbitror. *Daviſ.*

18. *Py-*

turbationes appellari magis placet quàm morbos: in his explicandis veterem illam equidem [18] Pythagoræ primùm, deinde Platonis deſcriptionem ſequar: qui animum in duas partes dividunt; alteram rationis participem faciunt, alteram expertem. in participe rationis ponunt tranquillitatem, id eſt, placidam quietamque conſtantiam: in illa altera motus turbidos tum iræ, tum
11 cupiditatis, contrarios inimicosque rationi. Sit igitur
P. B. hic fons. Utamur tamen, in his perturbationibus deſcribendis, Stoicorum definitionibus & partitionibus: qui mihi videntur in hac quæſtione verſari acutiſſimè.

VI. EST IGITUR Zenonis hæc definitio, ut perturbatio ſit, quod *πάθος* ille dicit, averſa à recta ratione, contra naturam, animi commotio. quidam breviùs, perturbationem eſſe [h] appetitum [i] vehementiorem: ſed vehementiorem eum volunt eſſe, qui longiùs diſceſſerit à naturæ conſtantia. partes autem perturbationum volunt ex duobus opinatis bonis naſci & ex duobus opinatis malis: ita eſſe quattuor. ex bonis libidinem & lætitiam: ut ſit lætitia præſentium bonorum; libido futurorum. ex malis metum & ægritudinem naſci cen-

h impet. *alii.*
i vehem. dicunt *alii.*

18. *Pythagoræ primùm, deinde Platonis deſcriptionem ſequar, qui animum &c.*] Cum Stoicorum definitionibus & partitionibus utatur Cicero, illique Philoſophi τὰ πάθη locent in eadem ſede ac ratione; Pythagoras autem & Plato diverſos locos adſignent, Tullium diſciplinæ, quam æmulatur, oblitum eſſe perperam exiſtimat Hadr. Turnebus Adverſ. lib. VII. cap. 17. nam clarè monet Noſter, ſe in animæ diviſione Platonicos & Pythagoricos ſequi, in reliquis autem Stoicos. Illorum ſententiam exponit Plutarchus de Placit. Philoſoph. lib. IV. cap. 4. Πυθαγόρας, Πλάτων κατὰ μὲν τὸν ἀνωτάτω λόγον, διμερῆ τὴν ψυχὴν, (τὸ μὲν γὰρ ἔχει λογικὸν, τὸ δὲ ἄλογον) κατὰ δὲ τὸ προσεχὲς καὶ ἀκριβὲς, τριμερῆ, τὸ γὰρ ἄλογον διαιροῦσιν εἴς τε τὸ θυμικὸν καὶ ἐπιθυμητικόν. Hæc latius diducunt Apulejus Dogm. Plat. lib. I. pag. 9. & Alcinoüs Doct. Plat. cap. 23. At verò οἱ Στωϊκοί φασιν εἶναι τῆς ψυχῆς ἀνώτατον μέρος, τὸ ἡγεμονικὸν, τὸ ποιοῦν τὰς φαντασίας καὶ τὰς συγκαταθέσεις, καὶ αἰσθήσεις καὶ ὁρμάς. καὶ τοῦτο λογισμὸν καλοῦσι, quæ verba ſunt Philoſophi Chæronenſis lib. IV. Placit. cap. 21. Perturbationes etiam ἐν τῷ λογικῷ τῆς ψυχῆς poſuiſſe Stoicos teſtatur idem de Virt. Moral. pagg. 441, 443. & περὶ ψυχογονίας. pag. 1025. D. Hinc factum, ut beſtiæ in perturbationes incidere illis non viderentur, id quod monet Noſter infra cap. 14. Poſidonius tamen Stoicus Pythagoreorum rationem ſecutus eſt. Vide Galenum de Dogm. Hippocr. & Platon. lib. IV. pag. 277. *Daviſ.*

19. *Li-*

cenſent: metum, futuris: ægritudinem, præſentibus. quæ enim venientia metuuntur, eadem [k] afficiunt ægritudine inſtantia.

Lætitia autem & libido in bonorum opinione verſantur, cùm [19] libido ad id, quod videtur bonum, injecta & inflammata rapiatur. lætitia, ut adepta jam aliquid concupitum, efferatur & geſtiat. [l] naturâ enim omnes ea, quæ bona videntur, ſequuntur fugiuntque contraria. Quamobrem [m] ſimul objecta ſpecies cujuſpiam eſt, quod bonum videatur, ad id adipiſcendum impellit ipſa natura. id cùm conſtanter prudenterque fit, ejuſmodi appetitionem Stoici βούλησιν appellant, nos appellamus voluntatem. eam illi putant in ſolo eſſe ſapiente, quam ſic definiunt. voluntas eſt, quæ quid cum ratione deſiderat. quæ autem [n] ratione adverſa, incitata eſt vehementiùs, ea libido eſt vel cupiditas effrenata: quæ in omnibus ſtultis invenitur. 12

Itemque, cùm ita movemur, ut in bono ſimus aliquo, dupliciter id contingit. nam cùm ratione animus movetur placidè atque conſtanter, tum illud gaudium dicitur. cùm autem inaniter & effuſè animus exſultat, tum illa lætitia geſtiens vel nimia dici poteſt: quam ita definiunt, ſine ratione animi elationem. [o] quoniamque ut bona naturâ appetimus, ſic à malis naturâ declinamus: quæ declinatio [p] ſi cum ratione fiet, cautio appelletur, eaque intelligatur in ſolo eſſe ſapiente: quæ autem ſine ratione & cum exanimatione humili atque fracta, nominetur metus. eſt igitur metus [q] ratione [r] adverſa cautio. præſentis autem mali, [s] ſapientis affectio, nulla eſt. [t] Stulti autem ægritudo eſt ea, quà afficiuntur in malis opinatis, animoſque demittunt & contrahunt, rationi non obtemperantes. itaque hæc prima definitio eſt, ut ægritudo ſit animi, adverſante ratione, contractio. ſic quattuor perturbationes 13 P. CCXII. 14

k efficiunt ægritudinem *MSS. & alii.*
l naturæ *MS. R.*
m ſi ſemel *MS.* ſemel obj. ſpecie *alius MS.*
n averſa à rat. *Lamb.* adverſa rationi *alii.*
o quomodoque bona *alii.*
p ſi *delet Bentl.*
q rationi adv. *alii.*
r averſa *MSS.*
s ſapienti *Bentl.*
t Stulta *MSS. & MS. R.* Stultis *Bentl.*

19. *Libido ad id, quod videtur, bonum injecta & inflammata.*] Egregia emendatio Pall. tert. quart. quint. Fabr. Pith. Vatican. *injecta.* Gulielmius, quia ſic in duobus Gallicanis libris repererat, augurabatur, *invecta.* ſed nihil eſt. *injici ad aliquid* rectum eſt de impetuoſa cupiditate, quæ ſe ultrò quaſi in hoſtem injicit. vulgò, *illecta*, ex gloſſa. *Gebhard.*

20. *In-*

tiones ſunt, tres conſtantiæ, quoniam ægritudini nulla conſtantia opponitur.

VII. SED OMNES perturbationes [20] judicio cenſent fieri & opinione. Itaque eas definiunt preſſiùs, ut intelligatur non modò quàm vitioſæ, ſed etiam quàm in noſtra ſint poteſtate. eſt igitur ægritudo opinio recens mali præſentis, in quo demitti contrahique animo rectum eſſe videatur. lætitia, opinio recens boni præſentis, in quo efferri rectum eſſe videatur. metus, opinio impendentis mali, quod intolerabile eſſe videatur. libido, opinio venturi boni, quod ſit ex uſu jam præſens eſſe atque adeſſe.

15 Sed quæ judicia quasque opiniones perturbationum eſſe dixi, non in eis perturbationes ſolùm poſitas eſſe dicunt, verùm illa etiam, quæ efficiuntur perturbationibus, ut ægritudo quaſi morſum aliquem doloris efficiat; metus receſſum quendam animi & fugam; lætitia profuſam hilaritatem; libido effrenatam appetentiam. [v] opinationem autem, quam in omnes definitiones ſuperiores incluſimus, volunt eſſe imbecillam aſſenſionem.

P. B.

v *ita MSS. alii* opinionem.

16 Sed ſingulis perturbationibus partes ejusdem generis plures [x] ſubjiciuntur: ut ægritudini invidentia (utendum eſt enim, docendi cauſâ, verbo minùs uſitato: quoniam invidia non in eo, qui invidet, ſolùm dicitur, ſed etiam in eo, cui invidetur) æmulatio, obtrectatio, miſericordia, angor, luctus, mæror, ærumna, dolor, lamentatio, ſollicitudo, moleſtia, afflictatio, deſperatio, & ſi quæ ſunt de genere eodem. [y] ſub metum autem ſubjecta ſunt pigritia, pudor, terror, timor, pavor, exanimatio, conturbatio, formido. [21] Voluptati malivolentia lætans malo alieno, delectatio, jactatio &

x ſubiciuntur *MS.*

y metui *Lamb. & alii.*

20. *Judicio cenſent fieri.*] Id eſt κρίσει & δόξῃ. de quo quidem non ſimiliter Zeno. nam ille τὰ πάθη dixit eſſe τῶν ἑπομένων τῇ κρίσει, hoc eſt τὰς ἐπιγιγνομένας ταῖς κρίσεσι συστολὰς καὶ λύσεις. quæ quocunque modo interpretatus fuero, melius & planius Græcè dicentur. ſignificantur autem animi contractiones & diſſolutiones, quæ aliqua de re judicium ſequuntur & excipiunt. hæc ita Galenus tradit lib. v. Placitorum Hippocratis & Platonis. *preſſius* autem eſt ſubtilius. ut in Acad. & de Fin. IV. *Camerar.*

21. *Voluptati malevolentia lætans malo alieno.*] Sic in omnibus priſcis novisque quæ vidi exemplaribus. Non. tamen Marcellus, pro *lætans*, *lactans* legit, cùm verbum *lactare* (quod ei eſt inducere,

& ſimilia. Libidini ira, excandeſcentia, odium, inimicitia, diſcordia, indigentia, deſiderium & cetera ejuſmodi. hæc autem definiunt hoc modo.

VIII. INVIDENTIAM eſſe dicunt ægritudinem 17
ſuſceptam [21] propter alterius res ſecundas, quæ nihil no-

re, vel mulcere, vel decipere) exponeret, hunc locum adducens. Nec tamen contemnenda eſt recepta lectio, nam cùm ex opinione Stoicorum Cicero loquatur, qui quatuor genera perturbationum eſſe dicerent, his nominibus ab ipſis appellata, λύπην, φόβον, ἐπιθυμίαν, ἡδονήν· (ipſe quomodo nominet planum eſt) & ſingulis generibus partes plures ſubjicerent: ut alias nunc omittam, ἡδονῇ, id eſt voluptati (quamvis quandoque lætitiam Cicero interpretetur) ſubjiciebant κήλησιν, ἐπιχαιρεκακίαν, τέρψιν, διάχυσιν, ut docet Laërtius in vita Zenonis. Potuit igitur reddere, verbum è verbo ducens, ἐπιχαιρεκακίαν, *molevolentiam lætantem malo alieno*. Nec tamen lectionem Marcelli propter ejus autoritatem improbo: quamvis vereor, ne multis locis depravatum ſit exemplar, quod in manibus omnium eſt: ita enim legit & exponit nonnullos locos Ciceronis, ut vix videantur illo modo poſſe intelligi, niſi omnia mendorum & perverſionum plena ſunt. *Victor.* *Voluptati malevolentia lætans &c.*] Nonius legit, *malevolentia lactans*: ſed errat Nonius. deſcribitur enim ea, quam Græci ἐπιχαιρεκακίαν appellant. ſupra autem non longè, pro *ſub metum autem ſubjecta ſunt*, videtur legendum, *metui autem ſubjecta ſunt, &c.* ut quæ ſequuntur eis reſpondeant, *voluptati malevolentia, &c. libidini ira &c.* alioqui videtur ſubjungere debuiſſe, *ſub voluptatem malevol. ſub libidinem ira &c.* niſi dicamus, Ciceronem conſuluiſſe aurium voluptati & perſpicuitati. nam hoc, *metui*, præterquam quod ambiguum eſt (poteſt enim infinitivi modi eſſe paſſivi, à verbo *metuor*) præterea facit orationem κακόφωνον propter *i* literam in ultima ſyllaba. Ita ſupra dixit, *ſub metum ſubjecta, &c.* infra, *voluptati ſubjecta, &c.* quamvis *ſubjecta* ſubintelligatur, non exprimatur. *Lambin.* *Lætans alieno malo.*] Rob. Stephanus edidit, *lactans alieno malo*. Decepit eum Nonius Marcellus, qui ita laudat cap. I. pag. 491. unde vir doctus ad marginem Codicis Norvic. perperam reſcribebat, *jactans alieno malo.* Expreſſit Tullius ἐπιχαιρεκακίας poteſtatem, quæ eſt ἡδονὴ ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς, aut, ut Noſter infra cap. 9. *voluptas ex malo alterius, ſine emolumento ſuo.* Vide M. A. Muretum Var. Lect. lib. IV. cap. 13. *Daviſ.*

22. *Propter alterius res ſecundas.*] Secundum hanc definitionem eſt illud Horatianum:

Invidus alterius macreſcit rebus opimis.

Invidia, ſive invidentia, cadit in hominem, non cadit in bruta animantia. Invidia diſtat ab odio, quòd invidemus fortunato, odimus vitioſum: quòd invidiam profiteri erubeſcimus, odiſſe palam decorum eſt: quòd invidia hominum tantum eſt, odium reliquarum quoque animantium, ut Plutarchus ſubtiliter diſſerit in lib. de Invidia & Odio. *Invidia*, ut ait Papinius, *ægra eſt lætis, id eſt, ſecundis rebus alterius.* Invidia cùm invidentes infelices effi-

 ciat,

noceant invidenti. nam ſi [z] quis doleat ejus rebus ſecundis, à [a] quo ipſe lædatur, non rectè [b] dicitur invidere: ut, ſi [c] Hectori [d] Agamemno. qui autem, cui alterius commoda nihil noceant, tamen eum doleat his frui, is [e] invidet profectò. Æmulatio autem dupliciter illa quidem dicitur, ut & in laude & in vitio nomen hoc ſit. nam & imitatio virtutis æmulatio dicitur: ſed eâ nihil hoc loco utimur: eſt enim laudis: & eſt æmulatio ægritudo, ſi eo, quod [f] concupierit, alius potiatur, ipſe careat.

Obtrectatio autem eſt ea, quam intelligi zelotypiam
18 volo, ægritudo ex eo, quòd alter quoque potiatur eo, quod ipſe concupiverit. Miſericordia eſt ægritudo ex miſeria alterius, injuriâ laborantis. nemo enim parricidæ aut proditoris ſupplicio miſericordiâ commovetur. Angor eſt ægritudo premens. [23] Luctus ægritudo ex ejus, qui carus fuerit, interitu acerbo. Mæror ægritudo flebilis. Ærumna ægritudo laborioſa. Dolor ægritudo [g] crucians. Lamentatio ægritudo cum ejulatu. Sollicitudo ægritudo cum cogitatione. Moleſtia ægritudo permanens. Afflictatio ægritudo cum vexatione corporis. Deſperatio ægritudo ſine ulla rerum exſpectatione meliorum. Quæ autem ſubjecta ſunt ſub

z quid noleat *MS.*
a quibus *Bentl.*
b dicetur *Idem.*
c Hectoris *Idem.*
d Agamemnon *alii.*
e invideat *MS.*
f ille ipſe *ed. vet.* quis conc. *alii.*
P. CCXIII.
g excruc. *MS.*

ciat intabeſcatque videndo ſucceſſus hominum, merito dixit poëta:

Invidia infelix furias amnemque ſeverum
Cocyti metuit. Beroald.

23. *Luctus.*] Præter hanc ſignificationem *luctus* dicitur inſigne indiciumque mœrentis, ſicut eſt veſtitus niger & pullus. *Lugere* is propriè dicitur, qui ex obitu charæ perſonæ neceſſariæque induit nigra veſtimenta. Scribit Livius, matronas luxiſſe Brutum annuo tempore, ut parentem. Contra *elugere* ſignificat luctum deponere. apud eundem Liv. ait L. Valerius, tribunus plebis: *Quid aliud in luctu quàm purpuram aut aurum deponunt fœminæ? quid aliud cùm eluxerunt ſumunt?* mendoſi codd. non *eluxerunt* habent, ſed *eluſerunt*, corrupto ſenſu & verbo. M. Tullius ait: *Patriam eluxi jam & gravius & diutius quàm ulla mater unicum filium*; ſignificans, ſe lugendo defleviſſe patriæ corruentis interitum. Anthracinus color niger eſt, accommodatus lugentibus. Unde anthracinæ veſtes lugentium dictæ. anthraces enim Græcè, Latinè carbones appellantur. Virgil. luctum ante veſtibulum inferiorum & in primis Orci faucibus collocavit. de quo cecinit Silius:

Luctus edax maciesque malis comes addita morbis.

Antiqui declinabant *luctus lucti* in ſecundo ordine, ut Accius: *Ceſſo hinc ire & rapere lucti veſtem in lecto conjugis.* Idem.

24. *Pi-*

metu, ea ſic definiunt: 24 Pigritiam, metum con-ntis laboris: 25 Terrorem, metum concutientem, .o fit, ut pudorem rubor, [i] terrorem pallor, & tre-, & dentium crepitus conſequatur: Timorem, n mali appropinquantis: Pavorem, metum mentem noventem, ex quo illud Ennii, 19

[h] metum Lamb. & alii.

[i] ſic terr. Vict. Bentl.

Tum pavor ſapientiam omnem mihi 26 exanimato expectorat:

imationem, metum ſubſequentem & quaſi co-n pavoris: Conturbationem, metum [k] excutien-:ogitata: Formidinem, metum permanentem.

[k] exacuentem MS.

IX.

Pigritiam, metum.] Pigritia, ὄκνος apud Andronicum, nem, Stobæum & Nemeſium Nat. Hom. cap. 20. defini-ος μελλούσης ἐνεργείας. Terror, ἔκπληξις, φόβος ἐκ φαν-: ἀσυνήθους πράγματος, ut Laërtius; nam Stobæus & Ne-; ultimam vocem prætermittunt: Andronico autem ἔκπληξις ος ἕνεκεν ἀσυνήθους φαντασίας δεινοῦ. His inductus Paul. :ius, Ciceronis definitionem cenſebat imperfectam; quam-ſupplevit *ex cogitatione inuſitatæ rei.* Absque cauſſa, ut opi-ontica; quum Græcorum ὁρισμοὶ terroris exprimant origi-at Tullii definitio *effectum* ſolum reſpicit, nam concuſſio nſequens eſt ἀσυνήθους φαντασίας. Minus etiam neceſſaria r J. G. Grævii conjectura, qui ad Offic. lib. 1. cap. 36. re-)at, *metum mentem concutientem.* Daviſ.

Terrorem.] Omiſſa eſt definitio *pudoris*, quem paullo ante *gritiam* nominavit, cujusque etiam mentio ſubſequitur. id librarii negligentiâ, an Ciceronis ipſius oblivione, conji-on licet. pudor autem à Zenone, à quo hæc ferè omnia ſumpſit, ita definitur apud Laërtium: Αἰσχύνη δὲ φόβος ς. id eſt: *Pudor autem metus infamiæ ſive impendentis turpi-*. Quod autem *terrorem* Cicero definit metum concutien-vereor, ne ſit imperfecta definitio, & hoc fortaſſe omiſſum *x cogitatione inuſitatæ rei.* eſt enim hæc Zenonis apud Laër-erroris definitio: Ἔκπληξις, φόβος ἐκ φαντασίας ἀσυνήθους :ατος. *P. Manut.*

Ex animo expulerat.] M. Tullius in III. de Or. mentionem ujusce Ennianæ ſententiæ; ſed pro *expulerat* legit, *expecto-*uod veriùs elegantiusque eſt, & ita hoc in loco legendum. im verba novari, quæ ab eo, qui dicit ipſa, gignuntur, unt, vel conjungendis verbis; ut: *Tum pavor ſapientiam mihi exanimato expectorat.* mox ſubjungit, docens iſtud ver-*xpectorat* novum eſſe & ex conjunctione factum, ſicut illud: *um ubertate incurveſcere:* quâ ſententiâ commovemur, id in 1. Tuſc. dictum eſt, *rami baccarum ubertate incurveſcere*, ri à Cicerone tanquam alienum & ex vetuſto poëta trans-im. *Beroald.*

20 IX. VOLUPTATIS autem partes hoc modo deſcribunt, ut [l] malivolentia ſit voluptas ex malo alterius ſine emolumento ſuo: Delectatio voluptas, ſuavitate auditûs animum [m] deleniens. & qualis eſt hæc aurium, tales ſunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & ſaporum: quæ ſunt omnes unius generis, ad perfundendum animum tamquam [n] illiquefactæ voluptates.

l malevol. *alii.* m delin. *alii.* n liquef. *MS.*

21 Jactatio eſt voluptas geſtiens & ſe efferens inſolentiùs. Quæ autem libidini ſubjecta ſunt, ea ſic [o] definiuntur, ut [27] Ira ſit libido pœniendi ejus, qui videatur læſiſſe injuriâ. [28] Excandeſcentia autem ſit ira naſcens & modò exſiſtens, quæ θύμωσις Græcè dicitur: Odium ira inveterata: Inimicitia ira ulciſcendi tempus obſervans: Diſcordia ira acerbior, intimo [p] odio & corde concepta: Indigentia libido inexplebilis: Deſiderium libido ejus, qui nondum adſit, videndi. [29] [q] Diſtinguunt illud etiam, ut [r] ſit libido earum rerum, quæ

o definiunt *alii.* P. B p ore *MS.* animo *Lamb. Bentl.* q Diſtinguuntur illo *Bentl.* r deſiderium ſit *Idem.*

27. *Ira ſit libido puniendi ejus, qui videatur læſiſſe injuriâ.*] Quia video quibusdam in libb. deſiderari verbum *injuria*, quod etiam in iis, qui ex ædibus noſtris, alioqui ſatis emendati, ſuperioribus annis exierant, omiſſum erat; ideo Græca Zenonis verba, jam definientis, ut omnis inpoſterum occaſio mendi tollatur, recitare viſum eſt. ſunt autem hæc apud Laërtium: Ὀργὴ δὲ ἐπιθυμία τιμωρίας τοῦ δοκοῦντος ἠδικηκέναι, οὐ προσηκόντως. P. Manut.

28. *Excandeſcentia autem ſit ira naſcens & modò exſiſtens.*] Quid differunt *naſcens* & *exſiſtens*? nugæ meræ. legend. ex duobus Pall. poſtremis, *& modò deſiſtens*; hoc eſt, citò decreſcens, evaneſcens: ut in illo Propertii: *Nec citò deſiſto, nec temerè incipio.* Gebhard.

29. *Diſtinguunt etiam illud, ut ſit libido earum rerum, quæ dicuntur &c.*] Diſtinguuntur quæ definita jam ſunt, *deſiderium* & *indigentia*. ſed paulo plenius eſſet: *ut deſiderium ſit libido.* ſin *deſiderium* omittimus, ſubaudire neceſſe eſt: ſed addi malim quàm ſubaudiri. Poſſet etiam ſic, verbo *illud* in alium locum translato: *Diſtinguunt etiam, ut illud ſit libido.* ita *deſiderium* ſignificari commodius intelligetur. Diſtinctio quidem hæc in Laërtio, ubi Zenonis definitiones perſequitur, non reperitur. Non placet autem, quod ſuſpicari aliquis fortaſſe poſſet, Ciceronem non *deſiderium* & *indigentiam*, ſed *libidinem* & *indigentiam* voluiſſe diſtinguere; quis enim, exempli gratiâ, animal & hominem, id eſt genus & ſpeciem, diſtinguat? diſtinguuntur autem varie definita, eidem generi ſubjecta, ut homo & lupus, deſiderium & indigentia. neque nunc id Ciceroni propoſitum eſt, ut libidinis vim & naturam oſtendat, ſed ut eorum, quæ libidine, tanquam ſpecies genere, comprehenduntur. alioqui diverſum aliquid à libidine haberet indigentia. quod fieri non poteſt; nihil enim eſt in ſpecie, quod idem in genere non ſit. licet contra quæ in genere non eadem in

quæ dicuntur de quodam aut quibusdam: quæ κατηγορήματα dialectici appellant; ut [s]30 habere divitias, [t]capere honores. [31]Indigentia rerum ipſarum eſt, ut honorum, ut pecuniæ. s avere alii. t cupere alii.

Omnium autem perturbationum fontem eſſe dicunt 22 Intemperantiam: quæ eſt à tota mente & à recta ratione defectio, ſic averſa à præſcriptione rationis, ut nullo

in ſpecie ſint omnia; utamur enim receptis vulgo ac tritis jam conſuetudine nominibus. *P. Manut.* *Diſtinguunt illud etiam, ut ſit libido &c.*] Steph. *diſtinguitur illud etiam*; in nonnullis Codd. legitur, *etiam illud*, unde, mutata interpunctione, reſcribo, *diſtinguunt etiam, illud ut ſit libido*, nempe deſiderium; enarrat enim Cicero diſtinctionem, quam inter hoc & indigentiam ponunt Stoici. Hinc factum, ut D. Lambinus conjecerit, *diſtinguunt illud etiam, ut deſiderium ſit earum rerum:* P. verò Manutius, *ut deſiderium ſit libido*; vel, *diſtinguunt etiam, ut illud ſit libido*; noſtra autem correctio ad receptum ordinem propius accedit. Porro κατηγόρημα Græcè definitur τὸ κατά τινος ἀγορευόμενον. Vide Diogenem Laërtium lib. VII. pag. 179. & Suidam in voce. *Daviſ.*

30. *Avere divitias, cupere honores.*] Vulgg. *habere divitias, capere honores*; quam lectionem vitioſam fuiſſe ſtatim vidi; nam ſine minimo deſiderio honores capi poſſunt, haberi divitiæ. Recepi igitur ſcripturam, quam præſtat Froben. præſertim cùm *cupere honores* diſertè repræſentet MS. Norvic. Legi etiam poſſit *havere divitias*; illo enim modo ſæpe ſcripſiſſe vett. ex permultis inſcriptionibus patet. Adi Petr. Victorium in Ciceronis Famil. lib. VIII. ep. 16. *Idem.*

31. *Diligentia libido rerum ipſarum eſt.*] Videtur omnino *indigentia* legendum eſſe. Cùm enim partes libidinis expoſuiſſet, iram, excandeſcentiam, odium, inimicitiam, indigentiam, deſiderium: alio etiam pacto eoſdem (Stoicos inquam) has res diſtinguere dicit, ut neceſſe ſit res ſuprà explicatas iterum tractare. Dixerat autem *indigentiam* eſſe libidinem inexplebilem: reddideratque *indigentiam* (niſi fallor) quam illi appellabant σπάνιν, ſicque definiebant autore Laërtio: Σπάνις ἐστιν ἐπιθυμία τις ἐν ἀποτεύξει καὶ οἷον κεχωρισμένη ἐκ τοῦ πράγματος τεταμένη δὲ διακενῆς ἐπ' αὐτὸ καὶ σπωμένη. Quare ex hac ipſius etiam Græca definitione mihi videtur ſic, ut emendavimus, omnino locus ille legi debere, quem enim ſenſum hic *diligentia* habere poterat. *Victor.* *Diligentia.*] Veneti, *Indigentia:* de cujus ſcripturæ veritate dubitari non poteſt. *Camerar.* *Indigentia libido rerum ipſarum eſt.*] Cùm *indigentia* pendere videatur à verbo *diſtinguunt* (patet enim, hic diſtingui *deſiderium* & *indigentiam*) adducor, ut *eſt* abundare putem, aut legendum, *ſit*. P. Manut. *Diligentia rerum ipſarum eſt.*] Sic eſt in editione Aldi Avi, in mſſ. Pall. quinque (ſecund. *diligentia libido rerum*) Vatican. vulgo, *indigentia*. unde Victorius: *indigentia libido.* nos vulgarum amplexi ſumus: nam id ratio omninò flagitat ac ſubjicit textum orationis. *Gebhard.*

nullo modo appetitiones animi nec regi nec contineri
queant. quemadmodum igitur temperantia [v] ſedat
appetitiones & efficit, ut hæ rectæ rationi pareant;
[x] conſervatque conſiderata judicia mentis: ſic huic ini-
mica intemperantia omnem animi ſtatum inflammat,
conturbat, incitat. itaque & ægritudines, & metus,
& reliquæ perturbationes omnes gignuntur ex ea.
23 X. QUEMADMODUM cùm ſanguis corruptus eſt,
aut pituita redundat, aut bilis; in corpore morbi
ægrotationesque naſcuntur: ſic pravarum opinionum
[y] conturbatio & ipſarum inter ſe repugnantia ſanitate
ſpoliat animum morbisque [z] perturbat. ex perturba-
tionibus autem primùm morbi conficiuntur, quæ vocant
illi *νοσήματα*, eaque, quæ ſunt eis morbis contraria.
quæ habent ad res certas vitioſam offenſionem atque
faſtidium: deinde ægrotationes, quæ appellantur à
Stoicis [a] *ἀῤῥωςήματα*, hisque item oppoſitæ contrariæ
offenſiones. hoc loco nimium operæ conſumitur à
P. CCXIV. Stoicis, maximè à Chryſippo, dum morbis corporum
comparatur morborum animi ſimilitudo. qua oratione
prætermiſſa minimè neceſſaria, ea, quæ rem conti-
24 nent, pertractemus. [32] Intelligatur igitur, perturba-
tionem, jactantibus ſe opinionibus inconſtanter & tur-
bidè, in motu eſſe ſemper. cùm autem hic fervor
concitatioque animi [b] inveteraverit, & tamquam in
venis medullisque inſederit, tum exſiſtit & morbus,
& ægrotatio, & offenſiones eæ, quæ ſunt eis morbis
ægrotationibusque contrariæ.

XI. HÆC, QUÆ dico, cogitatione [c] inter ſe diffe-
runt, [d] re quidem copulata ſunt, eaque oriuntur ex li-
bidine [e] & lætitia. nam cùm eſt concupita pecunia,
nec adhibita continuò ratio, quaſi quædam Socratica
medicina, quæ [f] ſanaret eam cupiditatem: [33] permanat
in

v ſe ad *ed. vet.*
x conſer- etque jud. *MS.*
y pertur- batio *MS.*
z contur- bat *MS.*
a *ἀποςί- ματα MS.*
b invete- ravit *alii.*
c quidem inter *alii.*
d re vero cop. *iid.*
e & ex lætit. *MS.* ex lær. *Daviſ.*
f ſanet *Bentl.*

32. *Intelligatur igitur, perturbationem, jactantibus &c.*] Seceſſionem hic mirificè facit Palat. quart. *perturbatione jactantibus opinionibus inconſtanter* (puto, *inconſtanti*) *& turb.do in animo motus eſſe ſemper.* Gebhard.

33. *Permanat in venas & inheret in viſceribus illud malum exſiſtitque morbus.*] Pal. pr. *inh. in viſceribus illud malum, exſiſtitque morbus & ægrotatio.* ſecund. tert. *viſceribus, illud malum exſiſtit: qui.* quart. *inheret in viſceribus illud malum exſiſtit. Qui morbus & ægrotatio que avell.* quint. *& heret in viſceribus &c.* ex quibus omnibus le-

in venas & inhæret in viſceribus illud malum exſiſtitque morbus & ægrotatio: quæ avelli inveterata non poſſunt: eique morbo nomen eſt avaritia.

Similiterque ceteri morbi: ut gloriæ cupiditas, ut 25
mulieroſitas, ut ita appellem eam, quæ Græcè φιλογυνεία dicitur, [g] ceterique ſimiliter morbi ægrotationesque naſcuntur. quæ autem ſunt his contraria, ea naſci putantur à metu, ut odium mulierum, [34] quale in μισογύνῳ eſt, [h] ut in hominum univerſum genus, quod accepimus de Timone, qui μισάνθρωπος appellatur: ut [i] inhoſpitalitas eſt. quæ omnes ægrotationes animi ex quodam metu naſcuntur earum rerum, quas fugiunt & [k] oderunt.

Definiunt autem animi ægrotationem, opinationem
vehementem de re non expetenda, tamquam valde ex- 26
petenda ſit, inhærentem & penitus inſitam. quod autem naſcitur ex offenſione ita definiunt, [l] Opinionem vehementem de re non [m] fugienda, inhærentem & penitus inſitam, tamquam fugienda. hæc autem opinatio eſt [n] judicare ſe ſcire, quod neſciat. Ægrotationi autem talia quædam ſubjecta ſunt, avaritia, ambitio, mulieroſitas, pervicacia, [o] ligurritio, vinolentia, [p] cupedia, & ſi [q] qua ſimilia. eſt autem avaritia opinatio vehemens de pecunia, [35] quaſi petenda ſit, inhæ-

[g] ceteri inquam ſimiliter *Bentl.* [h] ut hom. univerſi generis *Lamb.* [i] inhoſpitabilitas *ed. vet.* [k] odiunt *MS.* [l] Opinationem *al i. P. B.* [m] expetenda *MS. R.* [n] judicatio *MS.* [o] *ita MSS. alii* liguritio. [p] cuppedia *Non. Marcell.* [q] quæ *ed. vet.* qua ſunt *MS.*

legerim, ſi conjecturæ locus; *inhæret in viſceribus; illicò malum exſiſtit; qui morbus ægrotatioque inv.* ſed N. L. *Gebhard.* At vero hæc, ſi quæ alia, inſignis eſt παραδιόρθωσις, eâque receptâ nec ſenſus nec Latinitas conſtabit. Optimè ſe habet lectio vulgata; nam ſecundum Stoicos hoc *inter morbos animi intereſt & affectus, ut morbi ſint inveterata vitia, affectus verò motus animi ſubiti & concitati, qui frequentes neglectique fecêre morbum.* Iſta ferè verba ſunt Senecæ Epiſt. LXXV. *Daviſ.*

34. *Quale in μισογυνεία eſt, ut.*] Nihil volui novare in hoc corruptiſſimo loco, contentus ingenioſioribus veterem prodidiſſe ſcripturam: Pal. ſec. *quæ in miſſogino atilia eſt.* tert. *in miſſagino atilia eſt.* ad marg. *immiſſo gino atilie.* quart. *in miſſo gynotili eſt.* quint. *quale in miſſogymo atilia eſt.* Vatican. *quale in miſſo guno atili eſt.* Vet. cod. & Fabr. *quale in μισογύνῳ Atilii eſt*; quæ videtur veriſſima lectio, probatque Mercerus ad Nonium, in *Mulieroſitas.* Gebhard. Daviſii μισογύνῳ recipere non dubitavi. Bentlejus totum locum hoc modo conſtituit, an ſatis modeſtè judicent alii: *Ut odium in mulieres, quale μισογύνῳ Hippolyti eſt, ut in &c*

35. *Quaſi valde expetenda ſit.*] Hanc lectionem ex Petrenſ. & Cantabr. recepi. Eam etiam præſtant omnes editi vetuſtiores,

hærens & penitus inſita. ſimiliſque eſt ejuſdem gene-
27 ris definitio reliquarum. Offenſionum autem definitiones ſunt ejuſmodi, ut inhoſpitalitas ſit opinio vehemens, valde fugiendum eſſe hoſpitem, eaque inhærens & penitus inſita. ſimiliterque definitur & mulierum odium, ut Hippolyti & ut Timonis, generis humani.

XII. ATQUE ut ad [r] valitudinis ſimilitudinem [s] veniam, eaque collatione utamur aliquando, ſed parciùs quàm ſolent Stoici: [36] ut ſunt alii ad alios morbos procliviores: (itaque dicimus [37] gravedinoſos quoſdam, quoſdam torminoſos, [38] non quia jam ſint, ſed quia [t] ſæpe ſint:) [v] alii ad metum, alii ad aliam perturbationem. ex quo in aliis anxietas, unde anxii; in aliis iracundia dicitur, quæ ab ira differt, eſtque aliud iracundum eſſe, aliud iratum: ut differt anxietas ab angore. neque enim omnes anxii, qui anguntur aliquando, [x] nec qui anxii, ſemper anguntur: ut inter ebrietatem [y] & ebrioſitatem intereſt: aliudque eſt amatorem eſſe, aliud amantem. atque hæc aliorum ad alios morbos proclivitas latè patet. nam pertinet ad omnes perturbationes. In

r valetud. *alii.*
s veniamus *Daviſ. & MS.*
t ſæpe ſic alii *Manut.*
v ſic alii *Lamb.*
x neque *alii.*
y & ebrioſ. *deeſt MSS.*

niſi quod Ven. 1491. corruptè repræſentet, *quaſi valdè expetenda ſit.* Janus Gebhardus ac recentiores exhibent, *quaſi petenda ſit*, quam quidem ſcripturam ne unus quidem, ut videtur, confirmat MStus. *Daviſ.*

36. *Ut ſunt alii ad alios morbos.*] Imperfecta ſimilitudo: nam ad particulam, *ut*, quod reſpondeat nihil eſt. forte ita corrigendum. *Ut ſunt alii ad alios morbos procliviores: itaque dicimus gravedinoſos quoſdam, quoſdam torminoſos, non quia jam ſint, ſed quia ſæpe: ſic alii ad metum.* P. Manut.

37. *Gravedinoſos quoſdam, quoſdam torminoſos.*] Sic vulgg. Norvic. autem *gravidinoſos quoſdam, alios torminoſos.* Ven. 1491. *Itaque dicimus gravedinoſos, quoſdam torminoſos*; ſic etiam à prima manu Petrenſ. nec aliter Nonius cap. 11. pag. 549. ubi hunc locum adducit. Haud de nihilo eſt hæc lectio, nam ita loquuntur veteres. Curtius lib. VII. cap. 4, 11. *Obſtat metus, aliis cupiditas*; ubi quædam editt. *obſtat aliis metus, aliis cupiditas*, ſed voculam ſecundam rectè delevit Jo. Freinſhemius. cum quo facit MS. qui in bibliotheca Petrenſi ſervatur. Livius lib. III. cap. 37. *Et jam ne tergo quidem abſtinebatur; virgis cædi, alii ſecuri ſubjici.* Ibi J. F. Gronov. ὁ πάνυ ea protulit exempla, quæ fidem facerent homini maximè pervicaci. *Daviſ.*

38. *Non quia ſemper, ſed quia ſæpe ſint.*] Abeſt ab antiquo libro verbum *ſint*, quod eſt ſecundo loco poſitum. *Urſin.*

39. *Ergo*

In multis etiam vitiis apparet: ſed nomen res non 28
habet. 39 ergo & invidi, & malivoli, [z] & lividi, & ti-
midi, & miſericordes, quia proclives ad eas [a] perturba-
tiones, non quia ſemper [b] feruntur. hæc igitur procli-
vitas ad ſuum quodque genus, à ſimilitudine corporis,
ægrotatio [c] dicitur, dum ea intelligatur ad ægrotandum
proclivitas. ſed hæc in bonis rebus, quòd alii ad alia bona
ſunt aptiores, facilitas nominetur, in malis proclivitas,
ut ſignificet lapſionem: in neutris habeat ſuperius no-
men.

XIII. Quo modo autem in corpore [d] eſt morbus,
[e] eſt ægrotatio & vitium; ſic in animo. Morbum ap-
pellabant totius corporis corruptionem. Ægrotationem
morbum cum imbecillitate: vitium, cùm partes corpo-
ris inter ſe diſſident. ex quo pravitas membrorum, diſ- 29
tortio, deformitas. itaque illa duo, morbus & ægro-
tatio, ex totius [f] valitudinis corporis conquaſſatione &
perturbatione gignuntur: vitium autem, integra [g] vali-
tudine, ipſum ex ſe cernitur. ſed in animo tantum-
modò cogitatione poſſumus morbum ab ægrotatione
ſejungere. vitioſitas autem eſt habitus aut affectio in
tota vita inconſtans & à ſe ipſa diſſentiens. ita fit, ut
in altera corruptione opinionum morbus efficiatur &
ægrotatio: in altera inconſtantia & repugnantia. 40 non
enim omne vitium [h] partes habet [i] diſſentientes, ut eo-
rum,

z & deeſt *in multis*.
a perturb. ſunt *alii*.
P. CCXV.
b ferantur *aut* perferuntur *MS*.
c dicatur *Bentl.*
d eſt *non eſt in aliis*.
e at *aut* & *MS*.
f valetud. *alii*.
g valetud. *alii*.
h pares *Bentl.*
i diſſenſiones *Idem*.

39. *Ergo invidi, & malevoli, & lividi.*] Ita eſt in antiquo, cum in aliis deſit conjunctio, *&*, poſt vocem *malevoli*, quæ neceſſaria videtur. *Urſin.* *Lividi.*] Livor non multum diſtat ab invidia, de quo Silius:

Atque angens utraque manu ſua guttura livor.

inde *lividus* pro invido ponitur & ὑποκοριστικῶς *lividulus*. Juvenalis: *Invideas ſi lividus ſis.* De Livore ait Maro: *Livor tabificum malis venenum.* A poëtis dicitur livor edax, qui, ut ait Ovidius, *paſcitur in vivis, poſt fata quieſcit. Flagelli plaga livorem facit*, ut ſcriptum eſt in Eccleſiaſtico, id eſt pallorem: unde *liventia planctu brachia* dixit Silius; & *liventes ſcapulas* Hieronymus. talis color in invidentium ore conſpicitur. *Beroald.*

40. *Non enim omne vitium.*] Hunc locum me non intelligere fateor. itaque relinquo cuique de illo judicium ſuum. nam dicere, corruptum & mutilum videri, vereor ne reprehendi facile poſſit, cùm hoc uſurpare liceat in omnibus, quæ minus nobis perſpicua ſunt. itaque ut in Tragœdia in deos relata cauſa refutatur facilitatis nomine, cùm ſic dicitur, τὸν ῥᾷστον εἶπας αἰτιάσασθαι θεούς. ita & hanc fortaſſis veram, ſed nimis tritam vulgaremque expli-

 cationis

rum, qui non longè à ſapientia abſunt, affectio eſt illa quidem diſcrepans [k] ſibi ipſa, dum eſt inſipiens, ſed non diſtorta, nec prava. morbi autem & ægrotationes partes ſunt vitioſitatis: ſed perturbationes, ſintne ejusdem partes, quæſtio eſt.

k à ſe ipſa *alii.*

30 Vitia enim affectiones ſunt manentes: perturbationes autem moventes, ut non poſſint affectionum manentium partes eſſe. atque ut in malis attingit animi naturam corporis ſimilitudo, ſic in bonis. ſunt enim in corpore præcipua, pulcritudo, vires, valitudo, firmitas, velocitas: ſunt item in animo. Eſt [41] enim corporis temperatio, cùm ea congruunt inter ſe, è quibus conſtamus, ſanitas: ſic animi dicitur, cùm ejus judicia opinioneſque concordant, eaque animi eſt virtus: quam alii ipſam temperantiam dicunt eſſe, alii obtemperantem temperantiæ præceptis, & [l] eam [m] ſubſequentem, nec habentem ullam ſpeciem ſuam: ſed ſive

P. B.

l etiam *MS.*
m obſequentem *edd. vett.*

cationis intermiſſæ rationem reddere non placuit. non enim magis Græca ſuppetebant, de quibus certius aliquid conſtituere poſſemus. In his igitur ut dubitationem vel etiam ignorantiam confiteri meam optimum putavi: ſic auſim affirmare, quæ ſequuntur ita legi debere: *Sunt enim in corpore præcipua, pulchritudo, vires, valetudo, firmitas, velocitas. Sunt item in animo. ut enim corporis temperatio, cum ea congruunt inter ſe, è quibus conſtamus, ſanitas: ſic animi dicitur, cum ejus judicia opinioneſque concordant.* Camer. *Non enim omne vitium partes habet diſſentientes.*] Hunc locum ſicco pede reliqui prætereunt interpretes; ſe non intelligere fatetur Joach. Camerarius. Me ſanè quòd attinet, haud capio, qui *omne vitium partes non habeat diſſentientes, cùm eorum, qui non longè à ſapientia abſunt, affectio ſit illa diſcrepans ſibi ipſa*; ſi enim vitium partes non habet diſſentientes, quomodo fieri poteſt, ut ſit affectio ſibi ipſa diſcrepans? Reſcribendum puto, *etenim omne vitium partes habet diſſentientes*, ac tum demum ſolvetur nodus, aut ſaltem ſecabitur. *Daviſ.*

41. *Corporis temperatio cùm ea congruunt.*] Ita eſt in vulgatis: liber manuſcriptus habet, *ſicut enim corporis temperatio, &c.* quæ videtur melior lectio. ſed cum addantur duo verba, minuſque ſit tranſponere verba quàm addere, ita legerim: *Sunt enim in corpore valetudo, pulchritudo, vires, velocitas: ſunt item in animo. præcipua corporis temperatio, cum ea congruunt inter ſe, è quibus conſtamus: ſanitas ſic animi dicitur.* Urſin. *Sunt item in animo. Enim corporis temp.*] Malui locum, ut proſtat in Pall. ſec. tert. quart. Vatic. edere; quàm creperas aliorum micationes in refingendo & integrando attendere. Victorius edidit: *ſunt item in animo, corporis temperatio, quum ea.* Lambin. *& ut corporis eſt temperatio*, ex ſuis obſequentiſſimis, (quos non nominat) libris. Pal. tamen quint.

c, ſive illud ſit, in ſolo eſſe ſapiente. 42 Eſt au-
uædam animi ſanitas, quæ in inſipientem etiam
, cùm n curatione medicorum o conturbatio mentis
ur. Et, ut corporis eſt quædam apta figura mem- 31
m, cum coloris quadam ſuavitate; eaque dicitur
tudo: ſic in animo, opinionum judiciorumque
abilitas & conſtantia, cum firmitate quadam &
tate virtutem ſubſequens, aut virtutis vim q ipſam
iens, pulcritudo vocatur. Itemque viribus corpo-
& nervis, & efficacitati ſimiles ſimilibus verbis
. vires nominantur. Velocitas autem corporis
tas appellatur: quæ eadem ingenii etiam laus ha-
propter animi multarum rerum brevi tempore
urſionem.

n gubernatione *Daviſ.*
o perturb. *alii.*
p æqualitas *ed. vet.*
q ipſa *Bentl.*
r percuſſionem *MSS.* percurſiones *Non.*

XIV.

ævo, ut videtur, muſteus, *eſt enim corporis.* aliàs, *ſunt*
animo. Corporis.* Gebhard. Bentlejus legit, *ut enim corporis*,
equitur *ſic animi.*

Eſt autem quadam animi ſanitas.] Non celabo lectorem, me
tisque libb. vett. ſcriptum reperiſſe: *Eſt autem quadam animi*
, *qua in inſipientem etiam cadat, cum curatione & perturbatio-*
icorum conturbatio mentis auf. &c. quam ſcripturam quis non
eſſe mendoſam? & hoc, *perturbatione*, à ſcriptore librario
e ſcriptum eſſe propter vocem *conturbatio*, quæ proximè ſe-
. Quid ſi quis dicat, ex hac vitiata ſcriptura ſic eſſe repo-
m? *Eſt autem quadam animi ſanitas, qua in inſip. etiam cadat,*
ratione medicorum & purgatione, conturbatio mentis aufertur.
dr. Turnebus novam hîc lectionem & valde à vulgata &
tiqua diſcrepantem excogitat, quæ talis eſt: *Eſt autem*
n animi inſanitas, qua in ſapientem etiam cadat, cum
ne, &c. ut vulgò. *Lambin.* *Eſt autem quadam animi ſanitas,*
ſapientem etiam cadat, cùm curatione medicorum conturbatio
aufertur.] Secutus ſum Victorium & Turnebum, Palat. quint.
i reliquis ferè omnibus mſſ. reſtet tale quid: *cum curatione & per-*
ione medicorum conturbatio m. a. unde Lambinus, *curatione*
rum & purgatione. in Vatic. ſuper voce *perturbatione* repoſi-
ſt, *gubernatione*, de quo ampliandum cenſeo. in Fabriciano
cum curatione & procuratione, cui, ſi tamen quid eſt, longè
to Vaticanum. *Gebhardus.* Quum citet *in ſapientem*, & in
uoque parte ſecutum ſe teſtetur viros illos doctiſſimos &
os libros, in quibus eſt & Vaticanus, tamen edere perrexit
pientem, ſequutis hanc primarum partium illis, quæ egerunt
las ad hunc diem. Viderit Gebhardus: ego notandum puta-
renov. *Eſt autem quadam animi ſanitas, qua in inſipientem*
cadat.] Miror, Hadr. Turnebum Adverſ. lib. VII. cap. 17.
oſiſſe, *eſt autem quadam animi inſanitas, qua in ſapientem etiam*
; nec minus miror, hanc conjecturam D. Lambino maximè
bilem videri; illam enim planè abſurdam eſſe docent ſequen-
tia,

XIV. Illud animorum corporumque diſſimile; quòd animi valentes 43 morbo tentari non poſſunt; corpora poſſunt. ſed corporum offenſiones ſine culpa
s ita *MS.* accidere poſſunt, animorum non [s] item. Quorum omnes morbi & perturbationes ex aſpernatione rationis eveniunt. itaque in hominibus ſolùm exſiſtunt. nam beſtiæ ſimile quiddam faciunt, ſed in perturbationes
32 non incidunt. Inter acutos autem & [t] inter hebetes
t inter *alii non habent.* [v] intereſt, quòd ingenioſi, ut æs Corinthium in æruginem, ſic illi in morbum & incidunt tardiùs, & re-
v hoc int. *alii.* creantur ocyus; hebetes non [x] item. Nec verò in omnem morbum ac perturbationem animus ingenioſi
P. CCXVI. cadit. non enim [y] multa efferata & immania: quæ-
x ita *MS.* dam autem humanitatis quoque habent primam ſpeciem,
y in multa *Daviſ.* in ulla *Bentl.* ut miſericordia, ægritudo, metus. Ægrotationes autem morbique animorum difficiliùs evelli poſſe putantur quàm ſumma illa vitia, quæ virtutibus ſunt contraria. 44 morbis enim manentibus 45 vitia ſublata eſſe non poſſunt, quia non tam celeriter ſanantur quàm illa tolluntur.

33 Habes ea, quæ de perturbationibus enucleatè diſputant Stoici, quæ logica appellant, quia differuntur ſubtiliùs.

tia. Prorſus repugnat, eſſe quandam animi inſanitatem &c. *cum curatione medicorum conturbatio mentis aufertur*, nam conturbatio mentis in cauſſa eſt, cur inſaniant animi. Adde, quod virtutes ἀθεωρήτους inſipienti competere monet Laërtius lib. VII. pag. 168. inter quas ὑγείαν ψυχῆς ponit Joannes Stobæus Eclog. Ethic. lib. II. pag. 168. *Daviſ.*

43. *Morbo tentari non poſſunt, corpora poſſunt.*] Eſt fortaſſe vitium in ordine verborum. hoc enim malo quàm integrum Ciceroni noſtro verſum effluxiſſe; quod quàm in ſoluta oratione turpe ſit ipſemet in Oratore oſtendit. *P. Manut.*

44. *Morbis enim manentibus vitia ſublata eſſe poſſunt.*] Sic legendum, non, ut eſt in libb. vulgg. *vitia ſublata eſſe non poſſunt.* Quod ſi codd. vett. hanc emendationem non confirmarent, & ſola ratio tamen ſatis confirmare debet. vel ſic reponendum, ut adſcriptum eſt ad oram contextûs verborum Ciceronis è regione hujus loci. *Lambin.*

45. *Vitia ſublata eſſe poſſunt.*] Sic olim edidere D. Lambin. & A. Manut. quam lectionem ratam eſſe jubet MS. Norvic. Recentiores, *vitia ſublata eſſe poſſunt.* Ineptè prorſus; ſi enim morbi non tam celeriter ſanantur quàm vitia tolluntur, ipſa res indicat, morbis manentibus, vitia ſublata eſſe poſſe. *Daviſ.*

46. E

aliis. ex quibus quoniam tamquam 46 è [z] ſcrupuloſis cotibus [a] enavigavit oratio, reliquæ diſputationis curſum teneamus: modò ſatis illa dilucidè dixerimus pro rerum obſcuritate. A. Prorſus [b] ſatis: ſed ſi qua diligentiùs erunt cognoſcenda, quæremus aliàs: nunc vela, quæ modò dicebas, exſpectamus & curſum.

XV. 47 M. QUANDO & aliis locis [c] de virtute diximus, & ſæpe dicendum erit (pleræque enim quæſtiones, quæ ad [d] vitam moreſque pertinent, à virtutis fonte ducuntur) quando igitur virtus eſt affectio animi conſtans conveniensque, laudabiles efficiens eos, in quibus eſt, & ipſa per ſe, ſua ſponte, ſeparata etiam utilitate, laudabilis: ex ea proficiſcuntur honeſtæ voluntates, ſententiæ actiones omniſque recta ratio: quamquam ipſa virtus breviſſimè recta ratio dici poteſt. hujus igitur virtutis contraria eſt vitioſitas. ſic enim malo 48 quàm malitiam appellare [e] eam, quam Græci *κακίαν* appellant. nam malitia certi cujuſdam vitii nomen eſt: vitioſitas omnium. 49 ex qua [f] concitantur per-

z ſcrupoſis *Lamb. Bentl.*
a eremigavit *Idem.*
b ſatis *deeſt in MS. & ed. vet.* 34
c & de *MS. R.*
d mores vitamque *MS.*
e eam *Gebh. delet.*
f oriuntur *Bentl.*

46. *E ſcrupuloſis cotibus.*] Rectè notatum Fr. Fabricio, non fuiſſe, cur D. Lambinus reponeret *è ſcrupoſis cotibus*, ſiquidem illam vocem agnoſcit Feſtus. Sic etiam Pacuvius in Niptris apud Priſcianum lib. VI. col. 713. *Advenio in ſcrupuloſam ſpecum.* Eleganter Tertullianus de Cultu fœmin. lib. II. cap. 10. *Deus & auri tanta opera produxit complectendis & diſtinguendis lapillis: ſcrupuloſa Deus auribus vulnera intulit.* In ſignificatu Metaphorico paſſim occurrit. *Daviſ.*

47. *Quando & aliis locis de virtute diximus.*] Quæ paulo poſt ſubjungit, cùm ait: *Quando igitur virtus eſt affectio animi*, ea mihi conjecturam attulerunt, quam ſtudioſis aperire operæ pretium duxi. puto igitur legendum ſic: *Quando, ut aliis locis de virtute diximus.* quod enim hîc omittit, perſequitur iis verbis, *quando igitur virtus.* & hoc totum cum eo connectitur, *hujus igitur virtutis.* quod ut eſſet apertius, duplici interclusione, quæ *παρένθεσις* vocatur à Græcis, ſententiam diſtinximus. *P. Manut.*

48. *Quam malitiam.*] *Κακίαν* & *vitium* & *vitioſitatem* interpretatur, non *malitiam*, ut ſonare Græcum nomen videtur. repugnat enim uſus linguæ Lat. in qua *malitia* fraudulentam aſtutiam ſignificat. ut Plauto: *Verſute malus.* & apud Terent. *Exprompta malitia atque aſtutia.* ita enim in quibusdam exemplis, non memoria, reperitur. Idem dicitur in III. de Fin. *Camerar.*

49. *Ex qua concitantur perturbationes.*] Mendoſe legi in libb. qui vulgo veneunt, *cogitantur*, puto omnes intelligere. correxi ex antiquo libro. Apud Nonium Feneſtellæ locus eodem mendo fœdatus erat. nam, *invidiam cogitare*, legebatur, pro *concitare.* P. Manut. *Ex qua concitantur perturbationes.*] Vulgg. *ex qua cogitantur*

perturbationes, quæ ſunt, ut paullo antè diximus, turbidi animorum concitatique motus, averſi à ratione, & inimiciſſimi mentis vitæque tranquillæ. important enim ægritudines anxias atque acerbas, animosque affligunt & debilitant metu. iidem inflammant appetitione nimia: quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiam quandam animi, à temperantia & moderatione plurimùm diſſidentem. [50] Quæ ſi quando adepta eſt id, quod ei fuerit concupitum, [51] [g] tum fert alacritatem, ut [h] nihil eſſe conſtet, quod agat: [52] ut ille,

P. B.

g tam *Bentl.*
h nihil conſt. *Idem.*

tur perturbationes; unde D. Lambino placuit, *agitantur perturbationes*; quod nihili eſt præ Joach. Camerarii emendatione, qui repoſuit, *concitantur perturbationes.* Hanc conjecturam recipere non ſum veritus, cùm eam firmarit vetus Codex Paulli Manutii. Quæ mens ſit Hadr. Turnebi videas licet in Adverſ. lib. VII. cap. 18. *Daviſ.*

50. *Qua ſi quando adepta eſt id.*] Palat. pr. *eadem piaretur id.* ſecund. *eadem putaretur id.* tert. ut & Fab. Vat. *ſi quando ea demptaretur id quod.* quart. *ea deputaret id.* quint. *adeptaretur id.* Gebhard. Daviſius protulit, *adeptaretur id.* Bentlejus, *ſe adeptam retur.*

51. *Tum fert alacritatem.*] In malis dici *alacritatem* teſtis eſt Nonius & indicat Cicero, cùm ait, virum temperatum conſtantem eſſe *ſine alacritate*, *ſine ulla libidine.* Aſconius Pædianus tradit, *alacrem* dici eum, qui viget ſenſibus univerſis, quod eſt indicium erecti animi atque ſublimis: ſicut econtrariò *lacer* dicitur amputatis in corpore membris, hoc eſt, auribus, oculis, manibus, quod ad animum ſæpe transfertur. ſic *alacer* dicitur is, cui omnis ſenſus in ſuo loco quisque degat. Illud quoque intelligitur, aliud eſſe *alacrem*, aliud *latum.* Sunt 'qui *alacrem* feſtinantem & properum dici putent, quaſi *alis acrem.* Beroald. *Tum fert alacritatem.*] Fabr. *affert.* ceterùm Pall. ſec. quart. Vatic. *tum fert alacritate, ut n. e. c. quid agat.* Lambinus ut eſt in Gryphii libro: *tum ea fertur alacritate.* Gebhard. *Tum fert alacritatem.*] Minimè placet hæc lectio. Codd. benè multi, *tum fert alacritate*; D. Lambinus conjecit, *tum ea fertur alacritate.* Cantabr. *tum affert alacritate.* Teſtatur autem Fr. Fabricius in MSto Colon. fuiſſe, *tum affertur alacritate*: repono, *tum effertur alacritate*, quæ minima eſt mutatio; huic tamen vitio ſanando perquam videtur commoda. *Daviſ.*

52. *Ut ille, qui voluptatem, &c.*] In epiſt. ad Cælium libro II. Παροιμιωδῶς partem hujus dicti Cicero inſeruit: *In quo cùm objurgarer, quod nimio gaudio penè deſiperem, ita me defendebam, Ego voluptatem animi nimiam.* Verſus eſt Trabeæ comici, ut ſignificatur de Fin. II. Nam & ille apud Trabeam voluptatem animi lætitiam nimiam dicit; eandem quam ille Cæcilianus, qui omnibus lætitiis lætum ſe eſſe narrat. *Camer.* *Ut ille, qui voluptatem animi nimiam &c.*] Reſpicit locum Trabeæ, quemadmodum patet ex lib. II. de Fin. cap. 4. Vide & lib. II. ad Famil. ep. 9. *Daviſ.*

53. *Ob*

ille, qui voluptatem animi nimiam ſummum eſſe errorem arbitratur. eorum igitur malorum in una virtute poſita ſanatio eſt.

XVI. Quid autem eſt non miſerius ſolùm, ſed fœdius etiam & deformius quàm ægritudine quis afflictus, [i] debilitatus, jacens? cui miſeriæ proximus eſt is, qui appropinquans [k] aliquod malum metuit exanimatusque pendet animi. quam vim mali ſignificantes poëtæ impendere apud inferos ſaxum Tantalo faciunt

[i] debilitatusque *alii.*
[k] aliquod, *deeſt in MS.*

> 53 *Ob ſcelera animique impotentiam & 54 ſuperbiloquentiam.*

Ea communis pœna ſtultitiæ eſt. omnibus enim, quorum mens abhorret à ratione, 55 ſemper aliquid, aliis dolor, aliis terror impendet.

36 Atque ut hæ tabificæ mentis perturbationes ſunt, ægritudinem dico & metum: ſic hilariores illæ, cupidi-

53. *Ob ſcelera animique impotentiam & ſuperbiloquentiam.*] Verſus eſt Trochaicus Catalecticus, ut rectè vidit Hadr. Turnebus Adverſ. lib. VII. cap. 18. Non magis autem de ipſo ſupplicio quàm de ejus cauſſa digladiantur ſcriptores. Plurimi contendunt loquacitatem feciſſe, ut tantas pœnas ſubiret. Hinc Theophylactus Simocatta Epiſt. LXVIII. Ἐντεῦθεν καὶ Τάνταλος ἐκολάζετο· περὶ τὰ θεῖα γὰρ εἶχε τὴν γλῶτταν ἀκόλαστον. At verò Pindarus Olymp. I. vſ. 95. Ἔχει δ᾽ ἀπάλαμνον βίον Τοῦτον. ἐμπεδόμοχθον Μετὰ τριῶν τέταρτον Πόνον· ἀθανάτων ὅτι κλέψας Ἁλίκεσσι συμπόταις Νέκταρ ἀμβροσίαν τε Δῶκεν. Hunc ſecuti ſunt alii nonnulli. Vide omnino Tzetzem Chil. v. Hiſt. 10. *Daviſ.*

54. *Superbiloquentiam.*] A *ſuperbe loquendo* compoſitum vocabulum. novantur enim verba ex conjunctione, ut *verſutiloquas malitias* dixit vetus poëta; ut *incurveſcere.* ſic autem dicitur *ſuperbiloquentia*, ut *breviloquentia* ab eodem M. Tullio dicta eſt. Ferunt Tantalum, Jovis filium, deorum prodidiſſe revelaſſeque per quandam animi impotentiam, quæ menſæ participatione uſuque deorum noverat. ex hac ſuperbiloquentia apud inferos mulctatus. hinc Ovidius: *Hoc illi garrula lingua dedit.* Beroald.

55. *Semper aliquis aliis dolor, aliis terror.*] Veneti multo ſimplicius, &, ut puto, verius, *ſemper aliquis terror.* Camer. *Semper aliquis talis terror impendet.*] Sic edidit Victorium ſecutus Lamb. nec longè abeunt vett. codd. Palat. quart. Vatican. *ſemper aliquid aliis terror i. a. ut hac.* Palat. quint. *ſemper aliquid aliis dolor, aliis terror imp. atque ut hac.* Gebhard. Ex omnium horum codicum lectione manifeſtum eſt, nos induci ut credamus ſcripſiſſe Tullium, *ſemper aliqui talis*; quum litera poſtrema τοῦ *aliquis* appareat nuſquam. *Gronov.* Viſa eſt mihi elegantiſſima Pal. quinti lectio, quam cùm Daviſius receperit & eadem exſtet in Veneta anni 1491. nullus hæſitavi eam quoque recipere. *Verburg.*

56. Per-

ditas, avidè ſemper aliquid [l] expetens & inanis alacritas, id eſt, lætitia geſtiens, non multùm differunt ab amentia. ex quo intelligitur, qualis ille ſit, quem tum moderatum, [m] aliàs modeſtum, temperantem, aliàs conſtantem continentemque dicimus. nonnumquam hæc eadem vocabula ad frugalitatis nomen, tamquam ad caput, [n] referre volumus. quòd niſi eo nomine virtutes continerentur, numquam ita [o] pervulgatum illud eſſet, ut jam proverbii locum obtineret, hominem frugi omnia rectè facere. quod idem cùm Stoici de ſapiente dicunt, nimis admirabiliter nimiſque magnificè dicere videntur.

l appetens *conj. Lamb.*
m alias mod. *deeſt in MS.*
n conferre *alii.*
o per illud vulgatum *Gron.*
p. CCXVII.

37 XVII. Ergo is, quiſquis eſt, qui moderatione & conſtantia quietus animo eſt ſibique ipſe placatus, ut nec tabeſcat moleſtiis, nec frangatur timore, nec ſitienter quid [p] expetens ardeat deſiderio, nec alacritate futili geſtiens deliqueſcat, is eſt ſapiens, quem quærimus, is eſt beatus: cui nihil humanarum rerum aut intolerabile ad demittendum animum, aut nimis lætabile ad [q] efferendum videri poteſt. quid enim videatur ei magnum in rebus humanis, cui æternitas omnis totiuſque mundi nota ſit magnitudo? [r] nam quid aut in ſtudiis humanis, aut in tam exigua brevitate vitæ magnum ſapienti videri poteſt, qui ſemper animo ſic excubat, ut ei nihil improviſum accidere poſſit, nihil inopinatum, nihil omnino novum?

p appetens aut expectans *alii.*
q ferend *Steph.* efferend. animum *MS.*
r numquid *Bentl.*

38 Atque idem ita [s] acrem in omnes partes aciem intendit, ut ſemper videat ſedem ſibi ac locum ſine moleſtia atque angore vivendi, ut quemcumque caſum fortuna invexerit, hunc aptè & quietè ferat. quod qui faciet, non ægritudine ſolùm vacabit, ſed etiam perturbationibus reliquis omnibus. his autem vacuus animus perfectè atque abſolutè [t] beatos efficit: idemque concitatus & abſtractus ab integra certaque ratione non conſtantiam ſolùm amittit, verùm etiam ſanitatem. quocirca mollis & enervata putanda eſt Peripateticorum ratio & oratio, qui [56] perturbari animos neceſſe eſſe

s acerrimam *MS.*
t beatum *alii.*

56. *Perturbari animos neceſſe eſſe dicunt.*] Ita ſtatuêre Peripatetici, quod illi, ut & reliqui antiqui philoſophi, perturbationes naturales eſſe cenſuerunt, ut docet Cicero Acad. Quæſt. lib. I. cap. 10. Lactantius Div. Inſtit. lib. VI. cap. 15. περὶ τῶν παθῶν ſic loquitur: *Hæc naturalia eſſe, non voluntaria, omnium viventium ratio demonſtrat,*

eſſe dicunt. ſed adhibent modum quendam, quem ultra progredi non oporteat.

Modum tu adhibes vitio? an vitium nullum eſt, non 39
parere rationi? an ratio parum præcipit, nec bonum illud eſſe, quod aut cupias ardenter, aut adeptus efferas te inſolenter? nec porrò malum, quo aut oppreſſus jaceas, aut, ne opprimare, mente vix conſtes? eaque omnia aut nimis triſtia aut nimis læta errore fieri? qui ſi error ſtultis extenuetur die, ut, cùm res eadem maneat, 57 aliter ferant inveterata, aliter recentia: [v] ſapientes [x] ne attingat quidem omnino. etenim quis erit tandem modus iſte?

P. B.

v ſapientem *ed. vet.*

x quidem n. a. omn. *MS.*

Quæramus enim modum ægritudinis, in [y] quo operæ plurimum ponitur. 58 ægrè tuliſſe P. Rutilium fratris 40
repulſam conſulatûs ſcriptum apud Fannium eſt. ſed tamen tranſiſſe videtur modum, quippe qui ob eam cauſam [z] à vita receſſerit. moderatiùs igitur ferre debuit. quid ſi, cùm id ferret modicè, mors liberorum acceſſiſſet? 59 nata eſſet ægritudo nova, ſed ea modica: magna tamen facta eſſet [a] acceſſio. Quid, ſi deinde 41
dolores graves corporis, ſi bonorum amiſſio, ſi cæcitas,

y *alii* qua.

z è vita diſceſſ. *conj. Lamb.*

a acceſſione *MS.*

ſtrat, quia iiſdem omnibus quatitur affectibus. Peripatetici ergò rectius, qui hac omnia detrahi negant poſſe, quia nobiſcum ſimul nata ſint. Contrà Stoici affectus judicio & opinione ſuſceptos putant, idcircòque contendunt eos exſtirpari poſſe radicitus. Vide Juſti Lipſii Manud. lib. III. Diſſ. 7. *Daviſ.*

57. *Aliter ferat.*] Opinor legendum eſſe, *ferant*, ſi quidem ad vocem *ſtultis* refertur. *P. Manut.*

58. *Ægrè tuliſſe P. Rutilium fratris repulſam conſulatûs.*] Eandem hiſtoriam hiſce verbis narrat Plinius H. N. lib. VII. cap. 36. *P. Rutilius morbo levi impeditus nunciatâ fratris repulſâ in conſulatûs petitione illicò exſpiravit.* Paullus quidem Manutius utrobique *Rupilii* nomen inculcat, ut deſignetur is, qui Conſul fuit A. U. C. DCXXI. At unde conſtat P. Popillii Lænatis collegam hic intelligi? Omnes MSSti vulgatam lectionem retinent, & eam movere temerarium videtur; præſertim cùm *Rutilii* repulſam memorat Cicero de Orat. lib. II. cap. 69. ac in Bruto pag. 272. Librariorum tamen vitio fit, ut uterque frater *Publius* nominetur. *Daviſ.*

59. *Nata eſſet ægritudo nova: ſed ea modica &c.*] Locus hic non videtur emendatus. quid ſi ſic legendum? *Nata eſſet ægritudo nova: nec ea modica: aut ſi etiam modica, magna tamen &c.* quid ſi ſic? *Nata eſſet ægritudo nova: quod ſi eſſet illa modica, magna tamen &c.* quid ſi ſic? *Nata eſſet ægritudo nova: quæ ut eſſet modica, magna tamen &c.* Lambin.

tas, ſi exſilium, ſi pro ſingulis malis ægritudines accederent? ſumma ea fieret, quæ non ſuſtineretur.

XVIII. QUI MODUM igitur vitio quærit, ſimiliter facit, ut ſi poſſe putet eum, [60] qui ſe è [b] Leucade præcipitaverit, ſuſtinere ſe, cùm velit. ut enim id non poteſt: ſic animus perturbatus & incitatus nec cohibere ſe poteſt, nec, quo loco vult, [c] inſiſtere omnino: quæque creſcentia pernicioſa ſunt, [d] eadem ſunt vitioſa naſcentia. Ægritudo autem ceteræque perturbationes amplificatæ certè peſtiferæ ſunt. igitur etiam ſuſceptæ

42 continuò in magna peſtis parte verſantur. etenim ipſæ ſe impellunt, ubi ſemel à ratione diſceſſum eſt: ipſaque ſibi imbecillitas indulget, in altumque provehitur imprudens, nec reperit locum conſiſtendi. quamobrem nihil intereſt, utrùm moderatas perturbationes approbent, an moderatam injuſtitiam, moderatam ignaviam, moderatam intemperantiam. qui enim vitiis modum apponit, is partem ſuſcipit vitiorum. quod cùm ipſum per ſe odioſum eſt, tum eo moleſtius, quia ſunt in lubrico, incitataque ſemel [61] proclive labuntur ſuſtinerique nullo modo poſſunt.

b Leucatâ *MS.*

c conſiſtere *MS.*

d *tres ſeqq. voc. deſunt in MS.*

Pag. CCXVIII.

XIX.

60 *Qui ſe è Leucade præcipitaverit.*] Eleganti ſimilitudine oſtendit Cicero, animum perturbatione impulſum cohibere ſe non poſſe. eſt autem in Epiro Leucadium litus, promontorium Leucates, ubi eſt petra ejuſdem nominis albicanti colore in pelagus porrecta:

Hinc ſe Deucalion Pyrrhæ ſuccenſus amore
Miſit, & illæſo corpore preſſit aquas.

Hinc etiam Sappho præcipitaturam ſeſe minitatur in epiſt. ad Phaonem:

Ibimus, o Nymphæ, monſtrataque ſaxa petemus,
Sit procul inſano victus amore timor.

Hoc intelligi voluit Auſonius illo verſu:

Et quæ nimboſa ſaltum Leucate minatur.

Sed demum ſeſe dejeciſſe auctor eſt Menander. *Præruptam nactæ in tranſitu petram Cupidinis æſtro percita ex ſummo præceps ruit, ex animi tui ſententia rex imperioſe.* Hoc ſignat etiam Papinius in v. Silv. cùm ſic ſcribit in Epicedio parentis:

——— *Saltuſque ingreſſa viriles*
Non formidata temeraria Leucade Sappho.

Ad ſedandos amores valere olim credebantur illi ſaltus. *Beroald.*

61. *In proclive labuntur.*] Malim legi, *proclive labuntur*, detractâ præpoſitione *in*, quemadmodum apud Lucretium lib. II. *Et procurſus item proclive volubilis exſtat.* ſic enim ſcriptum eſt in codd. Mſſ. notæ melioris, ut admonui in commentar. Lucretianis. nonnulli

XIX. Quid, quòd iidem Peripatetici perturbationes 43
iſtas, quas nos exſtirpandas putamus, non modò naturales
eſſe dicunt, ſed etiam utiliter à natura datas?
quorum eſt talis oratio. Primùm multis verbis iracundiam
laudant: cotem fortitudinis eſſe dicunt, multoque
& in hoſtem [e]& in improbum civem vehementiores
iratorum impetus eſſe: leves [f]autem ratiunculas eorum,
qui ita cogitarent; prœlium rectum eſt hoc fieri: convenit
dimicare pro legibus, pro libertate, pro patria.
hæc nullam habent vim, niſi irâ excanduit fortitudo.
nec verò de bellatoribus ſolùm diſputant. imperia ſeveriora
nulla eſſe putant ſine aliqua acerbitate iracundiæ:
oratorem denique non modò accuſantem, ſed ne defendentem
quidem probant ſine [g]aculeis iracundiæ. quæ
etiam ſi non adſit, tamen verbis atque motu ſimulandam
arbitrantur, ut auditoris iram oratoris incendat
actio. virum denique videri negant, qui iraſci neſciat.
eamque, quam lenitatem nos dicimus, vitioſo [h]lentitudinis
nomine appellant.

e & improb. *alii.*
f eſſe rat. *MS.*
g ſtimulis *MSS.*
h lenitudinis *alii.* *malè.*

Nec verò ſolùm hanc libidinem laudant ([62]eſt enim 44
ira, ut modò definivi, ulciſcendi libido) ſed ipſum illud
genus vel libidinis, vel cupiditatis ad ſummam utilitatem
eſſe dicunt à natura datum: nihil enim quemquam,
niſi quod libeat, præclarè facere poſſe. noctu ambulabat
in publico Themiſtocles, quòd ſomnum capere non
poſſet: quærentibusque reſpondebat, Miltiadis [i]tropæis
ſe è ſomno ſuſcitari. cui non ſunt auditæ Demoſthenis
vigiliæ? qui dolere ſe [k]ajebat, ſi quando opificum antelucanâ
victus eſſet induſtriâ. philoſophiæ denique
ipſius principes numquam in ſuis ſtudiis tantos progreſſus
ſine

i *alii* trophæis *malè.* P. B.
k angebat *MS.* & *Bentl.*

nulli libri habent, *in proclivi*, mendoſè. *Lambin.* *Semel proclive labuntur.*] Conjecerat hoc olim P. Lambinus, exſtatque in Pall. pr. quint. reliqui cum Vatic. & Fab. *ſemel proclivi* [illegible] vulgò, *in proclive.* Gebhard. Ex his quid verius ſit docet ipſe Tullius lib. v. de Finib. 28. *Proclivi currit oratio*, ut teſtatur Gruterus eſſe in omnibus Pall. *Gronov.*

62. *Eſt enim ira — ulciſcendi libido.*] Hunc locum reſpicit Lactantius de Ira Dei cap. 17. ubi ſic loquitur vir eloquentiſſimus: *Definitio Ciceronis, ira eſt libido ulciſcendi, non multum à ſuperioribus diſtat.* Lapſus eſt Chr. Cellarius, qui illam definitionem refert ad hujusce libri cap. 9. in quo *ira* ex mente Stoicorum dicitur *libido puniendi ejus, qui videatur læſiſſe injuriâ.* Senſus profecto idem eſt; ſed abludunt verba. *Daviſ.*

 63. Ex

ſine flagranti cupiditate facere potuiſſent. ultimas terras luſtraſſe Pythagoram, Democritum, Platonem accepimus. ubi enim quid eſſet, quod diſci poſſet, eò
45 veniendum judicaverunt. Num putamus hæc fieri ſine ſummo cupiditatis ardore potuiſſe?

XX. IPSAM ægritudinem, quam nos ut tætram & immanem belluam fugiendam [l] eſſe diximus, non ſine magna utilitate à natura dicunt conſtitutam, ut [m] homines caſtigationibus, reprehenſionibus, ignominiis affici ſe in delicto dolerent. impunitas enim peccatorum data videtur eis, qui & ignominiam & infamiam ferunt ſine dolore. morderi eſt melius conſcientiâ. [63] ex quo eſt illud è vita ductum [64] ab Afranio. nam cùm diſſolutus filius,

Heu me miſerum!

[n] tum ſeverus pater,

Dummodò doleat aliquid, doleat quod lubet.

l eſſe *delet* *Daviſ.*
m omnes *MSS.*
n dixiſſet; tum *alii.*

46 Reliquas quoque partes ægritudinis utiles eſſe dicunt, miſericordiam ad opem ferendam & [65] calamitates hominum indignorum ſublevandas: ipſum illud æmulari, obtrectare, non eſſe inutile, cùm aut ſe non idem videat conſecutum, quod alium, aut alium idem, quod ſe: metum verò ſi quis ſuſtuliſſet, omnem vitæ di-

63. *Ex quo eſt illud è vitâ ductum ab Afranio.*] Non reperio ullum veſtigium in noſtris codd. emendationis Lambin. *ex quo eſt illud ſcitè dictum ab Afr.* ſolus Pal. quint. cum Vatican. *evicta.* Fab. item delet *ab.* Gebhard.

64. *Ab Afranio.*] Poëta hic fuit conditor togatarum clariſſimus, de quo Horatius:

Dicitur Afranii toga conveniſſe Menandro.

Hunc ait Quintilianus inquinaſſe argumenta fœdis amoribus puerorum. Inducebatur ab Afranio in fabula diſſolutus filius, qui caſtigatus à patre & conſcientia teſte affectus ita dolenter loquitur: *Heu miſerum me.* quo audito pater lætatus, quod filium dolentem ex delicto videbat, ſubjunxit: *Doleat quod libet, dummodo aliquid doleat.* oſtendens ægritudinem ſalubriter conſtitutam eſſe: hoc Afranianum uſurpat in epiſt. ad Att. cum ait: *Sed tamen dummodo doleant aliquid, doleant quodlibet.* Beroald.

65. *Calamitates hominum indignorum.*] Minime meritorum, ut talia paterentur. Nam Deſ. Eraſmus malè, *calamitates hominum indigorum.* Pedo Albinovanus Eclog. I, 40.

——— *Indignas, Livia, ſolve comas.*

Plautus Curcul. Act. IV. Sc. II, 23. *Indignis ſi malè dicitur, maledictum id eſſe dico.* Vide & Ovidium Art. Amand. lib. III, 708. *Daviſ.*

66. *Niſi*

diligentiam ſublatam fore, quæ ſumma eſſet in eis, qui
leges, qui magiſtratus, qui paupertatem, qui ignomi-
niam, qui mortem, qui dolorem timerent. hæc tamen
ita diſputant, ut reſecanda eſſe fateantur, evelli penitus
dicant nec poſſe, nec opus eſſe: [o] ut in omnibus ferè [o] & *MS.*
rebus mediocritatem eſſe optimam exiſtiment. quæ cùm R.
exponunt, nihilne tibi videntur, an aliquid dicere? A. P. CCXIX.
Mihi verò dicere aliquid: itaque exſpecto, quid ad
iſta.

XXI. M. [p] REPERIAM fortaſſe: ſed illud antè. vi- 47
desne, quanta fuerit apud Academicos verecundia? [p] Reperias
planè [q] enim dicunt quod ad rem pertineat. Peripate- *MS.*
ticis reſpondetur à Stoicis. digladientur illi, per me li- [q] vero *MS.*
cet: cui nihil eſt neceſſe, [66] niſi ubi ſit illud, quod ve-
riſimillimum videatur, [r] anquirere. quid eſt igitur, [r] inquirere
quod occurrat in hac quæſtione, è [s] qua poſſit attingi *alii.*
aliquid veriſimile, quo longiùs mens humana progredi [s] quo
non poteſt? definitio perturbationis: qua rectè Zeno- *Bentl.*
nem uſum puto. ita enim definit, ut perturbatio ſit
[67] adverſa ratione, contra naturam, animi commotio:
vel breviùs, ut perturbatio ſit appetitus [t] vehementior: [t] *illud*
vehementior autem intelligatur is, qui procul abſit à vehem.
naturæ conſtantia. *deeſt in MS.*

Quid ad has definitiones [v] poſſim dicere? atqui hæc 48
pleraque ſunt prudenter acutéque differentium. illa [v] poſſint
quidem ex rhetorum pompa, ardores animorum co- *Bentl.*
teſque virtutum. an verò vir fortis, [x] niſi ſtomachari [x] ubi *MS.*
cœperit, non poteſt fortis eſſe? [y] gladiatorium id qui- [y] gladia-
dem. quamquam in eis ipſis videmus ſæpe conſtantiam. torum *alii.*
colloquuntur, congrediuntur, [z] queruntur, aliquid [a] po- [z] querun-
ſtulant, tur *deeſt in multis.*

[a] expoſtulant *Bentl.*

66. *Niſi ubi ſit illud, quod veriſimillimum videatur, anquirere.*] Ita legendum docui in Crepundiis: video jam exſtare in edit. Victor. in Vaticano: imò dudum è Victorio ſic edidit Lambinus; & ita vet. ejus codex. Liber Gryphii, Palat. tert. *acquirere.* vulgò, *inquirere.* Gebhard.

67. *Adverſa ratione.*] Maffæi liber, *averſa à ratione.* probo: nam etiam ſupra cap. 6. *Zenonis,* inquit, *eſt definitio, ut perturbatio ſit averſa à recta ratione contra naturam animi commotio.* & cap. 9. *Omnium perturbationum fontem eſſe dicunt intemperantiam, quæ eſt à tota mente & à recta ratione defectio, ſic averſa à præſcriptione rationis, ut nullo modo, &c.* Et, *Turbidi animorum concitatique motus averti à ratione.* Et, *Convenit inter omnes commotiones animorum, à recta ratione averſos vitioſos eſſe.* P. Manut.

ſtulant, ut magis placati quàm irati eſſe videantur. ſed in illo genere ſit ſanè 68 Pacideianus aliquis hoc animo, ut narrat Lucilius,

Occidam illum equidem & vincam, ſi id quæritis,
inquit,
Verùm illud credo fore, 69 in os priùs [b] *accipiam ipſe*
Quàm gladium in ſtomacho, [c] *ſura ac pulmonibu' ſiſto,*
Odi hominem: iratus pugno: nec longius quidquam
[d] *Nobis quàm dextra gladium dum accommodet alter:*
Uſque adeò ſtudio atque odio illius, efferor irâ.

b *occipiam* Scalig.
c *ſicam pulm.* Idem. *Lura* Lamb. *furia* Bentl. P. B.
d *Vobis* MS. R.

XXII. Ac sine hac gladiatoria iracundia videmus progredientem apud Homerum Ajacem multa cum hilaritate, cùm depugnaturus eſſet cum Hectore: cujus,
49 ut arma ſumpſit, ingreſſio lætitiam attulit ſociis, terrorem autem hoſtibus: ut ipſum Hectorem, quemadmodum eſt apud Homerum, toto pectore trementem provocaſſe ad pugnam pœniteret. Atque hi collocuti inter ſe, priusquàm manum conſererent, leniter & quietè, nihil

68. *Pacidianus.*] Hujus & alibi Cicero & Horatius mentionem fecere. de quo & pare illius Eſernino Luciliani verſus feruntur:

Eſerninus fuit flacco ore,
Samnis, ſpurcus homo, vitâ illâ dignus locoque.
Cum Pacidiano hic componitur. optimus multo
Poſt homines natos gladiator qui fuit unus.

ed in his verſibus ſura quid ſibi velit, hoc loco poſita, non video; neque verum eſſe puto. *Camerar.*

69. *In os prius accipiam ipſe &c.*] Liberior eſt Joſ. Scaligeri conjectura, qui reponit;

——— In os prius occipiam ipſe
Quàm gladium ſtomacho, ſicam pulmonibu' ſiſto.

Vulgari lectione in reliquis ſervata Hadr. Turnebo Adverſ. lib. VII. cap. 18. placet, *fibra ac pulmonibu' ſiſto*, ut jecur voce prima denotetur: vel etiam *lura*, ut os ventriculi, qui ceu utris aut culeus quidam eſt, intelligatur; ac poſterior quidem ſententia fautorem habet D. Lambinum. Jano Douzæ Plaut. Explan. lib. I. cap. 22. arridet *hira*, quæ inteſtinum eſt jejunum. At verò cum in Fabric. Pal. quart. & Cantabr. legatur *furia*, reſcripſerim, *Quàm gladium in ſtomacho Furii ac pulmonibu' ſiſto*; ut Furius eſſet gladiator, qui cum Pacidejano fuit compoſitus; non enim putandum, illum cum ſolo Æſernino certamen iniiſſe. Verum nihil ῥητῶς adfirmo, ac in fragmentis latiſſima ut conjiciendi, ita & aberrandi patet area. Utcunque ſit, recepta ſcriptura prorſus videtur inducenda, quippe *ſura* à ſtomacho & pulmonibus nimium diſtet, præterquam quod in ea parte vulnera minimè fiant lethalia. *Daviſ.*

70. *M.*

nihil ne in ipſa quidem pugna iracundè rabioſéve fecerunt. ego ne Torquatum quidem illum, qui hoc cognomen invenit, iratum exiſtimo [e] Gallo torquem detraxiſſe: nec Marcellum apud Claſtidium ideò fortem fuiſſe, quia fuerit iratus.

e Gallo deeſt in MS.

50 De Africano quidem, quia notior eſt nobis propter recentem memoriam, vel jurare poſſum, non illum iracundiâ tum inflammatum fuiſſe, [70] cùm in acie M. Halienum Pelignum ſcuto protexerit gladiumque hoſti in pectus infixerit. de L. Bruto fortaſſe dubitarim, an propter infinitum odium tyranni effrenatiùs in Arruntem invaſerit. video enim utrumque comminus ictu cecidiſſe contrario. Quid igitur huc adhibetis iram? an fortitudo, niſi inſanire cœperit, impetus ſuos non habet? quid? Herculem, quem in cælum iſta ipſa, quam vos iracundiam eſſe vultis, ſuſtulit fortitudo, iratumne cenſes conflixiſſe cum [f] Erymanthio apro aut leone [g] Nemeæo? an etiam Theſeus Marathonii tauri cornua comprehendit iratus? vide, ne fortitudo minimè ſit rabioſa, ſitque iracundia tota [h] levitatis. neque enim [i] eſt [k] ulla fortitudo, quæ rationis eſt expers.

f Ærim. alii.
g Nemæo MS.
h levitas MS.

51 XXIII. CONTEMNENDÆ res ſunt humanæ: negligenda mors eſt: [71] patibiles & dolores & labores putandi. Hæc cùm conſtituta ſint judicio atque [l] ſententiâ,

P. CCXX.
i eſt deeſt in Vict.
k illa alii.
l conſtanti ſent. edd. vett.

70. *M. Alienum.*] *Allienum* duplici *ll* ſcribendum eſt, auctoribus antiquis denariis. *Urſin.* *Cum in acie M. Halienum Pelignum ſcuto protexerit.*] Codex Vatic. *in acie Mallienum Pelignum ſc. prot.* quo alludit Pal. quart. *Mallyeninum:* item ceteri cùm Fabr. *alienum* reponentes. *Gebhard.* *Cum in acie M. Allienum Pelignum ſcuto protexerit.*] Ut priores illæ, quas tetigit Noſter, hiſtoriæ ſunt notiſſimæ; ita hujusce facti nulla apud alios ſcriptores reſtat memoria. Vulgatam tamen lectionem, quæ *M. Halienum* præfert, mutare non dubitavi: nam Codex Vatic. *Mallienum*, Pal. quart. *Mallyeninum*. Petrenſ. *Allienum*, eoque adludunt reliqui MSS. qui *alienum* repræſentant. Nomen eſt Romanum. Sic apud Gruterum pag. CCXLI. memoratur *C. Allienus Epigonus.* Ac pag. CXXVIII, 3. TI. ALLIENI SICINI QVINTIANI fit mentio. Vide & pag. CCCXLIX, 7. *Daviſ.*

71. *Patibiles.*] Morbi & labores *patibiles* dicuntur, qui ferri tolerarique & poſſint & debeant; ſicut è contrario *impatibiles* morbos & cruciatus dicunt intolerabiles aſperrimosque, quos ob magnitudinem ferre non poſſumus. Dicitur & *patibile* in activa ſignificatione, quod pati poteſt; ſicut *impatibile*, quod pati non poteſt. Lactantius, *Impatibile de impatibili oriri non poſſe.* Beroald.

tentiâ, tum eſt robuſta illa & ſtabilis fortitudo: niſi forte quæ vehementer, acriter, animoſè fiunt, iracundè fieri ſuſpicamur. [m] Mihi ne Scipio quidem ille, pontifex maximus, qui hoc Stoicorum verum eſſe declaravit, 72 numquàm [n] privatum eſſe ſapientem, iratus videtur fuiſſe Ti. Graccho, tum, cùm conſulem languentem reliquit atque ipſe privatus, ut ſi conſul eſſet, qui rempublicam ſalvam eſſe vellet, ſe ſequi juſſit.

m Minime Scip. *MS.*
n iratum *alii.*

52 Neſcio, ecquid ipſi nos fortiter in republica fecerimus. ſi quid fecimus, [o] certè irati non fecimus. An eſt quidquam ſimilius inſaniæ quàm ira? quam bene Ennius initium dixit inſaniæ. Color, vox, oculi, ſpiritus, impotentia dictorum atque factorum, quam partem habent ſanitatis? quid Achille Homerico fœdius? quid Agamemnone in jurgio? nam Ajacem quidem ira ad furorem mortemque perduxit. Non igitur deſiderat fortitudo advocatam iracundiam. Satis eſt inſtructa, armata, parata per ſeſe. Nam iſto modo quidem licet dicere, utilem vinolentiam ad fortitudinem, utilem etiam dementiam, quòd & inſani & ebrii multa faciunt ſæpe vehementiùs. 73 Semper Ajax fortis: fortiſſimus tamen in furore:

o *quat. ſeqq. voces deſunt in MS.*

Nam facinus fecit maximum, cùm, Danais inclinantibus,
Summam rem [p] *perfecit* [q] *manus,* 74 *prœlium reſtituit inſaniens.*

p *erexit præl. cum reſt.* Lamb.
q *manu'* Daviſ. *manu, rem reſt.* Bentl.

53 XXIV. DICAMUS igitur utilem inſaniam. [r] tracta [s] de-

r tractatâ *MS.*

72. *Numquam privatum eſſe ſapientem.*] Ineptè Ven. 1491. Froben. aliique veteres editi repræſentant, *numquam iratum eſſe ſapientem.* Receptam lectionem præſtant multi MSS. & in his Norvic. ac à prima manu Petrenſ. præterquam quod ipſa res ejus ſanitatem demonſtrat: nam ſolos ſapientes eſſe Magiſtratus jactabant Stoici. Vide Petr. Victorium Var. Lect. lib. XI. cap. 24. & Juſt. Lipſium Manud. ad Philoſ. Stoic. lib. III. Diſſert. 17. *Daviſ.*

73. *Semper Ajax fortis, &c.*] Ex aliqua Latina tragœdia adductus locus id innuit, ſic introductum Ajacem fuiſſe, ut inſaniens cum hoſtibus manum conſerens illos in fugam verteret. quod & Philoſtratus ſignificare videtur à Græcis tragicis factum eſſe. ſic enim ſcribit in Ajace: *Μανέντα δὲ αὐτὸν οἱ μὲν Τρῶες ἔδεισαν πλεῖον ἢ ἐκείθεσαν, μὴ προσβαλὼν τῷ τείχει ῥήξῃ αὐτό. Camerar.*

74. *Prœlium tum reſtituit inſaniens.*] Petrus Ciacconus exiſtimat hoc totum additamentum eſſe. *Urſin.* Alii exhibent, *prælium cum reſtituit inſaniens.*

75. Ste-

[s] definitionem fortitudinis. intelliges, eam 75 ſtomacho non egere. Fortitudo eſt igitur affectio animi, legi ſummæ in perpetiendis [t] rebus obtemperans; vel [v] conſervatio ſtabilis judicii in eis rebus, quæ formidoloſæ videntur, ſubeundis & repellendis; vel ſcientia rerum formidoloſarum contrariarumque [x] perferendarum aut omnino negligendarum, conſervans earum rerum ſtabile judicium: vel breviùs: ut Chryſippus. nam ſuperiores definitiones erant Sphæri, hominis in primis benè definientis, ut putant Stoici: ſunt enim omnino omnes ferè ſimiles: ſed declarant communes notiones, alia magis alia. Quo modo igitur Chryſippus? Fortitudo eſt, inquit, ſcientia [y] perferendarum rerum, vel affectio animi in [z] patiendo ac perferendo, ſummæ legi parens ſine timore. 76 Quamvis licet inſectemur iſtos, ut Carneades ſolebat, metuo ne ſoli philoſophi ſint. Quæ enim iſtarum definitionum non aperit notionem noſtram, quam habemus omnes de fortitudine, tectam atque involutam? quâ apertâ, quis eſt, qui aut bellatori, aut imperatori, aut oratori quærat aliquid, neque eos exiſtimet ſine rabie quidquam fortiter facere poſſe?

54 [a] Quid? Stoici, qui omnes inſipientes inſanos eſſe dicunt, nonne iſta colligunt? remove perturbationes, maximéque iracundiam: jam videbuntur monſtra dicere. Nunc autem ita diſſerunt, ſic ſe dicere, omnes ſtultos in-

s definitiones *MS. R. & Bentl.* definitione *alii.*
t doloribus *Lamb.* P. B.
v obſerv. *MS.*
x perf. *deeſt in MS.*
y perferendor. laborum *Lamb.*
z faciendo *MS.*
a *alii* Quid Stoici.

75. *Stomacho non egere.*] Stomachus hic iram denotat, ut & alibi apud Ciceronem. Sic μῆνιν Πηληϊάδεω Horatius lib. I. Od. 6. *Pelidæ ſtomachum* vertit. Quintilianus Inſtit. Orat. lib. X. cap. I. *Caſſius Severus plus Stomacho quàm conſilio dedit.* Hinc *ſtomachari eſt indignari & quaſi ex aliquo facto dictove offendi*; ut ait Donatus in Terentii Eun. Act. II. Sc. III, 31. *Daviſ.*

76. *Quamvis licet inſectemur eos.*] Vulgg. *licet enim inſectemur eos.* Cantabr. *quamvis inſectemur eos.* Optima eſt recepta lectio, quam tuentur Pall. quinque, vetus Codex & Petrenſ. noſter. Scriptores idonei particulas ejusdem poteſtatis ſæpe conjungunt. Cicero N. D. lib. III. cap. 36. *Quamvis licet menti delubra & virtuti & fidei conſecremus.* Fruſtra erat Janus Gruterus, qui priorum vocum alteram ſupervacuam putavit. Apulejus Apol. pag. 324. *Quanquam etſi diſtrictius me Magum dixiſſet, poſſet videri excuſabunda.* Varro R. R. lib. I. cap. 8. *Itaque ideo, ut arbitror, primum è vinea in arbores aſcendit vitis.* Phædrus Prol. lib. II, 12. *Ita ſic rependet illi brevitas gratiam.* Multa ſunt hujusmodi, quæ collegêre Fr. Sanctius Min. lib. III. cap. 14. pag. 572. ſeq. & G. J. Voſſius de Conſtr. cap. 68. *Idem.*

77. Ri-

inſanire, ut malè olere omne cœnum. At non ſemper. Commove: ſenties. Sic iracundus non ſemper iratus eſt. Laceſſe: jam videbis furentem. Quid? iſta bellatrix iracundia, cùm domum rediit, qualis eſt cum uxore? cum liberis? cum familia? an tum quoque eſt utilis? eſt igitur aliquid, quod [b] perturbata mens meliùs poſſit facere quàm conſtans? an quiſquam poteſt ſine perturbatione mentis iraſci? bene igitur noſtri, cùm omnia eſſent in [c] morbis vitia, quòd nullum erat iracundiâ fœdius, iracundos ſolos [d] morboſos nominaverunt.

b conturbata *alia edd.*
c moribus *Daviſ.*
d moroſos *Gebh.* mortuos *MS.*

P. CCXXI. XXV. Oratorem verò iraſci minimè decet: ſimulare non [e] dedecet. An tibi iraſci tum videmur,
55 cùm quid in cauſis acriùs & vehementiùs dicimus? quid? cùm jam rebus tranſactis & præteritis orationes ſcribimus, num irati ſcribimus?

Et quis hoc [f] *animadvertit? Vincite.*

num aut egiſſe umquam iratum Æſopum, aut ſcripſiſſe exiſtimamus iratum [g] Accium? aguntur iſta præclarè, & ab oratore quidem melius, ſi modò eſt orator, quàm ab ullo hiſtrione: ſed aguntur leniter [h] & mente tranquilla. Libidinem verò laudare, cujus eſt libidinis? Themiſtoclem mihi & Demoſthenem profertis: additis Pythagoram, Democritum, Platonem. Quid? vos ſtudia libidinem vocatis? quæ vel optimarum rerum, ut ea ſunt, quæ profertis, ſedata tamen & tranquilla eſſe debent. Jam ægritudinem laudare, unam rem maximè deteſtabilem, quorum eſt tandem philoſophorum? [i] At commodè dixit Afranius,

Dummodò doleat aliquid, doleat [k] *quod lubet.*

Dixit enim de adoleſcente perdito ac diſſoluto: nos autem de conſtanti viro [l] ac ſapienti quærimus. Et quidem ipſam illam iram centurio habet, aut ſignifer, vel ceteri, de quibus dici non neceſſe eſt, ne rhetorum
56 aperiamus myſteria. Utile eſt enim [m] uti motu animi, qui uti ratione non poteſt: nos autem, ut teſtificor ſæpe, de ſapiente quærimus.

e decet *MSS.*
f *unquam anim. civium.* MS.
g Attium *Lamb.*
h *ita MS. R. in aliis deeſt* &.
i Quam comm. *MS.*
k *quid* MS.
l ſapientem *MS.*
m eum uti *conj. Lamb.*

XXVI. At etiam æmulari utile eſt, obtrectare, miſereri. Cur miſereare potiùs quàm feras opem, ſi id facere poſſis? an ſine miſericordia liberales eſſe non poſſumus? non enim ſuſcipere ipſi ægritudines propter alios debemus: ſed alios, ſi poſſumus, levare ægritudine

Obtrectare verò alteri, aut illa vitioſa æmulatione, P. B.
77 rivalitati ſimilis eſt, æmulari quid habet utilita-
cùm ſit æmulantis, angi alieno bono, quod ipſe
habeat: obtrectantis [n] autem, angi alieno bono, n alii autem alieno.
l id etiam alius habeat? quis id approbare poſſit,
tudinem ſuſcipere pro experientia, ſi quid habere
? nam ſolum habere velle [o] ſumma dementia eſt. o ſummæ dementiæ alii.
ediocritates autem malorum quis laudare rectè poſ-
quis enim poteſt, in quo libido cupiditasve ſit,
libidinoſus & cupidus eſſe? in quo ira, non iracun- 57
' in quo angor, non anxius? in quo timor, non
dus? libidinoſum igitur, [p] & cupidum, & iracun- p & cupid. deeſt in MSS.
, & anxium, & timidum, cenſemus eſſe ſapientem?
cujus excellentia multa quidem dici quamvis [q] fuſè q fuſè deeſt in MS.
que [r] poſſint: ſed breviſſimè illo modo, 78 ſapientiam
rerum divinarum & humanarum ſcientiam cogni- r poſſit MSS. poſſunt alii.
emque, quæ cujusque rei cauſa ſit. ex quo effici-
, ut divina imitetur, humana omnia inferiora virtu-
ucat. In [s] hanc tu igitur, tamquam in mare, quod s hunc alii, & Bentl.
entis ſubjectum, perturbationem cadere tibi dixiſti
ri? quid eſt, quod tantam gravitatem conſtantiam-
perturbet? an improviſum [t] aliquid aut repentinum? t aliquid delet Bentl.
uid poteſt accidere [v] tale, & cui nihil quod homini v tali Eraſm.
enire [y] poſſit? Nam quod ajunt nimia reſecari opor-
tere, x venire Idem. y poſſit non præmeditatum Idem.

. *Rivalitati ſimilis.*] *Rivales*, ut docet Donatus, dicuntur
li de mulieribus, facta translatione nominis à beſtiis, quæ
tes, cùm ex eodem rivulo hauſtum petunt, in prælium con-
invicem concitantur. Ulpianus Juriſconſultus, ad Tit. de
quotidiana & æſtiva, *rivales* dici eos ait, qui per eundem
aquam ducunt, inter quos ſæpe contentio eſt de aquæ uſu,
ue ſuum eſſe uſum contendente. Inde *rivales* dici autumo,
in unum amorem derivantes & de amoris uſu contendentes.
rivalitas dicta æmulatio illa inter amaſios moroſiſſima.
ld.

. *Sapientiam — quæ cujusque rei cauſſa ſit.*] Eandem definitio-
repetit Cicero lib. v. Tuſc. cap. 3. & Offic. lib. II. cap. 2. ac
itat Lactantius Div. Inſtit. lib. III. cap. 13. *Daviſ.*

. *Quid poteſt accidere tale, & cui nihil quod homini evenire poſ-*
Malui hanc lectionem, cum quinque Pall. Vatican. Victorii
mvis in ſecundo, quint. amplius appendantur hæc: *evenire*
, *non præmeditatum ſit*) quàm vulgarem tolerare lectionem fœ-
loſſis oblitam: *quid poteſt accidere tale ei, cui nihil ſubitum eſt,*
homini evenire poſſit. Gebhard. *Quid accidere poteſt ei; cui nihil*
quod &c. legit Bentl.

80. *Sunt*

tere, naturalia relinqui: quid tandem poteſt eſſe naturale, quod idem nimium eſſe poſſit? [80] ſunt enim omnia iſta ex errorum orta radicibus. [81] Quæ evellenda & extrahenda penitus, non circumcidenda nec amputanda ſunt.

58 XXVII. SED QUONIAM ſuſpicor te non tam de ſapiente quàm de te ipſo quærere ([82] illum enim putas omni perturbatione eſſe liberum, te vis) videamus,

P. CCXXII. quanta ſint, quæ [z] à philoſophia remedia morbis animorum adhibeantur. eſt enim quædam medicina certè: nec tam fuit hominum generi infenſa atque inimica natura, ut corporibus tot res ſalutares, animis [a] nullam invenerit. De quibus hoc etiam eſt merita meliùs, quòd corporum adjumenta adhibentur extrinſecus, animorum ſalus incluſa in his ipſis eſt. Sed quo major eſt in eis præſtantia & divinior, eo majore [b] indigent diligentiâ. Itaque bene [c] adhibita ratio cernit, quid optimum ſit; neglecta multis implicatur erroribus.

z à *deeſt in MSS.*

a nullas *aut* nulla *MSS.*

b indiget *MSS.*

c habita *Turneb.*

59 Ad te igitur mihi jam convertenda omnis oratio eſt. ſimulas enim quærere te de ſapiente: quæris autem fortaſſe de te. Earum igitur perturbationum, quas expoſui, variæ ſunt curationes. nam neque omnis ægritudo una ratione ſedatur. alia eſt enim lugenti, [83] alia mi-

80. *Sunt enim omnia iſta ex errorum orta radicibus.*] Hunc locum ſic exhibet Froben. *ſunt enim omnia iſta non ex naturalibus cauſſis, ſed ex errorum orta radicibus.* Additamentum balbutientis librarii videtur Gloſſema, quod etiam MSStos Pall. ſec. quint. infeſtavit. *Daviſ.*

81. *Quæ evellenda & extrahenda penitus.*] Vatic. *quæ evellenda penitus.* duo Pall. ſec. quint. luxuriant: *ſunt enim omnia iſta non ex naturalibus cauſis, ſed ex errorum orta radicibus.* ineptè. *Gebh.*

82. *Illum enim putas omni perturbatione eſſe liberum, te vis.*] Ant. Auguſtinus delet poſtrema verba *te vis.* in manuſcriptis eſt, *liberum, vis videamus.* Urſin.

83. *Alia miſeranti.*] D. Lambinus conjecit, *alia miſerenti*, nec aliter edidit Fr. Fabricius. Permoti erant, ut puto, viri eruditi Grammaticorum auctoritate, qui inter hæc verba diſtinctionem quandam ponunt. Feſtus. *Miſeratur is, qui conqueritur aliena incommoda; miſeretur is, qui miſerum ſublevat.* Nonius Marcellus cap. v. col. 734. *Miſerari & miſereri ceteri his ſenſibus eſſe voluerunt; ut ſit miſerari, flere & lamentari; miſereri, miſerationem alienis caſibus exhibere.* Sed hæc prorſus inania ſunt habenda. Virgilius Æn. I, 597. de Didone:

O ſola infandos Trojæ miſerata labores.

Ibi rectè Servius. *Et miſeror*, inquit, *& miſereor unum ſignificant.* Ite-

miſeranti, [d] alia invidenti adhibenda medicina. eſt [e] etiam in omnibus quattuor perturbationibus illa diſtinctio, utrùm ad univerſam perturbationem, quæ eſt aſpernatio rationis, aut appetitus vehementior: an ad ſingulas, ut ad metum, libidinem [f] reliquasque meliùs adhibeatur oratio, & utrùm illudne [g] non videatur ægrè ferendum, ex quo ſuſcepta ſit ægritudo, 84 an omnium rerum tollenda omnino ægritudo: ut ſi quis ægrè ferat ſe pauperem eſſe, idne diſputes, paupertatem malum non eſſe: an hominem ægrè ferre nihil oportere. nimirum hoc melius: ne, ſi fortè de paupertate non perſuaſeris, ſit ægritudini concedendum: ægritudine autem ſublata, propriis rationibus, quibus heri uſi ſumus, quodam modo etiam paupertatis [h] malum tollitur.

XXVIII. Sed [i] omnis ejusmodi perturbatio [k] animi placatione abluatur illa quidem, cùm doceas, nec 60 bonum illud eſſe, ex quo lætitia aut libido oriatur; nec malum, ex quo aut metus, aut ægritudo: verumtamen hæc eſt certa & propria ſanatio, ſi doceas, ipſas per-

d aut MS. e enim in MS. f reliquas MS. g nec ne MS. & Bentl. h nomen MS. & Bentl. P. R. i cum omn. Bentl. k duplici ratione abl. Idem.

Iterum Æn. IV, 693.

Tum Juno omnipotens longum miſerata dolorem
Difficilesque obitus, Irim demiſit Olympo &c.

Infinita ſunt hujusmodi, quapropter ſarta tecta maneat Codicum vulgatorum lectio. *Daviſ.*

84. *An omnium rerum tollenda omnino ægrit.*] Sic prorſus eſt legendum, quamvis reclament plerique libb. MSS. qui habent *tolerenda*, nam hoc *toleranda* ferri non poteſt, quamvis docti quidam in ſua edit. ſecuti ſint. Omnino piget me hanc lectionem refellere, & alteram, quam ſecutus ſum habentque multæ aliæ editiones, confirmare. locis enim innumerabilibus clamat Cicero, Stoicorum ſententiâ, tollendam eſſe ægritudinem, non amputandas aut circumcidendas eſſe animorum perturbationes, ſed radicitus evellendas & extrahendas. Poſtremò nemo Latinorum umquam ita locutus eſt, *tolerare ægritudinem*; & qui hoc genus loquendi Latinum eſſe putant, ſe linguæ Lat. eſſe imperitos ſatis declarant, ut Florentinus ille, qui perpetuò dicit *ipſum*, pro *eum*. quodam loco, *diſputare longius*, pro *diſputare diutiùs*. alibi, *vi extrinſeca*, pro *vi externa*. alibi, *cauſam fuiſſe, ut*, pro, *cauſam fuiſſe, cur*. alio loco, *virtutes cunctas eſſe ſcientias*, pro *virtutes omnes eſſe ſcientias*: & alia innumerabilia, planè aut barbara, aut ſolœca, quæ colligere magnum opus eſſet. quæ pauca protuli, ut ſupercilium ponat & ſe norit, neque alios ita, ut ſolet, præ ſe deſpiciat, ſed ſe quoque hominem eſſe meminerit. *Lambin.* *An omnium rerum tollenda omnino ægritudo.*] Pertinaciſſimè pro hac lectione dimicat Lambinus, cui in ſubſidium adveniunt Pall. pr. ſec. quartus. reliqui cum Fabr. Vatic. *toleranda*, vel *tolleranda*. Gebhard.

85. Ut

perturbationes per ſe eſſe vitioſas, nec habere quidquam aut naturale, aut neceſſarium: ut ipſam ægritudinem leniri videmus, cùm [l] objicimus mærentibus imbecillitatem animi effœminati, cúmque eorum gravitatem conſtantiamque laudamus, qui non turbulentè humana patiantur. quod quidem ſolet eis etiam accidere, qui illa mala eſſe cenſent, ferenda tamen æquo animo arbitrantur. putat aliquis eſſe voluptatem bonum: alius autem pecuniam: tamen & ille ab intemperantia & hic ab avaritia avocari poteſt. illa autem altera ratio & oratio, quæ ſimul & opinionem falſam tollit, & ægritudinem [m] detrahit, eſt ea quidem [n] utilior, ſed rarò proficit, neque [o] eſt ad vulgus adhibenda.

l obicimus *MS.*
m diſtrahit *MS.*
n ſubtilior *Bentl.*

61 Quædam autem ſunt ægritudines, quas levare illa medicina nullo modo poſſit: ut ſi quis ægrè ferat, nihil in ſe eſſe virtutis, nihil animi, nihil officii, nihil honeſtatis: propter mala is quidem angatur, ſed alia quædam ſit ad eum admovenda curatio, & talis quidem, quæ poſſit eſſe omnium, etiam de ceteris rebus diſcrepantium, philoſophorum. inter omnes enim convenire oportet, commotiones animorum, à recta ratione averſas, eſſe vitioſas, [85] ut, etiam ſi nec mala ſint illa, quæ metum ægritudinemve; nec bona, quæ [p] cupiditatem lætitiamve moveant, tamen ſit vitioſa ipſa commotio. conſtantem enim quendam volumus, ſedatum, gravem, [86] humana omnia [q] prementem, illum

o etiam eſt *MS.*
eſt *deeſt in aliis.*
p cupidinem *MS.*
q ſpernentem *Bentl.*

85. *Ut etiamſi nec mala ſint illa, &c.*] Legendum: *ut etiam & mala ſint illa, &c.* hæc enim M. Tullii ſententia eſt: non ſolum ſi non ſint mala ea, quæ metum ægritudinemque afferant; nec, ſi non ſint bona, quæ cupiditatem lætitiamque excitent, ſed etiam, ſi & illa verè mala ſint, quæ aut metuamus futura, aut ægrè feramus præſentia, & quamvis illa verè bona ſint, quæ aut concupiſcamus abſentiâ, aut inſolenter oſtentemus præſentiâ, vitioſam utrobique eſſe animi commotionem. *Lambin.* *Ut etiam ſi nec mala ſint illa, quæ metum ægritudinemve, nec bona, quæ cupiditatem.*] Hic locus aliter legitur in antiquo, in quo ita ſcriptum eſt: *Ut etiam ſi mala ſint illa, quæ metum ægritudinemve: bona, quæ cupiditatem.* Urſin. Quem ſequitur Bentlejus.

86. *Humana omnia prementem.*] Qui *humana omnia ſpernentem* reponebant, ii quidem à ſenſu non aberrabant; immeritò tamen ſuſpecta fuit lectio veriſſima. Nonius cap. IV. pag. 691. *Premere, calcare.* Virgilius Æn. lib. II. ℣ſ. 379. *Veluti qui ſentibus anguem Preſſit humi nitens.* Illius autem ſignificationis vocabulis ineſt metaphorica ſpernendi poteſtas. Lucanus Poëm. ad Piſon. ℣ſ. 106.

Rara

a eſſe, quem magnanimum & fortem virum dici-
s. talis autem nec mærens, nec timens, nec cu- Pag. CCXXIII.
ns, nec geſtiens eſſe quiſquam poteſt. eorum enim
c ſunt, qui eventus humanos ſuperiores quàm r dicunt MS.
is animos eſſe [r] ducunt.
XXIX. QUARE omnium philoſophorum, ut antè 62
:i, una ratio eſt medendi, ut nihil, quale ſit illud,
od perturbet animum; ſed de ipſa ſit perturbatione
endum. itaque primùm in ipſa cupiditate, cùm id
um agitur, ut ea tollatur, non eſt quærendum, bo-
m illud necne ſit, quod libidinem moveat: ſed li-
lo ipſa tollenda eſt: ut ſive, quod honeſtum eſt, id
ſummum bonum, ſive voluptas, ſive horum utrum-
e conjunctum, ſive illa tria genera bonorum, tamen,
am ſi virtutis ipſius vehementior appetitus ſit, eadem
omnibus ad [s] deterrendum adhibenda oratio. [87] con- s deterend. MS.
et autem omnem ſedationem animi humana in con-
ectu poſita natura: quæ quo faciliùs expreſſa cerna-
r, explicanda eſt oratione communis conditio lex-
ıe vitæ.

Itaque non ſine cauſa, [88] cùm Oreſtem fabulam do- 63
ret Euripides, [t] primos [v] tris verſus revocaſſe dicitur t pro roſtris rev. MS.
ocrates:

[89] *Neque tam terribilis ulla* [x] *fando* [y] *oratio eſt*, v tres alii. x fandi MS. y ratio MS.

[90] *Nec*

Rara domus tenuem non aſpernatur amicum,
Raraque non humilem calcat faſtoſa clientem.
laudianus Bell. Gildon. vſ. 256.

Germani nunc usque tui reſponſa colebat,
En iterum calcat. ———
de & Caſp. Barthium ad lib. 1. in Eutrop. vſ. 493. *Daviſ.*

87. *Continet autem omnem ſedationem animi.*] Sic reperi in Pall.
. tert. quart. quint. quippe ſec. *omnes.* nec longè abit Victorius
ito hoc ordine, *ſedationem omnem &c.* vulgò abeſt *omnem:* ſed eſt
uoque in Fabr. *Gebhard.*

88. *Cùm Oreſtem fabulam doceret Euripides.*] Prætuli vulgatam le-
ionem. nam Victor. cum Palatin. quart. *Oreſtis.* ſecund. quart.
eſte. ceterùm *diceret* agnoſcunt Palatin. quinque, Vatic. Fabr.
on *doceret.* Gebhard. MS. R. exhibet *Oreſtem* & *diceret.*

89. *Neque tam terribilis &c.*] Græca ſic leguntur apud Euripidem
reſt. vſ. 1.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν, ὧδ' εἰπεῖν ἔπος,
Οὐδὲ πάθος, οὐδὲ ξυμφορὰ θεήλατος,
Ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις.

ſtant etiam apud Dionem Chryſoſtomum Orat. IV. de Regn.
pag.

90 *Nec ſors, nec irâ cælitum invectum malum;*
91 *Quod non natura humana patiendo* 92 *efferat.*

z accide-rint *MS.* Eſt autem utilis ad perſuadendum, ea, quæ [z] acciderunt, ferri & poſſe & oportere, enumeratio eorum, qui tulerunt. etſi ægritudinis ſedatio & heſterna diſputatione explicata eſt, & in Conſolationis libro, quem in medio (non enim ſapientes eramus) mærore & dolore conſcripſimus: quodque vetat Chryſippus, ad recentes quaſi tumores animi remedium adhibere, id nos fecimus naturæque vim attulimus, ut [a] magnitudini medicinæ doloris magnitudo concederet.

a magni-tudine *alii & MSS.*

64 P. B. XXX. SED ÆGRITUDINI, de qua ſatis eſt diſputatum, finitimus eſt metus. De quo pauca dicenda ſunt. Eſt enim metus, ut ægritudo, præſentis; ſic ille futuri mali. Itaque nonnulli ægritudinis partem quandam metum eſſe dicebant. alii autem metum præmoleſtiam appellabant, quod eſt quaſi dux conſequentis mo-

pag. 72. Ὧδ' ἔπος εἰπεῖν idem valet ac ὡς ἐν συντόμῳ ἔπος εἰπεῖν, ut notat Scholiaſtes, & hujusce locutionis exempla congeſſit Paullus Leopardus Emend. lib. VIII. cap. 21. Cicero primum verſum, ut & tertium, malè prorſus intellexit; voluit enim Poëta nullum omninò malum eſſe, cui non obnoxia ſit humana natura. Vide M. A. Muretum Var. Lect. lib. VIII. cap. 16. *Daviſ.*

90. *Neque ſors, &c.*] Quidam libb. vett. habent, *Neque ſors*, quos non ſequor. nam *fors* fortuna ipſa eſt, caſuum & eventorum cauſa efficiens, nobis ignota. *ſors* verò & vel caſus, & eventus ipſe, vel quod à fortuna ipſa profectum eſt. Jam quod Euripides πάθος dixit, *ſortem* aptè Cic. interpretatus eſt. *Fors* autem hîc ferri non poterat; & qui hoc ampl ectuntur, oſtendunt, ſe in lingua Lat. eſſe hoſpites. verſu ſequenti noſtri libb. Mſſ. habent. *Patiendo hac ferat*; unde facio: *patiendo ecferat.* Lambinus. *Nec ſors, nec ira cælitum invectum malum.*] Sic emendavi, adjutus autoritate Lambini & Palat. in quibus ſingulis *nec nec.* ſed in ſolo primo & Vaticano, *ſors.* quod cur melius hîc ſit dixit Lambinus. in ceteris, ut & Victorii editione, libro Fabr. *nec fors, nec:* ceterùm *irâ cælitum invectum malum* eſt ξυμφορὰ θεήλατος; itaque miror cur Victorius ediderit, *invictum*, & in quinque Palatin. lateat *inventum*. Gebhard.

91. *Quod non natura humana patiendo efferat.*] Sic legatur, aut ut vult Lambin. *ecferat*, ἄραιτο. Græci verſus ſunt ex initio Oreſtis Euripidis. Vide Muretum Variar. libro IIX. cap. 16. *Idem.*

92. *Efferant.*] Vincant, ſubdant, ſepeliant. *Efferre* enim eſt ad ſepulturam ferre. unde *efferri* dicuntur mala, quæ patiendo vincimus & quaſi tumulamus. & ita hîc ſubtiliter poſitum eſt. aliàs *efferre* ſignificat extollere, erigere, differre. polyſemum enim verbum eſt. *Beroald.*

93. Ura

moleſtiæ. Quibus igitur rationibus inſtantia feruntur, eisdem contemnuntur ſequentia. nam videndum eſt in utriſque, ne quid humile, [b] ſummiſſum, molle, effœminatum, fractum abjectumque faciamus. Sed quamquam de ipſius metûs inconſtantia, imbecillitate, levitate dicendum eſt, tamen multum prodeſt, ea, quæ metuuntur, ipſa contemnere. Itaque, ſive caſu accidit, ſive conſilio, percommodè factum eſt, quod eis de rebus, quæ maximè metuuntur, de morte & de dolore, primo & proximo die diſputatum eſt. Quæ ſi probata ſunt, metu magna ex parte liberati ſumus. Ac de malorum opinione hactenus.

b ſubmiſſi MSſ.

XXXI. VIDEAMUS nunc de bonorum, id eſt, de 65
lætitia & de cupiditate. Mihi quidem in tota ratione ea, quæ pertinet ad animi perturbationem, 93 una res videtur cauſam continere, omnes eas eſſe in noſtra poteſtate, omnes judicio ſuſceptas, omnes voluntarias. Hic igitur error eſt eripiendus, hæc detrahenda opinio: atque ut in malis opinatis [c] tolerabilia: ſic in bonis, ſedatiora ſunt efficienda ea, quæ magna & lætabilia dicuntur. Atque hoc quidem commune malorum & bonorum: ut, ſi jam difficile ſit perſuadere, nihil earum rerum, quæ perturbent animum, aut in bonis, aut in malis eſſe habendum, tamen alia ad alium motum curatio ſit adhibenda, aliaque ratione [d] malivolus, alia amator, alia rurſus anxius, alia timidus corrigendus. atque erat facile, ſequentem eam rationem, quæ maximè probatur de bonis & malis, negare umquam lætitiâ affici poſſe inſipientem, quòd nihil umquam haberet boni.

c tolerabiliora alii.

d malevol. alii.

Pag. CCXXIV.

Sed

93. *Una res videtur cauſam continere.*] Hic eſt cardo rerum, hoc caput, hic vertuntur omnia, in hoc tota cauſa conſiſtit, ut doceamus, perturbationes eſſe voluntarias & noſtro judicio ſuſcipi; ideoque in noſtra poteſtate eſſe, ut eas ponamus cùm libet. hoc quidem aſſerunt Stoici, ſed Peripatetici contendunt, affectus eſſe naturales, non voluntarios, quod & ſenſus communis probat, & viventium ratio demonſtrat, qui iiſdem omnibus affectibus quatiuntur. Quis enim ex voluntate mœret? quis ultroneus metuit? gaudium quoque & cupiditas ex inſtinctu naturæ proveniunt. Si vero eſſet iſta propoſitio, voluntaria hæc eſſe, conſectarium eſſet, ut in nobis eſſet illa deponere & ſumere cùm vellemus: ſed Cicero tanquam Stoicus id conatur aſſerere, quod Peripateticorum doctrina ſubnervat. *Beroald.*

 94. *Ho-*

66 Sed loquimur nunc more communi. [e] Sint ſanè iſta bona, quæ putantur, [94] honores, divitiæ, voluptates, [f] cetera: tamen in eis ipſis potiundis exſultans geſtienſque lætitia turpis eſt: ut, ſi ridere conceſſum ſit, vituperetur tamen cachinnatio. eodem enim vitio eſt effuſio animi in [g] lætitia, quo, in dolore, contractio: eademque levitate cupiditas eſt in appetendo, qua lætitia in fruendo: & ut nimis [h] afflicti moleſtiâ, ſic [i] animi elati lætitiâ jure judicantur leves. & cùm invidere ægritudinis ſit: malis autem alienis voluptatem capere lætitiæ: utrumque immanitate & feritate quadam [k] proponenda caſtigari ſolet. Atque ut [l] confidere decet, timere non decet: ſic gaudere decet, lætari non decet: quoniam docendi cauſâ à gaudio lætitiam diſtinguimus.

Illud jam ſuprà diximus, fieri contractionem animi rectè numquam poſſe, [95] elationem poſſe: aliter enim
67 Nævianus ille gaudet Hector,

[96] *Lætus ſum laudari me abs te, pater, à laudato viro:*

aliter ille apud [m] Trabeam,

Lena [n] delinita argento nutum obſervabit meum.
Quid velim, quid ſtudeam: adveniens digito impellam januam:
[o] *Fores patebunt. de improviſo Chryſis ubi me adſpexerit,*
Alacris obviam mihi veniet, complexum exoptans meum,
[97] *Mihi ſe dedet.*

Quàm

[e] Sunt *alii.*
[f] & cetera tam. *alii.*
[g] lætitiam *MS.*
[h] afflictio *MSS.*
[i] nimis elati *Lamb. Daviſ.*
[k] propoſita & prop. *MS.*
[l] diffidere *Lamb. Bentl. alii.*
[m] Trabeam Chærea *alii.*
[n] *delenita* alii.
[o] *Fori' patebit* Bentl.

94. *Honores, divitiæ, voluptates, cetera: tamen.*] Hæc ſcriptura tuetur ſe auctoritate Pall. tert. quart. Vaticani. in Fabr. Palat. quint. editur, *& cetera tamen.* malè: ut & in editione Victor. *voluptates: cetera tamen.* Gebhard.

95. *Elationem poſſe.*] Abſunt hæc à tribus prioribus Pall. qui & antecedentia verba ita digerunt: *contractionem animi rectè fieri numquam.* Idem.

96. *Lætus ſum laudari.*] Verba Hectoris apud Nævium poëtam lætantis ſe laudari à patre Priamo laude digno. ea enim vera laus eſt, quæ ab eo proficiſcitur, qui ipſe vixerit in laude. In epiſt. ad Catonem ait: *Lætus ſum laudari me, inquit Hector, opinor apud Nævium, abs te pater laudato viro. ea eſt enim profecto jucunda laus, quæ ab his proficiſcitur, qui ipſi in laude vixerunt.* Seneca XVIII. Epiſt. laudatum virum interpretatur laude dignum his verbis: *Cùm Tragicus ille apud nos ait, magnificum eſt laudari à laudato viro, laude digno ait.* Beroald.

97. *Mihi ſe dedet.*] Hæc verba cohærent cum ſequentibus, *Fortunam &c.* & cum iis faciunt verſum Trochaïcum, quod rectè obſer-

Quàm hæc pulcra putet ipſe jam dicet,
Fortunam ipſam anteibo fortunis meis.

XXXII. Hæc lætitia quàm turpis ſit ſatis eſt p. B.
diligenter attendentem penitus videre. Et ut turpes 68
ſunt, qui efferunt ſe lætitiâ tum, cùm fruuntur Veneris voluptatibus: ſic flagitioſi, qui eas inflammato animo concupiſcunt. Totus verò iſte, qui vulgò appellatur amor, (nec, hercule, invenio, quo nomine alio poſſit appellari) tantæ levitatis eſt, ut nihil videam, quod putem conferendum. Quem Cæcilius

— [98] *deum qui non ſummum putet,*
Aut ſtultum, aut rerum eſſe imperitum exiſtimet:
Cui in manu ſit, quem eſſe dementem velit,
Quem ſapere, quem [p] *ſanari, quem in morbum injici,*
Quem contrà amari, [q] *quem arceſſiri, quem expeti.*

p Gebh. *inſanire.*
q *q. expeti, q. arceſſ.* alii.

O præclaram emendatricem vitæ, poëticam! quæ amorem, flagitii & levitatis auctorem, in concilio 69
deorum collocandum putet. De comœdia loquor: quæ, ſi hæc flagitia [r] non probaremus, nulla eſſet omnino.
[99] Quid ait ex tragœdia [1] princeps ille Argonautarum?

r nos *MSS.*

2 Tu

ſervavit celeberrimus Bentlejus: *Mihi ſe dedet, Fortunam ipſam anteibo fortunis meis.* Verburg.

98. *Deum qui non ſummum putet &c.*] Duo priores verſus ex hiſce Euripideis ſunt translati, qui exſtant apud Stobæum Serm. LXI. pag. 387.

Ἔρωτα δ' ὅστις μὴ θεὸν κρίνει μέγαν
Καὶ τῶν ἁπάντων δαιμόνων ὑπέρτατον,
Ἢ σκαιός ἐστιν, ἢ καλῶν ἄπειρος ὢν,
Οὐκ οἶδε τὸν μέγιστον ἀνθρώποις θεόν.

Ultimum Latinum MSSti ſic repræſentant: *quem contrà amari, quem expeti, quem arceſſiri*; quo modo cùm turbatum ſit metrum ordinem mutarunt editores: at forſan legi poſſit, *quem contrà amari, quem expeti, quem arceſſier*; nam edit. Frobenii habet, *quem expeti, quem accerſier*; nec aliter Terent. Eunüch. Act. III. Sc. III, 4. *Daviſ.*

99. *Quid ait ex Tragœdiâ princeps ille Argonautarum?*] Sic reſtituendum eſt ex Victor. Pal. quart. inclinante huc Pal. tert. qui *aut* legit. quint. verò *quid ex Tragœdiâ princeps ille Argonautarum Jaſon?* quod probarem abſente nomine Ducis. vulgò, *quid autem ex Trag.* Gebhard.

1. *Princeps Argonautarum.*] Jaſonem intelligit, qui in tragœdia Medea verba hæc dicebat ad Medeam, quam expulerat. Significat autem tragœdiam, opinor, Ennii, cui titulus eſt Medea, de qua in I. de Fin. ſic ſcriptum legimus: *Quis tam inimicus pænè nomini*

[2] *Tu m' amoris magis quàm honoris ſervaviſti gratiâ.*

Quid ergo? hic amor Medeæ quanta miſeriarum excitavit incendia! atque ea tamen apud alium poëtam patri dicere audet, ſe conjugem habuiſſe

Illum, amor quem dederat, qui plus pollet potiorque eſt patre.

70 XXXIII. SED POETAS ludere ſinamus, quorum fabulis in hoc flagitio verſari ipſum videmus Jovem. Ad magiſtros virtutis, philoſophos, veniamus: qui amorem negant ſtupri eſſe, & in eo litigant cum Epicuro, non multùm, ut opinio mea fert, mentiente. quis eſt enim iſte amor amicitiæ? cur neque deformem adoleſcentem quisquam amat, neque formoſum ſenem? mihi quidem

P.CCXXV. hæc in Græcorum gymnaſiis nata conſuetudo videtur: [3] in quibus iſti liberi & conceſſi ſunt amores. Bene ergo Ennius,

Flagitii principium eſt [4] *nudare inter* [a] *civis corpora.*

[a] *cives* aut *civeis* alii.

Qui

mini Romano eſt, qui Ennii Medeam aut Antiopam Pacuvii ſpernat aut rejiciat? Euripides apud Græcos ſcripſit Medeam; apud noſtros exſtat Medea Senecæ. Grammatici identidem citant Ennium & Accium poëtas in Medea. *Beroald.*

2. *Tu m' amoris magis quàm honoris ſervaſti gratiâ.*] Hoc ſcripſi fiduciâ editionis Victor. & quinque Pall. tum Fabr. aliàs, *Tu m' amori' magis quàm honoris ſervaviſti gratâ.* Euripides.

ὡς ἔρως σ' ἠνάγκασε

Πόνων ἀφύκτων τὸ μὸν ἐκσῶσαι δέμας. Gebhard.

Sed apud Victorium tam in editione Rob. Stephani quàm Juntæ eſt *ſervaviſti*, nec notus ibi apoſtrophus, nec ullus edidit *grata.* Gronov. *Tu m' amoris &c.*] Verba ſunt Jaſonis ad Medeam, quæ Græcè ſic leguntur apud Euripidem in Med. ỳſ. 530.

——— Ἔρως σ' ἠνάγκασε

Πόνων ἀφύκτων τ' ἐμὸν ἐκσῶσαι δέμας.

In recentioribus erat, *honoris ſervaſti gratiâ*; quam lectionem, quamvis agnoſcant MSSti, reſpuit tamen carminis ratio. *Daviſ.*

3. *In quibus iſti liberi & conceſſi ſunt amores.*] Corn. Nepos Præf. §. 4. *Laudi in Græcia ducitur adoleſcentulis, quamplurimos habere amatores.* Notus ſanè eſt Thebanorum ἱερὸς λόχος, de quo vide Plutarchum in Pelopid. pag. 287. & Athenæum lib. XIII. pag. 561. Noti item Spartanorum amores, quos caſtos eſſe contendunt Ælianus V. H. lib. III. cap. 12. ac Maximus Tyrius Diſſert. X. pag. 112. Hic tamen confitetur Diſſ. IX. pag. 96. Τῇ τε ἄλλῃ Ἑλλάδι καὶ πολὺ μάλιστα ταῖς Ἀθήναις μεστὰ πάντα ἀδίκων ἐραστῶν καὶ μειρακίων ἐξηπατημένων. Simile judicium de Boeotis & Eleis tulit Libanius Declam. XIX. pag. 501. *Idem.*

4. *Nudare inter cives corpora.*] In gymnaſiis exercitationibusque Græcorum corpora nudabantur. Lacedæmonii primi, ut docet Thu-

Qui ut ſint, [t] quod fieri poſſe video, pudici, ſolliciti tamen & anxii ſunt: eoque magis, quòd ſeipſi continent & coercent. [t] ſicut *alii.*

Atque, ut muliebres amores omittam, quibus majorem licentiam natura conceſſit: quis aut de Ganymedis raptu dubitat, quid poëtæ velint: aut non intelligit, [5] quid apud Euripidem & loquatur & cupiat Lajus? quid denique homines doctiſſimi & ſummi poëtæ de [v] ſe ipſi & carminibus edant, & cantibus? fortis vir in ſua republica cognitus, quæ de juvenum amore ſcribit Alcæus? nam [6] Anacreontis quidem tota poëſis eſt ama- 71

[v] ſe ipſis *alii.*

Thucydides, corpora certaturi nudaverunt, propalam ſe exuentes, oleoque unxerunt. *Græca res*, ut inquit Plinius, *nihil velare.* Plato in V. de Rep. non ſolum viris, ſed etiam mulieribus corpora nudanda exercendaque gymnaſticis exercitationibus eſſe permittit. Verùm cùm primis ratio verecundiæ habenda eſt, ſine qua nihil ſatis laudabile eſſe poteſt. *Beroald.*

5. *Quid apud Euripidem & loquatur & cupiat Lajus.*] Ph. Beroaldo videtur Lajus apud Euripidem in Phoeniſſis amores præpoſteros optare, nec alia mens eſt Aldi Manutii. In animo habuerunt Phoen. ℣ſ. 15. ubi Lajus:

> Ἐλθὼν ἐρωτᾷ Φοῖβον, ἐξαιτεῖ θ' ἅμα
> Παίδων ἐς οἴκους ἀρσένων κοινωνίαν.

At verò turpiter ſe dederunt hi Catones; nihil enim aliud hoc voto continetur, niſi ut Lajus ex Jocaſta prolem maſculam ſuſcipiat, quod à nefanda iſta παιδεραστία diſtat quam longiſſimè. Reliqui interpretes ne γρῦ quidem; videamus igitur, an à nobis ſolvi poſſit hoc problema. Lajus Chryſippum Pelopis filium ardebat. Ælianus V. H. lib. XIII. cap. 5. Ἐρασθῆναι πρῶτον γενναίων παιδικῶν λέγουσι Λάϊον ἁρπάσαντα Χρύσιππον τὸν Πέλοπος, ubi plures veterum locos indicant Joan. Schefferus & Joach. Kuhnius, quibus adde Scholiaſten in Phœniſſ. ℣ſ. 1748. Ἱστορεῖ, inquit ille, Πείσανδρος, ὅτι κατὰ χόλον τῆς Ἥρας ἐπέμφθη ἡ Σφὶγξ τοῖς Θηβαίοις ἀπὸ τῶν ἐσχάτων μερῶν τῆς Αἰθιοπίας, ὅτι τὸν Λάϊον ἀσεβήσαντα εἰς τὸν παράνομον ἔρωτα τοῦ Χρυσίππου, ὃν ἥρπασεν ἀπὸ τῆς Πίσης, οὐκ ἐτιμωρήσαντο. ——— Πρῶτος δὲ ὁ Λάϊος τὸν ἀθέμιστον ἔρωτα τοῦτον ἔσχεν· ὁ δὲ Χρύσιππος ὑπὸ αἰσχύνης ἑαυτὸν διεχρήσατο τῷ ξίφει. Hoc argumentum Chryſippo fabulâ tractavit Euripides, & in Agathonis ſanè gratiam, ſi nonnullis credimus. Vide ſis Ælianum V. H. lib. II. cap. 21. Ad illud drama reſpexiſſe Noſtrum, cunctis, niſi fallor, perquam fiet credibile. *Daviſ.*

6. *Anacreontis poëſis.*] Anacreon, lyricus poëta, amavit puerum, nomine Bathyllum, viſenda pulchritudine ſpectabilem, de quo Horatius:

> *Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo*
> *Anacreonta Teium.*

amatoria. Maximè verò omnium flagraſſe amore Rheginum Ibycum apparet ex ſcriptis.

XXXIV. ATQUE horum omnium libidinoſos eſſe amores videmus. Philoſophi ſumus exorti, & 7 auctore quidem x noſtro Platone, quem non injuriâ Dicæarchus accuſat, qui amori auctoritatem y tribueremus. Stoici verò & ſapientem amaturum eſſe dicunt: & 72 amorem ipſum, conatum amicitiæ faciundæ ex pulcritudinis ſpecie definiunt. qui ſi quis eſt in rerum natura ſine ſol-

x noſtro *in multis non eſt.*

y tribuerit *ed. vet.*

Apulejus hujusce Bathylli ſtatuam eleganter graphicéque deſcribit in Floridis, quem ait Anacreonteum carmen canere. Hanc celebravit Anacreon amatorio poëmate. cujus verſus lepidiſſimos A. Gellius refert libro N. A. XIX. Et ego libens memini, ut obiter unius elegantis verbi corrigeretur error, quo lapſi ſunt correctores interpretesque Gelliani. ſic enim Græcè ſcriptum eſt: Ποίησον ἀμπέλους μοι καὶ βότρυας κατ' αὐτὸ, καὶ χρυσέας πατοῦντας ἅμα καλῷ Λυαίῳ, ἔρωτα καὶ βάθυνον· id eſt, ut interpretantur interpretes: *Vites fabrica quæſo intus, & racemos pariter aureosque pulchre calcanteis comites Lyæi, Amoremque profundam ſimul.* Cetera ſatis condecenter & perite; ſed noviſſimum verbum parum ſolerter introſpexerunt. nam non legendum eſt βάθυνον, quod ſignificat *profundum*, ſed Βάθυλλον, id eſt *Bathyllum* puerum. & ita ſenſus verus ſpecioſusque eluceſcet hac noſtra lectione, ut dicat Anacreon, ô Vulcane, fabrica mihi quæſo in poculo argenteo vites & racemos, & calcatores Bacchi, & amorem unà cum puero Bathyllo, quem ſcilicet deperibat. vult enim in poculo cælari figurarique cum deo Cupidine puerum Bathyllum ſuum delicioſum. De Anacreonte intellexit Ovidius illo verſu:

Sit quoque vinoſi Teja muſa ſenis.

De eodem alibi inquit:

Præcepit lyrici Teja muſa ſenis.

Dictus eſt enim Anacreon Tejus à patria Teo, quæ civitas eſt Ioniæ. ex eadem urbe fuit Hecatæus hiſtoricus. Periit Anacreon acino uvæ paſſæ ſtrangulatus. *Beroald.*

7. *Auctore quidem noſtro Platone, quem non injuriâ Dicæarchus accuſat.*] Turpia ſunt in Phædro & Sympoſio, quæ de amore ſcribit Philoſophus, Socratis perſonâ indutus. Eorum nonnulla exhibet Maximus Tyrius Diſſert. VIII. Vide & Euſebium Præp. Evang. lib. XIII. cap. 20. Hæc nè minimè quidem miranda ſunt, cum ipſe nefandiſſimo παιδεραστίας crimine fuerit maculatus. Diogenes Laërtius, ex Neanthe, lib. III. pag. 76. Δίωνι συνέμιξε μέλλοντι στρατεύειν ἐπὶ Διονύσιον. Hinc hujusce ſceleris reis adeò amicum ſe præbuit, ut dixerit, τοὺς παρὰ τὴν φύσιν ἀσελγεῖν ἀσπαζομένους καὶ τούσδε μακαρίους — καὶ ἐνδημήσαντας ἐντεῦθεν εὐδαίμονας ἔσεσθαι, id quod adductis ejus verbis probat Theodoritus Therap. IX. pag. 131. Scelerata alia Platonis dicta, ad amorem ſpectantia, refert Cyrillus contra Julian. lib. VI. pag. 187. *Daviſ.*

8. Quæ

ſollicitudine, ſine deſiderio, ſine cura, ſine [z] ſuſpirio: [z] ſuſpicione *edd. vet.*
ſit ſane. vacat enim omni libidine. hæc autem de libidine oratio eſt. ſin autem eſt aliquis amor, ut eſt certè, qui nihil abſit, aut non multùm ab inſania, [8] qualis in Leucadia eſt:

Si quidem ſit quisquam deus, cui ego ſim curæ.

At id erat deis omnibus curandum, quemadmodum 73
hic frueretur voluptate amatoria.

Heu me infelicem!

Nihil verius. Probè & ille, · P. B.

Sanusne es, qui temerè lamentare?

Sic inſanus videtur etiam ſuis. At quas tragœdias efficit?

Te Apollo ſancte, fer opem, teque, omnipotens Neptune, invoco?
Vosque adeò venti.

Mundum totum ſe ad amorem ſuum ſublevandum converſurum putat: Venerem unam excludit, ut [a] iniquam: [a] nequam *Turneb.*

Nam quid ego te appellem Venus?

Eam præ libidine negat curare quidquam. quaſi verò 74
ipſe non propter libidinem tanta flagitia & faciat & dicat.

XXXV. SIC IGITUR affecto hæc adhibenda curatio eſt, ut & illud, quod cupiat, oſtendat quàm leve, quàm contemnendum, quàm [b] nihil ſit omnino, quàm facilè vel aliunde, vel alio modo perfici, vel omnino negligi poſſit. Abducendus eſt etiam nonnumquam ad alia ſtudia, ſollicitudines, curas, [c] negotia. Loci denique mutatione, tamquam ægroti non convaleſcentes, ſæpe curandus eſt. [b] nihili *MS.* [c] neg. *deeſt in MS.*

Etiam novo [d] quodam amore veterem amorem [9] tam- 75
quam clavo clavum [e] ejiciundum putant. maximè autem [d] quidam *MSS.* [e] eïciend. *MS.*

8. *Qualis in Leucadia eſt.*] Turpilii eſt fabula. Eam ex Alexidis Leucadia vertit, quam memorat Athenæus lib. III. pag. 94. & lib. XI. pag. 498. Vide G. J. Voſſium de Poët. Lat. pag. 11. qui ſua debet Iſ. Caſaubono Anim. pag. 181. Viciſſim, quæ vir maximus Anim. lib. VIII. cap. 4. de Alexidis & Turpilii Demetrio refert, Joſ. Scaligero Conject. in Varronis lib. VI. L. L. pag. 159. accepta ſunt ferenda. *Daviſ.*

9. *Tanquam clavum clavo.*] Ariſtoteles lib. IV. Polit. ἥλῳ γὰρ ὁ ἧλος ὥσπερ ἡ παροιμία. *Urſin.*

tem admonendus, quantus ſit furor amoris. omnibus enim ex animi perturbationibus eſt profectò nulla vehementior: ut, ſi jam ipſa illa accuſare nolis, ſtupra dico, & corruptelas, & adulteria, inceſta denique, quorum omnium accuſabilis eſt turpitudo: ſed ut hæc [f]omittas, perturbatio ipſa mentis in amore fœda per
76 ſe eſt. nam ut illa præteream, quæ ſunt furoris, hæc ipſa per ſeſe quam habent levitatem, quæ videntur eſſe mediocria?

f comitas *MS.*

P.CCXXVI.

—— injuriæ,
Suſpiciones, inimicitiæ, induciæ,
Bellum, pax rurſum. Incerta hæc ſi tu poſtules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quàm ſi des operam, ut cum ratione inſanias.

Hæc inconſtantia mutabilitaſque mentis, quem non ipſa pravitate deterreat? eſt enim illud, quod in omni perturbatione dicitur, demonſtrandum, nullam eſſe niſi opinabilem, niſi judicio ſuſceptam, niſi voluntariam. etenim ſi naturalis amor eſſet: [10] & amarent omnes, & ſemper amarent, & idem amarent, neque alium pudor, alium cogitatio, alium ſatietas deterreret.

77 XXXVI. [11] IRA VERÒ [g]quæ, quamdiu perturbat ani-

g quum diu *Bentl.*

10. *Et amarent omnes, & ſemper amarent, & idem amarent.*] Ut edidit Victorius exſtat in Palatin. quart. Vatic. aliàs hæc tendunt, *& amarent omnes, & amarentur, & ſemper amarent.* Gebhard.

11. *Ira vero quamdiu.*] Itaque & Veneti, ſed poſſe non perperam ſcribi exiſtimo, *cum diu.* Camer. *Ira vero quanquam diu perturbat animum, dubitationem inſaniæ non habet.*] Mendum eſt in voce, *quanquam.* vett. libb. quos ego viderim, habent, *quæ quam*, depravatè omninò, ſi reſpicimus, dictio *ira* quò referatur, quod ſi conjecturæ locus eſt, ita legerem: *Ira vero, quàm diu perturbat animum, dubitationem inſaniæ non habet.* P. Manut. *Ira verò quæ, quàmdiu perturbat animum.*] Reſumſi hoc itidem ex editione Victorii, Palatin. Fabr. Pith. vulgò: *ira verò quamquam.* quanquam Lambini lectio, *ira verò quamdiu pert.* exſtet in Palat. prim. quæ meo animo multò concinnior. *Gebhard. Ira vero, quæ quamdiu perturbat animum.*] In vett. editis legebatur *ira verò quamquam diu perturbat animum:* Joach. autem Camerarius reſcribit, *ira verò quin diu perturbat animum*; cujus ſanè emendationis rationem non capio. Omnes Codd. vulgatam ſcripturam tuentur, niſi quod in Pal. primo ſit, *ira vero quamdiu perturbat animum:* non inconcinnè quidem; ac ita corrigebant Paullus Manutius & D. Lambinus. At cum ſingularis eſt illius MSti lectio, forte locus hoc modo diſtinguendus: *Ira verò quæ? quamdiu perturbat animum, dubitationem inſaniæ*

imum, dubitationem inſaniæ non habet: cujus im-
lſu exſiſtit etiam inter fratres tale jurgium:

Quis homo te exſuperavit [h] *uſquam gentium impudentia?*
[i] *Quis autem malitia te?*

oſti quæ ſequuntur. alternis enim verſibus intorquen-r inter fratres graviſſimæ contumeliæ: ut facilè appa-at, Atrei filios eſſe, ejus, qui meditatur pœnam in atrem novam:

Major mihi moles, majus miſcendum malum,
Qui illius acerbum cor contundam & comprimam.

Quæ igitur hæ erunt moles? audi [k] Thyeſtem ipſum:

[l] *Impius* [m] *hortatur me frater,* [13] *ut meos malis miſer*
[n] *Manderem natos.*

orum viſcera apponit: quid eſt enim, [o] quo non pro-ediatur eodem [p] ira, quò furor? Itaque iratos propriè cimus exiſſe de poteſtate, id eſt, de conſilio, de ra-one, de mente. horum enim poteſtas in totum ani-ium eſſe debet.

78 His [q] aut ſubtrahendi ſunt ei, in quos impetum co-ntur facere, dum ſe ipſi colligant (quid eſt autem ipſum colligere, niſi diſſipatas animi partes rurſum in ium locum [r] cogere?) aut rogandi orandique ſunt, ut, quam habent ulciſcendi vim, differant in tempus aliud:

h ita Bentl. alii *umquam.*
i *malitia quis autem te.* Daviſ.
k Thyeſtam *alii.*
l *Impius* deeſt in MSS.
m *me hortatu'* Bentl.
n *Mandem* Lamb.
P. B.
o quod *Daviſ.*
p ira? eodem quo *Lamb.*
q *alii* autem.
r congerere *MS.*

nia non habet. Certè talis interpunctio ſenſui probè convenit. *aviſ.*

12. *Quæ igitur hæ erunt moles.*] Vatic. *quæ igitur hac erunt moles:* : *hac* in aliis libris fœm. plur. cujus ignoratio impulit Lambinum, emendaret, *quæ igitur hac erit moles.* Palatin. prim. quart. quint. *o igitur hæ* (pr. *eæ*) *erunt moles.* ſecund. tert. *quò igitur hac eruit les.* Gebhard. E Palatini ſec. & tertii lectione Celeb. Bentlejus ſcribebat *Hac erupit moles.*

13. *Ut meos malis miſer Mandem natos.*] Ita jam pridem emendamus: ſic dixit autem hic poëta, *malis mandare*, pro malis ſeu axillis committere & permittere; quod valet, devoratum ire, maxillis comminutum ire. Ut Lucretius lib. II. *Ne Saturnus m malis mandaret adeptus.* Lambin. *Ut meos malis miſer Mandem natos.*] Turneb. libro VII. cap. 18. & Lambin. ex conjecturâ *ndem.* ut, *malis mandare*, eſſet malis ſeu maxillis committere permittere, hoc eſt, devoratum ſeu comminutum ire; ut Lucret . II.

Ne Saturnus eum malis mandaret adeptus. hæc illi.

d hoc genus loquendi in Palatin. quart. & Fabr. æquè eſt: habent im *mandarem.* Gebhard.

aliud: dum [s] deferveſcat ira. [t] Deferveſcere autem certè ſignificat ardorem animi invita ratione excitatum. Ex quo illud laudatur [14] Archytæ: qui cùm villico factus eſſet iratior, Quo te modo, inquit, accepiſſem, niſi iratus eſſem?

s deferviſcat *MS.* t Deferviſcere *Id. MS.*

79 XXXVII. Ubi sunt ergo iſti, qui iracundiam utilem dicunt? (Poteſt utilis eſſe inſania?) [15] Aut naturalem? an quidquam eſſe poteſt ſecundùm naturam, quod [v] ſit repugnante ratione? quo modo autem, ſi naturalis eſſet ira; aut alius alio magis iracundus eſſet: aut finem haberet [16] priùs quàm eſſet ulta ulciſcendi libido,

v ſit *alii.*

14. *Archyta.*] Tarentinus Archytas dum ſe Pythagoræ præceptis penitus immergit, magno labore longoque tempore ſolidum opus doctrinæ complexus, poſtquam in patriam revertit ac rura ſua reviſere cœpit, animadvertit illa villici negligentiâ eſſe corrupta & perdita: *Sumpſiſſem*, inquit, *à te ſupplicium*, *niſi tibi iratus eſſem.* maluit enim impunitum dimittere quàm propter iram gravius juſto punire. *Beroald.*

15. *At naturalis eſt.*] Objectio, cui reſpondet quod ſequitur: *An quicquam eſſe poteſt ſecundum naturam*, *quod ſit repugnante ratione?* & eſt ſententia, niſi fallor, multò concinnior quàm ſi legas, ut antea, *aut naturalis eſt?* cum præcedenti membro connectens. ut autem hunc locum unâ demptâ literâ correximus, ſic paulò poſt alium unâ immutatâ reſtituimus. nam ubi legebatur, *priusquàm eſſet ulla ulciſcendi libido*, nos meliore, ut opinamur, ſententiâ repoſuimus: *priusquàm eſſet ulta ulciſcendi libido.* P. Manut. *Qui iracundiam utilem dicunt?* (*poteſt utilis eſſe inſania?*) *aut naturalem?*] Optimam & vero proximam lectionem Victorii recepimus: Fabr. cod. *poteſt utilis eſſe inſania? aut naturale quidquam eſt*, *& ſecundum naturam*, *quod ſit repugnante rat.* Palatin. quart. *qui iracundiam utilem dicunt*, *poteſt utilis eſſe inſania? aut naturalem hanc quicquam eſt.* & ita Vatican. unde quidam malit: *poteſt utilis eſſe inſania ac naturalis? aut quicquam eſſe ſecundum naturam*, *quod ſit repug.* Palatin. quint. *poteſt utilis eſſe inſania*, *an naturalis*, *an poteſt quicquam eſſe ſecundam naturam*, *quod ſit rep.* vulgò: *poteſt utilis eſſe inſania? aut naturalis eſt?* unde Manutii conjectura irrepit ſequiores editiones: *at naturalis eſt.* Gebhard.

16. *Prius quàm eſſet ulta ulciſcendi libido.*] Sic habent multæ editiones, in his Veneta, Manutiana. & ſic omninò legendum, reclamantibus libb. MSS. in quibus ſcriptum eſt *ulla*, pro *ulta*, planè mendoſè. nam hujus antiquæ ſcripturæ inepta & abſurda ſententia eſt. hoc enim ſignificat, quomodo ulciſcendi libido prius finem haberet quàm ulla eſſet libido nata? vult interdum ulciſcendi libidinem prius finem habere quàm ulla omnino extiterit. quod eſt ἀδύνατον. nam quod non eſt, aut non fuit, eſſe deſinere dici non poteſt. Hæc qui non videt, ſe nihil videre fateatur neceſſe eſt. *Lambinus.* *Prius quàm eſſet ulla ulciſcendi libido.*]

bido : aut quemquam pœniteret, quod [x] feciſſet per iram? ut Alexandrum regem videmus, qui cùm interemiſſet Clitum, familiarem ſuum, vix à ſe manus abſtinuit. tanta vis fuit pœnitendi. quibus cognitis, quis eſt, qui [y] dubitet, quin hic quoque motus animi ſit totus opinabilis ac voluntarius? quis enim dubitarit, quin ægrotationes animi, qualis eſt avaritia, gloriæ cupiditas, ex eo, quòd magni æſtimetur ea res, ex qua animus ægrotat, oriantur? unde intelligi debet, perturbationem quoque omnem eſſe in opinione.

x defeciſſet *MSS.*
y dubitat *MS.*

Et, ſi fidentia, id eſt, firma animi confiſio, ſcientia quædam eſt & opinio gravis, non temerè [z] aſſentiens: metus quoque eſt [a] diffidentia exſpectati & impendentis mali. Et, ſi ſpes eſt exſpectatio boni: mali exſpectationem eſſe neceſſe eſt metum. Ut igitur metus, ſic reliquæ perturbationes ſunt in malo. Ergo ut conſtantia ſcientiæ; ſic perturbatio erroris eſt. Qui autem naturâ dicuntur iracundi, aut miſericordes, aut invidi, [17] aut tale quid, ii ſunt conſtituti, quaſi mala valitudine animi: [b] ſanabiles tamen. ut Socrates dicitur, cùm multa in conventu vitia collegiſſet in eum Zopyrus, qui [c] ſe naturam cujusque ex forma perſpicere profitebatur, deriſus eſt à ceteris, qui illa in Socrate vitia non agnoſcerent: ab ipſo autem Socrate [d] ſublevatus, [18] cùm illa ſibi ſigna, ſed ratione à ſe dejecta diceret. 80

z aſſentientes *MSS.*
a defid. *MSS.*
Pag. CCXXVII.
b ſanabile eſt *MSS.*
c ſe *deeſt in MS.*
d ſublevatus eſt *Lamb. & alii.*

Ergo ut optima quisque valitudine affectus poteſt [e] videri, [f] ut naturâ, ad aliquem morbum proclivior: ſic 81

e videri alius, ut *alii.*
f ut *delet Daviſ.*

libido.] Potior apud me omnium codicum conſenſus eſt quàm magnificæ editiones Lambini, clamantis omninò legendum, *priusquam eſſet ulta, ulciſcendi libido:* addit epiſodii loco, *hæc qui non videt, ſe nihil videre fateatur neceſſe eſt.* Potior, inquam, eſt apud me quinque Palatin. Vatic. Vict. edit. Gryph. lib. ſic exhibentium autoritas. *Gebhard.*

17. *Aut tale aliquid, ii ſunt conſtituti, quaſi.*] Ita eſt in Palat. ſecundo, tertio, quarto, quinto, Vatican. niſi quod pro *ii, ei:* unde Lambinus tamen: *ii ſunt ita conſtituti.* vulgò, *ii ſunt ejusmodi conſtituti.* Idem.

18. *Cum illa ſibi ſigna, ſed &c.*] Omnes libri tam Lambin. quàm Palatin. Vatican. Gryph. & editio Victorii, quod apprehendere quàm nugalia vulgi interpolatitia. *cum illa ſibi vitia ineſſe, ſed* maluimus: quidam tamen ex conject. *cùm illa ſibi ingenita.* Idem. Ultimæ iſti conjecturæ favet quoque Bentl. niſi quod *inſita* vel *innata* quoque admitti poſſe dicat.

19. *Ta-*

ſic animus alius ad alia vitia propenſior. qui autem non naturâ, ſed culpâ vitioſi eſſe dicuntur, eorum vitia conſtant è falſis opinionibus rerum bonarum ac malarum, ut ſit alius [g] ad alios motus perturbationesque proclivior. inveteratio autem ut in corporibus [h] ægriùs depellitur [i] quàm perturbatio: citiusque repentinus oculorum tumor ſanatur quàm diuturna lippitudo depellitur.

XXXVIII. Sed cognita jam cauſâ perturbationum, quæ omnes oriuntur ex judiciis opinionum & voluntatibus, ſit jam hujus diſputationis modus. Scire
82 autem [k] vos oportet, cognitis, [l] quoad [m] poſſunt ab homine cognoſci, bonorum & malorum finibus, nihil à philoſophia poſſe aut majus aut utilius optari quàm hæc, quæ à nobis hoc quatriduo diſputata ſunt. morte enim contempta & dolore ad patiendum levato adjunximus [n] ſedationem ægritudinis: quâ nullum homini malum majus eſt. etſi enim omnis animi perturbatio gravis eſt, nec multum differt ab amentia, [19] tamen ita ceteros, cùm ſint in aliqua perturbatione aut metûs, aut lætitiæ, aut cupiditatis, commotos modò & perturbatos dicere ſolemus: at eos, qui ſe ægritudini [o] dediderunt, miſeros, afflictos, ærumnoſos, calamitoſos.

83 Itaque non [p] fortuitò factum videtur, ſed à te ratione propoſitum, ut ſeparatim de ægritudine & de ceteris perturbationibus diſputaremus. in ea eſt enim fons miſeriarum & caput. Sed [q] & ægritudinis & reliquorum animi morborum una ſanatio eſt: omnes opinabiles eſſe & voluntarios, [20] [r] ea reque ſuſcipi, quòd ita rectum

g ad alia vitia & *MS.*
h ægris tardius *MS.*
i ſic in animis quoque pert. *alii.*
k nos *alii.*
l quæ ad *MS.*
m poſſint *alii.*
n ſanationem *MS.*
P. B.
o dederunt *alii.*
p fortuitu *ed. vet.*
q quia ægr. *MS.*
r *alii* eaque re.

19. *Tamen ita ceteros.*] Media vox in hac ſtructura videtur otioſa, quapropter eam delebant D. Lambinus & Fr. Fabricius; à quorum equidem ſententia non abhorreo. Paullò poſt vulgg. *qui ſe ægritudini dediderunt*, nos autem elegantem illam, quam recepimus, lectionem Petrenſi noſtro aliisque nonnullis MSStis debemus. *Daviſ.*

20. *Eaque re ſuſcipi.*] Sic melius Petrenſ. Ven. 1491. & Froben. quàm vulgg. *ea reque ſuſcipi.* Mox in Norvic. eſt, *non modo non beati.* Secunda verò particula negans minimè eſt neceſſaria, cùm eam prætermittere ſoleant ſcriptores optimi, ut oſtendimus ad lib. II. cap. 5. *Idem.*

1. Ex

rectum eſſe videatur. Hunc errorem, quaſi radicem malorum omnium, ſtirpitus philoſophia ſe [s] extracturam pollicetur.

[s] exact. *MS.*

Demus ergo nos huic excolendos, patiamurque nos 84
ſanari. his enim malis [t] inſidentibus non modò beati, ſed ne ſani quidem eſſe poſſumus. aut igitur negemus quidquam ratione confici, cùm contrà nihil ſine ratione rectè fieri poſſit: aut cùm philoſophia ex [v] rationum collatione conſtet, ab ea, ſi & boni & beati volumus eſſe, omnia adjumenta & auxilia petamus benè beatéque vivendi.

[t] inſidiantibus *MS.* incidentibus *alius MS.*

[v] ratione conſt. *MS.*

M. TUL-

Pag. CCXXVIII.

M. TULLII CICERONIS
TUSCULANARUM DISPUTATIONUM
AD
M. BRUTUM
LIBER QUINTUS.
VIRTUTEM AD BEATE VIVENDUM SE IPSA ESSE CONTENTAM.

ARGUMENTUM.

Virtutis perfectam ideam ſtatuit, quæ nec augeri poſſit, nec minui, & quæ ſe ipſâ ſit ad vitam beatam contenta.

I I. [a] QUINTUS hic dies, Brute, finem faciet Tuſculanarum [b] Diſputationum: quo die eſt à nobis ea de re, quam tu ex omnibus maximè probas, diſputatum. placere enim tibi admodum [c] ſenſi & [1] ex eo libro, quem ad me [d] accuratiſſimè ſcripſiſti, & ex multis ſermonibus tuis,

a QUINTUS *deeſt in MS.*
b quæſtionum, ſeu diſp. *MS.*
c *alii* ſenſi ex.
d acutiſſimè *MSS.*

1. *Ex eo libro.*] Brutus hic doctiſſimus fuit ſcripſitque librum de Virtute ad M. Tullium, cujus meminit Seneca libro de Conſ. ad Albinam matrem hisce verbis: *Brutus in eo libro, quem de Virtute compoſuit, ait ſe vidiſſe Marcellum Mytilenis exultantem &, quantum modo natura hominis pateretur, beatiſſime viventem.* Beroald. *Ex eo libro, quem ad me accuratiſſimè ſcripſiſti.*] Intelligitur

tuis, virtutem ad beatè vivendum ſe ipſa eſſe contentam. Quod etſi difficile eſt probatu, propter tam varia & tam multa tormenta fortunæ: tale tamen eſt, ut elaborandum ſit, quo faciliùs probetur. nihil eſt enim omnium, quæ in philoſophia tractantur, [e] quod gra- e quo MS.
viùs magnificentiusque dicatur.

Nam cùm ea cauſa impulerit eos, qui primi ſe ad 2
philoſophiæ ſtudium contulerunt, ut, omnibus rebus poſthabitis, totos ſe in [f] optimo vitæ ſtatu exquirendo f oportuno MSS.
collocarent: profectò ſpe beatè vivendi tantam in eo ſtudio curam operamque poſuerunt. Quòd ſi ab iis inventa & perfecta virtus eſt, &, ſi præſidii ad beatè vivendum in virtute ſatis eſt: quis eſt, qui non præclarè & ab illis poſitam & à nobis ſuſceptam operam philoſophandi arbitretur? ſin autem virtus ſubjecta ſub varios incertoſque caſus famula fortunæ eſt, nec tantarum virium eſt, ut ſe ipſa tueatur, vereor, ne non P. B.
tam virtutis fiduciâ nitendum nobis [g] ad ſpem beatè vi- g ſit ad conj. Lamb.
vendi quàm vota facienda videantur.

Equidem [h] eos caſus, [i] in quibus me fortuna vehe- 3
menter exercuit, mecum ipſe conſiderans, huic incipio h meos caſ. MS.
ſententiæ diffidere: interdum [k] & humani generis imbe- i in delet Lamb.
cillitatem fragilitatemque extimeſcere. vereor enim, ne natura, cùm corpora nobis infirma dediſſet, iiſque k etiam alii.
& morbos inſanabiles & dolores intolerabiles adjunxiſſet, animos quoque dederit [2] & corporum doloribus con-

tur Bruti liber de Virtute, quem ad Ciceronem ſcripſit, ut ait Noſter lib. I. de Fin. cap. 3, *Daviſ.*

2. *Et corporum doloribus congruentes.*] In verbo *congruentes* mendum ſubeſſe ſuſpicor. ſignificat enim Cic. naturam nobis dediſſe animos & ex corporum doloribus dolorem contrahentes ac perferentes, & ex ſuis, &c. quaſi dixiſſet συναλγοῦντας & συμπάσχοντας, & unà cum corporibus dolentes, ſenſumque corporis participantes, &c. At vox *congruentes* non videtur hanc ſententiam notionemque exprimere. fortaſſe melius expreſſiſſet, ſi ſcriptum eſſet, *corporum doloribus coægrentes*, ſeu *coægreſcentes*: vel *congraveſcentes*, vel *confungentes.* omnino aliud verbum hic deſidero. Cum his autem Ciceronianis conſtruunt illa Lucretiana lib. III. *Præter eam quàm quòd morbis cum corporis ægrit. Advenit id, quod eam de rebus ſæpe futuris Macerat, inque meiu mali habet curisque fatigat.* Lambin. *Corporis doloribus congruentes.*] In ultimo verbo mendum latere ſuſpicatur D. Lambinus; nam cum ſignificat Cicero, naturam nobis dediſſe animos ex corporum doloribus dolorem contrahentes, illa vox viro erudito non videtur hanc ſen-

congruentes, & ſeparatim ſuis angoribus & moleſtiis implicatos.

4 [3] Sed in hoc me ipſe caſtigo, quòd ex aliorum & [4] ex noſtra fortaſſe mollitia, non ex ipſa virtute, de virtutis robore exiſtimo. Illa enim, ſi modò eſt ulla virtus, quam dubitationem [5] avunculus tuus, Brute, ſu- ſtu-

ſententiam exprimere; quapropter reponit, *corporum doloribus coagrentes*, ſeu *coagreſcentes*; vel *congraveſcentes*, vel *conſtringentes*. Fr. autem Fabricius vulgatam lectionem retinet ac ita explicat, ut dicat Tullius, ſe vereri, ne, ut corpora, ſic animos quoque natura nobis dederit imbecillos, qui corporum doloribus congruant, id eſt, conveniant, ita ut animorum dolores non ſecus atque corporum intolerabiles ſint. Ego ſanè ſcripturam, quæ in omnibus libris eſt, ſollicitandam non arbitror, nec tamen arridet ea, quæ adfertur, interpretatio. Puto equidem *animos corporum doloribus congruentes* eos eſſe, qui perturbantur, cum dolent corpora, ac proinde cum doloribus corporum quodammodo concordant. Hunc ſenſum præſtat origo vocabuli; nam *congruere dictum eſt à gruibus, quæ ſe non ſegregant, ſive cum volant, ſive cum paſcuntur*, ut ait Feſtus. *Daviſ.*

3. *Sed in hoc me ipſe caſtigo.*] Nonnulli libb. vett. habent, *ſed hoc me ipſe caſtigo, &c.* Nonius in verbo *Caſtigo* legit: *ſed hoc in me ipſe caſtigo*, in quo non ſum eum ſecutus. Quod autem idem paulo poſt *mollitia* legit, non, ut habent omnes libri, *mollitie*, in eo ſum eum ſecutus. *Lambin.*

4. *Ex noſtrâ fortaſſe mollitiâ.*] Secutus eſt & Victorius & Lambinus Nonium: nos præter illos Palatin. prim. tert. quart. quint. Vatican. Fabr. vulgò *mollitie.* ſed ſuperiora verba Gryphii liber ſic concipit: *ſed hoc me ipſe caſtigo, quod.* Quod etiam nonnulli veteres, teſte Lamb. habent. Nonius in verbo *Caſtigo* legit, *ſed hoc in me ipſe caſtigo.* Ceterùm paullò poſt Vatican. *de virtutis robore exiſtimem.* Gebhard.

5. *Avunculus tuus.*] Cato Uticenſis ſignificatur, quem omnium virtutum auctorem vocat; qui in libris de Fin. diſſerens nihil præter virtutem in bonis ducendum cenſet; qui virtutis ſplendore & magnitudine obſcurari atque obrui ſentit omnia corporis ac fortunæ commoda, quem illic quoque avunculum Bruti appellat. fuit enim, ut hiſtorici tradunt, M. Cato frater Serviliæ, ex qua natus eſt Brutus, cui Portia denupſit: unde & avunculus & ſocer Brutus dictus. hunc Catonem miro laudis præconio effert Lucanus, de quo in II. Pharſaliæ eleganter ſcribit, & in IX. dictum eſt:

Ecce parens verus patriæ, digniſſimus aris,
Roma, tuis.

A Seneca dicitur Cato viva imago virtutum & exemplar viri ſapientis. *Hic*, inquit Quintilianus, *niſi creditur fuiſſe ſapiens, vix ſcio cui reliquerit hujus nominis locum.* itaque ait M. Tullius, Catonem ſuſtuliſſe dubitationem omnem de virtute, cùm in unica vir-

ſtulit; omnia, quæ cadere in hominem poſſunt, ſubter
ſe habet: eaque deſpiciens caſus contemnit humanos:
culpaque omni carens, præter ſe ipſam, nihil cenſet ad
ſe pertinere. Nos autem omnia adverſa tum venien-
tia metu [l] augentes, tum mærore præſentia, rerum na-
turam quàm errorem noſtrum damnare [m] malumus.

II. Sed et hujus culpæ [n] & ceterorum vitiorum
peccatorumque noſtrorum omnis à philoſophia petenda 5
[o] correctio eſt. cujus in ſinum cùm à primis tempori-
bus ætatis noſtra voluntas ſtudiumque nos [p] compuliſ-
ſet, his graviſſimis caſibus in eundem portum, ex quo
eramus egreſſi, magna jactati tempeſtate confugimus.
O vitæ philoſophia dux! ô virtutis indagatrix [q] expul-
trixque vitiorum! quid non modò nos, ſed omnino
vita hominum ſine te eſſe potuiſſet? tu urbes peperiſti:
tu diſſipatos homines in ſocietatem vitæ convocaſti: tu
eos [r] inter ſe primò domiciliis, deinde conjugiis, tum
litterarum & vocum [s] communione junxiſti: tu inven-
trix legum, tu magiſtra morum & diſciplinæ fuiſti. ad
te confugimus: à te opem petimus: tibi nos, ut antea
magna ex parte, [t] ſic nunc penitus totosque tradimus.
Eſt autem unus dies, bene & [6] ex præceptis tuis actus,
peccanti immortalitati anteponendus. Cujus igitur
[v] potiùs opibus utamur quàm tuis? quæ & vitæ tran-
quillitatem largita nobis es; & terrorem mortis ſuſtu-
liſti.

[7] At philoſophia quidem tantum abeſt, ut, proinde 6
ac de hominum eſt vitâ merita, laudetur; ut à pleris-
que

l augentes *MS.*
m maluimus *MSS.*
n ceterorumque *MS.*
o curatio *MS.*
p contuliſſent *alii.* compuliſſent *Lamb.*
Pag. CCXXIX.
q excultrixque *MS.*
r inter ſe *deeſt in MS.*
s communi ore. *ed. vet.*
t *tres ſeqq. voces deſunt in MS.*
v opibus magis *MS.*

virtute ſummum bonum conſtituerit; de qua ait Seneca, *Suſpicite virtutem, & ipſam ut deos & profeſſores ejus, ut antiſtites colite.* Beroald.

6. *Ex præceptis tuis actus peccanti immortalitati anteponendus.*] Tuentur hoc communibus viribus Pall. quinque: ipſe Lambin. in poſteriore edit. mſſ. Suffridi. Victoriana verò: *pene toti immortalitati antep.* aliàs quidam cod. *perpetuitati & immortalitati.* abſurdè. *Gebhard.* *Peccanti immortalitati.*] Amicus meus putat legendum, *peccantis*, pro, *peccanti.* Urſin.

7. *Ac Philoſophia quidem tantum abeſt, ut proinde, ac de hominum eſt vita merita, laudetur; ut à plerisque neglecta, à multis etiam vituperetur.*] Totam hanc circumductionem, ut eſt, reſinxi ex Victor. Palatin. prim. ſecund. quart. quint. Vatican. nam in Fabr. eſt: *à plerisque neglecta, à plerisque etiam.* vulgò, *à plerisque neglecta*, evanida ſunt, cum ſententiæ & elegantiæ detrimento. *Gebhard.* Daviſium ſecutus edidi *At* pro vulgato iſto *Ac.*

..., nec Prometheus 8 P. B.
Cepheus cum uxore,
...eſtium divina cognitio
... traduxiſſet. A quibus
... rerum contemplatione
...bantur, & nomina-
12 ad Pythagoræ
Platonis Pon-
...ntem fe-
...liaſio-
...in-
...ōn,
... illum
...ſophum. d admirantem MS.
...e quæſiſſe, e quæſiviſſe Vict.
...ōs & reliquos
... ſimilem ſibi videri 9
vi-

...ſurpatur. Quidam ætati, id eſt ... interdum ætas accipitur pro C. ...umanæ vitæ longiſſimo. *Beroald.*

... genero, filia traderetur.] *Stellatus* ...ν@, ſeu κατασεισθεὶς, ut recte ... lib. VII. cap. 16. Cepheus enim, ...dromeda & Perſeus gener in ſide- ... Cic. N. D. II. cap. 43. & Theon.

...ætatem.] Hunc tradunt Pherecydem ...nt illi, qui ſeptem ſapientum nomen ...ruit poſt hos, Dario filio Hyſtaſpis quibus temporibus & Polycrates ty- ...ythagoras fugiens in Italiam veniſſe ...de oriundum, quippe Tyrrhenum, ... de quo tamen aliter de ſermonibus Pauſanias Κορινθιακοῖς. ſcribit enim, ...item parere Dorienſibus, quorum im- ...eſſe conſtituiſſent, cum aliis quibus- ...ſe. Hujus Hippaſi quartam ſobolem ...neſarchi, cujus pater fuiſſet Euphron,

...m hominum &c.] Græca tantum non ...hag. §. 58. Ἐοικέναι γὰρ ἔφη (Πυθα- ...ἀνθρώπων πάροδον τῷ ἐπὶ τὰς παν- ...ὡς γὰρ ἐκεῖσε παντοδαποὶ φοιτῶντες ...λλυ χρείαν ἀφικνεῖται, ὁ μὲν χρηματ- ...ἀπεμπολῆσαι τὸν φόρτον ἐπειγόμενος·

 ὁ δὲ

que neglecta, à [v] multis etiam vituperetur. Vituperare quiſquam [x] vitæ parentem & hoc [y] parricidio ſe inquinare audet? & tam impiè ingratus eſſe, ut eam accuſet, quam vereri deberet, etiam ſi minùs percipere potuiſſet? Sed, ut opinor, hic error & hæc indoctorum animis [z] offuſa caligo eſt, quòd tam longè retrò reſpicere non poſſunt: nec eos, [8] à quibus vita hominum inſtructa primis ſit, fuiſſe philoſophos arbitrantur. Quam rem antiquiſſimam cùm videamus, nomen tamen [a] confitemur eſſe recens.

v pleriſque *MS.*
x inquam vitæ *Vict.*
y patricidio *Lamb.*
z infuſa *MS.* effuſa *ed. vet.*
a ejus conf. *MS.*

7 III. NAM ſapientiam quidem ipſam quis negare poteſt non modò re eſſe antiquam, verùm etiam nomine? [9] quæ divinarum humanarumque rerum, tum initiorum cauſarumque, [b] cujuſque rei cognitione hoc pulcerrimum nomen apud antiquos aſſequebatur. Itaque & illos ſeptem, qui à Græcis σοφοὶ, ſapientes à noſtris & habebantur, & nominabantur, & multis antè ſæculis Lycurgum, cujus temporibus [c] Homerus etiam fuiſſe ante hanc urbem conditam traditur, etiam [10] heroicis ætatibus Ulyſſem & Neſtorem accepimus & fuiſſe & habitos eſſe ſapientes.

b tam cujuſque *alii.*
c Homerum *MS.*

Nec

8. *A quibus vita hominum inſtructa primis ſit.*] Sic Victorii editio, cui συμφωνεῖ Palatin. quart. quint. qui, *primum ſit.* at prim. *à quibus primò v. h. inſtructa ſit.* quint. *inſtructa primùm ſit.* vulgò: *primò ſit.* Gebhard.

9. *Quæ cùm divinarum humanarumque rerum &c.*] Sic jam olim edi juſſeram, in quo mihi obtemperatum eſt, niſi quod particula *tum* ante *cujusque rei &c.* non fuit deleta. nam ex antiqua ſcriptura, quæ non habet illud *tum* ante verba illa, quæ dixi, *cujusque rei*, facile animadverteram, vel imprudentem atque errantem ſcriptorem, vel prudentem & plus nimio ſibi fidentem harum particularum *cùm*, *tum* ordinem perturbaſſe, easque non ſuis locis collocaſſe; ſed cùm deberet ita ſcribere, *quæ cùm divinarum humanarumque rerum &c.* ſcripſiſſe, *quæ divinarum &c.* deinde, cùm ſcribere deberet, *tum initiorum cauſarumque cujusque rei cognitione &c.* ſcripſiſſe, *tum initiorum cauſarumque*, *tum cujusque rei cognitione*, *&c.* Lambin.

10. *Heroicis ætatibus.*] Heſiodus inter ætates heroicam quoque ætatem ſupputat, quâ heroës floruerunt, ſicut tempore belli Trojani complures exſtiterunt tam Græci quàm externi, inter quos Ulyſſes & Neſtor famigerati. Ætates dicunt Latini, quas Græci γενεὰς, de quarum varietate multa ſcribunt eruditi. Sed Plutarchus ſubtiliter, in libro περὶ τῶν Ἐκλελοιπότων Χρηστηρίων, oſtendit, γενεὰν, id eſt ætatem, eſſe ſpatium xxx. annorum, ſecundum Heraclitum: modo accipi pro uno anno; ſicut ætas apud Virgi-

lium

Nec verò Atlas ſuſtinere cælum, nec Prometheus affixus Caucaſo, nec [11] ſtellatus Cepheus cum uxore, genero, filia traderetur, niſi cæleſtium divina cognitio nomen eorum ad errorem fabulæ traduxiſſet. A quibus ducti deinceps omnes, qui in rerum contemplatione ſtudia ponebant, ſapientes & habebantur, & nominabantur: idque eorum nomen usque [12] ad Pythagoræ manavit ætatem: quem, ut ſcribit auditor Platonis Ponticus Heraclides, vir doctus in primis, Phliuntem ferunt veniſſe, eumque cum Leonte, principe Phliaſiorum, doctè & copioſè diſſeruiſſe quædam. cujus ingenium & eloquentiam cùm admiratus eſſet Leon, quæſiviſſe ex eo, qua maximè arte confideret. at illum artem quidem ſe ſcire nullam, ſed eſſe philoſophum. [d] admiratum Leontem novitatem nominis, [e] quæſiſſe, quinam eſſent philoſophi, & quid inter eos & reliquos intereſſet. 8

P. B.

d admirantem MS.

e quæſiviſſe Vict.

Pythagoram autem reſpondiſſe, [13] ſimilem ſibi videri 9
vi-

lium & Silium pro annuo ſpatio uſurpatur. Quidam ætati, id eſt γενεᾷ, attribuunt CVIII. annos. interdum ætas accipitur pro C. annis; interdum pro tempore humanæ vitæ longiſſimo. *Beroald.*

11. *Stellatus Cepheus cum uxore, genero, filia traderetur.*] *Stellatus* idem valet ac ἐν ἄστροις τιθέμενος, ſeu καταστερισθεὶς, ut rectè vidit Hadr. Turnebus Adverſ. lib. VII. cap. 16. Cepheus enim, uxor ejus Caſſiopeja, filia Andromeda & Perſeus gener in ſidera fuerunt relati. Videantur Cic. N. D. II. cap. 43. & Theon. in Aratum. pag. 26. *Daviſ.*

12. *Ad Pythagoræ manavit ætatem.*] Hunc tradunt Pherecydem audiſſe, cujus ætatem attingunt illi, qui ſeptem ſapientum nomen in Græcia habuere. Ipſe floruit poſt hos, Dario filio Hyſtaſpis Perſarum tenente regnum. quibus temporibus & Polycrates tyrannus fuit Sami, quem Pythagoras fugiens in Italiam veniſſe traditur. fuiſſe autem & inde oriundum, quippe Tyrrhenum, gemmarum ſculptoris filium. de quo tamen aliter de ſermonibus Phliaſiorum & Sicyoniorum Pauſanias Κορινθιακοῖς. ſcribit enim, Hippaſum Phliaſium recuſantem parere Dorienſibus, quorum imperio Phliaſii ſe ſubjecturos eſſe conſtituiſſent, cum aliis quibusdam in Samum ſe contùliſſe. Hujus Hippaſi quartam ſobolem eſſe Pythagoram, filium Mneſarchi, cujus pater fuiſſet Euphron, filius Hippaſi. *Camerar.*

13. *Similem ſibi videri vitam hominum &c.*] Græca tantum non ſervavit Jamblichus Vit. Pythag. §. 58. Ἐοικέναι γὰρ ἔφη (Πυθαγόρας) τὴν εἰς τὸν βίον τῶν ἀνθρώπων πάροδον τῷ ἐπὶ τὰς πανηγύρεις ἀπαντῶντι ὁμίλῳ· ὡς γὰρ ἐκεῖσε παντοδαποὶ φοιτῶντες ἄνθρωποι, ἄλλος κατ' ἄλλου χρείαν ἀφικνεῖται, ὁ μὲν χρηματισμοῦ τε καὶ κέρδους χάριν ἀπεμπολῆσαι τὸν φόρτον ἐπειγόμενος·

vitam hominum & mercatum eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Græciæ celebritate. nam ut illic alii corporibus exercitatis gloriam & nobi-
f alii vend. litatem coronæ peterent: alii emendi [f] aut vendendi
om & vend. quæſtu & lucro ducerentur: eſſet autem quoddam ge-
alii. nus eorum, idque vel maximè ingenuum, qui nec plauſum, nec lucrum quærerent, ſed viſendi cauſâ venirent ſtudioſéque perſpicerent, quid ageretur & quo modo: [14] item nos quaſi in mercatûs quandam celebritatem ex urbe aliqua, ſic in hanc vitam ex alia vita & natura profectos; alios gloriæ ſervire, alios pecuniæ: raros eſſe quosdam, qui, ceteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam ſtudioſè intuerentur: hos ſe
P. CCXXX. appellare ſapientiæ ſtudioſos, id eſt enim philoſophos: & ut illic liberaliſſimum eſſet, ſpectare, nihil ſibi ac-
g cogitationem quirentem, ſic in vita longè omnibus ſtudiis contem-
MS. R. plationem rerum [g] cognitionemque præſtare.

10 IV. Nec verò Pythagoras nominis ſolùm inventor, ſed rerum etiam ipſarum amplificator fuit. Qui cùm poſt hunc Phliaſium ſermonem in Italiam veniſſet, exornavit eam Græciam, quæ magna dicta eſt, & pri-
h moribus vatim & publicè, præſtantiſſimis & inſtitutis & [h] ar-
MS. tibus. Cujus de diſciplina aliud tempus fuerit fortaſſe dicendi. Sed ab antiqua philoſophia usque ad Socratem,

ὁ δὲ δόξης ἕνεκα ἐπιδειξόμενος ἥκει τὴν ῥώμην τοῦ σώματος· ἔστι δὲ καὶ τρίτον εἶδος, καὶ τόγε ἐλευθεριώτατον, συναλιζόμενον τόπων θέας ἕνεκα καὶ δημιουργημάτων καλῶν καὶ ἀρετῆς ἔργων καὶ λόγων· οὕτω δὴ κἀν τῷ βίῳ παντοδαποὺς ἀνθρώπους ταῖς σπουδαῖς εἰς ταὐτὸ συναθροίζεσθαι, τοὺς μὲν γὰρ χρημάτων καὶ τρυφῆς ἀμφιπόθος· τοὺς δὲ ἀρχῆς, καὶ ἡγεμονίας ἵμερος φιλονεικίαι τε δοξομανεῖς κατέχουσιν· εἰλικρινέστατον δὲ εἶναι τοῦτον ἀνθρώπου τρόπον, τὸν ἀποδεξάμενον τὴν τῶν καλλίστων θεωρίαν, ὃν καὶ προσονομάζειν φιλόσοφον. In hanc mentem nonnulla ex Soſicrate de Succeſſionibus refert Diogenes Laërtius lib. VIII. pag. 216. *Daviſ.*

14. *Item nos quaſi in mercatûs quandam celebritatem.*] Non video cur hæc lectio Nonio producta, Lambino deinde probata, rejicula quibusdam eſſe debeat: illis, ut faſtidio ſuo parcant, oggero auctoritatem Fabr. ac Vatican. nam certè vulgatæ non potui acquieſcere: *quaſi in mercatûs quandam celebritatem ex urbe aliqua.* Palatin. tamen quintus, *quaſi in mercatum quadam celebritate.* Gebhard. *Ita nos quaſi in mercatum quadam celebritate ex urbe aliqua.*] Ita ſcriptum eſt in antiquo, cum in aliis ſit *item*, &, *mercatus.* Urſin. Vulgata lectio fuit, *quadam celebritate.* id attentius debuit notare vel Gebhardus, vel typographus. *Gronov.*

tem, qui Archelaum, Anaxagoræ diſcipulum, audierat, numeri motusque tractabantur, & [15] unde omnia orirentur, quove reciderent: ſtudioſéque ab his ſiderum magnitudines, [16] intervalla, curſus anquirebantur & cuncta cæleſtia. Socrates autem primus philoſophiam devocavit è cælo, & in urbibus collocavit, & in [i] domos etiam introduxit, & coegit de vita & moribus rebusque bonis & malis quærere.

[i] domus *aut* domibus *MSS.*

Cujus multiplex ratio diſputandi rerumque varietas & ingenii magnitudo, Platonis memoriâ & litteris conſecrata, plura genera effecit [k] diſſentientium philoſophorum. E quibus nos id potiſſimùm [l] conſecuti ſumus, quo Socratem uſum arbitramur, ut noſtram ipſi ſententiam tegeremus, errore alios levaremus, & in omni diſputatione, quid eſſet ſimillimum veri, quæreremus. Quem morem cùm Carneades acutiſſimè copioſiſſiméque tenuiſſet, fecimus & aliàs ſæpe, & nuper in Tuſculano, ut ad eam conſuetudinem diſputaremus. Et [m] quatridui quidem ſermonem ſuperioribus ad te perſcriptum libris miſimus: quinto autem die, cùm eodem loco conſediſſemus, ſic eſt propoſitum, de quo diſputaremus. 11

[k] diffidentium *Gebh.* differentium *MS.*
[l] conſectati *alii.*
[m] quatriduum *MS.*
P. B.

V. A. [17] NON MIHI videtur ad beatè vivendum ſatis poſſe [n] virtutem. M. At hercule Bruto meo videtur: cujus ego judicium, pace tua dixerim, longè antepono tuo. A. Non dubito. Nec id nunc agitur, tu illum quan- 12

[n] virtus *Lamb. Bentl.*

15. *Unde omnia orirentur, quove recederent.*] Quidam Lambino teſte legi poſſe putant, *reciderent.* quod ex Fabr. annotavit quoque Gulielmius. *Gebhard.* Recepi conjecturam iſtam ſine dubio veram, quæque arriſit etiam Bentlejo.

16. *Intervalla, curſus anquirebantur.*] Ita citat Langius in lib. 1. Offic. & habet quoque Victorii editio: quam iſti muli cur non ſequerentur mirum mihi accidit. nam & ſic tert. ac. Vatic. in quart. planè omiſſum. quint. *requireb.* vulgò *inquirebantur.* Gebhard.

17. *Non mihi videtur.*] Propoſitio hæc ſecundùm Academicos & Peripateticos vera eſt, qui ajunt, ad beate vivendum opus eſſe præter virtutem bonis corporis atque fortunæ, ſine quibus manca eſt quodammodo & quaſi mutila virtus. Reſpondet ad hæc M. Cicero ex dogmate Stoicorum, apud quos unica virtus ſatis eſt ad beatam vitam efficiendam. Recte autem ſummum bonum in ſola virtute poneretur, ſi homo ex ſola mente conſtaret: ſed cùm ex animo conſtemus & corpore, ad beatè vivendum opus eſt bonis animi & corporis: ne, dum alterum tueamur, alterum relinquamus. *Beroald.*

o ſed hoc *alii.* quantùm ames: [o] ſed de hoc, quod mihi dixi videri, quale ſit: [p] de quo à te diſputari volo. M. Nempe negas ad beatè vivendum ſatis poſſe virtutem? A. Prorſus nego. M. Quid? ad rectè, honeſtè, laudabiliter, poſtremò ad bene vivendum ſatisne eſt præſidii in virtute? A. Certè ſatis. M. Potes igitur, aut qui malè vivat, non eum miſerum dicere, aut, quem bene fateare, eum negare beatè vivere? A. Quidni poſſim? nam etiam in tormentis rectè, honeſtè, laudabiliter & ob eam rem bene vivi poteſt, dummodò intelligas, quid nunc dicam bene. dico enim, conſtanter, graviter, ſapienter, fortiter.

p de eo à *ed. vet.*

13 Hæc etiam [18] in equuleum conjiciuntur, quò vita non adſpirat beata. M. Quid igitur? ſolane beata vita, quæſo, relinquitur extra oſtium limenque carceris, cùm conſtantia, gravitas, fortitudo, ſapientia reliquæque virtutes rapiantur ad tortorem, nullumque recuſent nec ſupplicium, nec dolorem? A. Tu, ſi quid es facturus, nova aliqua conquiras oportet. Iſta [q] me minimè movent, non ſolùm quia pervulgata ſunt, ſed multo magis, quia, tamquam levia quædam vina nihil valent in aqua, ſic Stoicorum iſta magis guſtata quàm [r] potata delectant. Velut iſte chorus virtutum, in equuleum impoſitus, imagines conſtituit ante oculos cum ampliſſima dignitate, ut ad eas curſim perrectura, nec eas beata vita à ſe deſertas paſſura videatur. cùm autem animum ab iſta pictura imaginibusque virtutum ad rem veritatemque traduxeris, hoc nudum re-

q minimum me mov. *MS.*

r pota *alii.*

P. CCXXXI.

18. *In equuleum conjiciuntur.*] Equuleus tormenti genus eſt, quo homines cruciabiliter torquentur. de quo crebra mentio apud eruditos; de quo Valerius ſic: *Rupit verbera, fidiculas laxavit, ſolvit equuleum, laminas exſtinxit.* Item: *Laxato equuleo poſtquam inſidiis opportunum tempus animadvertit, aurem ejus morſu corripuit.* Lib. IV. de Fin. ſic ſcriptum legimus: *Nec ſi ille ſapiens ad tortoris equuleum à tyranno ire cogatur, ſimilem habeat vultum ut ſi ampullam perdidiſſet.* Itaque fortis, ſapiens, conſtans, in equuleum ingredietur: vita beata non introibit, licet id Stoici convellant concluſiunculis magis captioſis quàm veris. *Beroald.* *In equuleum conjiciuntur.*] Equuleus, ita dictus, quòd ad equi formam concinnatus eſſet, machina fuit lignea, torquendis hominibus comparata; de qua crebra fit tam apud Ethnicos quàm apud Chriſtianos mentio. Eam multis deſcripſit & Car. Sigonii aliorumque doctorum errores hac in re notavit Ant. Gallonius de Martyr. Cruciat. cap. III. pag. 94. ſeqq. *Daviſ.*

19. De

relinquitur, poſſitne quis beatus eſſe, quamdiu torqueatur.

Quamobrem hoc nunc quæramus. virtutes autem 14
noli vereri ne expoſtulent & querantur ſe à beata vita eſſe relictas. Si enim nulla virtus prudentiâ vacat, prudentia ipſa hoc videt, non omnes bonos eſſe etiam beatos: multaque [19] de M. Atilio, Q. Cæpione, M'. Aquillio recordatur: beatamque vitam, [s] ſi imaginibus potiùs uti quàm rebus ipſis placet, conantem ire in equuleum retinet ipſa prudentia, negatque ei cum dolore & cruciatu quidquam eſſe commune.

s niſi im. *Lamb.*

VI. M. FACILE patior, te iſto modo agere: etſi 15
iniquum eſt præſcribere mihi te, quemadmodum à me diſputari velis. Sed quæro, utrùm aliquid actum ſuperioribus diebus, an nihil arbitremur? A. Actum verò, & [t] aliquantum quidem. M. Atqui, ſi ita eſt, [20] profligata jam hæc & pænè ad exitum [v] adducta quæſtio eſt.

t aliquantulum *MS.*
v deducta *alii.*

19. *De M. Attilio Regulo.*] M. Attilium Regulum fatentur omnes fuiſſe fortiſſimum & conſtantiſſimum in perferendis cruciatibus, quibus eum Pœni crudeliſſimè affecerunt. incluſum quippe anguſto armario clavis acutiſſimis præfixo, ut ſe in nullam ejus partem inclinare poſſet, palpebris quoque inſutis atque inſomnio cruciatum necaverunt. Meritò itaque laudant virtutem Attilii tam magna infœlicitate majorem: nec tamen beatum eum appellant, quia communicatio beatitudini ad tormenta nulla eſſe poteſt. In laudem Attilii Reguli ait Silius, *Non tam adverſa cavendo fuiſſe egregium quàm perdomuiſſe ferendo.* De Attilii Reguli patientia Gellius, Auguſtinus, Cicero, Valerius, ceteri. *Beroald.* *De M. Atilio, Q. Cæpione.*] MS. Norvic. & ed. Froben. *de M. Atilio Regulo*, cujus notiſſimam hiſtoriam non enarrabo; monebo duntaxat iſtos Codd. ultimam vocem Gloſſemati acceptam referre. Pro *Q. Cæpione* Petrenſis noſter, *Q. Scipionem*, perperam repræſentat. Is eſt intelligendus, qui Tholoſanum aurum conſul abſtulit; *quod ſacrilegium cauſſa exſcidii Cæpioni exercituique ejus poſteà fuit*, uti tradit Juſtinus lib. XXXII. cap. 3. A. Gellius N. A. lib. III. cap. 9. *Quum oppidum Tholoſanum in terra Gallia Q. Cæpio Conſul diripuiſſet, multumque auri in ejus oppidi templis fuiſſet, quiſquis ex ea direptione aurum attigit, miſero cruciabilique exitu periit.* Vide & Strabonem Geogr. lib. IV. pag. 188. *Daviſ.*

20. *Profligata quæſtio.*] Abſoluta pene ac effecta. Profligare dicunt idonei ſcriptores prodigere & deperdere; profligataſque res, quaſi profli&tas & perditas. In alio ſignificatu *profligata* appellant, quæ prope abſoluta ſunt: & in hac ſignificatione accipitur hoc Ciceronianum; ubi annotandum eſt, non ſatis circumſpicienter ab A. Gellio pleroſque reprendi veluti impropriè inſcitéque dicentes, *profligata* eſſe ædificia & templa, & alia fere multa,

x malo *MS.*

eſt. A. Quo tandem [x] modo? M. Quia motus turbulenti jactationesque animorum incitatæ & impetu inconſiderato elatæ, rationem omnem repellentes, vitæ beatæ nullam partem relinquunt. quis enim poteſt, mortem aut dolorem metuens, quorum alterum ſæpe adeſt, alterum ſemper impendet, eſſe non miſer? quid, ſi idem (quod plerumque fit) paupertatem, ignominiam, infamiam timet: ſi debilitatem, cæcitatem: ſi denique, quod non ſingulis hominibus, ſed potentibus populis ſæpe [y] contingit, ſervitutem: poteſt ea timens eſſe quiſquam beatus?

y contigit *MS.* R.

16 Quid, qui non modò ea futura timet, verùm etiam fert ſuſtinetque præſentia? adde eodem [z] exſilia, luctus, orbitates. Qui rebus his fractus ægritudine [a] eliditur poteſt tandem eſſe non miſerrimus? quid verò illum, quem libidinibus inflammatum [b] & furentem videmus, omnia rabidè appetentem cum [c] inexplebili cupiditate, quo-

z exſulia *Lamb.*
a debilitatur *MS.* P. B.
b furentem eſſe *MS.*
c inexplicabili *MS.*

quæ prope abſoluta effectaque ſunt, quæ & in profligato eſſe dici ſolent. nam in hoc plane loco *profligata quæſtio* ſignificatur finita, quaſi ad exitum deducta, contra A. Gellii opinionem. unde non ſatis recte reprehenſus vir ille ex advocatorum turba videtur, qui coram prætore dixit, *Omnia, vir clariſſime, negotia, de quibus te cogniturum eſſe hodie dixiſti, diligentia & velocitate tua profligata ſunt.* *Affectum* quoque dixerunt, qui Latinè locuti ſunt, id quod *profligatum* appellatur, in hac ſignificatione, ſicut M. Tullius dixit in orat. de Prov. Conſ. *Bellum affectum videmus &, vere ut dicam, pene confectum.* Idem in Oeconomico: *Cùm vere jam affecta æſtate uvas à ſole miteſcere fas eſt.* Beroald. *Profligata jam hac & pæne ad exitum adducta quæſtio eſt.*] A. Gellius N. A. lib. xv. cap. 5. *Qui diligenter loquuti ſunt, ita uſi ſunt, ut profligare dicerent prodigere & deperdere, profligataſque res quaſi proflictas & perditas appellarint; nunc audio ædificia & templa & alia ferè multa, quæ propè abſoluta affectaque ſunt, in profligato eſſe dici, ipſa jam eſſe profligata.* ——— *Quod ſignificare autem volunt, qui profligatum dicunt, ii, qui Latinè loquuti ſunt, non profligatum, ſed adfectum dixerunt.* At verò Tullius, non indiligens, ut puto, nec barbarus ſcriptor, *profligato* adfecti vel propè abſoluti poteſtatem hic tribuit, ut faſſus eſt Nonius Marcellus cap. 11. pag. 575. Non aliter lib. XII. ad Fam. Epiſt. 30. *Qui profligato bello ac pæne ſublato renovatum bellum gerere conamur.* Livius lib. XXI. cap. 40. *Sed ita forſitan decuit, cum fœderum ruptore duce ac populo, Deos ipſos ſine ulla humana ope committere ac profligare bellum: nos autem, qui ſecundum Deos violati ſumus, commiſſum ac profligatum conficere.* Eodem modo ſæpè loquuti ſunt auctores non inidonei, Florus & Tacitus, ipſamque illam, quam Noſter, phraſin adhibet Seneca Benef. lib. VII. cap. 13. *Daviſ.*

21. Ut

quoque affluentiùs voluptates undique nauriat, eo graviùs ardentiusque ſitientem, nonne rectè miſerrimum dixeris? quid elatus ille levitate inanique lætitia exſultans & temerè geſtiens, nonne tanto miſerior, quanto ſibi videtur beatior? ergo, ut hi miſeri, ſic contrà illi beati, quos nulli metus terrent, nullæ ægritudines exedunt, nullæ libidines incitant, nullæ futiles lætitiæ exſultantes languidis liquefaciunt voluptatibus. [21] Ut maris igitur tranquillitas intelligitur, nullâ ne minimâ quidem aurâ fluctus commovente: ſic animi quietus & placatus ſtatus cernitur, cùm perturbatio nulla eſt, quâ moveri queat. Quòd ſi eſt, qui vim fortunæ, qui 17
omnia humana, [d] quæ cuique accidere poſſunt, tolerabilia ducat, ex quo nec timor eum nec angor attingat: idemque, ſi nihil concupiſcat, nullâ efferatur animi inani voluptate, quid eſt, cur is non beatus ſit: & ſi hæc virtute efficiuntur, quid eſt, cur virtus ipſa per ſe non efficiat beatos?

[d] quæcunque acc. *alii.*

VII.

21. *Ut maris igitur tranquillitas.*] *Malaciam* vocant maris quietem ac tranquillitatem, quando fluctus languent, neque ullâ aurâ commoventur. Conſimiliter *malacia* eſt in gravidis ille languor & mollities diſſoluti & cuncta faſtidientis. Plin. in XXIII. *Malicorium*, inquit, *expetitur in gravidarum malacia, quoniam guſtatu moveat infantem.* Apud Senecam eſt luculenta illa ſententia ex libro IX. Epiſt. *In otio inconcuſſo jacere non eſt tranquillitas, malacia eſt.* Dictio mendoſa eſt in codd. impreſſis: nam pro *malacia* legitur *malitia*, corrupto vocabulo elegantiſſimo & ſenſu. ſenſus eſt, ſtatum animi beati talem intelligi, qualis tranquillitas maris eſt, quando nec aura quidem minima fluctus commovet. maria enim ſuâ naturâ tranquilla ſunt: ventorum autem vi agitari atque turbari ſolent. Quod ſi eſt, ſenſus eſt, eum meritò beatum & eſſe & dici, qui ſupra fortunam eſt collocatus, qui nullis perturbationibus eſt obnoxius; qui nihil timet, nihil concupiſcit, nihil angitur, qualem invenire difficile, imo impoſſibile eſt. Græci ἀπαθεῖς vocant, quaſi dicas impoſſibiles & imperturbatos, de quibus Plinius hæc: *Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam torvitatemque naturæ duram & inflexibilem, affectusque humanos adimit; quales ἀπαθεῖς Græci vocant.* Tales exſtiterunt Diogenes Cynicus, Pyrrhon, Heraclitus & Timon. Diodorus quoque & Agatarchides tradunt, Æthiopas eſſe quosdam ἀπαθεῖς, hoc eſt, absque paſſione ulla viventes: qui immobiles perſtant, verbera & injurias ſusque deque ferentes: qui ſine affectu humano filios & uxores defunctas vident: in quibus nullum neque iræ neque miſericordiæ ſignum conviſitur: à quibus omnia mala quieto animo ſedatoque perferuntur. *Beroald.*

22. *Al-*

VII. A. ATQUI [22] alterum dici non poteſt, quin ii, qui nihil metuant, nihil angantur, nihil concupiſcant, nulla impotenti lætitia efferantur, beati ſint: itaque id tibi concedo: alterum autem jam integrum non eſt: ſuperioribus enim diſputationibus effectum eſt, vacare omni animi perturbatione ſapientem. M. Nimirum igitur confecta res eſt. videtur enim ad exitum

18 veniſſe quæſtio. A. Propemodum id quidem. M. Verumtamen mathematicorum iſte mos eſt, [e] non eſt philoſophorum. Nam geometræ cùm aliquid docere volunt, ſi quid ad eam rem pertinet eorum, quæ antè docuerunt, id ſumunt pro conceſſo & probato: illud modò explicant, de quo antè nihil ſcriptum eſt. Philoſophi, quamcumque rem habent in manibus, in eam, quæ conveniunt, congerunt omnia: etſi alio loco diſputata ſunt. Quod ni ita eſſet, cur Stoicus, ſi eſſet quæſitum, ſatisne ad beatè vivendum virtus poſſet, multa diceret? cui ſatis eſſet reſpondere, [f] ſe antè docuiſſe, nihil bonum eſſe, niſi quod honeſtum eſſet: hoc probato conſequens eſſe, beatam vitam virtute eſſe contentam: &, quo modo hoc ſit conſequens illi, ſic illud huic, ut, ſi beata vita virtute [g] contenta ſit; niſi honeſtum quod ſit, nihil aliud ſit bonum. Sed tamen non agunt ſic.

e non philoſ. *alii.*

P. CCXXXII.

f ſi ante docuiſſet *MS.*

g contempta ſit *MS.*

19 Nam & de honeſto & de ſummo bono ſeparatim libri ſunt: & cùm ex eo efficiatur, ſatis magnam in virtute ad beatè vivendum eſſe vim, nihilo minùs hoc agunt ſeparatim. propriis enim, & ſuis argumentis, & admonitionibus tractanda quæque res eſt, tanta præſertim. cave enim putes, [h] ullam in philoſophia vocem emiſſam clariorem, ullumve eſſe philoſophiæ promiſſum uberius aut majus. Nam quid profitetur? ô dii boni! [i] perfecturam ſe, qui legibus ſuis paruiſſet, ut eſſet contra fortunam ſemper armatus: ut omnia præſidia haberet in ſe bene beatéque vivendi: ut eſſet [k] ſemper denique beatus.

h ullam à philoſ. *MS.*

i effecturam ſe ei, qui *MS.*

k denique ſemp. *Lamb.*

Sed

22. *Alterum dici non poteſt, quin ii, qui &c.*] Videtur hìc mendum ſubeſſe. namque hoc ſentit Cic. Alterum negari non poteſt, quin ii, qui nihil metuant, &c. beati ſint, &c. Quare vel ſic legendum videtur, *alterum negari non poteſt, quin &c.* vel ſic, *alterum non dici non poteſt, quin ii &c.* quomodo olim edidimus. *Lambin.*

23. *Nam*

Sed videro, quid efficiat. Tantiſper hoc ipſum 20
magni æſtimo, quod pollicetur. [23] Nam Xerxes quidem refertus omnibus [l] præmiis donisque fortunæ, non equitatu, non pedeſtribus copiis, non navium multitudine, non infinito pondere auri contentus, præmium propoſuit, qui inveniſſet novam voluptatem. Quâ [m] ipſe non fuit contentus: [24] neque enim umquam finem [n] inveniet libido. Nos vellem præmio elicere poſſemus, qui nobis aliquid attuliſſet, quo hoc firmiùs crederemus.

VIII. A. VELLEM id quidem: ſed habeo [o] paullulum, quod requiram. ego enim aſſentior, eorum, quæ poſuiſti, [p] alterum alteri conſequens eſſe, ut, quemadmodum, ſi quod honeſtum ſit, id ſolum ſit bonum, ſe-

[l] corporis bonis & fortunæ *Bentl.* muneribus donisque *Lamb.* P. B.
[m] ipſa non fuiſſet cont. *Bentl.* ipſe inventa non fuit *edd. quad.*
21
[n] inveniret *Idem.*
[o] paulum *MS.*
[p] alterum *deeſt in aliis.*

23. *Nam Xerxes quidem refertus omnibus præmiis.*] Palat. quart. *Perſes.* ſic in Catalectis. *Perſes magnus adeſt, orbis comitatur euntem.* Lambinus legit, *omnibus muneribus donisque.* credo quia τὸ *præmia* non capiebat. Sic Propert. *Nulla mihi triſti præmia ſint Venere.* & hinc *præmioſus.* Gebhard. *Nam Xerxes quidem refertus &c.*] In Pal. quarto legitur *Perſes*, quo ſanè nomine Perſarum rex veniebat. Vetus Poëta in Scaligeri Catal. lib. I. Tit. 7.

Perſes magnus adeſt, totus comitatur euntem
Orbis.

Et paullo poſt:

Commiſit longo duo littora ponte
Perſes.

Dion Chryſoſtomus Orat. III. pag. 36. 'Ετύγχανεν ἄπειρος ὢν τοῦ πέρσου τῆς ψυχῆς. Ac pag. 55. 'Ο μὲν πέρσης ἵνα τινὰ ἴσχεν, ὀφθαλμὸν βασιλέως λεγόμενον. Iterum Orat. VI. pag. 88. 'Ενεδείκνυτο τοῖς θαυμάζουσι τὸν πλοῦτον τοῦ πέρσου. Haud aliter plus vice ſimplici loquuntur Plutarchus & Ælianus, adeò ut ferri poſſit illa lectio. Vulgata tamen videtur præferenda. Valerius Maximus lib. IX. cap. I, 3. *Age, Xerxes, opum regiarum oſtentatione eximia, eò usque luxuriâ gaudebat, ut edicto præmium ei proponeret, qui novum voluptatis genus reperiſſet.* Quod autem hic de Xerxe, Theophraſtus de cunctis Perſarum regibus teſtatum reliquit. Θεόφραστος ἐν τῷ πρὸς Κάσανδρον περὶ βασιλείας ——— τοὺς Περσῶν φησὶ βασιλεῖς ὑπὸ τρυφῆς προκηρύττειν τοῖς ἐξευρίσκουσι τινὰ καινὴν ἡδονὴν ἀργυρίου πλῆθος. Exſtant apud Athenæum lib. IV. pag. 144. *Daviſ.*

24. *Neque enim unquam &c.*] *Inveniet*, vel *invenerit*, legendum puto. & mox: *Putat etiam, ut ſit bonum aliquod.* In Venetis, *ſi ſit bon.* ego non video cur illam ſcripturam improbem. & paulo poſt: *Quæ ſcripſit Antiochus locis pluribus.* hæc in Ven. libris multo aliter, cùm in hac lectione nihil reperiam incommoditatis. *Camerar.*

25. Et

ſequatur beatam vitam virtute confici: ſic, ſi vita beata in virtute ſit, nihil eſſe niſi virtutem bonum. Sed Brutus tuus auctore [q] Ariſtone & Antiocho non ſentit hoc: putat enim, etiam [r] ſi ſit bonum aliquod prater virtutem. M. Quid igitur? contra Brutumne me dicturum putas? A. Tu verò, ut videtur: nam præfinire non eſt meum.

[q] Ariſto *alii.*
[r] quod ſit *MS.* ut ſit *alius MS.*

22 M. Quid cuique igitur conſentaneum ſit, alio loco. Nam iſta mihi & cum Antiocho ſæpe [25] & cum [s] Ariſtone nuper, cùm Athenis imperator apud eum [t] diverſarer, diſſenſio fuit. mihi enim non videbatur quiſquam eſſe beatus poſſe, cùm in malis eſſet: in malis autem ſapientem eſſe poſſe, ſi eſſent ulla corporis aut fortunæ mala. Dicebantur hæc, quæ ſcripſit etiam Antiochus locis pluribus: virtutem ipſam per ſe beatam vitam efficere poſſe, neque tamen beatiſſimam: deinde ex majore parte pleraſque res nominari, etiam ſi qua pars abeſſet, ut vires, ut [v] valitudinem, ut divitias, ut honorem, ut gloriam: quæ genere, non numero cernerentur: item beatam vitam, [26] etiam ſi ex aliqua parte clauderet, tamen ex multo majore parte obtinere nomen ſuum.

[s] Ariſto *alii.*
[t] deverſ. *Lamb.*
[v] valetud. *alii.*

23 Hæc nunc enucleare non ita neceſſe eſt: quamquam non conſtantiſſimè dici mihi videntur. Nam & qui beatus eſt, non intelligo, quid requirat, ut ſit beatior: (ſi eſt enim quod deſit, ne beatus quidem eſt) &, quòd ex majore parte unamquamque [x] rem appellari ſpectarique dicunt, eſt ubi id iſto modo valeat. cùm verò tria genera malorum eſſe dicant: qui duorum generum malis

Pag. CCXXXIII.
[x] partim *MS.*

25. *Et cum Ariſto nuper &c.*] Sic legendum cenſet Leon. Malaſpina in Emendation. in lib. VI. Ep. ad Att. cui aſſentior. fuit enim Ariſtus Antiochi frater. Itaque paulo ante eadem ratione legendum arbitror, *Sed Brutus tuus auctore Ariſto & Antiocho, &c.* Lambin.

26. *Etiamſi ex aliquâ parte clauderet.*] Invito & fremente Anconitano ita legendum, nam licet *αὐθαδία* & nimio gentis contradicendi ſtudio Decuria I. cap. 2. Obſervationum in Criticos Lipſio obvertat cornua, tamen & veritas & vetuſtiſſimorum librorum conſpiratio plus potuit quàm iſtius Criticomaſtigos veſania. Ita autem habet Palatin. tert. quart. Vatican. Fabr. vulgò ex gloſſâ, *claudicaret.* in Palatin. quint. eſt *claudicet.* veſtigium primæ lectionis. *Gebhard.* *Claudicaret* placuit Bentlejo, qui ſuadet recipiendum, non perſuadet.

27. *Pa-*

lis omnibus urgeatur, ut omnia adverſa ſint in fortuna, omnibus oppreſſum corpus & confectum doloribus, huic [y] paullumne ad beatam vitam deeſſe dicemus, non modò ad beatiſſimam? Hoc illud eſt, quod Theophraſtus ſuſtinere non potuit. 24 Nam cùm ſtatuiſſet, verbera, tormenta, cruciatus, patriæ everſiones, [z] exſilia, orbitates magnam vim habere ad malè miſeréque vivendum, non eſt auſus elatè & amplè loqui, cùm humiliter demiſſéque ſentiret.

y paulumne *alii.*
z exſulia *Lamb.*

IX. QUAM BENE, non quæritur: conſtanter quidem certè. Itaque mihi placere non ſolet, conſequentia reprehendere, cùm prima conceſſeris. Hic autem, elegantiſſimus omnium philoſophorum & eruditiſſimus, non magnopere reprehenditur, cùm tria genera dicit bonorum: vexatur autem ab [a] omnibus, primùm [b] in eo libro, quem [c] ſcripſit de vita beata, [d] in quo multa diſputat, quamobrem is, qui torqueatur, qui crucietur, beatus eſſe non poſſit. in eo etiam 27 putatur dicere, in rotam beatam vitam non eſcendere. Non usquam id quidem dicit omnino, ſed, quæ dicit, idem valent.

Poſſum igitur, [e] cui conceſſerim, in malis eſſe dolores corporis, in malis naufragia fortunæ, huic ſuccenſere 25

a hominibus *MS.*
b quod in *Bentl.*
c inſcripſit *Idem.*
d multa diſputarit *Idem.*
e cum ſenſerint *MS.*

27. *Putatur dicere, in rotam (id eſt genus quoddam tormenti apud Græcos) beatam vitam non aſcendere.*] Hic locus in nonnullis exemplaribus antiquis ita legitur. ego tamen totum illud, quod parentheſi incluſum eſt, rejeci, ſine dubio gloſſam alicujus eſſe putans, qui *rota* quid eſſet exponere voluerit; quidam tamen, eam non agnoſcentes, in ordinem verborum Ciceronis recepe-runt. *P. Manut.* *In rotam beatam vitam non aſcendere. &c.*] Quod conjectaram in Crepundiis *eſcendere* hic legendum eſſe, exſtare jam comperio in Vatican. & libro Mereeri, ut Ovid. Metam. lib. IX. verſ. 519. reſtitui: & omninò germana videtur lectio, nam libri variè variant. alii, *non ſcandere.* Fabr. *attingere.* Gebhard. *In rotam.*] MSS. Cantabr. Petrenſ. edit. Steph. aliæque multæ poſt haſce voces addunt, *id eſt genus quoddam tormenti apud Græcos.* Ne minimè quidem dubito, quin illa verba ex interpretatione ſint nata; rectè tamen Gloſſographus rotam Græcis adſcribit; nam tum temporis hoc tormentum non adhibebant Romani. Hinc Apulejus Metam. lib. III. pag. 133. *Nec mora, cùm ritu Græcienſi ignis & rota, tum omne flagrorum genus, inferuntur.* Idem lib. X. pag. 243. *Nec rota, vel eculeus, more Græcorum, tormentis ejus apparata jam deerant.* Rota, τροχὸς· ξύλινόν τι ἦν, ἐν ᾧ δεσμούμενοι οἱ οἰκέται ἐκολάζοντο, ut ait Suidas, qui ſua deſcripſit ex Ariſtophanis Scholiaſte ad Plutum pag. 87. Vide & Hadr. Turnebum Adverſ. lib. VII. cap. 16. *Daviſ.*

28. Is-

ſere dicenti, non omnes bonos eſſe beatos, cùm in omnes bonos ea, quæ ille in malis numerat, cadere poſſint? vexatur idem Theophraſtus & libris & ſcholis omnium philoſophorum, quòd in Calliſthene ſuo laudarit illam ſententiam,

[28] *Vitam regit fortuna, non ſapientia.*

Negant ab ullo philoſopho quidquam dictum eſſe languidiùs. (P. B.) rectè id quidem: ſed nihil intelligo dici potuiſſe conſtantiùs. Si enim tot ſunt in corpore bona, tot extra corpus, in caſu atque fortuna, nonne conſentaneum eſt, plus fortunam, quæ domina rerum ſit & externarum & ad corpus pertinentium, quàm conſilium valere?

26 An [f] malumus Epicurum imitari? qui multa præclarè ſæpe dicit: quàm [g] enim ſibi conſtanter convenienterque dicat non laborat. Laudat tenuem victum. Philoſophi id quidem: ſed ſi Socrates aut Antiſthenes diceret, non is, qui finem bonorum voluptatem eſſe dixerit. Negat, quemquam jucundè poſſe vivere, niſi idem honeſtè, ſapienter juſtéque vivat. Nihil gravius, nihil philoſophiâ dignius: niſi idem [h] hoc ipſum, honeſtè, ſapienter, juſtè, ad voluptatem referret. Quid me-

[f] malui-mus *MS.*
[g] enim *delet Bentl.*
[h] hoc ipſum *deeſt in multis.*

28. *Vitam regit fortuna, non ſapientia.*] Græcum verſum, qui hanc ſententiam continet, & quem Theophraſtus mirificè laudabat, videor mihi reperiſſe. hunc enim eſſe puto: *Τύχη τὰ θνητὰ πράγματ' οὐκ εὐβουλία*: adverſus quem Plutarchus, graviſſimus autor, accuratè Commentarium ſcripſit. propoſito enim illo ſummo ſtudio ejus ſententiam refellere conatur. Eſt etiam inter ſenarios eos variorum poëtarum, quos Menander neſcio quis collegiſſe videtur ad humanam vitam inſtituendam, quòd præcepta & officia quædam tradant hominibus non inutilia. nunc autem quia pueris eos more quodam legunt magiſtri, à reliquis negliguntur. Theophraſtum in Calliſthene adducit Alexander Aphrodiſienſis in fine poſterioris libri de Anima. inquit enim: *Φανερώτατα δὲ Θεόφραστος δείκνυσι ταυτὸν ὂν τὸ καθ' εἱμαρμένην τῷ κατὰ φύσιν ἐν τῷ Καλλισθένει.* Verba etiam Græca Metrodori, quæ Cicero non longè ab hoc loco ſic interpretatus eſt, *Occupavi te fortuna atque cepi, omnes aditus tuos interclusi, ut ad me aſpirare non poſſis*, adducit Plutarchus in commentario de Tranquillitate Animi, quamvis autorem celet. Nam & ipſe quemadmodum Cicero ſententiam probat: dolet tamen ut ſuſpicari licet, ab eo dictam, quem non amabat. Sunt autem hæc, *προκατείλημμαί σε ὦ τύχη καὶ πᾶσαν τὴν σὴν ἀφῄρημαι παρείσδυσιν. Victor.*

29. *A-*

melius quàm fortunam exiguam intervenire ſapienti ?
ſed hoc iſne dicit, qui, cùm dolorem non modò maxi-
mum malum, ſed ſolum malum etiam dixerit, toto
corpore opprimi poſſit doloribus acerrimis, tum cùm
maximè contra fortunam glorietur ? quod idem melio-
ribus etiam verbis Metrodorus, Occupavi, inquit, te 27
fortunâ atque cepi: omneſque aditus tuos interclusi,
ut ad me adſpirare non poſſes. Præclarè, ſi Ariſto
Chius aut ſi Stoicus Zeno diceret, qui, niſi quod tur-
pe eſſet, nihil malum duceret. Tu verò, Metrodore,
qui omne bonum in viſceribus medulliſque condideris:
& definieris, ſummum bonum firma corporis affectio-
ne explorataque [i] ſpe contineri, fortunæ aditus inter- i ejus ſpe
cluſiſti ? quo modo ? iſto enim bono jam exſpoliari *conj. Lamb.*
potes.

X. Atqui his capiuntur imperiti: & propter hu-
juſmodi ſententias iſtorum hominum eſt multitudo.
Acutè [k] autem diſptutantis illud eſt, non quid quiſque 28
dicat, ſed quid cuique dicendum ſit, videre. Velut in Pag.
ea ipſa ſententia, quam in hac diſputatione ſuſcepimus, CCXXXIV.
omnes bonos ſemper beatos volumus eſſe. [l] Quid dicam k autem
bonos, perſpicuum eſt. omnibus enim virtutibus in- *deeſt in aliis.*
ſtructos & ornatos cùm ſapientes, tum viros bonos l quos
dicimus. Videamus, qui dicendi ſint beati. equidem dicam bo-
hos exiſtimo, qui ſint in bonis, nullo adjuncto malo. nos *alii.*

Neque ulla alia huic verbo, cùm beatum dicimus, 29
[m] ſubjecta notio eſt, niſi, ſecretis malis omnibus, cu- m ſubjun-
mulata bonorum complexio. Hanc aſſequi virtus, ſi cta *MS.*
quidquam præter ipſam boni eſt, non poteſt. aderit
enim malorum, ſi mala illa [n] ducimus, turba quædam, n dicimus
paupertas, ignobilitas, humilitas, ſolitudo, [29] amiſſio *alii.*
ſuorum, graves dolores corporis, perdita [o] valitudo, o valet.
debilitas, cæcitas, interitus patriæ, exſilium, ſervitus. *alii.*
[30] Denique in his tot & tantis, atque etiam quæ plu-
ra

29. *Amiſſio ſuorum.*] In MSStis Fabric. & Cantabr. eſt, *amiſſio carorum*, eamque lectionem recipiendam judicavit Janus Gulielmius; quod nollem factum; dubitari enim nequit, quin gloſſam ſcripturæ genuinæ prætulerit vir eruditus. *Sui* ſunt cognati, aut neceſſarii. Res eſt nota; vide tamen Virgilium in Cir. ỳs. 201, 510. Juſtinum lib. XI. cap. 5. & Janum Gebhardum Crepund. lib. I. cap. 9. *Daviſ.*

30. *De-*

ra poſſunt accidere, poteſt eſſe ſapiens. nam hæc caſus importat, qui in ſapientem poteſt incurrere. at ſi ea mala ſunt, quis poteſt præſtare, ſapientem ſemper beatum fore, cùm vel in omnibus his uno tempore eſſe poſſit?

30 Non igitur facilè concedo neque Bruto meo, neque [31] communibus magiſtris, neque veteribus illis, Ariſtoteli, Speuſippo, Xenocrati, Polemoni, ut cùm ea, quæ ſuprà enumeravi, in malis numerent, iidem dicant ſemper beatum eſſe ſapientem. [p] quòd ſi titulus hic delectat inſignis & pulcer, Pythagorâ, Socrate, Platone digniſſimus, inducant animum, illa, quorum ſplendore capiuntur, vires, [q] valitudinem, pulcritudinem, divitias, honores, opes contemnere, eaque, quæ his contraria ſint, pro nihilo ducere. Tum poterunt clariſſima voce profiteri, ſe neque fortunæ impetu, [r] nec multitudinis opinione, [s] nec dolore, neque paupertate terreri, omniaque ſibi in ſeſe eſſe poſita, neque [t] eſſe quidquam extra ſuam poteſtatem, quod ducant in bonis.

p quos *alii & Bentl.*
q valet. *alii.*
P. B.
r neque *alii.*
s neque *alii.*

31 [32] Neque [v] hunc & hæc loqui, quæ ſunt magni cujusdam & alti viri, & eadem, quæ vulgus, in malis & bonis numerare, concedi ullo modo poteſt: quâ gloriâ commotus Epicurus exoritur. Cui etiam, ſi

t etiam *MS.*
v enim & *Bentl.*

[x] diis

30. *Denique in his tot & tantis atque etiam quæ plura poſſunt accidere.*] Lamb. certiſſimâ, ut ait, conjecturâ ductus legit, *ad quæ etiam plura poſſunt accedere.* Palatin. tamen ſecund. tert. Vatican. *atque etiam plura poſſunt accid.* Palatin. quart. *atque etiam cui plura poſſunt accid.* Fabr. *& quæ etiam plura &c.* Gebhard. Totum locum ſic legit atque diſtinguit Daviſius: *Denique in his tot & tantis (atque etiam plura poſſunt accidere) poteſt eſſe ſapiens.* Bentlejus autem diſtinguit poſt *denique*, & novam periodum orditur ab *In his tot & tantis.*

31. *Communibus magiſtris.*] Ut Antiocho, Ariſtoni & aliis, qui fuerunt communes doctores M. Bruti & Ciceronis. *Beroald.*

32. *Neque hunc & hac loqui — ullo modo poteſt.*] Locus, niſi fallor, vitioſus eſt: non enim de Metrodoro, ſed de Ariſtotele, Speuſippo aliisque proxima verba ſunt intelligenda. MS. Petrenſ. habet, *nam hunc & hac loqui — nullo modo poteſt.* Ad vocem antepenultimam quod ſpectat, accedunt Cantabr. & Froben. Omnino legerem, *namque & hac loqui, quæ ſunt magni cujusdam & alti viri, & eadem, quæ vulgus, in malis & bonis numerare, concedi nullo modo poteſt*; ac ita diſertè Norvic. cujus auctoritas non videtur repudianda. *Daviſ.*

33. Ta-

[x] diis placet, videtur ſemper ſapiens beatus. Hic dignitate hujus ſententiæ capitur. ſed numquam id diceret, ſi ipſe ſe audiret. quid eſt enim, quod minùs conveniat quàm ut is, qui vel ſummum vel ſolum malum dolorem eſſe dicat, idem cenſeat, Quàm hoc ſuave eſt, tum, cùm dolore crucietur, dicturum eſſe ſapientem? Non igitur ex ſingulis vocibus philoſophi ſpectandi ſunt, ſed ex perpetuitate atque conſtantia.

x diſplicet MS.

XI. A. ADDUCIS me, ut tibi aſſentiar. Sed tua 32
quoque vide ne deſideretur conſtantia. M. Quonam modo? A. Quia legi tuum nuper quartum [y] de Finibus. In eo mihi videbare, contra Catonem diſſerens, hoc velle oſtendere, [z] quod mihi quidem probatur, inter Zenonem & Peripateticos nihil præter verborum novitatem intereſſe. Quod ſi ita eſt, quid eſt cauſæ, quin, ſi Zenonis rationi conſentaneum ſit, ſatis magnam vim in virtute eſſe ad beatè vivendum liceat idem Peripateticis dicere? rem enim opinor ſpectari oportere, non verba.

y librum de MS.

z quo mihi MS.

M. Tu quidem [33] tabellis obſignatis agis mecum: & 33
teſtificaris, quid dixerim aliquando, aut ſcripſerim. Cum aliis iſto modo, qui legibus impoſitis diſputant. [34] Nos in diem vivimus? [a] quodcumque noſtros animos probabilitate percuſſit, id dicimus. itaque ſoli ſumus li-

a quodque MS.

33. *Tabellis obſignatis.*] Figura proverbiali, quâ & in orat. contra Piſonem uſus eſt: *Græcus primo diſtinguere atque dividere illa, quemadmodum dicerentur. Iſte claudus, quomodo ajunt; pilam retinere, quod acceperat teſtificari, tabulas obſignare velle.* Apparet de ſyngraphis aut etiam teſtamentis ductam eſſe translationem. *Camerar.* *Tabellis obſignatis agis mecum.*] Me ſcriptorum meorum teſtimonio redarguis. Metaphora ducta eſt a ſyngraphis annulo vel manu ſignatis, quas in cauſſarum actione proferunt JCti. Videſis Hadr. Junium & Gilb. Cognatum inter Adag. Eraſmi pag. 160. 632. *Daviſ.*

34. *Nos in diem vivimus?*] Significatur hâc formâ ſermonis quaſi ſtatutum tempus, & datus, ut dixere, dies. ut in formula emptionis, quæ refertur L. prima Digg. de in diem Addictione. *In diem emptio ita fit: Ille fundus centum eſto tibi emptus, niſi ſi quis intra Calend. Jan. prox. meliorem conditionem fecerit, quo res à domino abeat.* Terent. *In diem eſt quod minitare Parmeno; id eſt, nondum præſens.* Ita nunc ait ſe *vivere in diem*; id eſt, tenere tam diu atque defendere aliquid, dum afferat dies aliud probabilius. & in II. de Or. *Barbaros in diem vivere*; id eſt, mutare conſilia pro tempore. & ſimili ſenſu in II. Philip. non ſolum *de die*, ſed etiam *in diem vivere*, id eſt, temporis beneficio uti. *Camerar.*

Pag. CCXXXV.

liberi. verumtamen, quoniam de conſtantia paullo antè diximus, non ego hoc loco id quærendum puto, verumne ſit, quod Zenoni placuerit, quodque ejus auditori, Ariſtoni, bonum eſſe ſolum, quod honeſtum eſſet: ſed, [b] ſi ita eſſet, [c] tum [d] ut hoc totum, beatè
34 vivere, in una virtute [e] poneret. Quare demus hoc ſanè Bruto, ut ſit beatus ſemper ſapiens. quàm ſibi conveniat, ipſe viderit. Gloria quidem hujus ſententiæ quis eſt illo viro dignior? nos tamen teneamus, [f] ut ſit idem beatiſſimus: etſi Zeno Cittieus, advena [g] quidam & ignobilis verborum opifex, inſinuaſſe ſe in antiquam philoſophiam videtur.

b ni ita *Bentl.*
c tum *deeſt in MSS.* utrum hoc tot. *Lamb. Bentl.*
d ut *deeſt in alio MS.*
e poneretur *Bentl.*
f *ſequentia aliter diſtinguunt edd. vett.*

XII. Hujus ſententiæ gravitas à Platonis auctoritate repetatur: apud quem ſæpe hæc oratio uſurpata eſt, ut nihil præter virtutem diceretur bonum: velut in Gorgia Socrates, cùm eſſet ex eo quæſitum, Archelaum, Perdiccæ filium, qui tum fortunatiſſimus haberetur,
35 nonne beatum putaret? Haud ſcio, inquit. numquam enim cum eo [h] collocutus ſum. 35 Ain tu? an tu aliter id ſcire non potes? nullo modo. Tu igitur ne de Perſarum quidem rege magno potes dicere, beatusne ſit? an ego poſſum, cùm ignorem, quàm ſit [i] doctus, quàm vir bonus? Quid? tu in eo ſitam vitam beatam putas? Ita prorſus exiſtimo, bonos, beatos: improbos, miſeros. miſer ergo Archelaus? certè, ſi injuſtus. Videturne omnem hic beatam vitam in una virtute ponere? Quid verò in epitaphio? quo modo idem?

g quidem *alii.*
h locutus *alii.*
i bonus *alii.*

36 Nam cui viro, inquit, ex ſe ipſo apta ſunt omnia, quæ ad beatè vivendum [k] ferunt, nec ſuſpenſa aliorum aut bono caſu, aut contrario pendere ex alterius eventis & errare coguntur: huic optimè vivendi ratio comparata eſt. Hic eſt ille [l] moderatus, hic fortis, hic ſapiens, hic, & naſcentibus, & cadentibus cùm reliquis commodis, tum maximè liberis, parebit & obediet præcepto illi veteri.

k conferunt *MS.*
l modeſtus *MS.*
P. B.

36 Ne-

35. *Ain tu? an tu aliter.*] Palatin. quinque Fabr. delent illa verba *Ain tu?* Gebhard. Debuit diſtinctè magis & clarius ad moleſtias hinc detergendas, & quod nimium videtur, recidendum. Nam Victorii editiones jam habent *ain tu? an aliter.* Et ſic quoque notatur ex libro, quem Vaticanum ſuſpicari non deſino. Et hæc videtur vera Tullii manus. *Gronov.*

36. Ne-

36 *Neque* enim *lætabitur umquam*, [m] *nec mærebit nimis*, m *aut* Bentl.

Quòd ſemper in ſe [n] *ipſo omnem ſpem reponet ſui.* n *ipſe* Idem & Vict.

XIII. Ex hoc igitur Platonis quaſi quodam ſancto auguſtoque fonte noſtra omnis manabit oratio. 37 Unde 37
igitur rectiùs ordiri poſſumus quàm à communi parente natura? quæ quidquid genuit, non modò animal, ſed etiam quod ita ortum eſſet è terra, ut ſtirpibus ſuis niteretur, in ſuo [o] quodque genere perfectum eſſe voluit. o *quidque MS.* Itaque & arbores, & vites, & ea, quæ ſunt humiliora, neque ſe tollere à terra altiùs poſſunt; alia ſemper virent, alia hieme nudata, 38 verno tempore [p] tepefacta frondeſcunt: p *patefacta MS.* neque eſt ullum, quod non ita vigeat interiore quodam motu, 39 & ſuis in quoque ſeminibus incluſis, ut aut flores, aut fruges fundat, aut baccas, omniaque in omnibus, quantum in ipſis ſit, nulla vi impediente, perfecta ſint.

Faciliùs verò etiam in beſtiis, quòd his ſenſus à na- 38
tura eſt datus, vis ipſius naturæ perſpici poteſt. Namque alias beſtias nantes aquarum incolas eſſe voluit: alias, volucres, cælo frui libero. ſerpentes quaſdam:

quas-

36. *Neque enim lætabitur umquam.*] Initium eſt hoc duorum ſenariorum, quos, ut facilius animadverti & diſtingui poſſint, ſeparatim imprimendos curavimus. Fuit enim hæc ſententia vetus (nam ut proverbium ferebatur) quam Plato hic adduxit, & numeris comprehenſa erat: ideoque Cicero etiam totidem verſiculis eam expreſſit. *παροιμίαν* autem Cicero *Præceptum* interpretatus eſt: ſic enim eſt apud Platonem: Πείσεται τῇ παροιμίᾳ, ὅτε γὰρ χαίρων ὅτε λυπέμενος ἄγαν φανήσεται διὰ τὸ αὑτῷ πεποιθέναι. Sed neque in Græco Platonis codice diſtincti ſunt, aut aliquâ notâ indicati: numeris tantùm & in Græco & in Latino ſermone verſus eſſe, qui præceptum illud continebant, declarabatur. *Victor.*

37. *Unde igitur rectius ordiri poſſumus.*] Abſonè quibusdam, certè mihi neſcio quo pacto approba videtur duorum optimorum librorum, tert. quart. ſcriptura: *unde igitur oriri rectius.* Gebh.

38. *Verno tempore.*] Lege, *verno tepore:* tepor enim & temperies evocat in plantis frondes & germinationem: omnia tunc frondent, tunc variis colorum picturis in certamen usque luxuriant. *Beroald.*

39. *Et ſuis in quoque ſeminibus incluſis.*] Hoc rectè Lambin. & ita Palatin. tres. (quart. paullulum declinat, *& ſuis quoque in ſeminibus.*) item Fab. Vatican. Gryphiique liber. vulgò: *ſuis quoque ſeminibus incl.* Palatin. autem ſecund. *in unoquoque ſemin.* Gebhard.

40. Par-

quaſdam eſſe gradientes. earum ipſarum 40 partim ſolivagas, partim congregatas: immanes alias, quaſdam autem cicures. nonnullas abditas terrâque tectas. atque earum quæque ſuum tenens munus, cùm in diſparis animantis vitam tranſire non poſſit, manet in lege naturæ. & ut beſtiis aliud alii præcipui à natura datum eſt, quod ſuum quæque retinet, nec diſcedit ab eo: ſic homini multo quiddam præſtantius: etſi præſtantia debent ea dici, quæ habent aliquam comparationem. Pag. CCXXXVI. Humanus autem animus, 41 decerptus ex mente divina, cum alio nullo, niſi cum ipſo deo, ſi hoc fas eſt dictu, comparari poteſt.

39 Hic igitur, ſi eſt excultus, & ſi ejus acies ita curata eſt, ut ne [q] cæcetur erroribus; fit perfecta mens, id eſt, abſoluta ratio: [r] quod eſt idem virtus. Et, ſi omne beatum eſt, cui nihil deeſt, & quod in ſuo genere expletum atque cumulatum eſt, idque virtutis eſt proprium: certè omnes virtutis compotes beati ſunt. Et hoc quidem mihi cum Bruto convenit, item cum Ariſtotele, Xenocrate, Speuſippo, Polemone. Sed mihi videntur etiam beatiſſimi. quid enim deeſt ad beatè vivendum ei, qui confidit ſuis bonis? [s] aut, qui diffidit, beatus eſſe quî poteſt?

q cæcaretur *Gebh.*
r quæ eſt idem quod *alii.*
s *ſeptem ſeqq. voces deſunt in MSS.*

40 XIV. AT DIFFIDAT neceſſe eſt, qui bona dividit [t] tripertitò. Quî enim poterit aut corporis [v] firmitate, aut fortunæ [x] ſtabilitate confidere? atqui, niſi ſtabili, & fixo, & permanente bono, beatus eſſe nemo poteſt. Quid

t tripartitò *alii.*
v firmitati *Lamb.*
x ſtabilitati *Idem.*

40. *Partim ſolivagas, partim congregatas: immanes alias, quaſdam autem cicures.*] Videtur tranſtuliſſe Ariſtotelis illa ex Politicis: Τῶν δὲ θηρίων τὰ μὲν ἀγελαῖα, τὰ δὲ σποραδικά. & paullo poſt, Τὰ μὲν ἥμερα, τὰ δὲ ἄγρια. *Urſin.*

41. *Decerptus ex mente divina.*] Loquitur ex Platonicorum & Stoicorum ſententia, qui animos humanos Dei eſſe partes ſtatuerunt. Plutarchus Quæſt. Platon. pag. 1001. Ἡ δὲ ψυχὴ, νοῦ μετασχοῦσα καὶ λογισμοῦ καὶ ἁρμονίας, οὐκ ἔργον ἐστὶ τοῦ θεοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ μέρος, οὐδ' ὑπ' αὐτοῦ, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ γέγονεν. Hinc Servius ad Virgilii Æn. VI, 714. *Si anima æterna eſt & ſummi ſpiritus pars, qua ratione in corpore non totum videt &c.* Plura collegit Juſtus Lipſius Phyſiol. Stoic. lib. III. Diſſert. 8. Ex eadem mente Lactantius Div. Inſtit. lib. II. cap. 12. *Ficto Deus hominis corpore, ſpiravit ei animam de vitali fonte ſpiritus ſui.* Ejuſdem hæreſeωs inſimulatus erat Origenes, qua de re videas Petr. Dan. Huetium Orig. lib. II. Quæſt. VI. §. 3. *Daviſ.*

42. *La-*

Quid [y] ergo ejuſmodi iſtorum [z] eſt? ut mihi 42 Laconis illud dictum in hos cadere videatur: qui glorianti cuidam mercatori, quòd multas naves in omnem oram maritimam dimiſiſſet, Non ſanè optabilis [a] quidem iſta, inquit, rudentibus apta fortuna. An dubium eſt, quin nihil ſit habendum 43 in eo genere, quo vita beata [b] complectitur, ſi id poſſit amitti? 44 nihil enim interareſcere, nihil exſtingui, nihil cadere debet eorum, [c] in quibus vita beata conſiſtit. nam qui timebit, ne quid ex his [d] deperdat, beatus eſſe non poterit.

Volumus enim, eum, qui beatus ſit, tutum eſſe, inexpugnabilem, ſeptum atque munitum, non ut parvo metu præditus ſit, ſed ut nullo. Ut enim innocens is

y igitur *alii.*
z ſententia eſt *MS.*
a iſta quidem eſt *MS.*
b complectur *Bentl.*
c quæ in beata vita conſiſtunt *ed. vet.*
41
d diſperd. *MS.*

42. *Laconis illud dictum.*] Plutarchus dictis Laconicis: Πρὸς δὲ τὸν μακαρίζοντα λάμπιν τὸν αἰγινήτην, διότι ἐδόκει πλυσιώτερος εἶναι ναυκληρία πολλὰ ἔχων, λάκων ἔφη, ἐ προσέχω εὐδαιμονία ἐκ σχοινίων ἀπηρτημένη. Hujus Lampidos & alibi Plutarchus meminit, ut valde divitis. Qui interrogatus aliquando, quo pacto divitias peperiſſet? *Magnas*, reſpondit, *facile*; *ſed minutas maximo cum labore.* alibi λάμπων legitur. fit & ab Herodoto mentio Lamponis Æginetæ, Καλλιόπη. *Camerar.*

43. *In eo genere, quo vita beata complectitur.*] Noſtri omnes libb. Mſſ. habent; *quo beata vita complectitur*, *&c.* quod rejicere non potui, quamvis vulgata, *quod vita beata complectatur*, ſit probabilis. Nam omnino hæc antiqua eſt tutior. adde quod nonſolum hoc verbum deponens, ſed alia multa ejuſdem generis uſurpabant veteres παθητικῶς, quod alibi oſtendimus non ſemel. Sic autem participium hujus verbi παθητικῶς uſurpavit in orat. pro Roſcio Am. ibi: *Quo uno maleficio ſcelera omnia complexa eſſe videantur.* Lambin. Qui non intellexerunt, aut ad ſuas normas Grammaticas exegerunt, corruperunt hunc locum: rectè ergo à Dion. Lambino nitori ſuo redonatus; & ſic habetur in Pall. tert. quart. quint Fabr. nec ſperno Vatican. in quo: *genere*, *qui vita.* vulgò, *quod vita b. comp.* Gebhard. Ita MSSti, & eſt Helleniſmus. Scriptor ad Herennium lib. 1. cap. 7. *Ut ſtatim apertis rationibus, quibus præſcripſimus, aut benivolum, aut attentum, aut docilem faciamus auditorem.* Terentius Heaut. Act. 1. Sc. 1, 35. M. *Scire hoc vis?* Chr. *hac cauſſa equidem, qua dixi tibi.* Hirtius Bell. Afric. cap. 41. *In eo loco, quo paullò ante commemoravi, ante oppidum conſtitit.* Adi & cap. 69. *Daviſ.*

44. *Nihil enim interareſcere.*] Quid appellem eos neſcio, qui Victorii editionem caſtigatiſſimam & terſiſſimam poſteriores aut faſtidierunt aut neglexerunt: in quâ & hic locus ingenio ſuo rectus, in aliis adverſo correctorum genio depravatus ac interverſus remanſit, ut & in Palat. pr. tert. quarto, quinto. in Fabr. eſt *areſcere.* vulgò *inveteraſcere.* Gebhard.

e parum *alii.* f omni *conj. Lamb.* P. B.

is dicitur, non qui leviter nocet, ſed qui nihil nocet: ſic ſine metu is habendus eſt, [45] non qui [e] parva metuit, ſed qui [f] omnino metu vacat. quæ eſt enim alia fortitudo, niſi animi affectio cùm in adeundo periculo & in labore ac dolore patiens, tum procul ab omni metu?

g bona ſibi *MS.* ſibi deeſt in alio *MS.*

42 Atque hæc certè non ita ſe haberent, niſi omne bonum in una honeſtate conſiſteret. Quî autem illam maximè optatam & expeditam ſecuritatem (ſecuritatem autem nunc appello, vacuitatem ægritudinis, in qua vita beata poſita eſt) habere quiſquam poteſt, cui aut adſit, aut adeſſe poſſit multitudo malorum? quî autem pòterit eſſe celſus, & rectus, & ea, quæ homini accidere poſſunt, omnia parva ducens, qualem ſapientem eſſe volumus, niſi omnia [g] ſibi in ſe poſita cenſebit? an Lacedæmonii Philippo minitanti per litteras, ſe omnia, quæ conarentur, prohibiturum, quæſiverunt, num ſe eſſet etiam mori prohibiturus: vir is, quem quærimus, non multo faciliùs tali animo reperietur quàm civitas univerſa? quid ad hanc fortitudinem, de qua loquimur, temperantia adjuncta, quæ ſit moderatrix omnium commotionum? quid poteſt ad beatè vivendum deeſſe ei, quem fortitudo ab ægritudine & à metu vindicet: temperantia tum à libidine avocet, tum inſolenti alacritate geſtire non ſinat? Hæc efficere virtutem oſtenderem, niſi ſuperioribus diebus eſſent explicata.

h At quæcunque pert. *MS.* i miſeriam *MS.* k verſetur *Gebb.* l cum omnia *Id.* Pag. CCXXXVII.

43 XV. [h] ATQUI cùm perturbationes animi [i] miſeram; ſedationes autem vitam efficiant beatam: duplexque ratio perturbationis ſit, quòd ægritudo & metus in malis opinatis; in bonorum autem errore lætitia geſtiens libidoque [k] verſentur: [l] cùm hæc omnia cum conſilio & ratione pugnent: his tu tam gravibus concitationibus, tamque ipſis inter ſe diſſentientibus atque diſtractis, quem vacuum, ſolutum, liberum videris, hunc dubitabis beatum dicere? atqui ſapiens ſemper ita affectus eſt. ſemper igitur ſapiens beatus eſt. atqui etiam omne bonum lætabile eſt: quod autem lætabile, id prædicandum & præ ſe ferendum: quod tale autem,

45. *Non qui parva non metuit, ſed qui omnino metu vacat.*] Ita legi debet hic locus, cum in aliis deſit *non*. Urſin.

46. *An*

tem, id etiam glorioſum. ſi verò glorioſum, certè laudabile: quod autem laudabile, profectò etiam honeſtum: quod bonum igitur, id honeſtum.

At quæ iſti bona numerant, ne ipſi quidem honeſta m dicunt. ſolum igitur bonum, quod honeſtum. ex quo efficitur, honeſtate n una vitam contineri beatam. Non ſunt igitur ea bona dicenda, nec habenda, quibus abundantem licet eſſe miſerrimum. 44 m dicant MS. n unam v. continere MS.

46 An dubitas, quin præſtans o valitudine, viribus, formâ, acerrimis integerrimisque ſenſibus, adde etiam, ſi libet, pernicitatem & velocitatem, da divitias, honores, imperia, opes, gloriam: ſi fuerit is, qui hæc habet, injuſtus, intemperans, timidus, hebeti ingenio atque nullo: dubitabisne eum miſerum dicere? qualia igitur iſta bona ſunt, quæ, qui habeat, miſerrimus eſſe poſſit? videamus, ne, ut acervus ex ſui generis granis, ſic 45. o valet. alii.

46. *An dubitas, quin &c.*] Hic eſt ἀνακόλουθον· nam hæc particula *quin* non habet cum quo cohæreat, aut cui adjungatur. Poſteaquam enim multa interpoſuit, mutat loquendi formam & ſubjungit, *dubitabisne eum miſerum dicere?* eum, niſi voluiſſet memoriæ lectoris ſubvenire, liceret ei, ſervato eodem orationis tenore, ſubjungere, *is miſer dicendus ſit?* hic erat enim orationis curſus & tenor, *An dubitas, quin is, qui bonis corporis ornatus ſit, ſi is vitioſus ſit, miſer dicendus ſit?* ſed, ut dixi, propter longam interpoſitionem, ut lectoris memoriæ conſuleret: quem credibile erat oblitum eſſe verbi illius, atque adeo totius orationis ſuperioris, *An dubitas, quin præſtans valetudine &c.* ſubjunxit, *dubitabisne eum miſerum dicere?* quaſi totum illud non fuerit in oratione poſitum. Quod genus & Ciceroni & aliis ſcriptoribus eſt uſitatum. *Lambin.* *An dubitas, quin præſtans valitudine — dubitabisne eum miſerum dicere.*] Ἀνακόλουθον eſt, ut infra cap. 19. *Similemne putas C. Lælii unum conſulatum fuiſſe & eum quidem cum repulſa — ſed tamen utrum malles, te, ſi poteſtas eſſet, ſemel, ut Lælium, conſulem, an, ut Cinnam, quater.* Cum verborum ductus paullo eſt prolixior, hæc apud Noſtrum frequenter occurrunt, uti diximus ad lib. II. Tuſc. Diſp. cap. I. & ad lib. III. cap. 8. Euripides Phœniſſ. ℣s. 290.

> Μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπου κλεινὸς γόνος
> Μαντεῖα σεμνά, Λοξίου τ' ἐπ' ἐσχάρας
> Ἐν τῷδ' ἐπεστράτευσαν Ἀργεῖοι πόλιν.

Scholiaſtes, Σολοικοφανὲς, inquit, τοῦτο ἐστιν· ἔδει γὰρ εἰπεῖν, μέλλοντος πέμπειν με Οἰδίποδος, ἐν τῷδ' ἐστράτευσαν Ἀργεῖοι. Vide & Hippol. ℣s. 23. Polyænus Strateg. lib. I. cap. 18. Οἱ πολέμιοι τὸ λόγιον εἰδότες, κοινὸν αὐτοῖς ἦν παράγγελμα ἐν ταῖς μάχαις, ἀπέχεσθαι Κόδρου. Ælianus etiam & Pauſanias eodem ſchemate non rarò ſunt uſi. *Daviſ.*

 47. Et

ſic beata vita ex ſui ſimilibus partibus effici debeat. Quod ſi ita eſt: ex bonis, quæ ſola honeſta ſunt, efficiendum eſt beatum. ea mixta ex diſſimilibus ſi erunt, honeſtum ex his effici nihil poterit. quo detracto, quid poterit beatum intelligi? etenim quidquid eſt, quod bonum ſit, id expetendum eſt: quod autem expetendum,

p approbaveris MS. id certè approbandum: quod verò p approbaris, id gratum acceptumque habendum. ergo etiam dignitas ei tribuenda eſt. quod ſi ita eſt, laudabile ſit neceſſe eſt. bonum igitur omne laudabile. ex quo efficitur, ut,

46 quod ſit honeſtum, id ſit ſolum bonum. Quod ni ita tenebimus: multa erunt, quæ nobis bona dicenda ſint.

P. B. XVI. OMITTO divitias: quas, cùm quivis, quamvis indignus, habere poſſit, in bonis non numero. quod enim eſt bonum, id non quivis habere poteſt. Omitto nobilitatem famamque popularem, ſtultorum improborumque conſenſu excitatam. Hæc, quæ ſunt minima, tamen bona dicantur neceſſe eſt: candiduli dentes, venuſti oculi, color ſuavis, 47 & ea, quæ Anticlea

47. *Et ea, quæ Euryclia laudat, Ulyſſi pedes abluens.*] In cunctis manuſcriptis codicibus & in nonnullis etiam impreſſis *Anticlia* legitur. Sic autem appellabatur Ulyſſis mater: ſed ea nusquam neque apud Homerum, neque alium ullum poëtam (quod ſciam) inducitur filii pedes abluere. Quare aut erratum hoc fuit librariorum, aut μνημονικὸν ἁμάρτημα Ciceronis, cujusmodi quædam alia ab aliis animadverſa ſunt. Hujuscemodi erratum eſt in Plinii libro x. cap. 16. ſive illud memoriæ lapſu ab autore commiſſum ſit, ſeu poſtea librariorum imperitiâ ortum, quod potius puto: nam vetuſtos vidi codices, qui rectam lectionem retinebant: nunc tamen (quod miror) etiam qui creduntur caſtigatiores, id mendum habent. Hæc illius verba: *Nota etiam Homero fuit, Trogete vocatur, ab aliis Thya. Hanc igitur inter odores uri tradit in deliciis Circes, quam deam volebat intelligi, magno errore eorum, qui odoramenta in eo vocabulo accipiunt, cum præſertim eodem verſu cedrum laricemque unà tradat, in quo manifeſtum eſt de arboribus tantùm locutum.* Locus autem Homeri, quem Plinius intelligit, eſt in libro quinto Odyſſeæ. Sic enim inquit: Πῦρ μὲν ἐπ' ἐσχάροφιν μέγα καίετο τηλόσε δ' ὀδμὴ κέδρυτε εὐκεάτοιο θύυτ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει, καιομένων. *Calypſonis* igitur, non *Circes*, legendum; ibi enim de ea ſermo eſt: id autem tam manifeſtum, ut amplius declarare non oporteat. Quod autem Plinius argumentatur eſſe Homero *Thyon* arborem, non odoramentum, quia eodem verſu *cedrum laricemque* unà tradat, explicare me non poſſe fateor. nec enim (ut patet) eo verſu, aut alio qui circa ſit, mentio ulla ſit de

ticlea laudat Ulyſſi pedes abluens, lenitudo orationis, mollitudo corporis. ea ſi bona [q] ducemus, quid erit in philoſophi gravitate quàm in vulgi opinione ſtultorumque turba, quod dicatur aut gravius, aut grandius? [q] dicemus *alii.*

48 At enim eadem Stoici præcipua vel producta dicunt, quæ bona iſti. Dicunt illi quidem: [r] ſed his vitam beatam compleri negant: hi autem ſine iis eſſe nul- 47 [r] ſive his *alii.*

de larice. Locum autem illum in eo poëta corruptum eſſe non facile mihi perſuadeo. Sitne igitur in hoc etiam Plinii memoria culpanda, aut potius de librariorum negligentia querendum, apud me conſtituere non poſſum. *Euryclia* autem (ut ad Ciceronem redeam) quemadmodum nunc legitur, nomen eſt Ulyſſis nutricis, quæ in XIX. libro Odyſſeæ, juſſu Penelopes, ejus pedes abluit, quo in miniſterio illum ex cicatrice agnovit. Verum ea nullibi hæc in eo laudat, quæ Cicero hîc dicit ipſam laudare. quare credendum eſt, hoc ipſum ab alio poëta accepiſſe, qui hoc traderet. Nec enim hic Homeri ulla mentio, quamvis plerumque Cicero ſoleat, cum hujuſcemodi res tractat, ex Homeri poëmate accipere, & ut ab illo narratæ ſunt exponere. *Victor.* *Quæ Anticlea laudat.*] Hoc nomen omnes codd. præferunt, tum Palatin. tum ii, quos Victorius adhibuit editioni ſuæ. nec ſi in Homero non eſt, continuò quoque ex Ciceronis monumentis exſcalpendum. vulgò *Euryclia.* ceterùm Septenarium trochaicum ex veteri poëta hinc conſtituit Gulielmius:

Lenitudo orationis, mollitudo corporis. Gebhard.

Quæ Anticlea laudat Ulixi pedes abluens.] Vulgg. *Ulyſſi:* nos autem MStum Petrenſ. & ed. Ven. 1491. noſtræ lectionis auctores habuimus. Sed hoc parvi admodum eſt momenti. Pergamus igitur. Cum Anticlea fuerit Ulyſſis mater, ut inter alios docebunt Servius ad Æn. VI, 529. & Scholiaſtes ad Callimachi Hymn. in Dian. ℣s. 211. Euryclia autem nomen ſit nutrici, quæ apud Homerum Odyſſ. T. Ulyſſi pedes abluit; nonnulli, libris adverſantibus, *Eurycliam* inculcant: alii μνημονικὸν hic ἁμάρτημα ſuſpicantur; de quo tamen ampliandum eſt. Nutrix, ut rectè Petr. Victorius, nullibi hæc in eo laudat, quæ Cicero hic dicit ipſam laudare; quapropter credibile videtur, noſtro in mentem fuiſſe Tragicum, qui hoc litteris conſignarat. Id ex ſequente Trochaico perquam veri ſit ſimile. Certè Tragœdiarum ſcriptores ea Ulyſſi tribuerunt, quorum in Homero nulla omninò ſuperſunt veſtigia. Adi Tullium Offic. lib. III. cap. 26. *Daviſ.*

48. *At enim eadem.*] Veneta lectione reſtituitur hic locus, etiam præſcriptis nominibus *Att.* &, *M.* Ita, *Att. At enim eadem Stoici præcipua vel producta dicunt, quæ bona iſti. M. Dicunt illi quidem: Sed his vitam beatam compleri negant.* lectionem igitur hanc ſequemur. *Camer.* *At enim eadem Stoici præcipua vel producta dicunt, quæ bona iſti: illi quidem ſine iis vitam beatam compleri, hi autem ſine iis eſſe nullam putant.*] Ita legitur hic locus in manuſcripto. *Urſin.*

49. Quæ.

nullam putant: aut, ſi ſit beata, beatiſſimam certè negant. Nos autem volumus beatiſſimam: idque nobis Socratica illa concluſione confirmatur. Sic enim princeps ille philoſophiæ diſſerebat, 49 *Qualis cujusque animi affectus eſſet, talem eſſe hominem: qualis autem ipſe homo eſſet, talem ejus eſſe* [s] *orationem:* [t] *orationi autem facta ſimilia, factis vitam.* Affectus autem animi in bono viro laudabilis. & 50 vita igitur laudabilis boni viri & honeſta. Ergo, quoniam laudabilis, ex quibus, bonorum beatam vitam eſſe, concluditur.

s *rationem* MS. R.
t *rationi* MS. R.

48 Etenim, 51 prô deorum atque hominum fidem! parumne cognitum eſt ſuperioribus noſtris diſputationibus, an delectationis & otii [v] conſumendi cauſâ locuti ſumus, ſapientem ab omni concitatione animi, quam perturbationem voco, ſemper vacare? ſemper in animo ejus eſſe placidiſſimam pacem? Vir igitur temperatus, conſtans, ſine metu, ſine ægritudine, ſine [x] alacritate [y] ulla, ſine libidine, [z] nonne beatus? at ſemper ſapiens talis: ſemper igitur beatus. Jam verò quî poteſt vir bonus non ad id, quod laudabile ſit, omnia referre, quæ agit quæque ſentit? refert autem omnia ad beatè vivendum. beata igitur vita laudabilis. nec quidquam ſine virtute laudabile. beata igitur vita virtute conficitur.

v conſumendi *deeſt in MS.*
x alacritudine *MS.*
* Pag. CCXXXVIII.
y futili *Bentl.*
z non vexatus *Nonius.*

XVII.

49. *Qualis cujusque animi affectus eſſet &c.*] Reſpicit ad Platonis lib. III. de Rep. pag. 438. Vide & Senecam Epiſt. CXIV. *Daviſ.*

50. *Vita igitur laudabilis boni viri & honeſta. Ergo quoniam.*] Et diſtinctionem & lectionem Victorii, quî cum faciunt quinque Palat. Fabr. Vatican. ſequutus ſum. vulgò: *boni viri honeſta ergo, quoniam &c.* Gebhard. Daviſius diſtinguendum cenſet *& honeſta ergo, quoniam laudabilis: ex quibus bonorum beatam vitam eſſe, concluditur.*

51. *Prô deorum atque hominum fidem!*] Exclamatio eſt uſitatiſſima, quam Satyrographus illo verſu decenter uſurpat:

Nos hominum divûmque fidem clamore ciemus;

ubi fidem accipimus pro auxilio, ſicut apud Comicos poëtas. Dicemus, *proh deûm fidem*, &, *proh deorum*, Latinè & eleganter. alterum contractum eſt & imminutum; alterum plenum & integrum. auctor eſt M. Tull. in Or. ubi ait hoc quoque: *Atque etiam à quibusdam ſerò jam emendatur antiquitas, qui hac reprehendunt: nam proh deûm atque hominum fidem, pro deorum, ajunt: ita, credo, hoc illi neſciebant, an dabat hanc licentiam conſuetudo.* Quintil. I. Inſt. teſtis eſt *fidem deûm*, pro *deorum*, dicendum eſſe: ut decori & conſuetudini ſerviamus. *Beroald.*

52. *Con-*

XVII. ATQUE HOC ſic etiam concluditur. Nec in 49
iiſera vita quidquam eſt prædicabile aut gloriandum:
ec in ea, quæ nec miſera ſit, nec beata. Et eſt in
iqua vita prædicabile aliquid, aut gloriandum ac præ
: ferendum: ut Epaminondas,

52 *Conſiliis noſtris laus eſt attonſa Laconum:*

t Africanus,

53 *A ſole exoriente, ſupra* 54 *Mæoti' paludes,*

Ne-

52. *Conſiliis noſtris laus eſt*, *&c.*] Epaminondas Thebanus, non olum belli artibus clarus, ſed etiam in liberalibus ſtudiis & philoſophia excellens, elegos quosdam verſus ſcripſit, quibus res à : geſtas celebrabat, qui poſtea in baſi ſtatuæ, quæ ei erecta eſt, nſculpti ſunt. Primus erat, Ἡμετέραις βουλαῖς σπάρτα μὲν ἐκείρατο δόξαν, quem hic Cicero fideliter in Latinum convertit. Græus eſt apud Plutarchum in commentario, cui titulus eſt, Quòd iemo poteſt jucunde vivere ſequens præcepta Epicuri. Inquit nim, Εἰδ' οὖν ταῦτα φύσει τὰς εὐφροσύνας καὶ χαρὰς, σκόπει τὰς ὑπερβολὰς τῶν ἡδονῶν: ἐκείνων ἡμετέραις βουλαῖς, &c. Pauanias in Bœoticis non hunc ſolum adducit, ſed tres deinceps ilios. Cum enim multa de fortitudine & clementia ejus locutus ſſet, ſic infert: Τῷ δὲ ἀνδριάντι τοῦ Ἐπαμινώνδου καὶ ἐλεγεῖα ἔπεστιν ἄλλα τε ἐς αὐτὸν λέγοντα καὶ ὅτι Μεσσήνης γένοιτο οἰκιστὴς καὶ τοῖς Ἕλλησιν ὑπάρξαι ἐλευθερίαν δ' αὐτοῦ καὶ οὕτως ἔχει τὰ ἐλεγεῖα.

Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτα μὲν ἐκείρατο δόξαν,
  Μεσσήνη δ' ἱερὰ τέκνα χρόνῳ δέχεται
Θῆβαι δ' ὅπλοισι μεγάλη πόλις ἐστεφάνωται
  Αὐτόνομος δ' Ἑλλὰς πᾶσ' ἐν ἐλευθερίᾳ. Victor.

Conſiliis noſtris &c.] Græcè ſic legitur apud Plutarchum Tom. II. pag. 1098.

Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτα μὲν ἐκείρατο δόξαν.

Integrum Epigramma fuit hujusmodi:

Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν,
  Μεσσήνη δ' ἱερὰ τέκνα χρόνῳ δέχεται.
Θῆβαι δ' ὅπλοισι μεγάλη πόλις ἐστεφάνωται,
  Αὐτόνομος δ' Ἑλλὰς πᾶσ' ἐν ἐλευθερίῃ.

Id exhibet Pauſanias in Bœot. pag. 565. *Daviſ.*

53. *A ſole exoriente, &c.*] In Venetis ita verſus reducti ad numeros ſuos leguntur:

A ſole exoriente ſupra Mæotis paludes
Nemo eſt qui factis me æquiparare queat.

Non tamen prorſus rejicere poſſum illam ſcripturam *Mæotidas paludes*, pro *Pludes*. Nam veteres breves ſæpe ſyllabas veluti abſorpſere pronuntiando, ut in *canneas*, pro *cave ne eas: fneſtra, ſnex*, pro *feneſtra, ſenex*, ut in Plautinis crebro. Ita & puto Horatium feciſſe: *Sterilisque diu plus*, pro *palus*. Camer.

54. *Mæoti' paludes.*] Pall. pr. quart. *Meotides:* unde non ineptè cum Hier. Columna in Ennium *Mæotidi pludes* feceris. *Gebhard.*

55. Præ-

Nemo eſt qui factis [a] *æquiperare queat.*
Quòd ſi [b] beata vita: glorianda, & prædicanda, &
præ ſe ferenda eſt. nihil eſt enim aliud, quod prædi-
50 candum & præ ſe ferendum ſit. Quibus poſitis in-
telligis quid ſequatur: & quidem, niſi ea vita beata eſt,
quæ eſt eadem honeſta: ſit aliud neceſſe eſt melius vitâ
beatâ. quod erit enim honeſtum, certe fatebuntur eſſe
melius. ita erit beatâ vitâ melius aliquid, quo quid
poteſt dici perverſius? quid? cùm fatentur ſatis magnam
vim eſſe in vitiis ad miſeram vitam, nonne [c] fatendum
[d] eſt, eandem [e] vim in virtute eſſe ad beatam vitam?
51 contrariorum enim contraria ſunt conſequentia. Quo
loco quæro, quam vim habeat libra illa Critolai: qui
cùm in alteram lancem animi bona imponat, in alte-
ram corporis & externa; tantum propendere illam
[f] boni lancem putet, ut terram & maria deprimat.

XVIII. Quid ergo aut hunc prohibet, aut etiam
Xenocratem illum graviſſimum philoſophorum, exag-
gerantem [g] tantopere virtutem, [h] extenuantem cetera
& [i] abjicientem, in virtute non beatam modò vitam,
ſed etiam beatiſſimam ponere? quod quidem niſi ſit,
virtutum interitus conſequetur. Nam in quem cadit
52 ægritudo, in eundem metum cadere neceſſe eſt. eſt
enim metus futuræ ægritudinis ſollicita exſpectatio. In
quem autem metus, in eundem formido, timiditas,
pavor, ignavia. Ergo ut idem vincatur [k] interdum,
nec putet ad ſe [55] præceptum illud Atrei pertinere,

Proinde ita parent ſe in vita, ut vinci neſciant.

Hic autem vincetur, ut dixi: nec modò vincetur, ſed
etiam ſerviet. [l] At nos virtutem ſemper liberam volu-
mus, ſemper invictam. Quæ niſi [m] ſunt, ſublata vir-
tus eſt.

Atqui ſi in virtute ſatis eſt præſidii ad bene vivendum,
53 ſatis eſt etiam ad beatè. ſatis eſt enim certè in virtute,
[56] ut fortiter vivamus. [n] ſi fortiter, etiam ut magno
animo, & quidem ut nulla re umquam terreamur
ſem-

a me æquip. *MS.* æquiparare *alii.*
b eſt ſola beata *Lamb.*
c faciendum *MS.*
d eis eſt *Lamb.*
e vim virtutem *MS.* in virt. *deeſt in alio MS.*
f animi *Bentl.*
P. B.
g tanto opere *MS.*
h exterminantem *MS.* & ext. *alii.*
i abicientem *MS.*
k interd. neceſſe eſt, nec *alii.*
l *alii* ac nos. *Vict.* nos autem.
m ita eſt *ed. vet.*
n ſi ut fort. *Lamb.*

55. *Præceptum illud Atrei.*] Pro *Atrei* in manuſcripto ſcriptum eſt, *antiquum.* Urſin.

56. *Ut fortiter vivamus.*] Fortitudo virtutis ſpecies eſt & nomen, ex quo fit, ut, qui fortiter vivit, cum virtute vivat, quæ res ad beate vivendum ſatis eſt; quod in præſentia M. Tullius colligit per conſectaria Stoicorum. *Beroald.*

57. *Si-*

ſemperque ſimus invicti. Sequitur, ut nihil pœniteat, nihil deſit, nihil obſtet. Ergo omnia profluenter, abſolutè, proſperè. igitur beatè. Satis autem ad fortiter vivendum virtus poteſt. ſatis ergo etiam ad beatè. Et- 54
enim ut ſtultitia, etſi adepta eſt quod concupivit, numquam ſe tamen ſatis conſecutam putat: ſic ſapientia ſemper eo contenta eſt quod adeſt, neque eam umquam ſui pœnitet.

XIX. 57 SIMILENE putas C. Lælii unum conſulatum fuiſſe, 58 & eum quidem cum repulſa (o ſic cùm ſapiens & bonus vir, qualis ille fuit, ſuffragiis præteritur, non populus à bono conſule potiùs 59 quàm ille à p bono populo repulſam fert, ſuffragiis præteritur) ſed tamen utrum malles, te, ſi poteſtas eſſet, ſemel, ut Lælium, conſulem, an, ut Cinnam, quater, non dubito, tu quid reſponſurus ſis. Itaque video, cui com- 55
mittam. Non quemvis hoc idem interrogarem. P.CCXXXIX.
reſponderet enim alius fortaſſe, ſe non modò quattuor conſulatus uni anteponere: ſed unum diem Cinnæ multorum & clarorum virorum totis ætatibus. Lælius 60 ſi digito quem attigiſſet, pœnas dediſſet. at 61 Cinna,

o etſi cum *Lamb.* ſed cum *alii*, ſi *Bentl.*
p vano *Bentl.*

57. *Similemne putas C. Lalii &c.*] Hic iterum eſt ἀνακόλουθον. cum enim inſtituiſſet ita loqui, *ſimilemne putas C. Lalii unum conſulatum fuiſſe, atque Cinna quatuor?* cùm ita, inquam, locuturus videtur, multis de ſapientis repulſa interpoſitis, mutavit locutionis formam, & de integro, quaſi nihil de uno C. Lælii Conſulatu locutus eſt, ita orſus eſt: *Sed tamen utrum malles te, ſi poteſtas eſſet, &c.* Lambin.

58. *Et eum quidem cum repulſa.*] Poſt haſce voces Norvic. adjicit, *cum Cinna quatuor*; Froben. verò, *L. Cinna quatuor ſine repulſa*; at in reliquis Codd. nulla talis additamenti comparent veſtigia; nec dubium videtur, quin id immiſerint librarii, ut ἀνακόλουθον quodam modo vitaretur. Sed ultrà Tullium ſapere non debebant, cui frequens eſt illa figura. Vide nos ad cap. 15. *Daviſ.*

59. *Quam ille à bono populo repulſam fert.*] Correctores, quibus nihil vanius, diffuderunt hìc vanitatem ſuam; quippe ex hac genuinâ fecerunt, *à vano populo repulſ.* Eugepæ! illud habent Palat. quatuor, (nam quint. degenerat in *ab uno conſule potius quàm ille ab uno populo repulſam fert, ſuffragiis præteritur.*) item Fabr. ac Vatic. ut modo dictus quint. Victor. edit. adjiciunt: *repulſam fert, ſuffragiis præteritur ſed.* Gebhard. Quaſi innueret ſe ignaro in contextum altera illa *ſuffragiis præteritur* addita eſſe; quæ ſane omittenda fuerant, etſi reperiuntur in quibuſdam MSS. *Gronov.*

60. *Si digito quem attigiſſet.*] Si vel minima affeciſſet injuria. M. Cato in Or. quæ inſcribitur pro Dote, ita ſcriptum reliquit: *In adul-*

na, collegæ ſui, conſulis Cn. Octavii, præcidi caput juſſit, P. Craſſi, L. Cæſaris, nobiliſſimorum hominum: quorum virtus fuerat domi militiæque cognita, M. Antonii, omnium eloquentiſſimi, quos ego audierim, C. Cæſaris, in quo mihi videtur fuiſſe ſpecimen humanitatis; ſalis, ſuavitatis, leporis. Beatusne igitur, qui hos interfecit? mihi contrà non ſolùm eò videtur miſer, quòd ea fecit, ſed etiam quòd ita ſe geſſit, ut ea facere ei liceret. Etſi peccare nemini licet. ſed ſermonis errore labimur. id enim licere dicimus, quod cuique conceditur.

56 Utrùm [q] tandem beatior C. Marius, tum, cùm Cimbricæ victoriæ gloriam cum collega Catulo communicavit, pænè altero Lælio, (nam [r] huic illum [s] dico ſimillimum) an cùm civili bello [t] victor, iratus, neceſſariis Catuli deprecantibus non ſemel reſpondit, ſed ſæpe, Moriatur? in quo beatior ille, qui huic nefariæ voci paruit, quàm is, qui tam ſceleratè imperavit. nam cùm accipere quàm facere præſtat injuriam: tum morti jam [v] ipſi adventanti [x] paullum procedere obviam, quod fecit Catulus, quàm, quod Marius, talis viri interitu ſex ſuos obruere conſulatus & contaminare extremum tempus ætatis.

q tamen *ed. vet.*
r *ita MSS.* hunc illi *alii.*
s duco *alii.*
t victoriam ratus *MS.*
v ipſi *deeſt in MS.*

57 XX. Duodequadraginta [y] annos tyrannus Syracuſanorum fuit Dionyſius, cùm v. & xx. natus annos dominatum occupaviſſet. Qua pulcritudine urbem, quibus autem opibus præditam, ſervitute oppreſſam tenuit civitatem? Atqui de hoc homine à bonis auctoribus ſic ſcriptum accepimus, ſummam fuiſſe ejus in victu temperantiam, [z] in rebusque gerendis virum acrem & induſtrium, eundem tamen maleficum naturâ & injuſtum. Ex quo omnibus, [a] benè veritatem intuentibus, videri neceſſe eſt miſerrimum. ea enim ipſa quæ concupierat, ne tum quidem, cùm omnia ſe poſſe cenſebat, conſequebatur.

x paullulum *alii.*
y annis *MS.*
P. B.
z eumque in rebus *conj. Lamb.*
a benè *deeſt in MS.* verè verit. *alius MS.*

58 Qui cùm eſſet bonis parentibus atque honeſto loco natus (etſi id quidem alius alio modo [b] tradidit) abundaretque [c] æqualium familiaritatibus & conſuetudine pro-

b tradit *alii.*
c & æqual. *MS.*

adulterio uxorem tuam ſi prendiſſes, ſine judicio impunè necares: illa te, ſi adulterares, digito non auderet attingere, neque jus eſt. Beroald.

61. *Cinna collegæ ſui, conſulis, &c.*] *Conſulis* puto gloſſema, adſcriptum ad *collegæ.* P. Manut.

62. *In-*

propinquorum; haberet etiam more Græciæ quosdam adoleſcentes amore conjunctos: credebat [d] eorum nemini. ſed iis, quos ex familiis [e] locupletum ſervos delegerat, quibus nomen ſervitutis ipſe detraxerat, & quibusdam [f] convenis & [g] feris [h] barbaris [i] corporis cuſtodiam committebat. Ita propter injuſtam dominatûs cupiditatem in [k] carcerem quodammodo ipſe ſe incluſerat. Quin etiam, ne tonſori collum committeret, [l] tondere filias ſuas docuit. Ita ſordido ancillarique [m] artificio regiæ virgines, ut tonſtriculæ, tondebant barbam & capillum patris. Et tamen ab iis ipſis, cùm jam eſſent adultæ, ferrum removit [62] inſtituitque, ut candentibus juglandium putaminibus barbam ſibi & capillum adurerent.

59 Cúmque [63] duas uxores haberet, [n] Ariſtomachen, civem ſuam, Doridem autem Locrenſem, ſic noctu ad eas ventitabat, [64] ut omnia ſpecularetur & perſcrutaretur antè. Et, cùm [o] foſſam latam cubiculari lecto circumdediſſet, ejusque foſſæ tranſitum ponticulo ligneo conjunxiſſet: eum ipſum, [65] cùm forem cubiculi clauſerat,

d ſe eorum *Bentl.*
e locupletium *MS.*
f conveniſſet feris *MS.*
g fere barb. *Lamb.*
h & barb. *MS.*
i curam corp. & cuſt. *ed. vet.*
k carcere *MS.*
l extond. *MS.*
m officio *MSS. Bentl.*
n Ariſtomacham *MS.*
o foſſa lata cubicularem lectum *MS.*

62. *Inſtituitque, ut candentibus juglandium putaminibus &c.*] Inter ſe diſcrepant auctores. Cicero Offic. lib. II. cap. 7. *Dionyſius cultros metuens tonſorios, candenti carbone ſibi adurebat capillum.* Plutarchus in Dione pag. 961. Οὕτω γὰρ ἦν ἄπιστος, καὶ πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους ὕποπτος καὶ προβεβλημένος διὰ φόβον ὁ πρεσβύτερος Διονύσιος, ὥστε μηδὲ τῆς κεφαλῆς τὰς τρίχας ἀφελεῖν κουρικαῖς μαχαίραις, ἀλλὰ τῶν πλαστῶν τις ἐπιφοιτῶν ἄνθρακι τὴν κόμην περιέκαιεν. Inſignis hujusce diffidentiæ meminerunt Diodorus Siculus Bibl. lib. XX. pag. 797. & Valerius Maximus lib. IX. cap. XIII, 4. extern. ubi, pro *Locrenſis Cloridis matrimoniis*, legendum, *Locrenſis Doridis matrimoniis.* Daviſ.

63. *Duas uxores.*] Dionyſius duas uxores uno ſimul die duxiſſe fertur: alteram ex Locrorum gente, nomine Doridam; alteram Syracuſanam, nomine Ariſtomacham, Hipparini filiam. Incertum fuit, cum utra prius concubuiſſet: ſolebant cum eo communes habere cœnas viciſſimque noctes dividere. Ariſtomacha diu ſterilis fuit, & ex ea nihil liberorum tulit, quamvis admodum cuperet: mox quatuor filios ſuſcepit, duos mares totidemque fœminas: ex Doride Locrenſi filios habuit tres. *Beroald.*

64. *Ut omnia ſpecularetur.*] Palatin. quart. *perſpecularetur.* Plin. lib. VIII. cap. 26. *Recentes arundinum caſuras perſpeculatus.* quid ſi tamen *praſpecularetur.* Gebhard.

65. *Cum forem cubiculi clauſerat.*] Ita à Lactantio citari libro IV. annotat Gulielmius, laudantque etiam Palatin. ſec. tert. quart. Fab. Vatic. aliàs *fores.* Idem. *Cum forem cubiculi clauſerat.*] Perperam

ſerat, detorquebat. Idemque cùm in communibus ſuggeſtis conſiſtere non auderet, concionari ex turri alta ſolebat.

60 Atque is cùm pilâ ludere vellet (ſtudioſè enim id fa-
P. CCXL. ctitabat) tunicamque poneret, adoleſcentulo, quem
amabat, tradidiſſe gladium dicitur. Hîc cùm quidam
familiaris jocans dixiſſet: Huic quidem certè vitam
tuam committis: arriſiſſetque adoleſcens: utrumque
juſſit interfici: alterum, quia viam demonſtraviſſet
interimendi ſui; alterum, quia id dictum riſu approba-
viſſet. Atque eo facto ſic doluit, ut nihil gravius tule-
p amaret rit in vita. quem enim vehementer p amarat occide-
alii. rat. Sic diſtrahuntur in contrarias partes impotentium
cupiditates. Cùm huic obſecutus ſis, illi eſt repugnan-
61 dum. 66 Quamquam hic quidem tyrannus ipſe q judica-
q indicavit vit quàm eſſet beatus.
alii, Lamb. Bentl.

XXI.

rām notarat Janus Gulielmius, ita citare Lactantium Div. Inſtit. lib. IV. hunc enim locum non omninò laudat vir diſertiſſimus. Vulgg. *fores cubiculi clauſerat*; aliter verò MSSti; & rectè quidem. Valerius Maximus lib. IX. cap. XIII, 4. *Cum forem cubiculi extrinſecus à cuſtodibus opertam, interiorem clauſtro ipſe diligenter obſeraſſet.* Terentius Adelph. Act. II. Sc. III, II. *Foris crepuit.* Donatus: *Foris, ſingularis numeri, nominativi caſus.* Sic perſæpe Plautus eſt locutus: ſed adlata, quod volumus, ſatis efficiunt. *Daviſ.*

66. *Quanquam hic quidem tyrannus ipſe indicavit, &c.*] Sic legendum, ut & antea edidi, & ut habent pleræque editiones, *ipſe indicavit*, non, *ipſe judicavit*, quamvis nonnulli codd. MSS. ita habeant. Nam ſententia & ratio hanc ſcripturam refellunt. Hoc enim ſignificat Cic. Dionyſium, Damocle collocato in aureo lecto, & juſſis illis formoſis pueris ad menſam conquiſitiſſimis epulis exſtructam ſtare eique miniſtrare, &c. hoc pacto indicaſſe quàm miſer eſſet. plus eſt autem *indicare* quàm *judicare*. nam omnes ferè tyranni judicant & intelligunt ſe eſſe miſeros, ſuorumque malorum ac ſuarum miſeriarum ipſi ſibi teſtes & conſcii ſunt. ſed hæc non indicant vulgò, quin, quantum poſſunt, ſua mala alios celant, vultuque, & fronte, & ſpecie fortunatos ſe ac beatos eſſe præ ſe ferunt. hic igitur tyrannus non ſolum ſe miſerum eſſe judicavit, ſed id facto illo ceteris declaravit atque indicavit. Præterea, *judicavit quàm eſſet beatus*, non convenit ita loqui. dixiſſet enim potius, *judicavit ſe non eſſe beatum. indicavit quàm eſſet beatus* autem & Latinis uſitatum eſt loquendi genus, & bellam habet ironiam. Poſtremò verba illa, quæ infra poſita ſunt, ibi: *Satis videtur declaraſſe Dionyſius, nihil eſſe ei beatum, cui ſemper aliquis terror impendeat?* ſatis magno argumento ſunt, hic legendum eſſe, *indicavit.* Lambin.

67. *Nam*

XXI. [67] NAM cùm quidam ex ejus aſſentatoribus Damocles commemoraret in ſermone copias ejus, opes, majeſtatem dominatûs, rerum abundantiam, magnificentiam ædium regiarum; negaretque umquam beatiorem quemquam fuiſſe: Visne igitur, inquit, Damocle, quoniam hæc te vita delectat, ipſe [r] eandem deguſtare & fortunam experiri meam? cùm ſe ille cupere dixiſſet, collocari juſſit hominem in aureo lecto, [s] ſtrato pulcerrimo, textili ſtragulo, magnificis operibus [t] picto: abacosque complures ornavit argento auroque cælato. Tum ad menſam eximiâ formâ pueros [v] delectos juſſit conſiſtere, [68] eosque nutum ejus intuentis diligenter miniſtrare.

r eadem *MS.*
s ſtrata *Lamb.*
t pacto *MS.*
v delicatos *Gud.*

Aderant unguenta, coronæ: incendebantur odores: 62
menſæ conquiſitiſſimis epulis [x] exſtruebantur. Fortunatus ſibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu fulgentem gladium, è lacunari [69] ſeta equina aptum, demitti juſſit, ut impenderet illius beati cervicibus. Itaque [70] nec pulcros illos miniſtratores adſpiciebat, nec plenum artis argentum: nec manum porrigebat in menſam: jam ipſæ defluebant coronæ: denique exoravit tyrannum, ut abire liceret, quòd jam beatus nollet eſſe. Satisne videtur declaraſſe Dionyſius, nihil eſſe ei beatum, cui ſemper [y] aliquid terroris impendeat? Atque ei ne integrum quidem erat, ut ad juſtitiam remigraret, civibus libertatem & jura redderet. iis enim ſe adoleſcens improvida ætate irretierat erratis, eaque commiſerat,

x conſtrueb. *MS.*
P. B.
y *alii* aliquis terror.

67. *Nam cùm quidam ex ejus aſſentatoribus Damocles &c.*] Memorabilem hanc hiſtoriam, tacito Damoclis nomine, referunt Philo apud Euſebium Præp. Ev. lib. VIII. cap. 14. pag. 391. ac Macrob. in Somn. Scip. lib. I. cap. 10. & ad eam reſpicit Horat. lib. III. Od. I. *Daviſ.*

68. *Eosque nutum illius intuentis.*] Quidquid benè ſit hisce Diſputationibus in noſtris emendationibus reſcribendum diligentiſſimo P. Victorio: à quo & hunc locum recepimus, ut & à Palatin. tert. quart. Fabr. vulgo: *ad nutum illius intuenteis.* Gebhard.

69. *Seta equina appenſum.*] *Actum* pro *appenſum* eſt in vetere libro manuſcripto, ut dubium non ſit, quin *aptum* legi debeat. *Urſin.*

70. *Nec pulcros illos miniſtratores adſpiciebat.*] Ita quinque Palat. Fabr. Vatican. denique Victorii editio: utitur hoc vocabulo ſæpius Tullius. pro L. Flacco: *Item hic mihi Meandrius quaſi miniſtrator aderat.* Idem II. de Orat. & alibi. vulgò: *adminiſtratores.* Gebhard.

ſerat, ut ſalvus eſſe non poſſet, ſi ſanus eſſe cœpiſſet.

63 XXII. Quantopere verò amicitias deſideraret, quarum infidelitatem extimeſcebat, declaravit [71] in Pythagoreis duobus illis: quorum cùm alterum vadem mortis accepiſſet; alter, ut vadem ſuum liberaret, præ-
z mortis *MS. R. & alii.* ſtò fuiſſet ad horam [z] morti deſtinatam: Utinam ego, inquit, tertius vobis amicus adſcriberer! Quàm huic erat miſerum, carere conſuetudine amicorum, ſocietate victus, ſermone omnino familiari! homini præſer-
a dato *MS.* tim [a] docto à puero [b] & artibus ingenuis erudito.
b inſtitutis & *ed. vet.* [72] Muſicorum verò perſtudioſum, [73] poëtam etiam tragicum: quàm bonum nihil ad rem. in hoc enim genere neſcio quo pacto magis quàm in aliis ſuum cuique pulcrum eſt. [74] adhuc neminem cognovi poëtam (&

71. *In Pythagoreis duobus illis.*] Damonem & Phintiam ſignificat. Hiſtoriam latè referunt Noſter Offic. lib. III. cap. 10. & Valerius Maximus lib. IV. cap. VII, 1. extern. apud quem *Phintia* loco perperam legitur *Pythias*, ut ex Plutarcho περὶ Πολυφιλίας pag. 93. dudum monuit Hadr. Turnebus Adverſ. lib. XX. cap. 13. Vide & Cl. Salmaſium Exerc. Plin. p. 111. Multis ſanè veterum locis confirmari poteſt hæc emendatio; Damonis enim amicum *Phintiam*, non *Pythiam*, vocant Porphyrius vit. Pyth. §. 60. Jamblichus περὶ βίου Πυθαγορικοῦ. §. 127, 234. & Latinus Pacatus Paneg. XII. cap. 17. Ambroſius de Virginibus lib. II. cap. V. §. 34. *At etiam Philoſophorum gymnaſia Damonem & Pythiam Pythagoreos in cælum ferunt, &c.* Leg. *Damonem & Phintiam*; quod Benedictini quidem monere neglexerunt. *Daviſ.*

72. *Muſicorum verò perſtudioſum, poëtam etiam tragicum.*] Maluimus ἀνακολούθως hiare orationem quàm aliorum tolerare gloſſemata: inculcarunt, *perſtudioſum accepimus*, qui ſemper aliquid deſiderant: quod quia ejiciunt quinque Pall. Vatican. tolerandumne cui videbitur? *Gebhard.*

73. *Poëtam etiam Tragicum.*] Editt. vett. *Muſicorum verò perſtudioſum accepimus; Poëtam etiam Tragicum*; ſed illa vox à MSStis non agnoſcitur, & à librariis fuit addita, quod ἀνακολούθως hiet orationis ſtructura. Tragœdias autem ſcripſiſſe Dionyſium his verbis teſtatur Ælianus V. H. lib. XIII. cap. 18. Διονύσιος ὁ τῆς Σικελίας, τραγῳδίαν μὲν ἠσπάζετο καὶ ἐπῄνει, καὶ οὖν καὶ δράματα ἐξεπόνησε τραγικά. Ἀλλοτρίως δὲ πρὸς τὴν κωμῳδίαν διέκειτο, ὅτι οὐκ ἦν φιλόγελως. Falſus igitur eſt Suidas, qui tradit eum ſcripſiſſe τραγῳδίας καὶ κωμῳδίας. Plura veterum teſtimonia ſuppeditabunt Joan. Schefferus & Joach. Kühnius; notatu verò digniſſimum eſt illud, quod exhibet Helladius Beſantinous apud Photium Cod. CCLXXIX. col. 1588. *Daviſ.*

74. *Adhuc neminem cognovi poëtam (& mihi fuit cum Aquinio amicitia) qui ſibi non optimus videretur.*] Eadem ſententia uſus eſt in

(& mihi fuit cum [c] Aquinio amicitia) qui ſibi non optimus videretur. Sic ſe res habet. Te tua, me delectant mea. Sed, ut ad Dionyſium redeamus; omni cultu & victu humano carebat: vivebat cum fugitivis, cum
75 facinoroſis, cum barbaris: neminem, qui aut libertate dignus eſſet, aut vellet omnino liber eſſe, ſibi amicum arbitrabatur. Non [d] ego jam cum hujus vita, qua 64
tetrius, miſerius, deteſtabilius excogitare nihil poſſum, Platonis aut Archytæ vitam comparabo, doctorum hominum & planè ſapientium.

c Archiâ *Beroald. malè.*

d ergo *alii.*

XXIII. Ex eadem urbe humilem homunculum P. CCXLI.
76 à pulvere & radio excitabo, qui multis annis pòſt fuit, Archimedem. Cujus ego quæſtor ignoratum ab Syracuſanis, cùm eſſe omnino negarent, ſeptum undique & veſtitum vepribus & dumetis indagavi ſepulcrum. tenebam enim quoſdam ſenariolos, quos in ejus monumento eſſe inſcriptos acceperam: qui declarabant, in ſummo ſepulcro ſphæram eſſe poſitam cum cylindro. Ego

in epiſtola quadam ad Atticum lib. XIII. *Nemo unquam poëta neque orator fuit, qui quenquam meliorem ſe arbitraretur.* Ariſtoteles lib. IV. Eth. Πάντες γὰρ ἀγαπῶσι τὰ αὐτῶν, ὥσπερ οἱ γονεῖς, καὶ οἱ ποιηταί. pro *Aquinio* autem vidi notatum in quodam libro, *cum aliquibus.* Urſin.

75. *Facinoroſis.*] Hoc Athenæus lib. VI. de Dionyſio & Philippo traditum refert, utrumque honeſtorum hominum conſuetudinem refugiſſe, & delectatum fuiſſe nihili ac futilibus & ſcurris ac aſſentatoribus. quin etiam cupide utrumque ſublevaſſe eos, qui patrimonia ebrietate & alea abſumpſiſſent. *Camer.*

76. *A. pulvere.*] Pulverem Geometricum ſignificat, quo machinarii commentatores & Geometriæ diſciplinæ ſcientes varias formas figuraſque deſcribunt. de quo Perſius:

Nec qui abaci numeros & ſecto in pulvere metas
Scit riſiſſe vafer.

De Archimede memoriæ proditum eſt, interfectum eſſe dum intentus formis eſt, quas in pulvere deſcripſerat. de hoc intelligi vult Apulejus, cùm ait in Magia: *Verum etiam abaco & pulviſculo dea dediſſes.* Ob hunc pulverem Geometricum Martianus quoque ſic ſcripſit:

Pandere pulvereum formarum ductibus æquor.

Plutarchus quoque auctor eſt, regiam Dionyſii pulverulentam fuiſſe, ob eorum multitudinem, qui Geometricas in pulvere figuras deſcribebant. Radium vero virgam dici, quâ Geometræ lineas formant indicantque, nemo vel mediocriter doctus ignorat, qui illud Virgilianum vel tantum legerit:

Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem. Beroald.

mitatur. deinde ad [k] inveſtigandam veritatem ſtudio incitato. Ex quo triplex ille animi [l] fœtus [m] exſiſtet: unus in cognitione rerum poſitus & in explicatione naturæ: [82] alter in deſcriptione expetendarum fugiendarumve rerum: tertius in judicando, quid cuique rei ſit [n] conſequens, quid repugnans: in quo ineſt omnis tum ſubtilitas diſſerendi, tum veritas judicandi.

Quo tandem igitur gaudio affici neceſſe eſt ſapientis animum, cum his habitantem [o] pernoctantemque cu-
69 ris? [p] ut, cùm totius [83] mundi motus [84] converſioneſque

k inveſtigandum *alii.*
l affectus *aut* flexus *MS.*
m exiſtit *alii.*
n conveniens *ed. vet.*
o pernoctoque *MS.*
p & *alii.*

ad Dionis propinquos, quæ ille interpretatur, *καὶ ὅσα τούτοις ξυνέπεται τῶν βίων.* Quare exiſtimare poſſumus, hunc locum depravatum fuiſſe ab aliquo, qui cùm ſinceræ lectionis intellectum non percepiſſet, falſò illam vitioſam putavit. *Victor. Committitur.*] In Venetis, *comitatur:* id quod mihi nequaquam diſplicet. nam & in ſequentibus *comitatur huic vita* dixit. & cum tarditate animorum non facile conjungi virtutem ſic rectius intelligi videtur. Hæc autem luculenta omnis doctrinæ, id eſt philoſophiæ, partitio & ipſa Stoica eſt. Stoici enim *τῆς φιλοσοφίας τρία μέρη* eſſe tradidere, Λογικὸν, Ἠθικὸν, Φυσικὸν, cui addidere diſputationem de Natura Deorum. *Camer.*

82. *Alter in deſcriptione.*] Ven. *Diſcretione.* Sed nos alibi pro *diſcrete* Venetos *deſcripte* repoſuiſſe animadvertimus. Quæratur igitur utrum veriùs. *Idem.* *Alter in deſcriptione expetendarum fugiendarumve rerum.*] Fabr. *fugiendarumve rerum in munere vivendi.* Palatin. tert. quart. quint. Gembl. *fugiendarumque rerum ne vivendi:* & ſic ferè pr. ſecund. niſi quod omittunt *ne.* Martin. verò; *fugiendarumque vivendi rerum.* Gebhard. *In deſcriptione expetendarum fugiendarumve rerum.*] Turbant MSSti; ideóque dubium non eſt, quin aliquid vitii lateat. Deſ. Eraſmus edidit, *fugiendarumve rerum in communione vivendi.* Codex Fabric. *fugiendarumve rerum in munere vivendi.* Martin. & Petrenſ. *fugiendarumque vivendi rerum.* Pall. tert. quart. quint. Gemblac. *fugiendarumque rerum ne vivendi*; ſic etiam prim. & ſec. niſi quod in iis omittatur vox penultima. MS. Norvic. proxime ad verum repræſentat, *fugiendarumve rerum arteve vivendi.* Reſcribo, *in deſcriptione expetendarum fugiendarumque rerum arteve vivendi*; nam Ethice circa res fugiendas & expetendas verſatur, artemque adeo vivendi ſubminiſtrat, ſive docet, quomodo ſit vivendum. *Daviſ.*

83. *Mundi motus.*] Mundus hoc in loco cœlum denotat; nam terram immotam ſtare cenſebant plerique veterum. Virgil. in Ciri ℣ſ. 7.

Altius ad magni ſubtendit ſidera mundi.

Ac iterum ℣ſ. 218.

Reſpicit ad culti nutantia ſidera mundi.

Corn. Severus in Ætna ℣ſ. 43.

Ten-

que perſpexerit, ſideraque viderit innumerabilia cælo inhærentia cum ejus ipſius motu congruere certis infixa ſedibus? ſeptem alia ſuos [q] quæque tenere curſus, multùm inter ſe aut altitudine aut humilitate diſtantia, quorum vagi motus rata tamen & certa ſui curſus ſpatia definiant? Horum nimirum adſpectus impulit illos veteres & admonuit, ut plura quærerent. Inde eſt indagatio nata initiorum & tamquam ſeminum, unde eſſent omnia orta, generata, concreta: quæque cujusque generis [85] vel inanimi, vel animantis, vel muti, vel loquentis origo, quæ vita, qui interitus, quæque ex alio in aliud viciſſitudo atque mutatio: unde terra, [r] & quibus librata ponderibus, quibus cavernis maria [s] ſuſtineat: in [t] qua omnia delata gravitate medium mundi locum ſemper expetant, qui eſt idem infimus in rotundo.

q æque *MSS.* quæ *alius MS.*

P.CCXLII.

r æquis libr. *MSS.*

s ſuſtineant *MSS.* ſuſtinentur *alii.*

XXV. HÆC TRACTANTI animo & noctes & dies cogitanti [86] exſiſtit illa [v] à deo Delphis præcepta cognitio, [87] ut ipſa ſe mens agnoſcat, conjunctamque cum divina mente ſe ſentiat, ex quo inſatiabili gaudio compleatur. ipſa enim cogitatio de vi & natura deorum [88] ſtudium incendit illius æternitatis imitandæ, ne-

70

t quam *Lamb.*

v de adelphis *MS.*

Tentavere (nefas!) olim detrudere mundo
Sidera ———

Et ✠L. 69.

Defenſique decus mundi nunc redditur aſtris.

Ita perſæpe loquitur Manilius. *Daviſ.*

84. *Converſioneſque perſpexerit.*] Palatin. quart. *proſpexerit.* Apollonius libro I. ubi agit de Tiphy προδαῆναι. Gebhard.

85. *Vel inanimi, vel animati.*] Veneti, *Animantis:* ſed illud certe non malum. Iidem rectius quod ſequitur, *vel muti, vel loquentis,* non *eloquentis.* Camer.

86. *Exiſtit illa à Deo Delphis præcepta cognitio.*] Palatin. tert. quart. & Fabr. *illa de Delphis præcepta:* mihi τὸ *à Deo* pro gloſſa liquet: vel omnino legendum, *illa præcepta cognitio.* Gebhard.

87. *Ut ipſa ſe mens vitiis exutam cognoſcat.*] Sane ſuſpicio eſt hoc loco inculcatæ explicationis, cùm in Venetis ita ſcribatur, *ut ipſa ſe mens agnoſcat:* id enim videtur eſſe, ut ſe cognoſcat exutam vitiis. vitiis enim obruta non agnoſcit illa ſeſe, ſed in profundiſſimis jacet tenebris ignorantiæ. *Camer. Ut ipſa ſe mens agnoſcat.*] Debeatur hæc quoque lectio P. Victorio: quam indubitatam reddiderunt Pall. quatuor priores, Fabr. Gembl. Martin. Vatican. vulgò: *ut ipſa ſe mens vitiis exutam cognoſcat.* Gebhard.

88. *Studium incendit illius æternitatis imitandæ.*] Quinque Pall. Fabr. *imitandi.* Idem. Imo idem notari video ex libro Romano,

neque ſe in brevitate vitæ collocatam putat, cùm rerum cauſas [89] alias ex aliis aptas & neceſſitate nexas videt. Quibus ab æterno tempore fluentibus in æternum ratio tamen mensque moderatur.

71 Hæc ille intuens atque ſuſpiciens, vel potiùs omnes partes oraſque circumſpiciens, quanta rurſus animi tranquillitate humana & citeriora conſiderat? hinc illa cognitio virtutis exſiſtit: effloreſcunt genera parteſque virtutum: invenitur, quid ſit, quod natura [x] ſpectet extremum in bonis, [y] quod in malis ultimum, quò referenda ſint officia, quæ degendæ ætatis ratio [z] diligenda. Quibus & talibus rebus exquiſitis hoc vel maximè efficitur, [90] quod hac diſputatione agimus, ut virtus ad beatè vivendum ſit ſe ipſa contenta.

x exſpectet *MS.* y quid *MS.* z deligenda *alii.* P. B.

72 Sequitur tertia, quæ per omnes partes ſapientiæ manat & funditur, quæ rem definit, genera [a] diſpertit, ſequentia adjungit, perfecta concludit, vera & falſa dijudicat, diſſerendi ratio & ſcientia. Ex qua cùm ſumma utilitas exſiſtit ad res ponderandas; [91] tum maximè

a diſpartit *alii.*

no, quem Vaticanum Gebhardus nominat: ex quo conſenſu nequimus dubitare id eſſe Ciceronis, quum adhibeat eam ſyntaxin quoque v. Philip. cap. 3. *Facultas agrorum ſuis latronibus condonandi.* Ubi Ferrarius præclare & fere primus hanc loquutionem illuſtravit, & ſequuti ſunt plures. *Gronov.*

89. *Alias ex aliis aptas.*] Imperitè faciunt, qui *ortas* vel *natas* hic reponunt. Lucretius lib. III. pag. 376.

——— Qui cœtu conjugioque
Corporis atque animæ conſiſtimus uniter apti.

Sic etiam lib. v. pag 636.

Ex ineunte ævo conjuncta atque uniter apta.

Atque iterum pag. 665.

Creſcebant uteri terræ radicibus apti.

Servius ad Virgilii Æn. IV, 483. *Aptum conjunctum dicit* ἀπὸ τοῦ ἅπτεσθαι. *Aptum, conligatum. Cicero in Timæo: Quæ ex conjunctione cœlum ita aptum eſt, id eſt, conſtrictum & complexum. Item in Oratore: Facilius eſt enim apta diſſolvere quàm diſſipata connectere.* Hoc teſtimonium jam laudavit eique plura conjunxit G. J. Voſſius in Etym. v. *Apto:* quibus adde Nonium cap. IV. pag. 616. *Daviſ.*

90. *Quod hac diſputatione agimus.*] Benè hanc lectionem aſſerit Schottus Nodorum lib. II. cap. 20. refertque ad ſacrorum formulam, à Pontifice olim pronuntiari ſolitam, *hoc age:* ea quoque exſtat in edit. Vict. Pall. ſecund. tert. quart. Fabr. vulgò: *agitamus.* Gebhard.

91. *Tum maxime ingenua delectatio & digna ſapientia.*] *Sapiente* ſcriptum eſt in antiquo, & ita videtur rectius. *Urſin.*

92. *Ad-*

mè ingenua delectatio & digna [b] ſapientia. Sed hæc otii. Tranſeat idem iſte ſapiens ad rempublicam tuendam. quid eo poſſit eſſe præſtantius, [c] cùm prudentiâ utilitatem civium cernat, juſtitiâ nihil in ſuam domum inde derivet, reliquis utatur [d] tot tam variisque virtutibus? [92] adjunge fructum amicitiarum: in quo doctis poſitum eſt cùm conſilium omnis vitæ conſentiens & pænè conſpirans, tum ſumma jucunditas è quotidiano cultu atque victu. Quid hæc tandem vita deſiderat, quo ſit beatior? [93] cui refertæ tot tantisque gaudiis fortuna ipſa cedat neceſſe eſt. Quòd ſi gaudere talibus bonis animi, id eſt virtutibus, beatum eſt, omnesque ſapientes iis gaudiis perfruuntur: omnes eos confiteri beatos eſſe neceſſe eſt.

XXVI. A. ETIAMNE in cruciatu atque tormentis? 73
M. An tu me in viola [e] putabas aut in roſa dicere? an Epicuro, qui tantummodò induit perſonam philoſophi, & ſibi ipſe hoc nomen inſcripſit, dicere licebit: quod quidem, [f] ut habet ſe res, me tamen [g] plaudente dicit, nullum ſapienti eſſe tempus, etſi uratur, torqueatur, ſecetur, quin poſſit exclamare, Quàm pro nihilo puto! cùm præſertim omne malum dolore definiat, bonum voluptate: hæc noſtra honeſta turpia irrideat dicatque, nos, in vocibus occupatos, inanes ſonos fundere, neque quidquam ad nos pertinere, niſi quod aut læve aut aſperum in corpore ſentiatur. Huic ergo, ut dixi, non multùm differenti à judicio ferarum, obliviſci licebit ſui? & tum fortunam contemnere, cùm ſit omne & bonum ejus & malum in poteſtate fortunæ: tum dicere, ſe beatum in ſummo cruciatu atque tormentis, cùm conſtituerit non modò ſummum malum eſſe dolorem, ſed etiam ſolum? Pag. CCXLIII.

[h] Nec verò illa ſibi remedia [i] comparavit ad tolerandum dolorem, firmitatem animi, turpitudinis verecundiam, exercitationem conſuetudinemque patiendi, præcepta fortitudinis, [k] duritiam virilem: ſed una ſe dicit recordatione acquieſcere præteritarum voluptatum; ut 74

b ſapiente *alii.*
c cum contineri prud. *alii.*
d tamquam variis virt. *Vict.* tot tamque variis *alii.*
e putas *alii.*
f utut *Bentl.*
g applaudente *MS.*
h Hæc vero *alii.*
i comparabit *MS.*
k duritiem *alii.*

92. *Adjunge fructum amicitiæ.*] De hoc longa eſt diſputatio apud Ariſt. lib. IX. Ethicorum. *A. Manut.*

93. *Cui rei referta.*] Concinnius, *cui referta.* P. Manut.

ut ſi quis æſtuans, cùm vim caloris non facilè patiatur, recordari velit, ſe aliquando in Arpinati noſtro gelidis fluminibus circumfuſum fuiſſe. non enim video, quo modo ſedare poſſint mala præſentia præteritæ voluptates.

75 Sed cùm is dicat ſemper beatum eſſe ſapientem; cui dicere hoc, ſi ſibi conſtare vellet, non liceret: quidnam faciendum eſt iis, qui nihil expetendum, nihil in bonis ducendum, quod honeſtate careat, exiſtimant? me quidem auctore etiam Peripatetici veteresque Academici balbutire deſinant aliquando, apertéque & clara voce audeant dicere beatam vitam in Phalaridis taurum deſcenſuram.

76 XXVII. SINT ENIM tria genera bonorum, ut jam à laqueis Stoicorum, quibus uſum me pluribus quàm ſoleo intelligo, recedamus: ſint ſanè illa genera bonorum, dum corporis & externa jaceant humi, & tantummodò, quia ſumenda ſunt, appellentur bona: alia autem illa divina longè latéque ſe pandant, 94 cælumque contingant, [l] ut, ea qui adeptus [m] ſit, cur eum beatum modò & non beatiſſimum etiam dixerim? dolorem verò ſapiens extimeſcet? is enim huic maximè ſententiæ repugnat. Nam contra mortem noſtram atque noſtrorum contraque ægritudinem & reliquas animi perturbationes ſatis eſſe videmur ſuperiorum dierum diſputationibus armati & parati. dolor eſſe videtur acerrimus virtuti adverſarius. is ardentes faces intentat: is fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam ſe 95 debilitaturum minatur.

l ut *delet Bentl.*
m ſit *delet Lamb.*
P. B.

77 Huic igitur ſuccumbet virtus? huic beata ſapientis & conſtantis viri vita cedet? quàm turpe? ô dii boni! Pueri Spartiatæ non ingemiſcunt verberum dolore laniati. Adoleſcentium greges Lacedæmone vidimus ipſi in-

94. *Calumque contingant.*] Id eſt, emineant & excellant ad eximium quendam modum. ὑπερβολὴ proverbialis, quâ & Horatius uſus: *Sublimi feriam vertice ſidera.* & Cic. Attico ſcribens: *Bibulus in cœlo eſt, nec quare, ſcio. ſed ita laudatur, quaſi unus homo nobis cunctando reſtituat rem.* lib. II. Et idem: *Hortenſius quàm plena manu, quàm ingenuè, quam ornatè noſtras laudes in aſtra ſuſtulit.* Camer.

95. *Debilitaturum.*] Maffæi liber, *debellaturum.* Utrumque rectè. magis tamen probo, *debilitaturum*, propter verbum *ſuccumbet*, quod ſequitur. *P. Manut.*

96. *Cùm*

incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, unguibus, morſu denique [n] ut exanimarentur, priusquam ſe victos faterentur. Quæ barbaria Indiâ vaſtior aut agreſtior? in ea tamen gente primùm ii, qui ſapientes habentur, nudi ætatem agunt, & Caucaſi nives hiemalemque vim perferunt ſine dolore: cúmque ad flammam ſe [o] applicaverint, ſine gemitu aduruntur.

n cum exan. *MSS.*
o applicaverunt *MS. alii* applicuerunt.

78 Mulieres verò in India, [96] cùm eſt cujusvis earum vir mortuus, in certamen judiciumque veniunt, quam plurimùm ille dilexerit. plures enim ſingulis ſolent eſſe nuptæ. Quæ eſt victrix, ea læta, proſequentibus ſuis, unà cum viro in rogum imponitur: [p] illa victa mœſta diſcedit. Numquam naturam mos vinceret. eſt enim ea ſemper invicta. Sed nos umbris, deliciis, otio, languore, deſidiâ animum infecimus: opinionibus maloque more [q] delinitum mollivimus. Ægyptiorum morem quis ignorat? quorum imbutæ mentes [r] pravitatis erroribus, quamvis carnificinam priùs ſubierint quàm ibim, aut aſpidem, aut felem, aut canem, aut crocodilum violent: quorum etiam ſi imprudentes quippiam fecerint, pœnam nullam recuſent.

p illæ victæ mœſtæ *Bentl.*
q delenitum *aut* devictum *MS.*
r pravis *conj. Lamb.*
P.CCXLIV.

79 De hominibus loquor. quid beſtiæ? [97] non frigus, non famem, non montivagos atque ſilveſtres curſus luſtrationesque patiuntur? non pro ſuo partu ita propugnant, ut vulnera excipiant? nullos impetus, nullos ictus reformident? omitto, quæ perferant quæque patiantur ambitioſi, [98] honoris cauſâ: [99] laudis ſtudioſi, glo-

96. *Cùm eſt cujusvis earum vir mortuus.*] Reperi iſtud in Palatin. ſecund. quart. Item Victor. edit. inclinant. Palatin. tert. quint. Vatican. *cùm eſt cujus earum.* Gebh. Ut potuit ſic Cicero ſcripſiſſe; ita hoc poſtremum certe magis Romanum eſt, utpote toties frequentatum in formulis, inque inſcriptionibus & decretis occurrens. Livius XXXIV, 56. *Dimittendique ei, quos eorum quandoque vellet, jus eſſet.* Gronov.

97. *Non frigus, non famem, non montivagos atque ſilveſtres curſus.*] Ita mſſ. plerique & editio Victorii; qui tamen lib. I. cap. 16. Variarum notat in ſuo libro legi: *non montivagos atque ſilveſtri curſus.* vulgò: *Nonne frigus.* Palatin. ſecund. quint. *num frigus, num famem &c.* Paulò poſt quoque legitur, *non pro ſuo partu.* vulgò: *nonne pro ſuo partu:* ubi tamen illi bini iterum: *num pro ſuo.* Gebhard.

98. *Honoris cauſâ, laudis ſtudioſi gloria cauſâ.*] Ita eſt in vulgatis. Ego ſecundo loco delerem *cauſa:* quam lectionem confirmant ea quæ ſequuntur. *Urſin.*

99. *Lau-*

s cauſſâ *alii.* gloriæ [s] gratiâ: amore incenſi, [t] cupiditatis. plena vita exemplorum eſt.

t pro pecunia cup. *MS.*

XXVIII. SED ADHIBEAT oratio modum & redeat illuc, unde deflexit. Dabit, dabit, inquam, ſe in

80 tormenta vita beata: nec juſtitiam, temperantiam, in primisque fortitudinem, magnitudinem animi, [v] patientia [x] proſecuta, cùm tortoris os viderit, conſiſtet: virtutibusque omnibus ſine ullo animi terrore ad cruciatum profectis reſiſtet extra fores (ut antè dixi) limenque carceris. quid enim eâ fœdius, quid deformius ſolâ relictâ, [y] comitatu pulcerrimo ſegregatâ? quod [1] tamen fieri nullo pacto poteſt. nec enim virtutes ſine beata vita cohærere poſſunt, nec illa ſine virtutibus.

v patientiam *MS.*
x perſecuta *MS.*
y à comit. *Lamb. conj.*

81 Itaque eam tergiverſari non ſinent, ſecumque rapient ad quemcumque ipſæ dolorem cruciatumque ducentur. ſapientis eſt enim proprium, nihil, [2] quod pœnitere poſſit, facere, nihil invitum: ſplendidè, conſtanter, graviter, honeſtè omnia: nihil ita exſpectare, quaſi [z] certò futurum: nihil, cùm acciderit, admirari, ut inopinatum ac novum accidiſſe videatur: omnia ad ſuum arbitrium referre: ſuis ſtare judiciis. Quo quid ſit

z ex certo *MS.*

99. *Laudis ſtudioſi, gloriæ gratiâ.*] Cùm præceſſerit *cauſa:* non videbatur hîc quoque iterari debere: ergò recte Lambin. quinque Palatin. Fabr. Vatican. *gratia.* Gebhard. Hoc judicium discrepat mori, quo in his Ciceronianis notis frequenter uſi vel Gruterus vel Gebhardus, ut ex varietate iſta colligerent aliquid eſſe inſititium. Id miror hîc non fieri, ubi nulla prorſus gratia eſt τοῦ *gratia.* Sed videlicet exſpectandum, ut quum primo poſitum ſit *cauſa*, dein *gratia*, veniat denique, qui poſt τὸ *cupiditatis* apponat *ergo.* Gronov.

1. *Tamen fieri.*] Similiter quidem & alibi reperitur hæc particula, id eſt ἀνακολούθως, cùm ſoleat reſpondere ad quamvis, etſi, quamquam: ut ſit ἀπόδοσις adverſativæ conditionis. Supra lib. III. *Nos autem non ſolum audeamus ramos amputare miſeriarum, ſed omnes radicum fibras evellere; tamen aliquid relinquetur fortaſſe, ita ſunt ſtirpes altæ ſtultitiæ.* Intelligitur enim plena ſententia talis quædam: Etſi enim hoc factum erit, tamen relinq. Quibusdam autem placuit *tametſi* hoc loco; id quod ne mihi quidem improbatur. *Camer.*

2. *Quod pœnitere poſſit.*] A Grammaticis deceptus erat D. Lambinus, cum reſcribendum putaret, *cujus pœnitere poſſit*; quaſi verbum illud ſemper eſſet imperſonale! Plautus Sticho Act. I. Sc. I, 50. *Et me quidem hæc conditio nunc non pœnitet.* Accius apud Gellium N. A. lib. XIII. cap. 2. *Neque id ſanè me pœnitet.* Hæc loca debemus Fr. Sanctio Min. lib. III. cap. III. pag. 403. Adde Minucium Felicem Octav. cap. 28. *Daviſ.*

3. *Sed*

ſit beatius mihi certè in mentem venire non poteſt.

Stoicorum quidem facilis concluſio eſt. Qui cùm fi- 82
nem bonorum eſſe ſenſerint, congruere naturæ, cum-
que ea convenienter vivere: cùm id ſit in [a] ſapiente a ſapientis
ſitum; non officio ſolùm, verùm etiam poteſtate: ſe- *Lamb.*
quatur neceſſe eſt, ut cujus in poteſtate ſummum bo- P. B.
num, in ejusdem vita beata ſit. Ita [b] ſit ſemper vita b ſit *alii.*
beata ſapientis. Habes, quæ fortiſſimè de beata vita
dici putem, &, quo modo nunc eſt, niſi quid tu me-
lius attuleris, etiam veriſſimè.

XXIX. A. MELIUS quidem afferre nihil poſſum:
3 ſed à te impetrarim libenter, ut, niſi moleſtum ſit,
quoniam te nulla vincula impediunt [c] ullius certæ diſci- c illius
plinæ, libasque ex omnibus, quodcumque te maximè *MS.*
ſpecie veritatis movet: quod paullo antè Peripateticos
veteremque Academiam hortari videbare, ut ſine [d] retra- d retrectat
ctatione liberè dicere auderent; ſapientes eſſe ſemper *alii.*
beatiſſimos, id velim audire, quemadmodum his putes
conſentaneum eſſe id dicere. multa enim à te contra
iſtam ſententiam dicta ſunt & Stoicorum ratione con-
cluſa.

M. Utamur igitur libertate: quâ nobis ſolis in philo- 83
ſophia licet uti: quorum oratio nihil ipſa judicat, ſed
habetur in omnes partes, ut ab aliis poſſit ipſa per ſeſe,
nullius auctoritate adjuncta, judicari. & quoniam vide-
ris hoc velle, ut, quæcumque diſſentientium philoſo-
phorum ſententia ſit de finibus, tamen virtus ſatis ha-
beat ad vitam beatam præſidii, 4 quod quidem Carnea-
dem diſputare ſolitum accepimus: ſed is, ut contra
Stoicos, quos ſtudioſiſſimè ſemper refellebat, & contra
quorum diſciplinam ingenium ejus exarſerat; 5 nos illud
qui-

3. *Sed à te impetrare libenter velim.*] Veneti, *ſed a te impetrarim libenter.* hanc volui & ipſam diverſam a noſtra lectionem annotare, quamvis neutram damnare poſſem. *Camer.* *Sed à te impetrarim libenter, ut.*] Quod longè melius, aſſerui ex edit. Victorii; alio vet. cod. Palatin. quart. Vatican. in Palatin. tert. Fabr. eſt: *à te impetrarem libenter.* in Gryphiano vero & Palatin. ſecund, *ſed à te impetrari lubenter.* vulgò: *ſed à te impetrare libenter velim, niſi.* Gebhard.

4. *Quod quidem Carneadem.*] Videtur legendum, *hoc quidem Carneadem &c.* paulò poſt, *nos autem illud cum pace agemus.* Lamb.

5. *Nos illud quidem.*] Vel *illius*, vel *illorum* videtur legendum. *Urſin.*

6. *Sunt*

quidem cum pace agemus. ſi enim Stoici fines bonorum rectè poſuerunt; confecta res eſt: neceſſe eſt ſem-
84 per beatum eſſe ſapientem. Sed quæramus unamquamque reliquorum ſententiam, ſi fieri poteſt, ut hoc præclarum quaſi decretum beatæ vitæ poſſit [e] omnium ſententiis & diſciplinis convenire.

e etiam omn. *MS.*

XXX. [6] SUNT AUTEM hæ de finibus, ut opinor, retentæ defenſæque ſententiæ: primùm ſimplices quattuor: Nihil bonum, niſi honeſtum, ut Stoici: Nihil bonum, niſi voluptatem, ut Epicurus: [7] Nihil bonum, niſi vacuitatem, ut Hieronymus: Nihil bonum, [8] niſi naturæ primis bonis aut omnibus aut maximis frui, ut Carneades contra Stoicos diſſerebat. Hæc igitur ſimplicia: Illa mixta.

P.CCXLV.

85 Tria genera bonorum, maxima animi, ſecunda corporis, externa tertia, ut Peripatetici: nec multo veteres Academici ſecus. Voluptatem cum honeſtate [f] Dinomachus & Callipho copulavit. Indolentiam autem honeſtati Peripateticus Diodorus adjunxit. Hæ ſunt ſententiæ, quæ ſtabilitatis aliquid habeant: nam Ariſtonis, Pyrrhonis, Herilli nonnullorumque aliorum evanuerunt. Hi quid poſſint obtinere videamus, omiſſis Stoicis: quorum ſatis videor defendiſſe ſententiam. Et Pe-

f Clitomachus *alii.*

6. *Sunt autem hæ de finibus retentæ defenſæque ſententiæ.*] Palatin. ſecund. quint. *ſunt autem hac de finibus:* & ſic ſemper, ut & in Vatican. puto *hace*, quia Palatin. quint. Fabr. *hec:* ſic infra cap. 31. *hac ſunt ſententiæ.* ita Palatin. quint. Vatican. *Gebhard.*

7. *Nihil bonum niſi vacuitatem, ut Hieronymus.*] Abeſt ab omnibus mſſ. Palatin. Fabr. *τὸ doloris*, quod primò adjecit Aſulana editio, teſte Victorio libro I. cap. 18. Variar. *Gebhard.* *Nihil bonum, niſi vacuitatem.*] Doloris nimirum Lactantius Div. Inſtit. lib. III. cap. 7. *Summum bonum poſuit Hieronymus in non dolendo.* Clemens Alexandrinus Strom. lib. II. pag. 303. Ὅ τε Ἱερώνυμος ὁ Περιπατητικὸς τέλος μὲν εἶναι τὸ ἀοχλήτως ζῆν. Vide & Ciceronem de Fin. lib. II. cap. II. ac Tuſc. lib. II. cap. 6. Editt. quidem vett. hic plenè repræſentant, *vacuitatem doloris*; ſed adverſantur omnes omninò MSSti, ideoque dubium non videtur, quin illa vox à correctoribus manarit. Vide Petri Victorii Var. Lect. lib. I. cap. 18. *Daviſ.* *Doloris* in textum recipiendum cenſet Bentlejus.

8. *Niſi naturæ primis bonis.*] Janus Gulielmius ex conjectura legebat, *niſi naturæ plurimis bonis*; ſed à ſcopo prorſus aberravit vir eruditus. *Prima naturæ bona* ſunt ſana mens, valitudo proſpera, & ſi qua ſunt ſimilia. *Daviſ.*

9. Al-

Peripateticorum quidem explicata cauſa eſt: præter Theophraſtum, &, ſi qui illum ſecuti, imbecilliùs horrent dolorem & reformidant. Reliquis quidem licet facere [g] id quod ferè faciunt, ut gravitatem dignitatemque virtutis exaggerent. Quam cùm ad cælum ſustulerint, quod facere eloquentes homines copioſè ſolent: reliqua ex collatione facilè eſt conterere atque contemnere. nec enim licet iis, qui laudem cum dolore petendam eſſe dicunt, negare, eos eſſe beatos, qui illam adepti ſunt. Quamquam enim ſint in quibusdam 86
malis: tamen hoc nomen beati [h] longè & latè patet.

XXXI. NAM UT quæſtuoſa mercatura fructuoſa aratio dicitur, non ſi altera ſemper omni damno, 9 altera [i] omnis tempeſtatis calamitate ſemper vacet: ſed ſi multo majore ex parte [k] exſtat in utrâque felicitas: ſic vita, non ſolùm ſi undique referta bonis eſt, ſed ſi multo majore & graviore ex parte bona propendent, beata rectè dici poteſt. 10 Sequetur igitur bonorum ra- 87
tione vel ad ſupplicium beata vita virtutem, cumque ea deſcendet in taurum, Ariſtotele, Xenocrate, Speuſippo, Polemone auctoribus, nec eam [l] minimis blandimentis corrupta deſeret. eadem [m] Calliphontis erit Diodorique ſententia: quorum uterque honeſtatem ſic complectitur, ut omnia, quæ ſine ea ſint, longè & retrò ponenda cenſeat. Reliqui [n] habere ſe videntur anguſtiùs: enatant tamen: Epicurus, Hieronymus, & ſi qui ſunt, 11 qui diſertum illum Carneadem curent defendere. nemo eſt enim, [o] qui eorum bonorum animum [p] non putat judicem, eumque condocefaciat, ut ea, quæ bona malave videantur, poſſit contemnere.

Nam

g id *deeſt in aliis*.
h longè latéque *MS.* longè, latè *alius MS.*
i omni *Bentl.* P. B.
k exſtet *alii.*
l minus aut *Bentl.*
m Calliphonis *alii.*
n enim hab. *MS.*
o quin *Lamb.*
p ita *MS.* *alii* putet eſſe jud.

9. *Altera omnis tempeſtatis calamitate ſemper vacet.*] Longe melius legitur in manuſcripto, *omni*, pro *omnis*, & *vacat*, pro *vacet*. Urſin.

10. *Sequetur igitur bonorum ratione vel ad ſupplicium beata vita virtutem.*] Ut indicavit Schottus legendum habent quoque Palat. pr. quint. Fabr. Pall. ſec. tert. quart. *bonorum*, tenuiſſimo diſcrimine. vulgo, *horum*. Gebhard. Bentlejus vulgatam lectionem, quæ exhibet, *horum*, propugnat.

11. *Qui diſertum illum Carneadem curent defendere.*] Pœnè recepi in textum lectionem Pall. tert. quart. quint. Fabr. *deſertum*, conſtanter & liquide repræſentantium: nec putat Cl. Gruterus noſter aliter ſcripſiſſe Tullium. *Gebhard.* *Deſertum* placet quoque Bentlejo.

12. Qui

88 Nam [q] quæ tibi Epicuri videtur, eadem erit Hieronymi & Carneadis cauſa, & hercle omnium reliquorum. quis enim parum eſt contra mortem aut dolorem paratus? ordiamur ab eo, ſi placet, quem mollem, quem voluptarium dicimus. Quid? is tibi mortemne videtur an dolorem timere? [12] qui eum diem, quo moritur, beatum appellat, maximisque doloribus affectus, [13] eos ipſos inventorum ſuorum memoriâ & recordatione [r] confutat: nec hæc ſic agit, ut ex tempore quaſi [14] effutire videatur. [15] de morte enim [s] iſta ſentit, ut, diſſoluto animante, ſenſum exſtinctum putet: quod autem ſenſu careat, nihil ad nos id judicet pertinere. Item de dolore certa habet, quæ ſequatur? [16] quorum magnitudinem brevitate conſolatur, longinquitatem lenitate.

> q quod tibi Epicuri *MSS.*
>
> r compenſat *Bentl.*
>
> s ita *alii.*

89 Quid tandem? iſti grandiloqui contra hæc duo, quæ [t] maximè [v] angunt, meliùs ſe habent quàm Epicurus? an

> t hæc max. *MS.*
>
> v agunt *MSS.*

12. *Qui eum diem recordatione confutat.*] Reſpicit Cicero ad Epicuri Epiſtolam, de qua ſic Diogenes Laërtius lib. x. pag. 272. Ἤδη δὲ τελευτῶν γράφει πρὸς Ἰδομενέα τήνδε ἐπιστολήν. Τὴν μακαρίαν ἄγοντες καὶ ἅμα τελευτῶντες ἡμέραν τοῦ βίου, ἐγράφομεν ὑμῖν ταυτί· στραγγουρία τε παρηκολουθήκει, καὶ δυσεντερικὰ πάθη ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείποντα τοῦ ἐν ἑαυτοῖς μεγέθους· ἀντιπαρετάττετο δὲ πᾶσι τούτοις τὸ κατὰ ψυχὴν χαῖρον ἐπὶ τῇ τῶν γεγονότων ἡμῖν διαλογισμῶν μνήμῃ, &c. Haſce tamen litteras ad Hermachum datas confirmat Noſter de Fin. lib II. cap. 30. *Daviſ.*

13. *Eos ipſos inventorum ſuorum memoriâ & recordatione confutat.*] *Compenſat* habet manuſcriptus, pro *confutat.* Urſin.

14. *Effutire.*] Ineptè & inconſultè loqui. Horatius:

Effutire leves indigna tragœdia verſus.

M. Varro, *Evax*, inquit, *verbum nihil ſignificat. ſed effutitum naturaliter eſt.* Nonius *effutire* exponit pro dicere cum mendacio, advocatque hoc M. T. ex Tuſc. teſtimonium. *Beroald.*

15. *De morte enim iſta ſentit, ut, diſſoluto animante, &c.*] Epicurus apud Diogenem Laërtium lib. x. pag. 296. Τὸ φρικωδέστατον οὖν τῶν κακῶν ὁ θάνατος, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, ἐπειδήπερ ὅταν μὲν ἡμεῖς ὦμεν, ὁ θάνατος οὐ πάρεστιν. ὅταν δὲ ὁ θάνατος παρῇ, τόθ' ἡμεῖς οὐκ ἐσμέν. Hoc Epicuri dictum memorant complures, quorum loca ſuppeditabit Æg. Menagius. Latinè ſic reddit Lactantius Div. Inſtit. lib. III. cap. 17. *Quandò nos ſumus, mors non eſt; quando mors eſt, nos non ſumus: mors ergo nihil ad nos.* Daviſ.

16. *Quorum magnitudinem brevitate conſolatur, longinquitatem lenitate.*] Itidem ex Victorii erui τὸ *lenitate* & ex Vatican. Pal. quinto. indicavitque hoc quoque ex membr. Longobardicis Andr. Schott. quamquam eum deprehendas (ut caſſo verbo utar) latinare libro II. cap. 20. Nod. vulgò *levitate.* Gebhard.

17. Sa-

an ad cetera, quæ mala putantur, non & Epicurus & reliqui philoſophi [17] ſatis parati videntur? quis non paupertatem extimeſcit? neque tamen [x] quisquam philoſophorum. P. CCXLVI. x non quisq. *Lamb.*

XXXII. Hic verò ipſe quàm parvo eſt contentus? nemo de tenui victu plura dixit. etenim quæ res pecuniæ cupiditatem afferunt, ut amori, ut ambitioni, ut quotidianis ſumptibus copiæ ſuppetant: cùm procul ab iis omnibus rebus abſit, cur pecuniam magnopere deſideret, vel potiùs [y] curet omnino? An Scythes Anacharſis potuit pro nihilo pecuniam ducere: [18] noſtrates philoſophi [19] facere non [z] poterunt? Illius epiſtola fertur his verbis, Anacharſis Hannoni ſalutem. [20] Mihi amictui eſt Scythicum tegmen: calciamentum, [21] ſolorum cal- 90 y cur curet *MS.* z potuerunt *alii.*

17. *Satis parati videntur.*] Poſt haſce voces Petrenſ. exhibet, *ut quotidianis ſumptibus copia ſuppetant.* At illa verba neſcio quo librariorum delirio hanc obtinent ſtationem, quum ſola ea, quam paullò poſt in vulgg. habent, iis debeatur. Iſto tamen adſumento fœdatur ed. Frobeniana, quæ etiam repræſentat, *ex his grandiloquis quis non paupertatem extimeſcit.* Vereor, ne primæ tres voculæ virum ſummum, Deſ. Eraſmum, parentem agnoſcant; iis enim carent MSSti. nec eas poſtulat ſententia. Mox D. Lambinus repoſuit, *neque tamen non quisquam philoſophorum.* Conjectura non arridet; cùm rei, de qua agitur, non convenit, ut philoſophorum quisquam paupertatem timeat: nunc enim probat Cicero virtutem, juxta omnes diſciplinas, ſatis habere ad vitam beatam præſidii. *Daviſ.*

18. *Noſtrates Philoſophi facere non potuerunt?*) Sic legendum eſt: *facere non poterunt?* inquam, & ita habent omnes ferè libb. vett. quos vidi: itaque edi juſſeram. non nego tamen, deleto verbo *facere*, lectionem eam, quam mavult Manutius, ferri non poſſe. Hoc dico, alteram eſſe & antiquiorem & meliorem. *Lambinus. Noſtrates Philoſophi facere non poterunt.*] Ita ferè omnes Lambini libri & Pall. pr. quint. Vatican. aliàs, *potuerunt.* at Manutio non auſculto, emoventi verbum *facere*, tanquam otioſum, contraëuntibus omnibus libris mſſ. tam Pall. quàm Lambinianis, denique Gulielmianis, præſertim cùm nihil dedecoris aut dehoneſtamenti (ut idem ille autumat) patiatur nitor Ciceronianus. *Gebhard.*

19. *Facere non potuerunt?*] Jacet verbum *facere* & planè otioſum hîc eſt. lege ſine eo: multo erit elegantius. *P. Manut.*

20. *Mihi amictui eſt Scythicum tegmen.*] Dudum hæc ita emendaverat ediderat que Victorius, quem nemo ex poſterioribus (conſiderate ſultis hominum pertinacem invidiam & invidam pertinaciam) in egregia hac re eſt imitatus. ſed ſic Pall. quatuor: (quint. *mihi amictum eſt Scithicum tegmen*) Fabr. Vatican. ſic Plaut. *linteum exterſui*, Moſtell. ubi plura J. Mellerus Palmerius. vulgò: *amictus eſt:* putidè. *Gebhard.*

21. *Solorum callum.*] Norvic. *ſolearum:* Petrenſ. *thalorum.* Per-

 pe-

a pulmentum *MS: & Lamb.*

callum: cubile, terra: [a]pulpamentum, fames: lacte, caſeo, carne veſcor. Quare ut ad quietum me licet venias. [22] Munera autem iſta, [23] quibus es delectatus, vel civibus tuis, vel diis immortalibus dona. Omnes ferè philoſophi omnium diſciplinarum, niſi quos à recta ratione natura vitioſa detorſiſſet, eodem hoc animo eſſe potuerunt.

91 Socrates, in pompa cùm magna vis auri argentique ferretur; [24] Quàm multa non deſidero! inquit. Xenocrates, cùm legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attuliſſent, quæ erat pecunia temporibus illis, Athenis præſertim, maxima: [25] abduxit legatos ad cenam in Academiam: iis appoſuit tantum, quod ſatis eſſet, nullo apparatu. Cùm poſtridie rogarent eum, cui numerari juberet: Quid? vos heſternâ, inquit, cenulâ non intellexiſtis, me pecuniâ non egere? [b]quod cùm triſtiores vidiſſet, xxx. minas accepit, ne aſpernari regis liberalitatem videretur.

b quos *alii.*

At

peram. *Solum* plantam pedis ſignificat. Varro R. R. lib. 1. c. 47, *Solum enim hominis, exitium herba & ſemita fundamentum.* Lucretius lib. 1. pag. 124.

Avia Pieridum peragro loca, nullius ante
Trita ſolo. ———

Lactantius Mort. Perſ. cap. 21. *Donec callum ſolorum contractum igni ab oſſibus revelleretur.* Vide etiam Prudentium Periſt. VII, 65. Cathem. III, 129. ac Iſidorum Orig. lib. XI. cap. 1. *Daviſ.*

22. *Munera autem iſta, quibus deliciaris.*] Vel ſic legendum, *quibus delicatus es*, vel, *quibus deliciatus es.* ſic enim Græcè ſcriptum eſt, δῶρα δὲ, οἷς ἐντρυφᾶτε; *munera autem, quibus deliciamini*, ſeu *deliciati eſtis.* & paulo antè legendum, *pulmentum fames*, non *pulpamentum.* Horat. Sat. II. lib. II. *Tu pulmentaria quære Sudando.* & Ep. II. ad Loll. lib. I. *Cenes ut pariter pulmenta laboribus emta.* Lambin.

23. *Quibus es delectatus.*] Sic omnes editiones & libri mſſ. in vet. cod. alio, *quibus delicatus es*, quod probat Lambin. vel, *quibus deliciaris:* vel, *quibus deliciatus es*, quia Græcè ſcriptum, δῶρα δὲ, οἷς ἐντρυφᾶτε. Gebhard.

24. *Quam multa non deſidero.*] Reſpexit ad Socratis illud, quod refert Diogenes, πόσων ἐγὼ χρείαν οὐκ ἔχω. *Urſin.*

25. *Abduxit legatos ad cenam in Academiam.*] Diſpliceat ſanè hæc aliis lectio; mihi genuina omnibus modis videtur, addicentibus & adducentibus eam Pall. tert. quart. quint. alio vet cod. Fab. Vatic. & quis neget *abducere ad cenam* eſſe Latinum? abduxit ergo recuſantes. Donat. ad Adelph Terent. *Ducimus volentes, ſed abducimus invitos.* vulgò *adduxit:* aut aliunde ex hoſpitio abduxit ſecum: quod eſt abducere. Terent. Eun. act. 3. ſc. 1. *Tum me convivam ſolum abducebat ſibi.* Gebhard.

26. *Nunc*

At verò Diogenes liberiùs, ut Cynicus, Alexandro 92
roganti, ut diceret, ſi [c] quîs opus eſſet, [26] Nunc quidem P. B.
paullulum, inquit, à [d] ſole. offecerat videlicet apricanti. Et hic quidem diſputare ſolebat, quanto regem Perſarum vitâ fortunâque ſuperaret. ſibi nihil deeſſe: illi nihil ſatis umquam fore. ſe ejus voluptates non deſiderare, quibus numquam ſatiari ille poſſet: ſuas eum conſequi nullo modo poſſe.

c ſibi *MSS.* quibus *alii aut* quid ſibi.
d ſole abſis *alii.*

XXXIII. Vides, credo, [e] ut Epicurus cupidita- 93
tum genera diviſerit, non nimis fortaſſe ſubtiliter, utiliter tamen: partim eſſe naturales & neceſſarias: partim naturales & non neceſſarias: partim [f] neutrum: neceſſarias ſatiari poſſe pæne nihilo: divitias enim naturæ parabiles eſſe. Secundum autem genus cupiditatum nec ad potiendum difficile eſſe cenſet, nec verò ad carendum. Tertias, quòd eſſent planè inanes, neque neceſſitatem modò, ſed ne naturam quidem attingerent, funditus ejiciendas putavit.

e aliàs crebro ut *MS.*
f neutras *MS.*

Hoc loco multa ab Epicureis diſputantur, eæque 94
voluptates [g] ſingillatim extenuantur: quarum genera non contemnunt: [h] quærunt tamen copiam. nam & obſcœnas voluptates, de quibus multa ab illis habetur oratio, faciles, communes, in medio ſitas eſſe dicunt: easque ſi natura requirat, non genere, aut loco, aut ordine, ſed forma, ætate, figurâ metiendas putant: ab iisque abſtinere minimè eſſe difficile, ſi aut [i] valitudo, aut officium, aut fama poſtulet: omninoque [27] genus hoc voluptatum optabile eſſe, ſi non obſit; prodeſſe numquam.

g *alii* ſingulatim, *aut* ſigillatim.
h non quærunt *Bentl.*
i valetudo *alii.*

Totumque hoc de voluptate ſic ille præcepit, ut vo- 95
luptatem ipſam per ſe, quia voluptas ſit, ſemper optandam expetendamque putet: eademque ratione dolorem ob id ipſum, quia dolor ſit, ſemper eſſe fugiendum. itaque hac uſurum compenſatione ſapientem, ut voluptatem fugiat, ſi ea majorem dolorem effectura ſit:

26. *Nunc quidem paululum, inquit, a ſole abſis.*] Veneti eleganter, deficiente oratione, *abſis*, non habent. *Camerar.*

27. *Genus hoc voluptatum optabile eſſe, ſi non obſit, prodeſſe non nunquam.*] Ita legit amicus meus hunc locum, cum in vulgatis deſit particula *non.* Optabile autem dicunt Græci ἀγαπητόν. Ariſtoteles lib. I. Eth. Ἀγαπητὸν γὰρ καὶ ἑνὶ μόνῳ. ſignificat enim bonum illud, quod qui conſecuti ſunt, eo contenti vivere poſſunt. *Urſin.*

Pag. CCXLVII. ſit: & dolorem ſuſcipiat majorem efficientem voluptatem; omniaque jucunda quamquam ſenſu corporis judicentur, ad animum referri tamen.

96 Quocirca corpus gaudere tam diu, dum præſentem [k] ſentiret voluptatem, animum & præſentem percipere pariter cum corpore, & proſpicere venientem, nec præteritam præterfluere ſinere. ita perpetuas & [l] contextas voluptates in ſapiente fore ſemper, [28] cùm exſpectatio ſperatarum voluptatum perceptarum memoria [m] jungeretur. Atque iis ſimilia ad victum etiam transferuntur, extenuanturque magnificentia & ſumptus epularum, quòd parvo cultu natura contenta ſit.

XXXIV. Etenim quis hoc non videt, deſideriis iſta condiri omnia? Darius in fuga, cùm aquam turbi-

97 dam & cadaveribus inquinatam bibiſſet, negavit umquam ſe bibiſſe jucundiùs. Numquam videlicet ſitiens biberat. Nec eſuriens Ptolemæus ederat: cui cùm [n] peragranti Ægyptum, [o] comitibus non conſecutis, [p] cibarius in caſa panis datus eſſet, nihil viſum eſt illo pane jucundius. Socratem ferunt, cùm usque ad [q] veſperum contentiùs ambularet, quæſitumque eſſet ex eo, quare id faceret: reſpondiſſe, ſe, quo meliùs cenaret, obſonare ambulando famem.

Quid? victum Lacedæmoniorum in [r] phiditiis nonne

98 videmus? ubi cùm tyrannus cenaviſſet Dionyſius, [29] negavit ſe jure illo nigro, quod cenæ [s] caput erat, delectatum.

k ſentiat *Bentl.*
l concertas *MS.* *unde alii* confertas, *aut* conſertas.
m jungitur *Lamb.* jungetur *Bentl.*
n peregrinanti com. *Non.*
o commeatibus *MS.*
p cibariis *MS.* *R.*
q veſperam *MS.*
r philitiis *alii.*
s cupierat *MS.* ceperat alius *MS.*

28. *Cùm expectationi ſperatarum.*] *Sperata* Ant. Auguſtinus. quod ſi *expectatio* retineatur, ut habet Victorius; melior lectio erit, ſi *memoria* legatur, pro *memoria*. Urſin. *Cùm exſpectationi ſperatarum, perceptarum memoria &c.*] Nihil vitii videtur in hac ſcriptura ineſſe, ſed antiqua ſuſpicionem vitii mihi commovet; quæ talis eſt, *cùm exſpectatio ſperatarum, perceptarum memoria jung. &c.* ex hac enim ſuſpicatus ſum aliquando, ſcriptum eſſe à Cicerone: *Cum exſpectatio ſperatarum, perceptarum memoria jungeretur, &c.* ſeu, *cum perceptarum memoria jungitur.* Lambin. *Cùm exſpectatio ſperatarum voluptatum perceptarum memoria jungeretur.*] Antiquiſſimam hanc ſcripturam edidit Victorius, neque improbat Lambinus, mavult tamen; *cùm exſpectatio ſperatarum, perceptarum memoria junger.* ſeu, *cum perceptarum memoria jungitur.* ſed non eſt neceſſe invitis libris iſtas exordiri curationes. ut edimus habent quoque Palat. tert. quart. quint. Fabr. Vatican. vulgò; *cùm exſpectationi ſperatarum, perceptarum memoria jungeretur.* Palat. ſecund. *cum exſpectatione ſperatar.* Gebhard.

29. *Negavit ſe jure illo nigro.*] Plutarchus in Lycurgo: Τῶν δ' ὄψων εὐδοκιμεῖ μάλιςα παρ' αὐτοῖς ὁ μέλας ζωμός. *Urſin.*

30. *Quid-*

tum. Tum is, qui illa coxerat; minimè mirum, [t] con- t inquit,
dimenta enim defuerunt. Quæ tandem, inquit ille? La- cond. *alii.*
bor in venatu, ſudor, curſus ab Eurota, fames, ſitis.
his enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur.
Atque hoc non ex hominum more ſolùm, ſed etiam ex v dummo-
beſtiis intelligi poteſt, quæ, ut 30 quidquid objectum do *MS.*
eſt, [v] quod [x] modò naturâ non ſit alienum, eo contentæ P. B.
non quærunt amplius. x a nat. *MSS.*

Civitates quædam univerſæ, more doctæ, parſimoniâ 99
delectantur, ut de Lacedæmoniis paullo antè diximus.
Perſarum à Xenophonte victus exponitur: quos negat ad
panem adhibere quidquam, præter naſturtium. Quamquam, ſi quædam etiam ſuaviora natura deſideret, quàm
multa ex terra arboribusque gignuntur cùm copia [y] facili, y facilia
tum ſuavitate [z] præſtantia? adde ſiccitatem, quæ conſe- *Bentl.*
quitur hanc continentiam in victu. adde integritatem z præſtanti
valitudinis. Confer ſudantes, ructantes, refertos epulis, *Lamb. Daviſ. alii.*
tamquam opimos boves: tum intelliges, qui voluptatem
maximè ſequantur, eos minimè conſequi; jucunditatemque victûs eſſe in deſiderio, non in ſatietate. 100

XXXV. TIMOTHEUM, clarum hominem Athenis & principem civitatis, ferunt, cùm cenaviſſet apud Platonem, eoque convivio admodum delectatus eſſet, vidiſſetque eum poſtridie, dixiſſe: 31 Veſtræ [a] quidem ce- a equidem *alii.*
næ non ſolùm in [b] præſentia, ſed etiam poſtero die jucun- b præſenti *MS.*

30. *Quidquid objectum eſt.*] Aut *ut* abundat, aut pro *quidquid* legendum, *quid:* aut *quidquid* hic accipiendum pro *quidque.* ut apud Lucretium libro II. *Inque ſuos quidquid rurſus revocare meatus.* & lib. IV. *Semper enim ſummum quidquid de rebus abundat.* & lib. V. *Sic unum quidquid paulatim protrahit ætas In medium.* Poſſem ex oratoribus loca recitare: ſed ego, in Latinis locutionibus ubi quid ejusmodi occurrit, quod ſine exemplorum comprobatione durius videatur, libentius poëtarum utor auctoritate quàm oratorum. ſunt enim poëtæ certiores Latinæ linguæ teſtes, propterea quod metri ratio facit, ut mutationi non tam facile locus ſit, quod in oratoribus contra videmus. *P. Manut.*

31. *Veſtra quidem cœna.*] Duplex erat fama, ut patet ex Athenæo lib. X. pag. 419. Ejus verba ſunt: Τιμόθεος δ' ὁ Κόνωνος ἀφελῶς καὶ μυστικῶς ἔφη, ὡς οἱ παρὰ Πλάτωνι δειπνοῦντες καὶ τῇ ὑστεραίᾳ καλῶς γίνονται. Ἡγήσανδρος δὲ ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν ἔφη, ὡς καὶ τῇ ὑστεραίᾳ ὁ Τιμόθεος ἀπαντήσας τῷ Πλάτωνι εἶπεν, Ὑμεῖς, ὦ Πλάτων, εὖ δειπνεῖτε μᾶλλον εἰς τὴν ὑστεραίαν, ἢ εἰς τὴν παροῦσαν ἡμέραν. Hæc deſcripſit Ælianus V. H. lib. II. cap. 18. Plura ſuppeditabit Petr. Victorius Var. Lect. lib. XVIII. cap. 3. *Daviſ.*

 32. *Opu-*

cundæ ſunt. Quid, quòd ne mente quidem rectè uti poſſumus, multo cibo & potione completi? eſt præclara epiſtola Platonis ad Dionis propinquos: in qua ſcriptum eſt his ferè verbis: Quò cùm veniſſem, vita illa beata, quæ ferebatur, plena Italicarum [c] Syracuſiarumque menſarum, nullo modo mihi placuit, bis in die ſaturum fieri, nec umquam pernoctare ſolum: ceteraque, quæ comitantur huic vitæ, in qua ſapiens nemo [d] efficietur umquam, moderatus verò multo minùs.

c Syracuſanarum *alii.*
d efficitur *alii.* afficietur *MS.*

101 Quæ enim natura tam mirabiliter temperari poteſt? quo modo igitur jucunda vita poteſt eſſe, à qua abſit prudentia? abſit moderatio? ex quo Sardanapali [32] opulentiſſimi Syriæ regis [e] error agnoſcitur, qui incidi juſſit in buſto,

Hæc habeo, quæ edi, quæque exſaturata libido
Hauſit: at illa jacent multa, & præclara relicta.

Quid aliud, inquit Ariſtoteles, in bovis, non in regis ſepulcro inſcriberes? hæc habere ſe mortuum dicit, quæ ne vivus quidem diutiùs habebat quàm fruebatur.

Pag. CCXLVIII.
e inſania *MS.*

102 Cur igitur divitiæ deſiderentur? aut ubi paupertas beatos eſſe non finit? [f] Signis credo, tabulis, [g] ludis. Si quis eſt, qui his delectetur, nonne meliùs tenues homines fruuntur quàm illi, qui his abundant? eſt enim earum omnium rerum noſtra [h] in urbe ſumma in publico copia. Quæ qui privati habent, nec tam multa & rarò vident, cùm in ſua rura [i] venerunt. Quos tamen pungit aliquid, cùm, illa unde habeant, recordantur. Dies [k] me deficiet, ſi velim paupertatis cauſam defendere. aperta enim res eſt, & quotidie nos ipſa natura admonet, quàm paucis, quàm parvis rebus egeat, quàm vilibus.

f In ſignis *Lamb.*
g pictis *Bentl.*
h in *deeſt in MS.*
i venerint *alii.*
k *alii non habent* me.

103 XXXVI. Num igitur ignobilitas, aut humilitas, aut etiam popularis offenſio, ſapientem beatum eſſe prohibebit? vide, ne plus commendatio in vulgus, & hæc, quæ expetitur, gloria moleſtiæ habeat quàm voluptatis. Leviculus ſanè noſter Demoſthenes, qui illo ſuſurro delectari ſe dicebat aquam ferentis mulierculæ, ut mos in Græcia eſt, inſuſurrantiſque alteri: Hic eſt ille Demoſthenes. Quid hoc levius? At quantus orator? ſed apud alios loqui videlicet didicerat, non multum ipſe ſecum.

In-

32. *Opulentiſſimi Syriæ regis.*] Scribendum, *Aſſyriæ.* Atque hoc ipſum epigramma, quod refert Cicero, Ἀσσυρίοις γράμμασιν ſcriptum fuiſſe Græci ſcriptores tradunt. *Vrſin.*

33. *Ne-*

Intelligendum eſt igitur, nec gloriam popularem ipſam 104
per [l] ſeſe expetendam, nec ignobilitatem extimeſcendam. l ſe *alii.* ſe
Veni Athenas, inquit Democritus: 33 neque me quis- eſſe *Lamb.*
quam agnovit. Conſtantem hominem & gravem! qui
glorietur, 34 à gloria ſe afuiſſe. An tibicines iique, qui P. B.
fidibus utuntur, ſuo, non multitudinis arbitrio, cantus numeroſque moderantur: vir ſapiens, multò arte majore præditus, non quid veriſſimum ſit, ſed quid velit vulgus, exquiret? an quidquam ſtultius quàm, quos ſingulos, ſicut operarios barbaroſque contemnas, eos aliquid putare eſſe univerſos? ille verò noſtras ambitiones levitateſque contemnet, honoreſque populi, etiam ultro delatos, repudiabit: nos autem eos neſcimus, antequàm pœnitere cœpit, contemnere.

Eſt apud Heraclitum phyſicum de principe Epheſio- 105
rum Hermodoro. univerſos ait Epheſios eſſe morte multandos, quòd, cùm civitate expellerent Hermodorum, ita locuti ſunt, 35 Nemo de nobis unus excellat: [m] ſin m ſed ſi
quis quis *alii.*

33. *Neque me quiſquam ibi agnovit.*] Delenda particula *ibi*, quæ non eſt in veteribus libris: atque hanc ſcripturam confirmant Græca etiam verba apud Laërtium: Ἦλθον γάρ φησι πρὸς Ἀθήνας, καὶ οὔτις με ἐγίνωσκε. *Urſin.* *Neque me quiſquam agnovit.*] Rectè Lambinus & vetus codex ignorant τὸ *ibi*, quod neque in Palat. pr. tert. agnoſcitur. Vide Victorium lib. XIX. cap. 22. Palat. quart. *neque me quiſquam ibi ignovit.* Gebhard. *Neque me quiſquam agnovit.*] Græca ſic leguntur apud Diogenem Laërtium lib. IX. pag. 246. Ἦλθον εἰς Ἀθήνας, καὶ οὔτις με ἔγνωκεν. Petrenſ. noſter cùm vulgg. habet, *neque me quiſquam ibi agnovit*: ſed iſtam particulam vacare ſatis oſtendunt ipſa Democriti verba, ne Norvic. memorem alioſque MSStos, qui hoc adſumentum neſciunt. Vide Pet. Victorium Var. Lect. lib. XIX. cap. 22. *Daviſ.*

34. *A gloria afuiſſe.*] Ita vett. duo codd. ita Lambin. monuique in Crepundiis: ſic Ovidius, *Nec Chaonis afuit arbor.* ſic Curtius: *Pluribus cura omnibus afuiſſe fortunam*, lib. III. vulgò *abfuiſſe*. Gebhard.

35. *Nemo de nobis unus excellat, &c.*] Græca verba, quæ Heraclitus pronuntiavit, recitat Strabo lib. XIV. Cùm enim Epheſios claros viros numeraret, inquit: Καὶ τῶν παλαιῶν Ἡράκλειτός τε ὁ Σκοτεινὸς καλούμενος, καὶ Ἑρμόδωρος περὶ οὗ ὁ αὐτὸς οὗτος φησίν: ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀπάγξασθαι οἵτινες Ἑρμόδωρον ἄνδρα ἑαυτῶν ὀνήϊστον ἐξέβαλον φάντες, ἡμέων οὐδὲ εἷς ὀνήϊστος ἔστω εἰ δὲ μὴ, ἄλλῃ τε καὶ μετ' ἄλλων. Eadem ferè leguntur in vita Heracliti apud Laërtium. Similem ſententiam vulgò traditur apud nos per præconem pronuntiare ſolitos Nurſinos, rudem admodum gentem, cum ſuum Senatum cogunt. Jubent enim omnes literis excultos & ſapientiâ præſtantes viros curiâ exire. Nec tamen aliunde tantum adverſus illos odium oritur, niſi quòd iis ſuſpecta ſunt meliora ingenia & libero homine dignæ artes: timent enim ſtultè quidem,

 ſed

quis exſtiterit, alio in loco & apud alios ſit. An hoc non ita ſit omni in populo? nonne omnem exſuperantiam virtutis oderunt? quid? Ariſtides (malo enim Græcorum quàm noſtra proferre) nonne ob eam cauſam expulſus eſt patriâ, quòd præter modum juſtus eſſet? Quantis igitur moleſtiis vacant, qui nihil omnino cum populo contrahunt? quid eſt enim dulcius otio litterato? iis dico litteris, quibus infinitatem rerum atque naturæ, & in hoc ipſo mundo cælum, terras, maria cognoſcimus.

106 XXXVII. CONTEMPTO igitur honore, contemptà etiam pecuniâ, quid relinquitur, quod extimeſcendum ſit? [n] exſilium, credo: quod in maximis malis ducitur. Id ſi propter alienam & offenſam populi voluntatem malum eſt: quàm ſit ea contemnenda paullo antè dictum eſt. Sin abeſſe [o] patriâ miſerum eſt: plenæ miſerorum provinciæ ſunt; ex quibus admodum pauci in patriam revertuntur. At multantur bonis exſules.

P. CCXLIX. Quid tum? parumne multa de toleranda paupertate

107 dicuntur? jam verò [p] exſilium, ſi [q] rerum naturam, non ignominiam nominis quærimus, quantum [r] demum à perpetua peregrinatione differt? in qua ætates ſuas philoſophi nobiliſſimi conſumpſerunt, Xenocrates, Crantor, Arceſilas, Lacydes, Ariſtoteles, Theophraſtus, Zeno, Cleanthes, Chryſippus, Antipater, Carneades, Panætius, Clitomachus, Philo, Antiochus, Poſidonius, innumerabiles alii: qui, ſemel egreſſi, numquam domum revertêre. [36] At enim ſine ignominia afficere ſapientem. de

n exſulium *alii.*
o à patria *alii.*
p exſulium *alii.*
q rei nat. *Bentl.*
r damnum *aut* damni *MSS.*

ſed tamen timent ne ornata eorum oratione & prudenti de recta & utili ſententia ſæpe deducantur. Exercent hi (ut qui magis corporis quàm ingenii viribus valent) in urbibus Italiæ artem, quam olim in Græcia Ægyptii, ferendorum ſcilicet onerum: quod genus hominum Græci ἀχθοφόρους appellabant. nam Ariſtophanes cùm immodicum pondus & quod nullis penè viribus ſuſtineri poſſet, oſtendere vellet, *Ne centum quidem Ægyptii ferrent*, inquit. *Victor.*

36. *At enim non ſine ignominia afficere poterit ſapientem*] Locus rectè ſtellulâ notatus: mendum enim ſubeſſe conſtat. fortaſſe ita reſtitui poſſet: *At enim non erit ſine ignominia. ignominia afficere poterit ſapientem?* de ſapiente enim eſt hæc omnis oratio. Sententia certe hæc videtur eſſe; quibus autem verbis explicanda ſit ſtatuere noſtrum non eſt. ſtudioſi libros antiquos adeant, & eorum ope utentes locum emendent. *P. Manut.* *At enim * ſine ignominia afficere * ſapientem. de ſapiente enim hac omnis oratio eſt.*] Ut reperi in mſſ. ita edendum judicavi: exſtat autem ſic in Palat. ſecun. tert. quart. partim quint. Fabr. Vatican. vulgo: *At enim * non ſine ignominia afficere poterit ſapientem. de ſapiente enim eſt hac omnis oratio.* Lambino

de ſapiente enim hæc omnis oratio eſt, cui jure id accidere non poſſit. nam jure exſulantem conſolari non oportet.
Poſtremò ad omnes caſus facillima ratio eſt eorum, 108
qui ad voluptatem ea referunt, quæ ſequuntur in vita,
37 ut, quocumque hæc loco ſuppeditetur, ibi beatè queant vivere. Itaque ad omnem rationem Teucri vox accommodari poteſt,

Patria eſt, ubicumque eſt bene.

38 Socrates quidem cùm rogaretur, cujatem ſe eſſe diceret, Mundanum, inquit. totius enim mundi ſe incolam & civem arbitrabatur. Quid T.[s] Albutius? nonne animo æquiſſimo Athenis exſul philoſophabatur? cui tamen illud ipſum non accidiſſet, ſi in republica quieſcens Epicuri legibus paruiſſet.

[s] Albucius *alii.*

Qui

no impenſè placet conjectura Manutii: *At enim non erit ſine ignominia. Ignominiâ afficere poterit ſapientem? de ſapiente enim.* Gebhard. Quos illos dicat, in quibus vulgo aſteriſcum eſſe dicit, ignoro. Non eſt certe in Victorianis, non Hervagiana aliiſque. Nunc quum conſtet de MSStis & veteri ac ſincera lectione, eam penitus admiſi, omiſſa aſteriſcorum fœditate. *At enim ſine*, vel fac, vel pone, illud exſilium *ignominia afficere ſapientem*, rem videlicet fatuam & plane abſurdam, quia ſinitur vel ponitur, quod palam apparet fieri non poſſe. Utique aſteriſcus non eſt ex ſcriptis. Sed neque ſupprimo, quod jam video exemplari meo, in quo eſt collatio codicis Italici, in quo legitur, *oratio eſt cui*, adſcriptum video. [Legend. *At enim ſine ignominia afficere ſapientem (de ſapiente enim eſt hac omnis oratio) eſt cui jure id accidere non poſſit.* quaſi dicat. Eſto, ſit ignominioſum ſapienti exſilium, nihil refert, dummodo non jure ei acciderit.] *Gronov. At enim ſine, ignominia afficere ſapientem &c.*] Vulgg. *at enim ſine ignominia afficere ſapientem. de ſapiente enim hac omnis oratio eſt, cui jure id accidere non poſſit.* Nos interpunctione commoda locum conclamatum ſanavimus. Non multo aliter vir eruditus conjecit: *at enim ſine, ignominia afficere ſapientem, (de ſapiente enim eſt hac omnis oratio) eſt cui jure id accidere non poſſit.* Editt. Ven. & Froben. habent, *at enim non ſine ignominia*; unde Paullus Manutius & D. Lambinus reſcripſerunt, *at enim non ſine ignominia. Ignominia afficere poterit ſapientem? &c.* Pauci verò poſt inventas fruges glandibus veſcentur. *Daviſ.* Bentlejo Pauli Manut. conjectura admodum placet.

37. *Ut quocunque hæc loco ſuppeditent.*] Idque cùm eſt ad ſenſum aptum, tum formâ non alienum; Veneti tamen, *ſuppeditetur*, habent. *Camer.*

38. *Socrates cùm rogaretur, cujatem ſe eſſe diceret. Mundanum, inquit.*] Ex Gloſſemate Cantabr. repræſentat, *cujus civitatis civem ſe eſſe diceret.* Hiſtoriam ſic refert Plutarchus περὶ φυγῆς Tom. II. pag. 600. Ὁ δὲ Σωκράτης βέλτιον, οὐκ Ἀθηναῖος, οὐδὲ Ἕλλην, ἀλλὰ κόσμιος εἶναι φήσας. Ad idem dictum reſpicit Muſonius apud Stobæum Serm. XXXVIII. pag. 234. *Daviſ.*

39. Iſta

109 Quî enim beatior Epicurus, quòd in patria vivebat, quàm quòd Athenis Metrodorus? [t]aut Plato Xenocratem vincebat, [t]aut Polemo Arceſilam, quo eſſet beatior? Quanti verò [39]iſta civitas æſtimanda eſt, ex qua boni ſapienteſque pelluntur? Demaratus quidem Tarquinii, regis noſtri, pater, tyrannum Cypſelum quòd ferre non poterat, fugit Tarquinios Corintho, & ibi ſuas fortunas conſtituit ac liberos procreavit. Num ſtultè antepoſuit exſilii libertatem domeſticæ ſervituti?

t ut *Daviſ.* è *MS.*

P. B.

110 XXXVIII. JAM VERÒ motus animi, ſollicitudines ægritudineſque oblivione leniuntur, traductis animis ad voluptatem. Non ſine cauſa igitur Epicurus auſus eſt dicere, ſemper in pluribus bonis eſſe ſapientem, quia ſemper ſit in voluptatibus. Ex quo effici putat ille, quod quærimus, ut ſapiens ſemper beatus ſit. etiamne,
111 ſi ſenſibus carebit oculorum, ſi aurium? Etiam. nam iſta ipſa contemnit. Primùm enim, horribilis iſta cæcitas quibus tandem caret voluptatibus? cùm quidem etiam diſputent, ceteras voluptates in ipſis habitare ſenſibus: quæ autem adſpectu percipiantur, ea non verſari in oculorum ulla jucunditate: ut ea, quæ guſtemus, [v]olfaciamus, [x]tractemus, audiamus, in ea ipſa, ubi ſentimus, parte verſentur, in oculis tale nihil ſit. animus accipit quæ videmus. Animo autem multis modis variiſque delectari licet, etiam ſi non adhibeatur adſpectus. Loquor enim de docto homine & erudito, cui vivere eſt, cogitare. ſapientis autem cogitatio non fermè ad inveſtigandum adhibet oculos advocatos.

v olefaciamus *MS.*

x palpemus *MS.*

112 Etenim ſi nox non adimit vitam beatam, cur dies nocti ſimilis adimat? nam illud Antipatri Cyrenaici eſt quidem paullo obſcænius, ſed non abſurda ſententia eſt: cujus cæcitatem cùm mulierculæ lamentarentur, Quid agitis? inquit: an vobis nulla videtur voluptas eſſe nocturna? Appium quidem veterem illum, qui cæcus annos multos fuit, & ex magiſtratibus & ex rebus geſtis intelligimus, in illo ſuo caſu nec privato nec publico muneri defuiſſe. G. [y]Druſi domum compleri [z]à conſultoribus ſolitam accepimus: cùm, quorum res eſſet, ſua

y *variant MSS. in hoc nomine.*

P. CCL.

z à *deeſt in MS.*

39. *Iſta civitas.*] Quidam Romam intelligunt, ego Athenas; in qua urbe Socrates damnatus. Ariſtoteles ne damnaretur fugit: Themiſtocles, Ariſtides, Alcibiades aliique complures clariſſimi expulſi ſunt: in qua civitate oppreſſit virtutes invidia. *Beroald.*

40. *Et*

ſua ipſi non videbant, cæcum adhibebant ducem.

XXXIX. PUERIS nobis Cn. Aufidius prætorius & in ſenatu ſententiam dicebat, nec amicis deliberantibus deerat, & Græcam ſcribebat hiſtoriam, 40 & videbat in litteris. 41 Diodotus Stoicus, cæcus, multos annos [b] domi noſtræ vixit. Is verò, quod credibile vix eſſet, cùm in philoſophia multo etiam magis aſſiduè quàm antea verſaretur, & cùm fidibus Pythagoreorum more uteretur, cúmque ei libri noctes & dies legerentur, quibus in ſtudiis oculis non egebat: [c] tum quod ſine oculis fieri poſſe vix videretur, geometriæ munus tuebatur, verbis præcipiens diſcentibus, unde, quò [d] quamque lineam ſcriberent. 42 Aſclepiadem ferunt, non ignobilem, Eretricum 113

b noſtræ domui *MS. & alii.*

c tamen *alii.*

d quam lin. *MS.*

40. *Et videbat in litteris.*] Liber vetus habet, *vivebat*. ſed non placet: verbum enim *videbat* ad Aufidii cæcitatem refertur. *Urſin.* Bentlejus è conjectura, ut ait, *vivebat* reponit.

41. *Diodorus Stoicus.*] *Diodotus* Ven. de quo alibi. itemque *Aſclepiadem ferunt non ignobilem, nec inexercitum.* Veneti, *Eretricum philoſophorum*; quod omninò verum judico, ut alibi à nobis dictum eſt. *Camer. Diodotus Stoicus.*] In Ven. 1491. Froben. aliisque vett. perperam legitur, *Diodorus Stoicus.* Cicero in Bruto pag. 197. *Eram cum Stoico Diodoto; qui cum habitaviſſet apud me mecumque vixiſſet, nuper eſt domi mea mortuus.* Ejus ſæpe quidem meminit Noſter.. Vide Ciceronis Hiſtoriam à Fr. Fabricio conſcriptam. *Daviſ.*

42. *Aſclepiadem ferunt non ignobilem nec exercitum philoſophum.*] Mirum profectò eſt tam turpe mendum tanto tempore hunc locum fœdaſſe & à nullo animadverſum & ſublatum fuiſſe. Nam præterquàm quòd nullam hoc autore dignam ſententiam ea verba præ ſe ferebant, nomen illud *inexercitus*, pro Imperitus, vix capi poſſe puto. Frequens autem eſt eo ſignificatu quo Vergilius dixit, *Nate Iliacis exercite fatis.* Manuſcripti etiam libri ab hac tam rudi lectione diſſentiebant, quamvis & ipſos nonnihil vitii occupaverat. id tamen facile corrigi potuit ab eo, qui diligenter & attentè locum conſideraſſet. Nonnulli enim eorum habent, pro *nec exercitum*, *metricum*; alii verò, *hereticum*: quare emendavi, ut vides, parva mutatione facta, *Eretricum.* fuerunt enim philoſophi, qui *Eretrici*, ſive *Eretriaci* (quod tamen idem eſt) appellati ſint; de quibus Cicero multis locis egit, ſed in III. de Oratore his verbis: *Fuerunt etiam alia genera philoſophorum, qui ſe omnes ferè Socraticos eſſe dicebant, Eretricorum, Erilliorum, Megaricorum, Pyrrhoneorum, &c.* Aſclepiadem autem hunc ejus ſectæ fuiſſe docet Laërtius in vita Phædonis, his verbis: Καὶ τρίτοι ἀπ' αὐτοῦ οἱ περὶ Μενέδημον τὸν Εὐρετριέα καὶ Ἀσκληπιάδην τὸν Φλιάσιον μετάγοντες ἀπὸ Στίλπωνος καὶ ἕως μὲν τούτων, Ἠλειακοὶ προσηγορεύοντο, ἀπὸ δὲ Μενεδήμου, Εὐρετριακοί. *Victor. Nec inexercitum philoſophum.*] Ven. *Eretricum Philoſophum.* Atque conſtat quidem fuiſſe Aſclepiadem Phliaſium, amicum ſummum Menedemi Eretreios, a quo Eretrici dicti, ut Ci-

tricum philoſophum, cùm quidam [e] quæreret, quid ei cæcitas attuliſſet, reſpondiſſe, puero ut uno eſſet comitatior. Ut enim vel ſumma paupertas tolerabilis ſit, [43] ſi liceat, quod quibuſdam Græcis quotidie: ſic cæcitas ferri facilè poſſit, ſi non deſint ſubſidia [f] valitudinum.

e ex eo quær. conj. Lamb.

f valetud. alii.

114 Democritus, luminibus amiſſis, alba ſcilicet & atra diſcernere non poterat: at verò bona, mala; æqua, iniqua; honeſta, turpia; utilia, inutilia; magna, parva poterat: & ſine varietate colorum licebat vivere beatè; ſine notione rerum non licebat. Atque hic vir impediri animi etiam aciem adſpectu oculorum arbitrabatur: &, [44] cùm alii ſæpe, quod ante pedes eſſet, non viderent, [45] ille infinitatem omnem peregrinabatur, ut nulla in extremitate conſiſteret. [46] Traditum eſt etiam, Homerum cæ-

Cicero quoque docuit in Lucullo, & eundem in ultima ſenectute mortuum. *Camer.* *Aſclepiadem ferunt non ignobilem, Eretricum Philoſophum.*] Retinui lectionem Victorii, quam & Lambinus ſequutus eſt: quia parùm opis à libris Pall. aliiſque, quorum prim. ut & Victorii, *hereticum.* tert. *heretricum*, quod proximè accedit veritati. Palatin. quart. Mart. *metricum.* Fabr. Gembl. *criticum.* Palat. quint. *medicum.* ut & Lambinus in primâ: *non ignobilem medicum & philoſophum.* vulgò, *nec inexercitum.* quod per me placeat Schotto lib. II. cap. 21. Nodorum. *Gebhard.*

43. *Si liceat quod quibuſdam Græcis quotidie.*] Ita habent libri vulgati, nec male: alii, *ſi libeat*, non ſatis bene: quid enim ſi libeat, non liceat autem? ut *liceat* hic ſignificet concedatur, ut ipſe docuit ſupra. Quod autem quidam putant locum adhuc reſtare mendoſum, videndum num pro *quotitie* aptius ſit *quiritare*. Urſin.

44. *Cùm alii quod ante pedes eſſet non viderent.*] Sic ordinavi ex Victorii edit. Pall. pr. tert. quint. Fabr. vulgò: *quod eſſet ante.* Propert. *Ante pedes cæcis lucebat ſemita nobis.* Terent. Adelph. act. III. ſc. 3.

Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modò eſt
Videre, ſed etiam illa quæ futura ſunt.

Ferè ut Græci πρὸ ποδῶν, πρὸ χειρῶν. ut Sophocles. ideò minus aſſentior Pall. ſec. tert. repræſentanti; *quod ante eſſet, non viderent.* Gebhard.

45. *Ille infinitatem omnem peregrinabatur.*] Inſolenter dictum, cui ut ſuccurreret Lambinus, nihil intentatum, nil liquit inauſum: quippe legit: *ille in infinitatem.* ſed illo melius Fabr. *ille per infinitatem.* Pal. verò quint. *illam infinitatem*; qui & mox legit: *ut nullâ extremitate conſiſteret.* Idem. *Ille infinitatem omnem peregrinabatur.*] Nova eſt locutio; quapropter D. Lambinus reſcripſit, *ille in infinitatem omnem peregrinabatur.* Sanè Pal. quint. *illam infinitatem:* quod viri doctiſſimi conjecturæ favet. Fabr. *ille per infinitatem omnem peregrinabatur:* at MS. Norvic. *ille infinitatem omnem peragrabat*, eaque lectione recepta nihil erit ſalebroſi. *Daviſ.*

46. *Traditum eſt etiam, Homerum cæcum fuiſſe.*] Sunt, qui volunt hoc

cæcum fuiſſe. At ejus picturam, non poëſim, videmus. Quæ regio, quæ ora, qui locus Græciæ, quæ ſpecies [g] formæ, quæ pugna, quæ acies, quod remigium, qui motus hominum, qui ferarum, non ita expictus eſt, ut, quæ ipſe non viderit, nos ut videremus, effecerit? 47 quid ergo aut Homero ad delectationem animi ac voluptatem, aut cuiquam docto defuiſſe umquam arbitramur?

[g] formæque pugna MSS. P. B.

Aut, [h] ni ita ſe res haberet, Anaxagoras, aut hic ipſe 115
Democritus, agros & patrimonia ſua reliquiſſent: huic diſcendi quærendique divinæ delectationi toto ſe animo [i] dediſſent? Itaque augurem Tireſiam, quem ſapientem fingunt poëtæ, numquam inducunt deplorantem cæcitatem ſuam: at verò Polyphemum [k] Homerus cùm immanem ferumque finxiſſet, cum ariete etiam colloquentem facit, ejusque laudare fortunas, quòd, [l] quà vellet, ingredi poſſet, 48 &, quæ vellet, attingere. Rectè hic quidem. nihilo enim erat ipſe Cyclops quàm aries ille prudentior.

[h] nuda ſe res MS. nudas res alius MS.
[i] dedidiſſent alii.
[k] ſuum Homer. MS.
[l] & in quem vellet arietare poſſ. Bentl.

XL. In surditate verò quidnam eſt mali? erat 116
ſurdaſter M. Craſſus: ſed [m] aliud moleſtius, quòd malè audiebat, etiam ſi, ut mihi videbatur, injuriâ. 49 Epicurei noſtri Græcè [n] ferè neſciunt, nec Græci Latinè: ergo

[m] erat ei MS.
[n] fari alii.

hoc præ ſenio contigiſſe. Vide Joan. Brodæum Miſcell. lib. v. cap. 9. Et ſanè, ut rectè Vellejus Paterculus lib. I. cap. 5. *Homerum ſi quis cæcum genitum putat, omnibus ſenſibus orbus eſt.* Fabulam exinde natam tradit Suidas, ὅτι οὐχ ἡττήθη ἐπιθυμίας, ἣ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἄρχεται Ex Heſychio Mileſio legendum ἔρχεται. At verò cæcum fuiſſe nullus dubito. Hinc ſub Demodoci perſona ſemetipſum deſcribere ſuſpicatur Maximus Tyrius Diſſert. XXII, pag. 222. eumque velut oculis captum finxêre ſtatuarii, quod ex Pauſania & Cedreno notavit vir illuſtris Gilb. Cuperus Apoth. pag. 6. Vide & Leonem Allatium de Patr. Hom. cap. 8. *Daviſ.*

47. *Quid ergo aut Homero delectationem animi.*] Vulgò, *Homero ad delectat.* contra quod eunt Pall. quinque, Fabr. Vatic. verò: *animi aut voluptatem cuique.* Fab. item Pall. ſecund. quart. quint. *delectationem animi aut voluptatem aut cuiquam.* Gebhard.

48. *Et quæ vellet attingere.*] Quidam, ut monet Lambin. *& quæ vellet adſpicere.* Fabr. Gembl. Mart. Palat. ſecund. quint. *& quem vellet attingeret.* Palat. quart. *quod quà vellet attingeret.* alii *contingere.* alii *amtingere*, quale invexi ex mſſ. Ovidio in Crepundiis, *Idem.*

49. *Epicurei noſtri Græcè fari neſciunt, nec Græci Latinè.*] Faërnus pro *Epicurei* legendum putabat *Opici*: quæ mihi lectio optima videtur. Notum autem eſt cùm ex Strabone, tum ex aliis, Opicos Campaniæ populos fuiſſe. *Urſin.*

ergo hi in illorum, & illi in horum ſermone ſurdi: [50] omneſque id nos in iis linguis, quas non intelligimus, quæ ſunt innumerabiles, ſurdi profectò ſumus. At vocem citharœdi non audiunt: ne ſtridorem quidem [o] ſerræ tum, cùm acuitur: aut grunnitum, cùm jugulatur [p] ſus: nec, cùm quieſcere volunt, fremitum murmurantis maris. Et, ſi cantus eos fortè delectant, primùm cogitare debent, antequàm hi ſint inventi, multos beatè vixiſſe ſapientes. deinde multo majorem percipi poſſe legendis his quàm audiendis voluptatem.

o ferri *MS.*
p ſuis *MSS. & Vict.*

117 Tum, ut paullo antè cæcos ad aurium traducebamus voluptatem, ſic licet ſurdos ad oculorum. etenim qui ſecum loqui poterit, ſermonem alterius non requiret. [q] Congerantur in unum omnia, ut idem oculis & auribus captus ſit: prematur etiam doloribus acerrimis corporis? qui primùm per ſe ipſi plerumque conficiunt hominem: [r] ſin fortè longinquitate producti vehementiùs tamen torquent quàm ut cauſa ſit, cur ferantur: quid eſt tandem, dii boni! quod laboremus? portus enim præſtò eſt, quoniam mors ibidem eſt, æternum nihil ſentienti receptaculum. [51] Theodorus Lyſimacho mortem minitanti: Magnum verò, inquit, effeciſti, ſi cantaridis vim conſecutus es.
118 Paulus Perſæ deprecanti, ne in triumpho duceretur, [52] In tua id quidem poteſtate eſt.

P. CCLI.
q congregentur *MS.*
r dein ſin forte *conj. Lamb.*

50. *Omneſque id nos.*] *Id* non video quid ſpectet. antiqui ſcribebant, *it.* inde mihi orta conjectura eſt, ut *item* legendum putarem. *P. Manut.* *Omneſque id nos.*] Officit ſenſui vox media. Paullus Manutius reponit, *omnes item nos:* D. autem Lambinus edidit, *omneſque itidem nos*, quod eodem redit. Mihi omninò videtur inducenda, licet eam Codices agnoſcant. Niſi forte, mutata interpunctione, reſcribamus, *illi in horum ſermone ſurdi omnes. Quid nos in iis linguis, quas non intelligimus, quæ ſunt innumerabiles? ſurdi profecto ſumus.* Daviſ.

51. *Theodorus Lyſimacho &c.*] Hac de re ſic Seneca de Tranq. cap. 14. *Minabatur Theodoro philoſopho Tyrannus mortem — Habes, inquit, cur tibi placeas; hemina ſanguinis in tua poteſtate eſt.* Valerius autem Maximus lib. VI. cap. II, 3. extern. *Theodorus Cyrenæus Lyſimacho Regi mortem ſibi minitanti: Enimvero, inquit, magnifica res tibi contigit, quia cantharidis vim aſſecutus es.* Pariter reſpondit Perdiccæ Diogenes, uti quidem tradit Laërtius lib. VI. pag. 148. *Idem.*

52. *In tua id quidem poteſtate eſt.*] Revocavi (extritâ vulgatâ hacce, *in tua id, inquit, poteſt.*) lectionem Victorii Pall. pr. tert. quart. quint. Vatican. Fabr. Palatin. ſecund. *id in tua quidem poteſtate eſt.* Gebhard.

53. *Aut*

eſt. Multa primo die, cùm de ipſa morte quæreremus: non pauca etiam poſtero, cùm ageretur de dolore, ſunt dicta de morte: quæ qui recordetur, haud ſanè periculum eſt, ne non mortem aut optandam, aut certè non timendam putet.

XLI. MIHI QUIDEM in vita ſervanda videtur illa lex, quæ in Græcorum conviviis obtinetur; 53 Aut bibat, inquit, aut abeat. Et rectè. Aut enim fruatur aliquis pariter cum aliis voluptate potandi: aut, ne ſobrius in violentiam vinolentorum incidat, antè diſcedat:
ſic injurias fortunæ, quas ferre nequeas, [s] defugiendo relinquas. Hæc eadem, quæ Epicurus, totidem verbis
dicit [t] & Hieronymus. 54 Quòd ſi ii philoſophi, quorum 119
ea ſententia eſt, ut virtus per ſe ipſa nihil valeat: [v] omneque quod honeſtum nos & laudabile eſſe [x] dicimus, id illi caſſum quiddam & [y] inani vocis ſono decoratum eſſe dicant: [z] & tamen ſemper beatum cenſent eſſe ſapientem: 55 quid tandem à Socrate & Platone profectis philoſophis faciendum [a] putes? quorum alii tantam præſtantiam in bonis animi eſſe dicunt, ut ab his corporis [b] externa obſervent.

Alii autem hæc ne bona quidem ducunt; in animo re- 120
ponunt omnia. Quorum controverſiam ſolebat tamquam honorarius arbiter [c] judicare Carneades. nam cùm, quæ-

s diffug. *MS.*
t *alii non habent* &c.
v *alii* omne quod.
x dicamus *MS.* ducamus *alius MS.*
P. B.
y inanis *alii.*
z & *delet Lamb. & Bentl.*
a vides *MS.*
b et. ext. obſcurentur *Lamb. Bentl. alii.*
c dijudicare *conj. Lamb.*

53. *Aut bibat, inquit, aut abeat.*] Alluſit ad Græcum illud, Ἢ πῖθι. ἢ ἄπιθι. *Urſin. Aut bibat.*] In Græcis eſt παρονομασία, quæ dictum reddit elegantius, Ἢ πῖθι, inquiunt, ἢ ἄπιθι. ſic enim dixere πίε, vel πῖνε. ut Athenæus quoque oſtendit lib. x. Eſt & Epigrammatis Græci luſus de menſa amethyſtina: hinc ductus ἢ πηθέτω νήφειν, inquit, ἢ μαθέτω μεθύειν. Nos aliquando illud ita vertimus:

Menſa gravis Bacchi poſita eſt amethyſtina donis,
Nec gaudet madido ſobria menſa Deo.
Ergo ſi noſtros non vult addiſcere mores,
Tu nos, Bacche, juvas, aut bibat, aut abeat. Camer.

54. *Quod ſi iis Philoſophis, quorum ea ſententia eſt.*] Ita eſt in vulgatis, ſatis imperfecte. Ego mallem, *quod ſi ii Philoſophi.* & infra, *dicant attamen ſemper.* Urſin. *Quod ſi ii Philoſophi, quorum.*] Sequuti ſumus Lambin. à prim. ſecund. quart. Vatic. amplius invitati: vulgò: *quod ſi his Philoſophis.* Gebhard.

55. *Quid tandem à Socrate & Platone profectis Philoſophis.*] Hoc malui, quia ſic in Vatican. hocque olim Gulielmius; ſed ex quo libro non addit: quippe notat, *perfecti à Socrate*, διδαχθέντας. malim tamen *profecti*, ut ſemper noſter Cicero loqui conſuevit. *Idem.*

56. *Cau-*

quæcumque bona Peripateticis, eadem Stoicis commoda viderentur: neque tamen Peripatetici plus tribuerent divitiis, bonæ valitudini, ceteris rebus generis ejusdem quàm Stoici: cùm ea re, non verbis ponderarentur; [56] cauſam eſſe deſiderandi negabat. Quare hunc locum ceterarum diſciplinarum philoſophi quemadmodum obtinere poſſint ipſi viderint. Mihi tamen gratum eſt, quòd de ſapientium perpetua bene vivendi facultate dignum quiddam philoſophorum voce profitentur.

121 Sed quoniam manè eſt eundum, has quinque dierum diſputationes memoriâ comprehendamus. Equidem me etiam conſcripturum arbitror. ubi enim meliùs uti poſſumus hoc, [57] cuicuimodi eſt, otio? ad Brutumque noſtrum hos libros alteros quinque mittemus: à quo non modò impulſi ſumus ad [58] philoſophas ſcriptiones, verùm etiam laceſſiti. In quo quantum ceteris profuturi ſumus non facilè dixerimus: noſtris quidem acerbiſſimis doloribus variiſque & undique circumfuſis moleſtiis alia nulla potuit inveniri levatio.

56. *Cauſam eſſe deſiderandi negabant.*] Sic Victorius, Pall. prim. tert. quint. Gembl. Martin. Vatican. at Pall. ſecund. quart. *deſideranti.* Fabr. *differendi.* vulgo: *diffidendi.* Gebhard. Vulgatam, quæ *diffidendi* exhibet, tanquam probam Bentlejus defendit.

57. *Cuicuimodi eſt.*] In Cantabr. & vett. editis, *cujusmodi eſt*; quòd alteram vocem Latinam non eſſe cenſebant imperiti librarii. De ea multis egit J. Fr. Gronovius ad A. Gellii N. A. lib. 11. cap. 8. quem vide. *Daviſ.*

58. *Ad philoſophicas ſcriptiones.*] *Philoſophas* legitur in antiquo: & Plato φιλόσοφον φύσιν dixit, hoc eſt, *naturam philoſophicam.* Urſin. *Philoſophas ſcriptiones.*] Sic ex nonnullis MSStis rectè edidit Janus Gebhardus: at Norvic. Cantabr. & Petrenſ. cum veteribus editis, *philoſophicas ſcriptiones*, repræſentant: Nonius autem v. *laceſſere* cap. 11. pag. 559. ex hoc loco laudat *philoſophiæ ſcriptionem*; ac v. *ſcriptio* pag. 583. *philoſophiæ ſcriptiones.* Sed illum Grammaticum vitioſas lectiones exhibere ſolitum norunt eruditi. *Daviſ.*

FINIS PRIMI VOLUMINIS PHILOSOPHICORUM.